

**C. CRISPI
SALLUSTII
OPERA OMNIA
QUAE EXSTANT,
EX...**

Gaius Sallustius Crispus,
Janus Gruter



9
3-E
10



~~9. 3. E. 10.~~





C. C R I S P I
S A L L V S T I I
O P E R A O M N I A

Q V Æ E X S T A N T,

Ex recognitione



I A N I G R V T E R I.

Accedunt

Castigg. Annotat. Notæ, ac Scholia

GLAREANI,
POPMÆ,
ALDINEPOTIS,
PALMERII,
COLERI,

RIVII,
CARRIONIS,
VRSINI,
DOVSÆ,
PVTSCHII.



FRANCOFVRTI.

E Collegio Paltheniano, Sumptibus Ionæ Rhodii.

M D C V I I.





Q V A D R I G Æ
S I D E R V M V E R E
I L L V S T R I,

DN. NICOLAO, DN. CHRISTOPHORO,
DN. SIGISMUNDO, DN. FRANCISCO,

B V R G H A V S I I S:

*STOLTZENÆ, SEIFERDORFII,
Schiltbergæ, Girsdorfii, Neudorfii, & Sacke-
rouii Dynastis, &c.*

Genere, virtute, doctrinâ, famâ, nemini per
Germaniam secundis, I A N V S
G R V T E R V S, S. P.



*VR Sallustius iste viam ad vos
adfectet, Iure quæreretis, viri no-
bilissimi, nisi is esset nominis ve-
stri amabilis splendor, eaq; erga
me comitas ac dignatio, ut nulli
iustius sacrari aut deberet, aut
posset. Nimirum, cum toties ver-
borum tuorum salutes, Domine Nicolae, auribus istis o-
culisque insinuauerit, verus ille Musarum Charitum-
que pallus, Tob. Scultetus; tuque præterea, Domine Sigis-
mundæ, nullo non amore, atque honore Gruterum profe-*

P R Æ F A T I O.

cutus fueris ; præsens quidem , aliquot annos ab ore eius publicè pendere non dedignatus ; absens verò epistolari adloquio pristini adfectus caritates erga ipsum tenerri-
mè exercendo : iisdemque item insliterit vestigiis Domi-
nus Franciscus ; honorificas eius salutationes frequenter permittente ad me , amississimo illo capite , Sculteto : nihil minus profectò possum quàm immeritam hanc vestram benevolentiam ac comitatem , tam longo magnoque temporum ac locorum interuallo constantissimè conseruatam , haud amplecti modò atque obseruare ; sed producere ac publicare orbi huic cultiori ; si non columnâ aliqua literatâ ; at saltem circumscriptiore hac tabellâ , sic quoque , meæ in Burghausiorum familiam officii cultusque arrham planè deuotam . Eâ sine sanè , & te quoque , Domine Christophore , facie ac voce alatâ minus alioqui cognitum , ausus sum adiungere germanis tuis , constituenda quadrigæ . Si enim licuit illi , apud Poetam , in-
clamare :

fratrem ne desere frater ;

multò id ego honestius præstitero , in certamine isto , officioso magis quàm cruento : tantò quidem confidentius , quòd vno eodemque iugo hisdem copulatus , quamquam caperere aut prosilire , aut decumbere , aut consistere ; ne posses quidem ; utpote triumuirorum istorum impetu abripiendus per constantis huius amoris stadium , volens nolens . Sed nullâ heïc opus vi ; bonitate nature tue ita in omnibus conspirante cum optimis fratribus ; ut iam nunc sine controuersâ , non tam audiatis quàm sitis , inter Germaniæ nobilissimos doctissimi , inter doctissimos nobilissimi , inter utrosque optimi . Quâ quoque de causâ , nominis vestri character præscriptus huic nostro
libel-

P R Æ F A T I O .

bello; cui alioquin opus erat numine aliquo tutelari, contra vitii virus, hodie nimis quàm communis, inscitia atque invidia, quod ut porro profligare queatis; valetudinem vobis longam opto voueoque, meique amorem perennem. E Bibliothecâ Palatinâ r. Augusti
C I D I D C V I .

* 3



VETERVM SCRIP-
TORVM ET NONNVL-
RYM RECENTIORVM

DE SALLVSTIO IVDICIA
ET TESTIMONIA.

Augustus Caesar.

Suetonius in vita Augusti.

SV QVE dubitas Cimberne Annius an Verrius Flaccus imitandi sint tibi? ita, vt verbis, quæ Crispus Sallustius excerpfit ex Catonis Originibus vtaris, an potius Anticorum oratorum inanibus sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?

Velleius Paterculus. Hist. lib. 2.

Æmulus Thucydidi Sallustius.

&:

Pene stulta est inherentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quæ maximè nostri aui eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusq;, & consecutus Sallustium Liuius, Tibullusq;, & Naso, perfectissimi in forma operis. nam viuorum vt magna admiratio; ita censura difficilis est.

Horatius, Serm. lib. i. sat. 2.

Libertinarum dico: Sallustius in quas

Non minus insanit, quàm qui mæchatur.

Asco-

Asconius Pedianus.

Fertur Sallustius tanto ardore insaniuisse in libertinas, quanto mæchus in matronas : quod cum illi in Senatu à censoribus obiectum esset, respondit, se non matronarum sectatorem esse, quare ex senatu eiectus est. quod ipse excusat in Catilina bello.

Hæc vetus Interpres Horatij.

Seneca Rhetor Decl. lib. 3.

Orationes Sallustii in honorem historiarum legantur.

Seneca Philosophus Epist. 114.

Sallustio vigente, amputata sententia, & verba ante expectatum cadentia & obscura breuitas fuere pro cultu. Arruntius vir rara frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, & in illud genus nitens.

Et ibidem.

Quæ apud Sallustium rara fuerunt, apud Arruntium crebra sunt, & pane continua. nec sine caussa. ille enim in hac inciderebat : at hic illa querebat.

Et: Lib. 9. decl. 1. & controuers.

25. lib. 5.

Cum sit præcipua in Thucydide virtus breuitas, hac eum Sallustius vicit, & in suis illum castris cecidit. nam in sententia Græca tam breui, quam saluo sensu detrahas vocem aliquam, constabit sensus, etiamsi non aquè comtus, attamen integer. at ex Sallustii sententia nihil demi sine sensus detrimento potest. Titus autem Liuius tam iniquus Sallustio fuit, vt hanc ipsam sententiam, & tamquam translata, & tamquam corruptam, dum transferretur, obiiceret Sallustio. nec aniore Thucydidis facit, vt illum præferat; sed laudat quem non timet: & facilius putat posse à se Sallustium vinci, si antè à Thucydide vincat.

Martialis lib. 14.

Hic erit, vt perhibent doctorum corda virorum,

Crispus Romana primus in historia.

* 4

Quintilianus lib. 2. c. 5.

Liuius à pueris magis legendus quàm Sallustius. & hic historia maioris est auctor: ad quem tamen intelligendum iam profectu opus sit.

& lib. 3. c. 10.

Crispus Sallustius in bello Iugurthino & Catilinario nihil ad historiam pertinentibus principis orsus est.

& lib. 4. c. 2.

Vitanda illa Sallustiana, quamquam in ipso virtutis locum obtinet, breuitas, & abruptum sermonis genus: quod otiosum fortasse lectorem minus fallit, audientem transuolat, nec, dum repetatur, expectat.

& lib. 8. c. 3.

Nec minus noto Sallustius epigrammate incesitur:

Et verba antiqui multum furate Catonis

Crispe Iugurthina conditor historia.

& lib. 9. c. 3.

Ex Græco translata Sallustii plurima.

& lib. 10. c. 1.

Neque illa Sallustiana breuitas, quâ nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum variis cogitationibus iudicem & sæpius ineruditum captanda nobis est: neque illa Liui lactea vbertas docebit satis eum, qui non speciem expositionis, sed fidem querit.

& ibidem.

At non historia cesserit Græcis: nec Thucydidi opponere Sallustium verear: nec indignetur Herodotus æquari sibi T. Liuium, cum in narrando miræ iucunditatis, clarissimiq; candoris, tum in concionibus, supra quàm narrari potest, eloquentem. ita dicuntur omnia cum rebus tum personis accommodata. sed affectus quidem, præcipuè eos qui sunt dulciores, vt parcissime dicam, nemo historicorum commendauit magis: ideoq; immortalari illam Sallustii velocitatem diuersis virtutibus consecutus est.

est. nam mihi egregiè dixisse videtur Seruilius Nonianus, pares eos magis quàm similes.

& ibidem.

Attici præcis conclusionibus obscuri, Sallustium atq; Thucydidem superant; tristes ac ieiuni Pollionem amulantur; otiosi & supini, si quid modo longius circumduxerunt, iurant Ciceronem ita locuturum fuisse.

& lib. 10. c. 3.

Sanè manifestus est Sallusti ex ipso opere labor.

Stadius Papinius lib. 1. Sil. 4.

Sed tuas artes puer antè discat :

Omne quis mundi senium remensus,

Orsa Sallusti breuis, & Timauri

Reddis alumnum.

Cornelius Tacitus Hist. lib. 3.

C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor.

Iustinus Hist. lib. 38.

Pompeius Trogus in Liuiio & Sallustio reprehendit, quòd conationes directas, ac orationes operi suo inferendo historia modum excefferint.

Agellius lib. 1. c. 15. Noct. Attic.

Sallustius nouator verborum.

& lib. 3. c. 1.

Sallustius vel subtilissimus breuitatis artifex.

& lib. 4. c. 15.

Elegantia orationis Sallusti, verborumq; facundia & nouandi studium cum multa prorsus inuidia fuit : multiq; non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere pleraq; & obtrectare : in quibus plura inscitè aut malignè vellicant. nonnulla tamen videri possunt non indigna reprehensione.

* 5

& lib. 10. c. 20.

Sallustius proprietatis in verbis retinentissimus consuetudini concessit.

& lib. eod. c. 26.

Asinio Pollioni in quadam epistola, quam ad Plancum scripsit, & quibusdam aliis C. Sallustio iniquis, dignum nota visum est, quod: &c.

& lib. 17. c. 18.

M. Varro in litteris atq; vita fide homo multa & grauis, in libro quem inscripsit, Pius, aut, De Pace, C. Sallustium scriptorem seria illius & seuera orationis, in cuius historia notiones censorias fieri atq; exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone, laus bene casum dicit, & cum dedisset pecuniam, dimissum.

Suetonius De claris Grammaticis:
de Philologo.

Asinius Pollio librum scripsit, in quo Sallustii scripta reprehendit, vt nimia verborum affectatione oblita.

&: ibidem.

Philologus coluit familiarissimè C. Sallustium, & eo defuncto, Asinium Pollionem. quos historiam componere aggressos, alterum breuiario rerum Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, instruxit; alterum praeceptis de ratione dicendi. quo magis miror Asinium Pollionem credidisse, antiqua cum verba & figuras solitum esse colligere Sallustio, cum sciat eum sibi nihil aliud suadere, quàm vt noto ciuiliq; & proprio sermone utatur, viretq; maximè obscuritatem Sallusti, & audaciam in translationibus.

&: de Lenæo:

Lenæus tanto amore erga patroni (Pompeii) memoriam existit, vt Sallustium historicum, quod eum oris probi, animo inuere-

uerecundo, scripisset, acerbissima satyra lacerauerit, laetaurum
& lurconem & nebulonem, propinonemq₃ appellans, & vita
scriptuq₃ monstrosum, praeterea priscaurum Catonisq₃ verborum
ineruditissimum furem.

Macrobius Sat. lib. 3. c. 15.

Sallustius grauisissimus aliena luxuria obiurgator & censor.

& lib. 5. c. 1.

Quatuor sunt genera dicendi: copiosum; in quo Cicero do-
minatur: breue, in quo Sallustius regnat: siccum; quod Fronto-
ni adscribitur: pingue & floridum; in quo Plinius secundus
quondam; & nunc, nullo veterum minor, noster Symmachus
luxuriatur.

Symmachus lib. 5. Epist. 66.

Interea recuso sententiam, qua rem venaticam seruile dicit
officium. Statuerit hoc scriptor stilo tantum probandus: nam
morum eius damna non sinunt, vt ab illo agenda vita petatur
auctoritas.

Ausonius in protreptico.

Iam facinus Catilina tuum, Lepidiq₃ tumultum,
Ab Lepido & Catulo iam res & tempora Roma,
Orsus, bis senos seriem connecto per annos.
Iam lego ciuili missum Mauorte duellum,
Mouit quod socio Sertorius exsul Ibero.

Sidonius Apollinaris in panegyri
Anthemij Augusti.

Qua Crispus breuitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus,
Qua pompa Tacitus numquam sine laude loquendus.

& : in panegyri Narbonensi.

Et te multimoda satis verendum
Scriptorum numerositate Varro:
Et te qui breuitate Crispe polles:
Et qui pro ingenio fluente, nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

Apuleius Apologia.

Neque Cato grauitatem requirit, neq₃ Lalius leuitatem, neq₃ Gracchus impetum, nec Cæsar calorem, nec Hortensius distributionem, nec Caluus argutias, nec parcimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero.

Festus Auienus, in orâ Maritimâ.

Interrogasti, si tenes, Maotici
Situs quis esset aquoris: Sallustium
Nôram id dedisse, dicta & eius omnibus
Praiudicata auctoritatis ducier
Non abnuebam. ad eius igitur inclytam
Descriptionem (quâ locorum formulam
Imaginemq₃, expressor efficax stili
Et veritatis, pene in obtutus dedit
Lepore linguæ) multa rerum iunximus.

Vibius Sequester lib. de fluminib.

Sallustius auctor certissimus.

Marius Victorinus in librum Cic.

de Inuentione.

Historia & breuis esse debet in expositione, & aperta & probabilis, vt Sallustius sibi omnia in Catilinâ tribuit.

Spartianus in D. Hadriano.

Amavit (Hadrianus) genus dicendi vetustum, controuersias declamauit, Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustium Cælo pratulit: eademq₃ iactatione de Homero ac Platone iudicauit.

Vopiscus in Aureliano.

Nemo scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non est aliquid mentitus, in quo Liuius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo deniq₃ Trogus, manifestis erroribus conuincerentur.

& in Probo.

Et mihi quidem id animi fuit, non vt Sallustios, Liuios, Tacitos, Trogos, atq₃ omnes disertissimos imitarer viros, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, &c.

Et

Et lib. 2. cap. 13.

Quod quidem non fugit hominem nequam Sallustium, qui ait: Sed omnis nostra vis in animo & corpore sita est; animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Recte, si ita vixisset ut locutus est. seruiuit enim fadissimis voluptatibus, suamq; ipse sententiam vitæ prauitate dissoluit.

Hieronymus in epitaph. Neapolitani
ad Heliodorum.

Neque enim proposui historiam scribere, sed nostras breuiter flere miseras. alioquin merito ad hæc explicanda & Thucydes & Sallustius muti sint.

& lib. 1. aduersus Iouinianum.

Cicero rogatus ab Hirtio, ut post repudium Terentia, sororem eius duceret, omnino hoc facere supersedit, dicens non posse vxori se & Philosophia pariter operam dare. illa interim coniunx egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauserat sapientiam, nupsit Sallustio inimico eius, & tertio Messalæ Coruino, & quasi per quosdam gradus eloquentiæ deuoluta est.

Idem de locis Hebraicis, & ex eo Isidorus
Orig. lib. 13. cap. 21.

Sallustius auctor certissimus.

Augustinus de ciuitate Dei lib. 1. c. 5.

Sallustius nobilitate veritatis historicus.

& Epist. 5. ad Marcellinum.

Nobilissimus historicus.

Iohannes Sarisberienfis, Policratici
3. cap. 12.

Vnde & Crispo Historicorum inter Latinos potissimo, sed & si Ciceroni placuit: in malis factionem esse, quod in viris bonis a amicitia est.

Petrarcha,

Crispus Sallustius nobilis historicus veritatis (sic enim de illo

apud auctores verissimos scriptum video) quo fidelius res Africa complecteretur, libros Punicos perquisiuit, peregrinãq; linguam, per interpretem, flagranti studio scrutatus est. quin & maria transgressus dicitur, vt oculis suis crederet de conditionibus locorum. Bellum Iugurthinum, coniurationemq; Catilina, compendioſo, & ad vnguem, vt dici solet, castigato stylo complexus est. sed nullo famosior quàm Historiarum libro, qui atati quoq; nostræ, ne certum eius fileam dedecus, amissus est: veterum quidem testimonio illustris, apud nos solo iam nomine superstes.

Iulius Cæſ. Scãliger Oratione pro Cicerone.

Id quod & Sallustius omnium scriptorum numerosissimus nusquam aspernatus est.

Et ibidem.

A Sallustio autem breuitatem illam peti debere, cum scribis; neq; quid velis intelligo, neque tam vulgi animo conceptam, ad eò persuasam, ad eò decantatam in illo viro breuitatem vniquam comprehendi. Nam si, quoniam frequentib. asyndetis vtitur, aut quod non longis periodis ambit argumenta rerum, properare tibi videtur, isto tibi quoque pacto breuibus atque interceptis saltibus centum milliariorum iter minus longum videbitur, quàm vnius modò stadii intervallum, quod vno spiritu confeceris. Ad contrà videmus Sallustium ipsum, cum quid semel dicendum assumpsit, ad eò perſtare vt sæpenumerò egredi videatur, &c.

Ibidem.

Neq; verò Sallustium politissimum auctorem reiiciunt: (Ciceroniani) sed anxium illud atq; insititium dicendi genus, sed multa superstitiosa verba.

Idem lib.4. Poët. cap.24.

Quasi verò commentarium scripserit ille, non Historiam pleniorem; qui sit Historia pater appellatus.

E

Et lib. 3. cap. 96.

*Ambitiosè igitur fecisse videtur Sallustius quibusdam, quod
Poëtarum more, cum dicere orsus esset de Catilina, omissa ea
narratione repetit historiam ab ipsis vltimis Romæ rudimentis.*

*Nos virum suo in genere præstantem cum rectè tum neces-
sariè fecisse iudicamus: vt ostenderet corru-
ptam ciuitatem, cuius & pars esset
Catilina.*



SALLVSTII CRISPI
CATILINA, SEV BELLVM
CATILINARIVM.

CAPVT I.

QUONIAM omnes homines qui sese student præstare ceteris animalibus, summa opemiti decet, ne vitam silentio transcæat, veluti pecora; quæ Natura pro-na, atque ventri obedientia finxit sed nostra omnis vis in animo, & corpore sita est. ANIMI imperio, corporis seruitio magis vitimur, alterum cum Dus, alterum cum belluis commune est, quo mihi re-
tis esse videtur, ingenii quam virium opibus gloriam quarere; quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam nostri in maxime longam efficere; nam DIVITIARVM, & formæ riã fluxa, atq; fragilis est: virtus clara, aternaque habetur. Sed magnum inter mortaliſ certamen fuit, vi ne corporis, an vir-
: animi, res militaris magis procederet. nam, ET PRIVS quam pias, consulto, & vbi consulueris, mature facto opus est. ita inque per se indigens, alterum alterius auxilio veget.

A P. II. Sigitur initio reges (nam in terris nomen imperii id num fuit) diuersi, pars ingenium, alii corpus exercebant. etiam vita hominum tunc cupiditate agitabatur: sua cuique satis ebant. postea vero. quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmo- & Athenienses, cœpere vrbes, atque nationes subigere; LIBI-
NEM DOMINANDI, causam belli habere; maxumã glo-
i in maximo Imperio putare; tum demum periculo, atq; ne-
is compertum est, in bello plurimũ ingenium posse. Quod si un, atque imperatorum animi virtus in pace ita, vt in bello, ret; æquabilis, atque constantius sese res humanæ haberent; ac aliud alio ferri, neque mutari, ac misceri omnia cerneres.
IMPERIVM FACILE iis artibus retinetur, quibus initio um est. Verum, vbi pro labore desidia, pro continentia, & æ-
ate libido, atque superbia inuasere; fortuna simul cum mori-
mutatur. ita imperium semper ad optimum quemque a-
is bono transfertur. quæ homines arant, nauigant, ædificant,

virtuti omnia parent. sed multi mortales. dediti ventri, atque sermo, indocti, incultique, vitam sicut peregrinantes transiere. **QVIBVS PRO FECTO** contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego vitam mortemque iuxta æstumo: quoniam de vtraque siletur. verum enimvero is demum mihi viuere, atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit. sed in magna copia rerû, aliud alii natura iter ostendit.

CAP. III. § PVLCRVM EST, bene facere Reipublicæ; etiã bene dicere, haud absurdum est. vel pace, vel bello clarum fieri licet. & qui fecere, & qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi hæc quaquam par gloria sequatur scriptorem, & auctorem rerum; tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere. primum, quod facta dictis ex æquãda sunt. dehinc, quia plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia, & inuidia dicta putant: vbi de magna virtute, atque gloria bonorum memores; quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique, studio ad Rempublicã latus sum: ibique mihi multa aduersa fuere. nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute; audacia, largitio, auaritia vigeant. quæ tametsi animus aspernabatur, insolens maiarum artium; tamen inter tanta vitia imbecilla ætas ambitione corrupta, tenebatur. ac me, cum ab reliquorum malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido eadem, quæ ceteros, fama, atque inuidia vexabat.

CAP. IV. § Igitur, vbi animus ex multis miseriis, atque periculis requieuit, & mihi reliquam ætatem a Republica procul habendam decreui; non fuit consilium, secordia, atque desidia bonum otium conterere: neque vero, agrum colendo, aut venando, seruilibus officiis intentum, ætatem agere; sed, a quo incepto, studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas populi Romani carptim, vt quæque memoria digna videbantur, perscribere: eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus Reipublicæ, animus liber erat. Igitur de Catilinæ coniuratione, quam verissime potero, paucis absoluiam. nam id facinus in primis ego memorabile existumo, sceleris atque periculi nouitate. de cuius hominis moribus pauca prius explanãda sunt, quam initium narrandi faciam.

CAP. V. § Lucius Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi & animi, & corporis. sed ingenio malo, prauoque. huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciuilibus, grata fuere: ibique iuuentutem suam exercuit. corpus patiens inediae, vigiliae, algoris, supra quam cuique credibile est. animus audax, subdolis, varius, cuius rei libet simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus: satis loquentiæ, sapientia

C A T I L I N Æ

riam parum. vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta
 semper cupiebat. Nunc post dominationem L. Sullæ, libido max-
 ima inuaserat Reipublicæ capiundæ: neque, id quibus modis adse-
 queretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat. A-
 girabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familia-
 ris, & conscientia scelerum: quæ vtraque his artibus auxerat, quas
 supra memorauimus. incitabant præterea corrupti ciuitatis mores:
 quos pessuma, ac diuersa inter se mala, luxuria, atque auaritia ve-
 rabant. Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus ciuitatis
 tempus admonuit, supra repetere, ac paucis instituta maiorum do-
 ni militiæque, quo modo Rempublicam habuerint, quantamque
 reliquerint; vt paulatim immutata ex pulcerrima pessuma ac fla-
 gitiosissima facta sit, differere.

C A P. VI. ¶ V R B E M Romam, sicuti ego accepi. eondidere,
 etque habuere initio Troiani; qui, Ænea duce, profugi, sedibus in-
 certis vagabantur; cumque his Aborigines, genus hominum a-
 recte, sine legibus, sine imperio, liberum, atque solutum. hi post-
 quam in vna mœnia conuenerunt, dispari genere, dissimili lingua,
 ius alio more viuentes; incredibile memoratu est, quam facile
 conuerterunt. Sed postquàm res eorum ciuibus, moribus, agris aucta,
 res prospera, satisque pollens videbatur; S I C V T I P L E R A Q V E
 mortalium habentur, inuidia ex opulencia orta est. Igitur reges,
 et pulique finitimi bello tentare: pauci ex amicis auxilio esse. na-
 teri, metu pereulsi, longe a periculis aberant. at Romani, domi,
 militiæque intenti, festinare, parare; alius alium hortari; hostibus
 viam ire; libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Post,
 et pericula virtute propulerant, sociis, atque amicis auxilia por-
 tarent; magisque dandis, quam accipiendis beneficiis amicitias
 rabant. imperium legitimũ, nomen imperii regium habebant:
 lecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validũ
 et, Reipublicæ consultabant. hi, vel ætate, vel curæ similitudine,
 tres appellabantur. Post, vbi regium imperium, quod initio cõ-
 uandæ libertatis, atque augendæ Reipublicæ fuerat, in superbi-
 , dominationemque conuertit; immutato more, annua impe-
 ratoribusque imperatores sibi fecere. eo modo minime posse pu-
 ant per licentiam insollescere animum humanum.

C A P. VII. ¶ Sed ea tempestate cœpere se quisque magis ex-
 lere, magisque ingenium in promptu habere. nam R E O I B V S
 ni, quàm mali, suspensiores sunt, semperque his aliena virtus for-
 losa est. Sed ciuitas, incredibile memoratu est, adepta liber-
 , quantum breui creuerit: tanta cupido gloriæ inceserat. Iam-
 num iuuentus, simul ac belli patiens erat, in castris per labo-
 i vsu militiam discobat: magisque in decoris armis, & milita-
 is equis, quam in scorris, atque conuiujs, libidinem habebat.
 ut talibus viris non labor insolitus, non locus vllus aspor, aut

arduus erat non armatus hostis formidolosus: **VIRTUS OMNIA** don uerat sed maximum gloriae certamen inter ipsos erat, se quisque hostem ferire mutuum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat. eas diuitias, eam bonam famam, maguamque nobilitatem putabant laudis auidi, pecuniae liberales erant: gloriam ingentem, diuitias honestas volebant. **MEN. ORATE POSSEM** quibus in locis maxumas hostium copias populus Romanus parua manu fuderit; quas vires natura munitas pugnando cepit; ni ea res longius nos ab incepto traheret.

CAP. VIII. ¶ Sed **PROFECTO FORTUNA** in omni redominatur; ea res cunctas ex lubricine magis, quam ex vero, celebrat, obscuratque. Atheniensium res gestae, sicuti ego existamo, satis amplae, magnificaeque fuere; verum aliquanto minores tamen, quam fama feiuntur: sed quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur. ita eorum, qui ea fecere, **VIRTUS TANTA**, habetur, quantum verbis ea potuere extollere praecleara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit: quia prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. ingenium nemo sine corpore exercebat. **OPTIMVS QVIS QVE**, facere, quam dicere; sua ab aliis bene facta laudari, quam ipse aliorum narrare, malebat.

CAP. IX. ¶ Igitur domi, militiaeque boni mores colebantur. concordia maxima, minima auaritia erat. ius, bonumque apud eos non legibus magis, quam natura, valebat. iurgia, discordias, **SVMVLTA TES** cum hostibus exercebant: ciues cum ciuibus de virtute certabant. in suppliciis Deorum magnifici, domi parci, in amicis fideles erant. **DVABVS** his artibus, audacia in bello, ubi pax euenerat, aequitate; seque, Remque publicam curabant. quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo; quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant, quique tardius reuocati praelio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant: in pace vero. quod beneficiis magis, quam metu, imperium agitabant, & accepta iniuria, ignoscere, quam persequi, malebant.

CAP. X. ¶ Sed, ubi labore, atque iustitia Respublica creuit; reges magni bello domiti; nationes ferae, & populi ingentes vi subacti; Carthago, aemula imperii Romani, a stirpe interiit; cuncta maria, terraeque patebant: Fortuna saeuire, ac miscere omnia coepit. **QVI LABORES**, pericula, dubias atque asperas res facile tolerauerant, iis otium, diuitiae optandae aliis, oneri miseriaeque fuere. Igitur primo pecuniae, deinde imperii cupido creuit. ea, quasi materies omnium malorum fuere. namque **AVARITIA** fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subueitit; pro his superbiam, crudelitatem, Deos neglegere, omnia venalia habere, edocuit. **AMBITIO** **MVLTOS** mortalis falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore,

tore, aliud in lingua promptum habere; amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo altumare; magisque vultum, quam ingenium, bonum habere. Hæc primo paulatim crescere, interdum iudicari. post, ubi contagio, quasi pestilentia, inuasit; ciuitas inuoluta; imperium ex iustissimo, atque optimo, crudele, intolerandumque factum.

C A P. XI. ¶ Sed primo magis ambitio, quæ avaritia, animos omnium exercebat: quod tamen VIRTIVM propius virtutem erat. nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignavus æque exoptant. sed illæ vera via nititur; huic quia bonæ artes deest, dolis, atque fallaciis contendit. AVARITIA pecuniæ studium habet; quam nemo sapiens concupivit. ea quasi venenis mambuta, corpus animumque virilem effeminat; semper insatiabilis est; neque copia, neque inopia minuitur. Sed, postquam Lucius Sulla, armis recepta Republica ex bonis institutis macuentus habuit, rapere omnes, trahere domum alius, alius acrius cupere, neque modum, neque modestiam victores habere; illa, crudeliaque in ciues facinora facere. Huc accedebat, quod la exercitum, quem in Asia ductauerat, QVO SIBI fidum faceret, contra morem maiorum luxuriose, nimisque liberaliter habitabat. loca amœna, voluptaria facile in otio ferocis militum animos molliuerant. ibi primum insuevit exercitus populi Romani mare, potare, signa, tabulas pictas, vasa ælata mirari, ea priuatae publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia luere. Igitur cum milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil qui victis fecerent. quippe SECUNDÆ res sapientium animos gant: ne illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.

C A P. XII. ¶ Postquam diuitiæ honori esse cœpere, & eas gloriæ imperium, potentia sequebatur; hebescere virtus, paupertas bello haberi, innocentis pro maleuolentia duci cœpit. Igitur EX VIRTIBUS iuuentutem luxuria, atque avaritia cum superbia intravit: rapere, consumere; sua parui pendere, aliena cupere; pudorem, amicitiam, pudicitiam, diuina atque humana promiscua; nihil, neque moderari habere. operæ pretium est, cum domos atque villas cognoueris, in urbium modum exadificatas, visere templorum, quæ nostri maiores, religiosissimi mortales, fecerunt. in illi delubra Deorum pietate, domos suas gloria decorabāt, QUÆ VICTIS quidquam, præter iniuriæ licentiam, eripiebant. contra, ignauissimi homines, per summum scelus omnia ea s adimere, quæ fortissimi viri victores hostibus reliquerant: inde quasi, iniuriam facere, id deum esset imperio vti.

C A P. XIII. ¶ Nam quid ea memorem, quæ, nisi iis, qui videntur: mihi credibilia sunt, a priuatis compluribus subuersos monnaria contracta esse? quibus mihi videntur ludibrio fuisse dicta. quippe, quas honeste habere licebat, per turpitudinē abuti.

C O N I V R A T I O

properabant. Sed libido stupri, ganeæ, ceterique cultus non minor; inceserat viros pati muliebria; mulieres pudicitiam in pro-
patulo habere; vescendi causa, terra, marique omnia exquirere; dormire prius quam somni cupido esset; nō famem, aut sitim, ne-
que frigus, neque lassitudinem operiri, sed ea omnia luxu ante ca-
pere. hæc iuuentutem, vbi familiares opes defecerant, ad facinorā
incendebant. ANIMVS IMEVTVS malis artibus, haud facile libidi-
nibus carebat: eo profusus omnibus modis quæstui, atque sum-
tui deditus erat.

C A P. XIV. ¶ In tanta, tamque corrupta ciuitate, Catilina, id
quod factu facillimum erat, omnium flagitiorum, atque facino-
rum circum se, tanquam stipatorum, cateruas habebat. nam, qui-
cunque impudicus, adulter, ganeo, ventre, manu, pene, bona pa-
tria lacerauerat; quique alienum æs grande confluera, quo fla-
gitium, aut facinus redimeret: præterea, omnes vndique parrici-
dæ, sacrilegi, conuicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes;
ad hoc, quos manus, atque lingua, periurio, aut civili sanguine a-
lebat; postremo, omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus
exagitabat, ii Catilinæ proximi, familiareque erant. quod si quis
etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat; quotidiano vsu,
atque illecebris, facile par, similisque ceteris efficiebatur. Sed ma-
xime adolescentiū familiaritates appetebat. EORVM animi mol-
les, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. nam, vt cu-
iusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere; aliis canes,
atque equos mercari; postremo neque sumtui, neque modestiæ
suae parcere, dum illos obnoxios, fidosque sibi faceret. Scio fuisse
nonnullos, qui ita existumarent; iuuentutem, quæ domum Cati-
linæ frequētabat, parum honeste pudicitiam habuisse. sed ex aliis
rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret, hæc fa-
ma valebat.

C A P. XV. ¶ Iamprimum adolescens Catilina multa nefan-
da supra fecerat cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ, & alia
huiusmodi contra ius, fasque. postremo, captus amore Aureliæ
Orestillæ, cuius, præter formam, nihil vquam bonus laudauit;
quod ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate;
pro certo creditur, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis
fecisse. quæ quidem res mihi in primis videtur causa fuisse faci-
noris maturandi. namque ANIMVS IMPVRVS, Diis, homini-
busque infestus, neque vigilis, neque quietibus sedari poterat: ita
cōscientia mentem excitam vastabat. Igitur colos eius ex sanguis,
fœdi oculi, citus modo, modo tardus incessus: prorsus in facie,
vultuque vecordia inerat.

C A P. XVI. ¶ Sed iuuentutem, quam, vt supra diximus, ille-
xerat, multis modis mala facinora edocebat. ex illis testes, signato-
resque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere.
post,

tum Consules interficere; ipsi, fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. ea re cognita, rursus in Nonas Februarias consilium eadē transfulerant. iam tum non Consulibus modo, sed plerisque Senatoribus perniciem machinabantur. quod ni Catilina maturasset pro curia signum focis dare; eo die, post conditam urbem Romam, pessimum facinus patratum foret. quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res consilium diremit.

C A P. X X. ¶ Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quaestor pro Fratre missus est, adnitente Crasso; quod cum infestum inimicum Cnæo Pompeio cognouerat. neque tamen Senatus prouinciam inuitus dederat. quippe F O E D V M hominem a Republica procul esse volebat: simū, quia boni complures præsidium in eo putabant: & iam tum potentia Pompeii formidolosa erat. sed is Piso, in prouinciam ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occisus est. Sunt qui ira dicant, imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequiuisse pati: alii autem, equites illos, Cnæi Pompeii veteres, fidesque clientes, voluntate eius Pisonem aggressos: nunquam Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sæua multa antea perpeffos. nos eam rem in medio relinquemus. De superiori coniuatatione satis dictum.

C A P. X X. ¶ C A T I L I N A, ubi eos, quos paulo ante memorauimus, conuenisse videt; tamen cum singulis multa sæpe egerat. tamen, in rem fore credens vniuersos appellare, & cohortari, in abditam partem ædium secessit; atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiusmodi habuit: *Ni virtus, fidesque, vestra spectata mihi forent: nequiquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio, in manibus frustra fuissent: neque ego, per ignauiam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem. sed, quia multis, & magnis tempestatibus vos cognoui fortes, fidesque, mihi, eo animus ausus est maximum, atque pulcherrimum facinus incipere; simul, quia vobis eadem, qua mihi, bona, malaque esse intellexi. nam I D E M velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego, qua mente agitavi, omnes iam antea diuersi audistis. ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero, qua conditio vite futura sit, nisi nosmet ipsos vindicamus in libertatem. nam, postquam Respublica in paucorum potentium ius, atque ditionem cōcessit; semper illis reges, tetrarcha vectigales esse, populi, nationes, stipendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, his obnoxii, quibus, si Respublica valeret, formidini essemus. Itaque omnīs gratia, potentia, bonos, diuitia apud illos sunt, aut ubi illi volunt: nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. qua quousque tandem patiēmini fortissimi viri? NON NE emori per virtutem præstat, quam vitam miseram, atque inhonestam, ubi aliena superbia ludibrio fueris, per dedecus amittere? verum eximvero, pro Deum atque hominū*

inuenio

Cec:

M b

y d l o

fidem.

CATILINÆ.

idem, victoria in manu nobis est. viget atas: animus valet. contra illos, annis, atq; diuitiis, omnia conseruerunt. TANTVM MODO INCEPTO opus est: cetera res expediet. Etenim quis mortalium, cui virile ingenium inest, tolerare potest, illis diuitiis sperare, quas profudant in extruendo mari, & montibus cosquandis, nobis rem familiarem etiam ad necessariam deesse? illos binas, aut amplius domos continuare, non in larem familiarem nusquam vllum esse? Cum tabulas, signa, ornamenta emunt; noua diruunt, alia adificant; postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant, tamen summa libidine diuitias suas vitare nequeunt. at nobis est domi inopia, foris as alienum: mala res, spes nullo asperior. deniq; quid reliqui habemus, præter miseram animam? quin igitur experjiscimini? en illa, illa, quam sæpe optastis, libertas, præterea diuitia, decus, gloria in oculis sita sunt. Fortuna omnia ea vitioribus præmia posuit. res, tempus, pericula, egestas, belli spolia manifica, magis, quam oratio mea, vos hortetur. vel imperatore, vel mihi me utimini. neque animus, neque corpus a vobis aberit. hæc ipsa, spero, vobiscum una Consul agam: ni forte me animus fallit, & vos curare magis, quam imperare, parati estis.

diuinitia
non boni
causam
non iustitiam
vixit.

CAP. XXI. ¶ POST QVAM accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res, neque spes bona vlla: rati illis, quæta mouere, magna merces videbatur; tamen postulare plerique, vt proponeret, quæ conditio belli foret; quæ præmia mis peterent; quid vbiq; opis, aut spei haberent. Tum Catilina solliciter tabulas nouas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quæ bellum, atq; libido victorum fert: præterea, esse in Hispania citeriore Pisonem; in Mauritania cum exercitu Publium Sittium Nucerinum consilii sui participes: petere Conlatum Caium Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem familiarem, & omnibus necessitudinibus circumuentum: cum eo se in sulem initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnes bonos; suorum vnumquemque nominans, laudare; admonere eum egestatis, aliorum cupiditatis suæ, complures periculi, aut ignominie, multos victoria Sullana, quibus ea præda fuerat. Postquã omnino animos alacris videt; cohortatus, vt petitionem suam curaberent, conuentum dimisit.

CAP. XXII. ¶ Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, actione habita, cum ad iurandum populares sceieris sui adigebat, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse; inde, cum post execrationem omnes degustauissent, uti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum, atq; eo discitare fecisse, quo inter se magis fidi foret, alius alii anti facinoris conscii. non nulli ficta hæc, & multa præterea existimabant, ab iis qui Ciceronis inuidiã, quæ postea orta est, leniri debebant atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant. nobis res pro magnitudine parum comperta est.

C A P. XXIII. ¶ Sed in ea coniuratione fuit Quintus Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus: quem Censores Senatu probri gratia amouerāt. Huic homini nō minor vanitas inerat, quam audacia, neque reticere, quę auerterat, neque suamet ipse scelera occultare; prorsus neque dicere, neque facere, quicquā pensi habebat. Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri vetus consuetudo. cui cum minus gratus esset, quod inopia minus largiri poterat, repente glorians, *maria montesque polliceri*. cœpit; *minari interdum ferro, nisi obnoxia foret*: postremo, ferocius agitare, quā solitus erat. At Fulvia, insolentia Curii caussa cognita, tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit; sed, sublato auctore, de Catilinæ coniuratione quæque quo modo audierat, compluribus narrauit. Ea res in primis studia hominū accendit ad Consulatum mādandum Marco Tullio Ciceroni. namque antea pleraque nobilitas inuidia æstuabat, & quasi pollui Consulatum credebant, si eum, quamuis egregius, homo nouus adeptus foret. sed, ubi PARTICVLVM aduenit, inuidia, atque superbia poli fuere.

C A P. XXIV. ¶ Igitur, comitis habitis, Consules declarantur Marcus Tullius, & Caius Antonius. quod factū primo populares coniurationis concusserat. neque tamen Catilinæ furor minuebatur; sed in dies plura agitare; arma per Italiā locis opportunis parare; pecuniā sua, aut amicorū fide sumtā mutūā, Fabulas ad Manlium quemdā portare; qui postea princeps fuit belli faciundi. Ea tēpestate plurimos cuiusq; generis homines adsciuisse sibi dicitur; mulieres etiam aliquot, q̄ prius ingentis sumtus stupro corporis tolerauerant; post, VBI ÆTAS tantummodo quæstui. neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande confauerant: per eas se Catilina credebat posse seruitia vrbana sollicitare, vrbem incendere, viros earum vel adiungere sibi, vel interficere.

C A P. XXV. ¶ Sed in his erat Sempronia, quæ multa sepe virilis audaciæ facinora commiserat. hæc mulier genere, atque forma, præterea viro atque liberis satis fortunata *lucit lucis eris* Græcis & Latinis docta; psallere & saltare elegantius *quam*. necesse est probæ: multa alia, quæ instrumenta luxurię *sunt* sed ei cariora semper omnia; quam decus atque pudicitia fuit. pecuniæ, an famæ minus parceret, haud facile discerneres. libidine sic accensa, vt sæpius peteret viros, quam peteretur: sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, ædis conscia fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat. verum ingenium eius haud absurdum; posse versus facere, iocum mōuere, sermone vti vel modesto, vel molli, vel procaci: prorsus multæ facerit, rultusque lepos inerat.

C A P. XXVI. ¶ His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proximum anam Consulatum perebat; sperans, si designatus foret, facile se ex volūate Antonio vsurum. neque interea quierus erat,

et, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. neque illi ratio, ad cauendum dolus, aut astutiæ deerant. namque a principio Consulatus sui, multa pollicendo per Fuluiam, effecerat, ut Quintus Curius, de quo paullo ante memorauimus, consilia Catilinæ non proderet. ad hoc, collegam suum Antonium, pactione prociæ perpulerat, ne contra Reipublicam sensuaret: circum se insidias amicorum, atque clientium occulte habebat. Postquam a comitiis venit, & Catilinæ neque petitio, neque iudicia, a Consulibus in Campo fecerat, prospere cessere, constituit bellum facere; & EXTREMA omnia experiri, quoniam, quæ occulte itauerat, aspera, scædaque euenerant.

C A P. XXVII. ¶ Igitur Caium Manlium Fæstulæ, atque in eam partem Etruriæ, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, Caium Iulium in Apuliam dimisit, præterea alium alio, quæque opportunè sibi fore credebat. Interea Romæ multa simul agitari: Consuli insidias tendere: parare incendia: opportuna locis armatis hominibus obsidere: ipse cum telo esse, item alios iuue: hortati, uti semper intenti, paratique essent: dies, noctesque inuigilare: neque insomniis, neque labore fatigari. primo, ubi multa agitantibus nihil procedit, rursus intempesta nocte iurationis principes conuocat per Marcum Porcium Læcam: quæ multa de ignauia eorum questus, docet se Manlium præmitti ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma parauerat; item in alia loca opportuna, qui initium belli facerent, seque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset: eum suis consiliis tutum officere.

C A P. XXVIII. ¶ Igitur, perterritis, ac dubitantibus ceteris, Lucius Cornelius, eques Romanus, operam suam pollicitus, & cum Lucius Vargunteius Senator, constituere ea nocte paullo post armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem, & improviso domi suæ imparatum confodere. Curius, ubi inuigilat, quantum periculum Consuli impendat, perere per Fulvium Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. ita illi ianua protenta, tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius iniuria plebem sollicitare, EGESTATE simul, ac dolore inuouarum rerum cupidam; quod Sullæ dominatione, agros, & iaque omnia amiserat; præterea, latrones cuiusque generis, & eorum in ea regione magna copia erat, non nullos ex Sullanis donis, quibus libido, atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliquum fecerant.

C A P. XXIX. ¶ Ea cum Ciceroni nuntiarentur, incipiti malorum motus, quod neque urbem ab insidiis priuato consilio longius tutam poterat, neque, exercitus Manlii quantum, aut quo consilio esset, satis compertum habebat, rem ad Senatûm refert; iam auolgi rumoribus exagitatam. Itaque, quod plerumque in

atroci negotio solet, Senatus decreuit, *darent operam Consules, ne quid Respublica detrimenti caperet.* Ea potestas per Senatum, more Romano, magistratui maxuma: permittitur exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque ciuis: domi, militiæque imperium, atque iudicium hominū habere. aliter, sine populi iussu, nulli eorum rerum Consuli ius est.

C A P. XXX. ¶ Post paucos dies Lucius Senuus Senator in Senatu literas recitauit, quas Fæfulis allatas sibi dicebat a Quinto Fabio; in quibus scriptum erat, C. Manlium arma cepisse, cum magna multitudine ante diem sextum Kalendarum Nouembrium. simul, *Id. QVOD* in tali re solet, alii portentia, atque prodigia nuntiabant: alii, conuentus fieri, arma portari; Capuæ, atque in Apulia seruile bellum moueri. Igitur Senati decreto Quintus Marcius Rex Fæfulas, Quintus Metellus Creticus in Apuliam, circumque ea loca missi. ii utriusque ad vibera Imperatores erant; impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum; quibus omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat sed Prætores, Quintus Pompeius Rufus Capuam, Quintus Metellus Celer in agrum Piceuum: *hisque* permissum, *uti pro tempore, atque periculo exercitum compararent.* ad hoc, *si quis indicauisset de coniuratione, quæ contra Rempublicam facta erat, præmium seruo libertatem & sestertia centum, libero impunitatem eius rei, & sestertia ducenta.* itemque decreuere, *uti gladiatoria familia Capuam, & in cetera municipia distribuerentur: & pro cuiusque opibus; Roma per totam urbem vigilia haberentur, eisque minores magistratus præssent.*

C A P. XXXI. ¶ Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata facies v. bis erat: ex lumina lætitia, atque lætitia, quæ dururna quies pepererat, repente omnis, tristitia inuasit. festinare, trepidare; neque loco, neque homini cuiquam satis credere; neque bellum gerere, neque pacem habere. *SVO QVIBUS* metu pericula metiri, ad hoc, mulieres, quibus Reipublicæ magnitudine belli timor insolitus inceserat, afflictare sese; manus supplices ad cælum tendere; miserari paruos liberos; rogare; omnia pauere; superbia, atque deliciis omissis, sibi, patriæque disfidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa mouebat: tamen præsidia parabantur; & ipse lege Plautia interrogatus erat ab Lucio Paulo. postremo, dissimulandi causa, & ut sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatū venit. Tum Marcus Tullius Consul, siue præsentiam eius timens, siue ira commotus, orationem habuit luculentam, atque vtilem Reipublicæ, quam postea scriptam edidit. Sed, ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici, *postulare a patribus conscriptis, ne quid de se temere crederent: ea familia ortum, ita se ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: ne existimarent; sibi, patrio homini, cuius ipsius, atque maiorum plurima beneficia in ple-*
bem

em Romanam essent, perdita Republica opus esse; cum eam seruaret Marcus Tullius, inquilinus civis urbis Romæ. Ad hæc maledicta, alia um addedit; obstrepere omnes, hostem, atque parricidam vocare. Um ille furibundus Quoniam quidem circumuentum, inquit, ab iniicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam.

CAP. XXXII. ¶ Dein se ex curia dnum præcipit. ibi mulipse secum voluens, quod neque insidiæ Consuli procedebant, ab incendio intelligebat urbem vigilis munitam. Opimum fam credens exercitum augere ac Prius. QVAM legiones scribentur, multo ante capere ea, quæ bello vsui forent, nocte intemsta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego, que Lentulo, ceterisque, quorum cognouerat promptam audam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmant; insidias vsui maturent. eadem, incendia; aliq; belli facinora parent. sese prorem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

CAP. XXXIII. ¶ Dum hæc Romæ geruntur, Caius Manlius suo numero legatos ad Quintum Marcium Regem mittit cum audatis huiuscemodi. DE ò s. hominesque testamur, Imperator, arma neq; contra patriam cepisse, neque quo periculum aliis facimus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent; qui miseri, egen, violentia atque crudelitate foeneratorum, plerique patria, sed oes fama, atq; fortunis expertes sumus: neq; cuiquã nostrum licuit, re midiorum, lege uti, neque, amisso patrimonio, liberum corpus habere: tanta scinitia foeneratorum, atque Pratoris fuit. Sape maiõres tri miseriti plebis Romana, decretis suis inopia eius opitulati sunt: ac iussu, memoria nostra, propter magnitudinem aris alieni, volenus omnibus bonis, argentum are solutum est. Sape ipsa plebs, aut donandi studio permota, aut superbia magistratum armata, a Patri secessit. at nos non imperium, neque diuitias petimus; quarum reu causa, bella; atque certamina omnia inter mortalis sunt, sed LIBERTATEM; quam nemo bonus, nisi cum anima simul, amittit. Te, Senatam obtestamur, consulatis miseris ciuibus; legis presidium, ad iniquitates Pratoris eripuit, restituatis, ne ve nobis eam necessitatem imponatis, ut queramus, quonam modo maxime vlti sanguinem nostrum, pereamus.

CAP. XXXIV. ¶ Ad hæc Q. Marcus respondit: Si quid ab vtu petere vellent, ab armis discedant; Romam supplices profiscã: ea mansuetudine, atque misericordia Senatam, populumq; Romam semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petiuerit. Catilina ex itinere plerisque Consulatibus, præterea optumo que literas mittit: Se, falsis criminibus circumuentum, quoniam non inimicorum resistere nequiverit, fortuna cedere, Massiliam inlium profiscisci non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti Respublica quieta foret; ne ex sua contentione seditio oriretur. Ab his ge diuersas literas Quintus Catulus in Senatu recitauit; quas

sibi nomine Catilinæ redditas dicebat. earum exemplum infra scriptum est.

CAP. XXXV. ¶ *Lucius Catilina Quinto Catulo Salutem. EGRESIA tua fides, re cognita, grata mihi, magnis in meis periculis, fiduciam commendationi meæ tribuit. quamobrem defensionem in consilio nouo non statui parare: satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere creui: quam mediis fidius veram licet cognoscas. Iniuriis, contumeliisque concitatus, quod fructu laboris, industriæque meæ priuatus, statim dignitatis non obtinebam, publicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi: non, quin et alienum meis nominibus, ex possessionibus soluere possem, cum et alienis nominibus liberalitas Orestilla, sui, filiaque copiis persolueret: sed, quod non dignos homines honore honestos videbam; meque falsa suspitione alienatum esse sentiebam, hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliqua dignitatis conseruanda sum secutus. Plura cum scribere vellem, nunciatum est vim mihi parari. nunc Orestillam tibi commendo, tuæque fidei trado. eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus, habeto. Sed ipse, paucos dies commemoratus apud Caium Flaminium Flammam in agro Reatino, dum vi ciuitatem antea sollicitatam armis exornat, cum fascibus, atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit.*

CAP. XXXVI. ¶ *Hæc vbi Romæ comperta sunt; Senatus Catilinam, et Manlium hostes iudicat; cetera multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere: præter rerum capitalium condemnatis. præterea, decernit, uti Consules delectum habeant; Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet; Cicero urbi præsidio sit. Ea tempestate mihi imperiû populi Romani multo maxime miserabile visum est: cui cum ad occasum ab ortu Solis omnia domita armis parerent; domi otium, atque diuitiæ, quæ prima mortalis putant, affluerent; fuere tamen ciues, qui seque, remque publicâ obstinatis animis perditum irent. namque, duobus Senati decretis, ex tanta multitudine, neque præmio inductus coniurationem patefecerat, neque ex castris Catilinæ quisquam omnium decesserat. tanta vis morbi, atque uti tabes plerosque ciuium animos inuaserat.*

CAP. XXXVII. ¶ *Neque solum illis aliena mens erat, qui conscii coniurationis fuerant; sed omnino cuncta plebes, nouarum rerum studio, Catilinæ incepra probabat. id adeo more suo videbatur facere. nam SEMPER IN ciuitate, quibus opes nullæ sunt, bonis inuidet, malos extollunt; vetera odere, noua exoptant; odio statarum rerum mirari omnia student; turba atque seditionibus sine cura aluntur; quoniam EGESTAS facile habetur sine damno. Sed urbana plebes ea vero præceps ierat multis de causis. primum omnium, qui vbi que probro, atque petulantia maxime præstabant; item alii, per dedecora, patrimonii amissis; postremo omnes, quos*

hos flagitium, aut facinus domo expulerat, si Romam, sicuti in
 antinam, confluerant. deinde **MULTI, MEMORES** Sullanæ vi-
 toriæ, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios
 diuites, ut regio victu atque cultu ætatem agerent; sibi quisque,
 in armis foret, ex victoria talia sperabat. præterea, iuuentus, quæ
 agris manuum mercede inopiam tolerauerat, priuatis, atque
 publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori præ-
 uulerat. Eos, atque alios omnis, malum publicum alebat. quo **MIR-**
VS MIRANDVM est; homines egentis, malis moribus, maxuma
 Reipublicæ iuxta ac sibi consuluisse. præterea, quorū, victoria
 allæ, parentes proscripti, bona erepta, ius libertatis imminutum
 erat, haud sane alio animo belli euentum expectabant. Ad hoc,
 ne unquam aliarum, atque Senati, partium erant, **CONTRARI**
 empulicam, quam minus valere ipsi, malebant; id adeo malum
 ultros post annos in ciuitatem reuerterat.

CAP. XXXVIII. ¶ Nam, postquam **CNÆO** Pompeio, & **Mar-**
CO Crasso Cæsulibus tribunicia potestas restituta est, homines ado-
 scentes, summam potestatem nacti, quibus ætas, animusque ferox
 atque, cœpere, Senatum criminando, plebem exagitare; dein, largi-
 do, atque pollicitando magis incendere; ita ipsi clari, potentef-
 re fieri. cōtra eos summa ope nitentur pleraque nobilitas, **Senati**
 ecie, pro sua magnitudine. namque, uti paucis verum absoluam,
 illa tempora quicūque Remplicam agitauerat, honestis nomi-
 bus, alii, sicuti iura populi defenderent, pars, quo Senati auctori-
 s maxuma foret, **BONVM PVBLCVM** simulantes, pro sua quis-
 e potentia certabant: neque illis modestia, neque modus con-
 tionis erat: utriusque victoriam crudeliter exercebant.

CAP. XXXIX. ¶ Sed, postquam **CNÆVS** Pompeius ad bellū
 mitimum, atque Mithridaticū missus est; plebis opes imminu-
 paucorum potentia creuit. hi magistratus, prouincias, aliaque
 nia tenere. ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere, cete-
 que iudiciis terrere, quo plebem in magistratu placidius tracta-
 it. sed, ubi primum, dubiis rebus nouandis, spes oblata est; vetus
 tamen animos eorum arrexit. quod si primo prælio Catilina
 eior, aut æqua. manu discessisset, profecto magna clades, at-
 e calamitas Remplicam oppressisset; **NEQUE ILLIS**, qui vi-
 nam adepti forent, diutius ea uti licuisset; quin, defessis, & ex-
 quibus, quibus posset, imperium atque libertatem extorque-
 uere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam
 do profecti sunt. in iis erat **Aulus Fuluius**, Senatoris filius, quem
 actum ex itinere necari iussit. **Iisdem** temporibus **Ro-**
Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quosunque moribus,
 fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios
 citabat; neque solum ciues, sed cuiusque modi genus homi-
 n, quod modo bello vsui foret.

CAP. XL. ¶ Igitur P. Umbrenus cuidam negotium dat, ut legatos Allobrogum requirat; eosque, si possit, impellat ad societatem belli, existumans publice, priuatimque aere alieno oppressos; præterea, quod natura Gallica gens bellicosa esset, facile eos ad tale consilium adduci posse. Umbrenus, quod in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus ciuitarium notus erat, atque eos nouerat: itaque sine mora, ubi primum legatos in foro conspexit, percunctatus pauca de statu ciuitatis, & quasi dolens eius casum, requirere cepit. *quæ exitum tantis malis sperarent.* postquam illos videt, *queri de auaritia magistratum, accusare Senatum, quod in eo auxilii nihil esset: miseris suis remedium mortem expectare: At ego, inquit, vobis, si modo viri esse vultis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugatis.* Hæc ubi dixit, Allobroges, in maxumam spem adducti, Umbrenum orare, *ut sui miseretur: nihil tam asperum, neque tam difficile esse, quin cupidissime facturi essent, dum ea res ciuitatem aere alieno liberaret.* Ille eos in domum Decimi Bruti perducit; quod foro propinqua erat, neque aliena consilii propter Sempromniam: nam tum Brutus Roma aberat. præterea Gabinium arcessit; quo maior auctoritas sermone inesset: eo præsentem coniurationem aperit: nominat socios, præterea multos cuiusque generis innoxios; quo legis animus amplior esset: dein eos, pollicitos operam suam, domum dimittit.

CAP. XLI. ¶ Sed Allobroges diu in incerto habuere, quidnam consilii caperent: in altera parte erat æs alienum, studium belli, magna merces in spe victoriæ: at in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe, certa præmia. hæc illis volentibus, tandem vicit Fortuna Reipublicæ. itaque Quinto Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimum ciuitas utebatur, rem omnem, ut cognouerant, aperit. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcipit, ut studium coniurationis vehementer simulent; ceteros adeant; bene polliceantur; dentque operam, uti eos, quam maxime manifestos habeant.

CAP. XLII. ¶ Iisdem fere temporibus, in Gallia citeriore, atque vltiore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat. nam illi, quos Catilina antea dimiserat, inconsulte, ac veluti per dementiam, cuncta simul agebant: nocturnis consiliis, armorum, atque telorum portationibus, FESTINANDO, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant. ex eo numero compluris Quintus Metellus Celer Prætor, ex Senatusconsulto causa cognita, in vincula coniecerat: item in citeriore Gallia Caius Murena, qui ei prouinciæ legatus præerat.

CAP. XLIII. ¶ At Romæ Lentulus cum ceteris, qui Principes coniurationis erant, paratis, ut videbatur, magnis copiis, constituerat, uti, cum Catilina in agrum Fæsulanium cum exercitu venisset, Lucius Bestia tribunus plebis concione habita, quereretur
de actio-

actionibus Ciceronis, bellique grauiſſimi inuidiam optimo
 nſuli imponeret; eo ſigno, proxima nocte cetera multitudo
 urationis ſuum quiſque negotium exſequeretur. Sed ea diui-
 oc modo dicebatur: Statilius, & Gabinius vti cum magna ma-
 luodecim ſimul opportuna loca vr̄bis incenderent; quo tu-
 tu facilior aditus ad Conſulem, ceteroſque, quibus inſidiæ pa-
 antur, fieret: Cethegus Ciceronis ianuam obſideret, cumque
 gredederetur, alius autem alium; ſed filii familiarum, quorum
 obilitate maxima pars erat, parentes interficerent; ſimul, cæ-
 & incendio percuſis omnibus, ad Catilinam erumperent. In-
 nac parata, atque decreta, Cethegus ſemper querebatur *de i-
 uia ſociorum: illos, au bitando, & dies prolatando, magnas opportu-
 tes corrumpere. factio, non conſulto, in tali periculo opus eſſe: ſeque,
 uci adiuuarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum.*
 ara ferox, vehemens, manu promptus erat: MAXIMUM bonum
 cleritate putabat.

A P. XLIV. ¶ Sed Allobroges, ex præcepto Ciceronis, per
 inium ceteros conueniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, itē
 ſio poſtulant iuſſurandum, quod ſignatum ad ciues perferat:
 er haud facile eos ad tantum negotium impelli poſſe. ceteri
 il ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eo breui venturum pollice-
 ac paullo ante legatos ex vr̄be proficiſcitur. Lentulus cum iis
 um Volturcium quemdam Crotonienſem mittit; vt Allobro-
 prius quam domum pergerent, cum Catilina, data atque ac-
 ta fide, ſocietatem conſirmarent. ipſe Volturcio litteras ad Ca-
 iam dat: quarum exemplum infra ſcriptum eſt. *Quis ſim, ex
 uem ad te miſi, cognoſces. ſac cogites, in quanta calamitate ſis; &
 uineris, te virum eſſe; conſideres, quid tua rationes poſtulent: A V-
 V M petas ab omnibus, etiam ab inſimis. Ad hoc, mandata ver-
 lat: Cum ab Senatu hoſtis indicatus ſit, quo conſilio ſeruitia re-
 et: in vr̄be parata eſſe, qua iuſſerit: ne cunctetur ipſe propius ac-
 re.*

A P. XLV. ¶ His rebus ita actis, conſtituta nocte, qua pro-
 berentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, Lucio Valerio
 co, & Caio Pomptino Prætoribus imperat, vt in ponte Mul-
 per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant: rem omni-
 ſit, cuius gratiâ mittebatur: cetera, vt factio opus ſit, ita agant.
 mittit illis homines militares. Sine tumultu præſidii colloca-
 icuti præceptum erat, occulte pontem obſident. poſtquam ad
 ſci legati cura Volturcio venerunt; & ſimul vtrinque clamor
 tus eſt: Galli, cito cognito conſilio, ſine morâ Prætoribus ſe-
 ſit: Volturcius primo, cohortatus ceteros, gladio ſe a multitu-
 defendit; deinde, vbi a legatis deſertus eſt, multa prius de ſa-
 ſua Pomptinum obteſtatus, quod ei notus erat, poſtremo ti-
 ſus, ac vitæ diſſidens, velut hoſtibus, ſeſe Prætoribus dedit.

quibus rebus confectis, omnia propere per nuntios Consuli declarantur.

C A P. XLVI. ¶ At illum ingens cura, atque lætitia simul occupauere. nam lætabatur intelligens, coniuratione patefacta ciuitatem periculis ereptam esse. porro autem anxius erat, dubitans, in maximo scelere tantis ciuibus deprehensus, quid facto opus esset. POENAM illorum sibi oneri: impunitatem per dundæ Reipublicæ fore credebat. igitur confirmato animo, vocari ad sese iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Cœparium Terracinensem; qui in Apuliam ad concitanda seruitia proficisci parabat. ceteri sine mora veniunt: Cœparius, paullo ante domo egressus, cogito indicio, ex vrbe profugerat. Consul Lentulum, quod Prætor erat, ipse manu tenens in Senatum perducit; reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire iubet. eo Senatû aduocat; magnaque frequentia eius ordinis, Volturcium cum legatis introducit; Flaccum Prætorem scriinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem adferre iubet.

C A P. XLVII. ¶ Volturcius, interrogatus de itinere, de litteris, postremo quid, aut qua de causa, consilii habuisset? primo fingere alia, dissimulare de coniuratione; post, vbi fide publica dicere iussus est, omnia, vti gesta erant, aperit; docetque, se paucis ante diebus a Gabinio, & Cœpario socium adscitum: nihil amplius scire, quam legatos: tantummodo audire solitû ex Gabinio, Publium Autroniû, Seruium Sullam, Lucium Vargunteium, multos præterea in ea cõiuratione esse. eadem Galli fatentur, ac Lentulum dissimulantem coarguunt, præter litteras, & sermonibus, quos ille habere solitus erat: *Ex libris Sibyllinis, regnum Roma tribus Cornelii portendi: Cinnam, atq; Sullam antea, se tertium esse, cui fatum foret vrbis potiri; præterea, ab incendio Capitolio illum esse vicesimum annum, quem saepe ex prodigiis aruspices respondissent bello ciuili cruentum fore.* Igitur perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cognouissent, Senatus decernit, vti, abdicato magistratu, Lentulus itemq; ceteri in liberis custodiis haberentur. itaq; Lentulus Publio Lentulo Spintheri, qui tum Ædilis erat, Cethegus Quinto Cornificio, Statilius Caio Cæsari, Gabinus Marco Crasso, Cœparius (nam is paullo ante ex fuga retractus erat) Cnao Terentio Senatori traduntur.

C A P. XLVIII. ¶ Interea plebs, coniuratione patefacta, QVAS PRIMO cupida nouarû rerum, nimis bello fauebat, mutata mente Catilinæ consilia exserari, Ciceronem ad cælum tollere; veluti ex seruitute erepta, gaudium, atque lætitiã agitabat. namq; ALIA BELLi facinora prædæ magis, quam detrimento fore; incendium vëro crudele, immoderatum, ac sibi maxime calamitosum putabat; quippe cui omnes copiar in vsu quotidiano, & cultu corporis erant. Post eum diem quidam Lucius Tarquinius ad Senatum adductus erat: quem, ad Catilinam proficiscentem, ex itinere retraxit.

¶ *Quam*

um aiebant. is cum se diceret indicaturum de coniuratione, si les publica data esset; iussus a Consule, quæ sciret, edicere, eam fere, quæ Volturcius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, retinere hostium, Senatum edocet: præterea, se missum a Marco Crasso, qui Catilina nuntiaret, ne eum Lentulus, & Cethegus, aliique coniuratione deprehensi terrerent; eoque magis properaret ad urbem accedere, quo & ceterorum animos resciceret, & illi facilius e periculo eriperentur. Sed, ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maximis divitiis, summa potentia; alii rem incredibilem rati; pars, tamen si verum existimabant, tamen, quia in illi tempore tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitant, videbatur, plerique Crasso ex negotiis privatum obnoxii, conamant, indicem falsum esse; deque ea re postulant uti referatur: itaque consulente Cicerone, frequens Senatus decernit, *Tarquini indicium falsum videri; eumque in vinculis retinendum; neque amplius potestatem faciendam, nisi de eo indicaret, cuius consilio tantum rem esset mentitus.* Erant eo tempore, qui existimarent, indicium illud a Publio Autronio machinatum quo facilius, appello Crasso, per societatem periculi reliquos illius potentia tegebat; alii, Tarquinium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus, ore suo, suscepto malorum patrocinio, Rempublicam cõturbari. ipsum Crassum ego postea prædicantem audiui, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone impositam.

C A P. XLIX. ¶ Sed iisdem temporibus Quintus Catulus, & Cæcilius Piso neque precibus, neque gratia neque pretio Ciceronem pellere potuere, uti per Allobroges, aut alium indicem Caius Marcellus falso nominaretur. nam uterque cum illo grauis inimicis exercebant; Piso, oppugnatus in iudicio repetundarum, propter cuiusdam transpadani supplicium iniustum; Catulus, ex peccatione Pontificatus odio incensus; quod, extrema ætate, maximis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat: tamen autem opportuna videbatur, quod is, priuatim egregia libertate, publice maximis muneribus, grande pecuniam debebat. Sed, ubi Consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi circumspicillatim circumeundo, atque ementiundo quæ se ex Volturciis, aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi inuidiam cõterant; usque eo, ut nonnulli equites Romani, qui præsidii causa cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi matitudine, seu animi nobilitate impulsus, quo studium suum in Rempublicam clarius esset, egredienti ex Senatu Cæsari gladio nitarentur.

C A P. L. ¶ Dum hæc in Senatu aguntur; & dum legatis Allobrogum, & Tito Volturcio, comprobato eorum iudicio, præmia cernuntur: liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diuersis itineribus, opifices, atque seruitia in vicis ad eum eripiendum solliciti.

citabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio Rempublicam vexare soliti erant, Cethegus autem per nuntios familiam, atque libertos suos, electos, & exercitatos in audaciam, orabat, ut, grege facto, cum telis ad sese irrumperent. Consul, ubi ea parari cognouit, dispositis praesidiis, uti res, atque tempus monebat, conuocato Senatu refert, *quid de iis fieri placeat, qui in custodia traditi erant. sed eos paulo ante frequens Senatus iudicauerat contra Rempublicam fecisse.* tum Decimus Iunius Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore Consul designatus erat, de his qui in custodia tenebantur, & praeterea de Lucio Cassio, Publio Furio, Publio Umbreno, Quinto Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreuerat: isque postea, permotus oratione Caii Caesaris, pedibus in sententiam Tiberii Neronis iturum se dixerat; quod de ea re, praesidiis additis, referendum censuerat.

CAP. LII. ¶ Sed Caesar, ubi ad eum ventum est, rogatus sententiam a Consule, huiuscemodi verba locutus est. *OMNIS homines Patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum prouidet, ubi illa officunt; neque quisquam omnium libidini simul & usui paruit. VBI INTENDERIS ingenium, valet. si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. magna mihi copia est memorandi; qui reges, atque populi, ira, aut misericordia impulsis, male consuluerint: sed ea malo dicere, qua maiores nostri contra libidinem animi sui, recte, atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum ciuitas, magna, atque magnifica, qua populi Romani opibus creuerat, infida, atque aduersa nobis fuit: sed postquam, bello confecto, de Rhodiis consultum est; maiores nostri, ne quis diuitiarum magis, quam iniuria causa bellum inceptum diceret, impunitos eos dimiserunt. Item, bellis Punicis omnibus, cum saepe Carthaginenses & in pace, & per inducias multa nefaria facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem talia fecere: MAGIS QUID se dignum foret, quam quid in illos iure fieri posset, quarebant. Hoc item vobis prouidendum est Patres conscripti, ne plus valeat apud vos Publii Lentuli, & ceterorum scelus, quam vestra dignitas; ne magis ira vestra, quam fama, consulatis. nam si digna poena pro factis eorum reperitur, nouum consilium approbo. si magnitudo sceleris omnium ingenia exuperat; utendum censeo, qua legibus comparata sunt. Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, compositae, atque magnifice casum Reipublica miserati sunt: quae bellis sauitia esset, qua victis acciderent, enumerare; rapi virgines, pueros: diuelli liberos a parentum complexu; matres familiarum pati; qua victoribus collibuisse. sana, atque domos exspoliari; cadem, incendia fieri; postremo armis, cadaueribus, cruore, atque luctu omnia compleri. sed, per Deos immortalis, quo illa oratio pertinuit? an, uti vos infestos coniurationi faceret? scilicet, quem res tanta, atque tam atrox non permouit, eorum oratio ascendet, non ita est: NEQUE CUIQUAM mortalium in-*
uria

na parua videntur: multi eas grauius a quo habuere. sed alia alijs
 a est, Patres Conscripti. qui demissi in obscuro vitam agunt, si
 acundia deliquere, pauci sciunt; fama, atq; fortuna eorum pares
 ui, magno imperio praditi, in excelsa atatem agunt, eorum facta
 mortales nouere. IN MAXIMA fortuna minima licentia est,
 udere neque odisse, sed minime irasci decet. qua apud alios ira
 dicitur, ea in imperio superbia, atq; crudelitas appellatur. Equi-
 sic existimo Patres Conscripti, omnis cruciatus minores, quam
 ra illorum, esse. sed plerique mortales postrema meminere; & in
 ibus impijs, sceleris eorum oblit, de poena differunt, si ea paulo se-
 fuerit. Decimum Silanum, virum fortem, atq; strenuum, certo
 a dixerit, studio Reipublica dixisse, neque illum in tanta re gra-
 uat inimicitias exercere: eos mores, eamq; modestiam viri cogno-
 um sententia eius mihi non crudelis, (quid enim in talis homi-
 dele fieri potest?) sed aliena a Republica nostra videtur. nam
 o aut metus, aut iniuria te subegit, Silane, Consulem designatū,
 poena nouum decernere. De timore, superuacaneum est differere,
 asertim, diligentia clarissimi viri Consulis, tanta praesidia sint
 ris, de poena, possumus equidem dicere id, quod res habet, in luctu,
 miseris, mortem arumnarum requiem, non cruciatum esse, eam
 mortalium mala dissoluere; ultra neque cura, neq; gaudio locū
 id, per Deos immortalis, quamobrem in sententiam non addidi-
 prius verberibus in eos animaduheretur? an, quia lex Porcia
 at alia leges item condemnatis ciuibus nō animam eripi, sed ex-
 permitti iubent. an, quia grauius est, verberari, quam necari?
 utem acerbum, aut nimis graue est in homines tanti facinoris
 tos? sin, quia leuius est: qui conuenit in minore negotio legem ti-
 ū eam in maiore neglexeris? At enim quis reprehendet, quod in
 ulas Reipublica decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius libido
 us moderatur. Illis merito accidet, quidquid euenerit: ceterum
 tres conscripti, quid in alios statuatis, considerate. OMNIA MA-
 TEMPLA, ex rebus domesticis orta sunt: sed ubi imperium ad
 s, aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis, &
 ad indignos, & non idoneos transfertur. Lacedaemonii, deuictis
 iensibus, triginta viros imposuere, qui rempublicam eorum tra-
 ti; ii primo capere pessimum, quemque, & omnibus inuisum in-
 tum necare, ea populus latari. & merito dicere fieri. post, ubi
 im licentia creuit; iuxta bonos & malos libidinose interficere,
 metu terrere. ita ciuitas, seruitute oppressa, stulta latitia grauis
 dedit. Nostra memoria victor Sulla, cum Damaspum, & alios
 di, qui malo Reipublica creuerant, iugulari iussit; quis non factū
 udabat? homines scelestos, factiosos, qui seditionibus Rempubli-
 agitaauerant, merito necatos aiebant. sed ea res magna initium
 fuit. nam uti quisq; domum, aut villam, postremo vas, aut ve-
 tum alicuius conuenerat, dabat operam, uti in proscriptorum



numero esset, ita illi, quibus Damasippi mors latitia fuerat, paullo post ipsi traherentur: neque prius finis iugulandi fuit, quam Sulla omnis suos diuitiis expleuit. Atque ego hoc non in Marco Tullio, neque his temporibus vereor, sed in MAGNA ciuitate multa, & varia ingenia sunt. potest alio tempore, alio Consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi. Vbi hoc exemplo per Senati decretum, Consul gladium eduxerit; quis illi finem statuet, aut quis moderabitur? Maiores nostri, Patres conscripti, neque consilii, neque audacia vnquam eguere: neque superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumserunt: postremo, quod vbiq; apud socios, aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequerentur. imitari, quam inuidere bonis, malebant. Sed eodem illo tempore, Græcia morem imitati, verberibus animaduvertebant in ciues, de condemnatis summum supplicium sumebant. postquam Respublica adoleuit, & multitudine ciuium factiones valere, circumueniri innocentes, aliaque huiuscemodi fieri cœpere: tunc lex Porcia, aliaque leges paratae sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est. Hanc ego causam Patres conscripti, quo minus nouum consilium capiamus, in primis magnam puto. PROFACTO VIRTUS, atque sapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilina? minime, sed ita censeo: publicandas eorum pecunias; ipsos in vinculis habendos per municipia, qua maxime opibus valent: neu quis de iis postea ad Senatum referat, ne ve cum populo agat: qui aliter fecerit, Senatum existimare, eum contra Rempublicam & salutem omnium facturum.

CAP. LII. ¶ Postquam Cæsar dicendi finem fecit; ceteri verbo, alius alii varie assentiebantur. at Marcus Porcius Cato, rogatus sententiam, huiuscemodi orationem habuit. LONGE mihi aliam mens est Patres conscripti, cum res, atque pericula nostra considero, & cum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. illi mihi disseruisse videntur de pœna eorum, qui patria, parentibus, aris, atque focus suis bellie parauere. res autem monet, cauere ab illis magis, quam, quid illos statuamus, consultare. nam CETERA maleficia tū persequare, vbi facta sunt: hoc, nisi prouideris, ne accidat; vbi euenit, frustra iudicia implores. Capta urbe, nihil sit reliqui victis. sed, per Deos immortalis, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris, quam Rempublicam fecistis, si ista, cuiuscumque modi sint, que amplexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere vultis; expergiscimini aliquando, & capeffite Rempublicam. non agitur de vectigalibus, neque de factorum iniuriis: libertas, & anima nostra in dubio est. Sapnumero, Patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci: sepe de luxuria, atque auaritia nostrorum ciuium questus sum; multosque mortalis ea causa aduersos habeo. qui mihi, atque animo meo nullius vnquam de-

ratiam fecissem, haud facile alterius libidini malefacta con-
 don. sed, ea tamen si vos parui pendebatis: tamen Respublica firma
 opulencia negligentiam tolerabat. nunc vero non id agitur, bonis
 malis moribus vivamus, neq; quantum aut quam magnificum
 um populi Romani sit, sed, cuius hæc cumq; modi videtur, nostra,
 hinc una, hostium futura sint. Hæc mihi quisquam mansuetu-
 & misericordiam nominat? iam pridem equidem nos vera re-
 ula amissimus, quia, bona aliena largiri, liberalitas; malorum re-
 udacia, fortitudo vocatur; eo Respublica in extremo sita est. sint
 quoniam ita se mores habet, liberales ex sociorum fortunis: sint mi-
 des in furibus avarii: ne illis sanguinem nostrum largiantur; &
 auctis sceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant. Bene, & co-
 Caius Caesar paullo ante in hoc ordine de vita, & morte disseruit,
 falsa existimans ea, qua de inferis memorantur; DIVERSO ita-
 nales a bonis loca tæta, inculta, fœda, atque formidolosa habere.
 sensus, pecunias eorum publicanas, ipsos per municipia in custodiis
 idos, videlicet timens, ne, si Roma sine, aut a popularibus coniura-
 aut a multitudine conducta, per vim eripiantur, quasi vero mali,
 elesti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam sint; aut
 B. P. L. V. S. possit audacia, ubi ad defendendum opes minores sunt.
 vanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit.
 tanta omnium metu solus non timei; eo magis refert, me mihi,
 vobis timere. Quare cum de Publio Lentulo, ceterisq; statueris, pro
 habetote, vos simul de exercitu Catilinae, & de omnibus coniuratio-
 nere, quanto vos attentius ea ageris, tanto illis animus infirmior.
 si paululum modo, vos languere viderint; iam omnes feroces ade-
 Nolite existimare, maiores nostros armis Rempublica ex parva
 iam fecisse, si ita res esset, multo pulcerrimam eam nos haberemus.
 e sociorum, atq; civium, præerea armorum, atq; equorum maior nobis
 quam illis, est, sed alia fuerit, qua illos magnos fecere, qua nobis
 sunt; domi industria, foris iustum imperium; animus in consulen-
 ter, neq; delicto, neq; libidini obnoxius. PRO HAS nos habemus lu-
 am, atque avaritiam, publice egestatem; privatim opulentiam:
 amus divitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos discrimi-
 omnia virtutis premia ambitio possidet, neque mirum, ubi
 paratim sibi quisque consilium capitis; ubi domi voluptatibus,
 ecunia, aut gratis servitis, eo fit, ut imperus fiat in vacuam Rem-
 icam. Sed ego hæc omitto. Coniuravere nobilissimi civis patriam
 idere; Gallorum gentem, infestissimam nomini Romano, ad bellum
 sunt: dux hostium cum exercitu supra caput est: vos cunctamini et-
 nunc, & dubitatis, quid, intra moenia deprehensa hostibus, facia-
 misereamini, censeo; deliquere homines adolescentuli per ambitio-
 & atque etiam armatos dimittatis, na ista vobis mansuetudo, &
 ricordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet. Scilicet res ipsa
 ra est, sed vos non timetis eam, immo vero maxime; sed inertia, &

mollitia animi, alius alium expectantes, cunctamini, videlicet Diis immortalibus confisi, qui hanc Rempublicam in maximis saepe periculis seruauerunt. NON VOTIS, neq; suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur. vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi securdicia te te, atq; ignauia tradideris, nequiquam Deos implores: irati, infestiq; sunt. Apud maiores nostros Aulus Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussit. atq; ille egregius adolescens immoderata fortitudinis morte pœnas dedit. Vos, de crudelissimis parricidis quid statuat, cunctamini? videlicet cetera vita eorum huic sceleri obstat. verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitia; si famæ suæ; si Diis, aut hominibus unquam ullis pepercit. ignoscite Cethegi adolescentia, nisi iterum iam patria bellum fecit. nam quid ego de Gabinio, Statilio, Caparioloquar? quibus si quidquam pensi unquam fuisset, non ea consilia de Republica habuissent. postremo, Patres conscripti, si mehercle peccato locus esset, facile paterer vos ipsa re corrigi, quoniam verba mea contemnitis: sed vndiq; circumuenti sumus. Catilina cum exercitu in faucibus urget: alii intra mœnia, atq; in sinu urbis sunt hostes: neque parari, neq; consuli quidquam occulte potest. quo magis properandum est. Quare ita censeo: cum nefario consilio sceleratorum ciuium Respublica in maxima pericula venerit, hique indicio Titi Volturcii, & legatorum Allobrogum conuicti, confessiq; sint, eadem incendia, aliaque fœda, atq; crudelia facinora in ciuis, patriamque parauisse; de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumendum.

CAP. LIII. ¶ Postquam Cato affedit; Consulares omnes, itemque Senati magna pars, sententiam eius laudant, virtutem animi ad cælum ferunt: alii alios, increpantes, *timidos* vocant: Cato magnus, atque clarus habetur: Senati decretum fit, sicuti ille censuerat. Sed mihi, multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi, militiæque, mari, atque terra præclara facinora fecit, forte libuit attendere, quæ res maxime tanta negotia sustinisset. Sciebam, saepe numero parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse: cognoueram, paruis copiis bella gesta cura opulentis regibus: ad hoc, saepe Fortunæ violentiam, tolerauisse: facundia Græcos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. ac mihi, multa agitati, constabat, PAVCORVM ciuium egregiam virtutem cuncta patrauisse; eoque factum, ut diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. sed, postquam luxu, atque desidia ciuitas corrupta est; rursus Respublica magnitudine sua imperatorum, atque magistratum vitia sustentabat; ac, veluti effecta parentium, multis tempestatibus haud sane quisquam Romæ virtutem magnus fuit. sed, memoria mea, ingenti virtute, diuersis moribus fuere viri duo, Marcus Cato, & Caius Cæsar: quos quoniam res obtulerat, silentio præterire non fuit consilium,

quin

quin viriusque naturam, & mores, quantum ingenio possem, aperirem.

C A P. L I V. ¶ Igitur his genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere: magnitudo animi par, item gloria: sed alia alii. Cæsar beneficiis, ac munificentia magnus habebatur: integritate vitæ Cato, ille mansuetudine, & misericordia clarus factus: huic seueritas dignitatem addiderat. Cæsar, dando, subleuando, ignoscendo; Cato, nihil largiendo, gloriam adeptus est. in altero miseriis perfugium erat; in altero malis perniciēs. illius facilitas, huius constantia laudabatur. postremo Cæsar in animum induxerat, laborare, vigilare; negotiis amicorum intentus, sua negligere; nihil denegare, quod dono dignum esset, sibi magnum imperium, exercitum, nouum bellum exoptabat, vbi virtus enitescere posset. at Catoni studium modestiæ, decoris, sed maxime seueritatis erat. non diuitiis cum diuite, neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, tum modesto pudore, tum innocente abstinentia certabat: *ESSE, QVAM VIDERI*, bonus malebat: ita, quo minus gloriam petebat, eo magis illam adsequabatur.

C A P. L V. ¶ Postquam, vt dixi, Senatus in Catonis sententiam discessit; Consul optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, ante capere, ne quid eo spatio nouaretur, Triumuiros, quæ ad supplicium postulabat, parare iubet: ipse, dispositis præsiidiis, Lentulum in carcerem deducit: idem fit ceteris per Prætores. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, vbi paullulum escenderis ad læuam, circiter duodecim pedes humi depressus. eum muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed incultu, tenebris, odore, fœda atque terribilis eius facies est. in eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregerunt. ita ille patricius, ex clarissima gente Corneliorum, qui Consulare imperium Romæ habuerat, *DIGNVM* moribus factisque suis exitium vitæ inuenit. de Cethego, Statilio, Gabinio, Cæpario eodem modo supplicium sumtum est.

C A P. L V I. ¶ *DVM* ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam & ipse adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet: deinde, vt quisque veluntarius, aut ex sociis in castra venerat, æqualiter distribuere, ac breui spatio legiones numero hominum expleuerat; cum initio non amplius duobus millibus habuisset. sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: ceteri, vt quemque casus armauerat, sparos, aut lanceas, alii præacutas sudas portabant. Sed postquam Antonius cum exercitu aduentabat; Catilina per montes iter facere; modo ad urbem, modo in Galliam versus castra mouere; hostibus occasionem pugnandi nõ dare. sperabat propediem magnas copias se habiturum, si Romæ

socii incepta patraissent. interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiarum concurrebant, opibus cōiurationis fretus; simul alienum suis rationibus existumans, videri causam civium cum servis fugitiuis communicavisse.

CAP. LVII. ¶ Sed, postquam in castra nuntius peruenit, Romanæ coniurationem patefactam; de Lentulo, & Cethego, ceterisque, quos supra memoravi, supplicium sumtum: PLERIQUE, quoad bellum spes rapinarum, aut novarum rerum studium illeserat, dilabuntur: reliquos Catilina per montis asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit; eo consilio, ut per tramites occulte profugeret in Galliam trāsalpinam. at Quintus Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existumans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. igitur, ubi iter eius ex perfugis cognovit, castra prope movit, ac sub ipsis radicibus montium consedit: qua illi descensus erat in Galliam properanti. neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam sequeretur.

CAP. LVIII. ¶ Sed Catilina, postquam videt montibus, atque copiis hostium sese clausum, in vrbe res aduersas, neque fugæ, neque præsidii ullam spem; optimum factu ratus, in tali re fortuna belli tentare, statuit cum Antonio quam primū confligere. itaque concione aduocata, huiuscemodi orationem habuit. *COMPERTVM ego habeo, milites, VERBA VIRTVTEM non addere, neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. quanta cuiusque animo audacia natura, aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequequam hortere, timor animi, auribus officit. sed ego vos, quo pauca monerem, aduocaui; simul uti causam meam aperirem. Scitis equidem, milites, secordia, atque ignavia Lentuli, quantum ipsi, nobisque cladis attulerit; quoque modo, dum ex vrbe præsilia operior, in Galliam proficisci nequiverim. nunc vero, quo in loco res nostra sint, iuxta mecum omnes intelligitis. exercitus hostium duo, unus ab vrbe, aliter a Gallia obstant: diutius in his locis esse, si maxime animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet: quocumque ire placet, ferro iter aperiendum est. Quapropter vos moneo, uti forti, atque parato animo sitis; & cum prolium iubitis, memineritis, vos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atque patriam in dextris vestris portare, si vincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus abunde, municipia, atque colonia patebunt. sin metu cesserimus, eadem illa aduersa sent: neque locus, neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Præterea, milites, non eadem nobis, & illis necessitudo impendet. nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis superuacaneum est pugnare pro potentia paucorum. quo audacius aggredimur, memores pristinae virtutis. Licuit nobis cum summa turpitudine in*
exilio

*filio etatem agere. potuistis non nulli Romæ, amissis bonis, alienas o-
 cæ expectare. quia illa foeda, atque intoleranda viris videbantur,
 cæ sequi decreuistis. si hæc relinquere vultis, audacia opus est. nemo,
 si victor, pace bellum mutauit. nam, in fuga salutem sperare, cum ar-
 a, que is corpus tegitur, ab hostibus auerteris; ea vero dementia est.*
 EMPER IN PROELIO iis maximum est periculum, qui maxime
*ment: audacia pro miro habetur. cum vos considero, milites, & cum
 icta vestra astumo; magna me spes victoria tanet. animus, atq; vir-
 us vestra me hortantur: præterea, NECESITUDO, qua etiam ti-
 didos fortis facit. nam, multitudo hostium ne circumuenire queat,
 rohibent angustia loci. quod si virtuti vestra fortuna inuiderit; ca-
 uete inulti animam amittatis, neu capti potius, sicuti pecora, trucidemini,
 quam, virorum more pugnantes, cruentam atq; luctuosam victo-
 riam hostibus relinquatis.*

CAP. LIX. ¶ HAEC vbi dixit, paullulum commoratus, signa
 canere iubet; atque instructos ordines in locum æquum deducit:
 dein, REMORIS omnium equis, quo militibus, ex æquato periculo,
 animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco, atque copiis
 instruit. nam, vbi plantities erat inter sinistros montis, & ab
 dextera rupes aspera, octo cohortis in fronte constituit; reliqua signa
 in subsidiis arctius collocat. ab his centuriones omnes lectos,
 & euocatos, præterea ex gregariis militibus optimum quemque
 armatum in primam aciem subducit. Caium Manlium in dextra,
 Fæsulanum quemdam in sinistra parte curare iubet: ipse cum liber-
 tibus & calonibus propter Aquilam adhsit, quam bello Cymbri-
 co Caius Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte
 Caius Antonius, pedibus eger, quod prælio adesse nequibat, Mar-
 cò Petreio legato exercitum permittit. ille cohortes veteranas, quas
 tumulti causa conscripserat, in fronte; post eas ceterum exercitum
 in subsidiis locat. ipse equo circumiens, vnum quemque nomi-
 nans, appellat, hortatur, rogat; vt meminerint, se contra latrones in-
 ermes, pro patria, pro liberis, pro aris, atque focis suis certare. Homo
 militaris, quod amplius annos triginta tribunus, aut præfectus, aut
 legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, plerisque
 ipsos, factaque eorum fortia nouerat: ea commemorando, mili-
 tum animos accendebat.

CAP. LX. ¶ Sed, vbi, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba
 signum dat; cohortes paullatim incedere iubet. idem facit hostium
 exercitus. Postquam eo ventum est, vade a ferentariis prælium
 committi posset; maximo clamore, cum infestis signis concurrunt;
 pila omittunt; gladiis res geritur. veterani, pristinae virtutis
 memores, comminus acriter instare; illi haud timidi resistunt:
 maxuma vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie
 versari; laborantibus succurrere; integros pro faucibus arcessere; om-
 nia prouidere; multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire: fre-

Catilinæ
 nui militis, & boni imperatoris officia simul exequabatur. Pó-
 treius, ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, magna vi tendere;
 cohortem prætoriam in medios hostes inducit, eosque perturba-
 tos, atque alios alibi resistentes interficit: deinde vtrinque ex lare-
 ribus ceteros aggreditur. Manlius, & Fæfulatus in primis pugnan-
 tes cadunt. Postquam fufas copias, seque cum paucis relictum vi-
 det; memor generis, atque pristinæ suæ dignitatis, in confertissu-
 mos hostes incurrit, ibique pugnans confoditur.

C A P. L X I. ¶ Sed, confecto prælio, tum vero cerneretis quanta
 audacia, quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinæ, nam fe-
 re, quem quisque viuis pugnando locum ceperat, eum, amissa ani-
 ma, corpore regebat. pauci autem, quos medios cohors prætoriam
 dissecerat, paullo diuersus; sed omnes tamen aduersis vulneribus,
 conciderant. Catilina vero longe a suis inter hostium cadauera
 repertus est, paulum etiam spirans, ferociamque animi, quam ha-
 buerat viuis, in vultu retinens. postremo, ex omni copia, neque in
 prælio, neque in fuga quisquã cuius ingenuus captus est. ita cun-
 cti suæ, hostiumque vitæ iuxta pepercerant. neque tamen exerci-
 tus populi Romani lætam, aut incruentam victoriam adeptus erat.
 nam strenuissimus quisque, aut occiderat in prælio, aut grauitur
 vulneratus discesserat. multi autem, qui de castris visundi, aut spo-
 liandi gratia processerant, volentes hostilia cadauera, amicũ alii,
 pars hospitem, aut cognatum reperiebant. fuere item, qui inimi-
 cos suos cognoscerent. ita varie per omnem exercitum lætitia,
 mæror, luctus, atque gaudia agitabantur.

C. SALLUSTII CRISPI
 I V G V R T H A S E V B E L -
 L V M I V G V R T H I N V M .

C A P V T I .

F A L S O queritur de natura sua genus humanum; quod imbe-
 cilla, atque æui breuis, Forte potius, quam Virtute, regatur.
 nam contra cogitando, neque maius aliud, neque præstabilius in-
 uentus; M A G I S Q V E N A T V R A E industriam hominum, quã vim,
 aut tempus deesse sed dux, atque imperator vitæ mortalium, ani-
 mus est: qui, ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens,
 potensque, & clarus est. neque fortunæ eget; quippe quæ probira-
 tem industriam, aliasque artis bonas neque dare, neque eripere
 cuiquam potest. Sin, captus prauis cupidinibus, ad inertiam, & vo-
 luptates corporis pessum datus est, perniciofa libidine paullisper
 vsus; ubi per socordiam vires, tempus, ingenium diffuxere, naturæ
 infirmitas accusatur: suam quippe culpam auctores ad negotia
 transferunt. Q V O D S I hominibus bonarum rerum tanta cura

quanto studio aliena, ac nihil profutura, multumque etiam ulosa, petunt; neque regerentur magis, quam regerent casus; magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus, gloria æterni sit.

A P. II. ¶ Nam uti genus hominum compositum e corpore, ima est: ita RES CVNCTÆ, studiaque omnia nostra corporis alia animi naturam sequuntur. igitur præclara facies, magnæ iæ, ad hoc vis corporis, & alia huiuscemodi omnia breui dilatur; at INGENIUM egregia facinora, sicuti anima, immortalia postremo, corporis & fortunæ honorum, ut initium, sic finis omniaque orta occidunt, & aucta senescunt. ANIMVS incorporeus, æternus, rector humani generis, agit, atque habet cuncta, ut ipse habetur. Quo magis prauitas eorum admiranda est, dediti corporis gaudiis, per luxum, atque ignauiam atatem ut: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud natura mortalium est, incultu, atque socordia torpescere sinunt; præsertim tam multæ, variæque sunt artes animi, quibus summa claritudo paratur.

CAP. III. ¶ Verum ex his magistratus, & imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempestate cupida videntur: quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, tibus per fraudem ius fuit, tuti, aut eo magis honesti sunt. nam, QVIDEM REGERE patriam, aut parentes, quamquam & postea delicta corrigas, tamen importunum est; cum præsertim omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hostilia portentent. FRVSTRÆ AVTEM niti, neque aliud, se fatigando, nisi odiû iurare, extremæ dementiæ est: nisi forte quem inhonesta, & perniciosa libido tenet, potentia paucorum, decus atque libertatem am gratificari.

CAP. IV. ¶ Ceterum ex ijs negotiis, quæ ingenio exercentur, primis magno vsui est memoria rerum gestarum: cuius de virtute quia multi dixere, prætereundum puto; simul, ne PER INSENSIBILIAM quis existimet memet studium meum laudando extolere. Atque ego credo fore, qui, quia decreui procula Republica tatem agere, tanto, tamque utili labori meo nomen inertia imponent, certe, quibus maxima industria videtur, salutare plebem, & conuiuiss gratiam quærere. qui si reputauerint, & quibus ego temporibus magistratum adeptus sim; & qualis viri idem assequi equierint; & postea, quæ genera hominum in Senatûm perueierint: profecto existimabunt, me magis merito, quam ignavia, iudicium animi mei mutauisse; maiusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, Reipublicæ venturum Nam sæpe iudici, Quinarum Maximum, Publium Scipionem, præterea ciuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere: CVM MAIORVM imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem ad-

que cōfēcere intellegit, vehementer eo negotio permotus, multā cum animo suo voluebat. Terebat cum NATURA mortaliū auida imperii, & præceps ad explendam animi cupiditatem; præterea, opportunitas suæque & liberorum ætatis, quæ etiam mediocres viros spe prædæ transuorsos agit: ad hoc, studia Numidarum in Iugurtham accensa: ex quibus, si talem vitium dolis interfecisset, ne qua seditio, aut bellum oriretur, anxius erat.

CAP. VII. ¶ His difficultatibus circumuentus, ubi videt, NEQUE PER VIM, neq; insidiis opprimi posse hominem tam acceptū popularibus; quod erat Iugurtha manu promptus, & appetens gloriæ militaris, statuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunā tentare. Igitur bello Numantino Micipsa, cum populo Romano equitum, atque peditum auxilia mitteret; sperans vel ostentando virtutem, vel hostium scuitia facile eum occasurum, præfecit Numidis; quos in Hispaniam mittebat. Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, euenit. nam Iugurtha, vt erat impigro, atque acri ingenio, ubi naturam Publii Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, & morem hostium cognouit; MULTO LABORE, multa que cura, præterea modestissime parendo, & sæpe obuiam eundo periculum, in tantam claritudinem breui peruenierat, vt nostris vehementer carus, Numantinis maximo terrore esset. ac sane, quod DIFFICILLVMVM in primis est, & proelio strenuus erat, & bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia remeritatem adferre plerumque solet. Igitur imperator omnis fere res a speras per Iugurtham agere, in amicis habere. magis magisque eum in dies amplecti, quippe cuius neque consilium, neq; inceptum vilum frustra erat. huc accedebat munificētia animi & ingenii sollertia; queis rebus sibi multos ex Romanis familiaritatis amicitia coniunxerat.

CAP. VIII. ¶ Ea tempestate in exercitu nostro fuisse cōplures noui, atque nobiles, quibus diuitiæ bono, honestoque potiores erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti: qui Iugurthæ noui mediocrem animum pollicitando accendebant. *si Micipsa rex occidisset, fore vti solus imperio Numidia possideretur: in ipso maximam virtutem; Romæ omnia venalia esse.* Sed postquam *Numantia* deleta, Publius Scipio dimittere auxilia, & ipse reuerti domum decreuit; donatum, atque laudatum magnifice pro concione Iugurtham in prætorium adduxit: ibique secreto monuit, *vt potius publice, quam privatim, amicitiam populi Romani celeret; neu quibus largiri insuesceret: PERICULOSE a paucis emi, quod multorum esset: si permanere velles in suis artibus, vltro illi & gloriam, & regnum venturum: sin properantius pergeret, sua & ipsius pecunia præcipitem casurum.*

CAP. IX. ¶ Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipsæ

redderet, dimisit. earum sententia hæc erat. *Iugurtha tui bello Numantino longe maxuma virtus fuit. quam rem cerie scio tibi gaudio esse. nobis ob merita sua carus est: ut idem Senatui, populoque Romano sit, summa ope nitentur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor. en habes virum dignum te, atq; duo suo Masinissa. Igitur rex, ubi ea quæ fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognouit, cum virtute, tum gratia viri permotus, flexit animum suum, & Iugurtham beneficiis viacere aggressus est; statimque eum adoptauit, & testamento pariter cum filiis heredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo, atque ætate confectus, cum sibi finē vitæ adesse intelligeret, coram amicis, & cognatis, itemque Atherbale, & Hiempsale filiis, dicitur huiuscemodi verba cum Iugurtha habuisse.*

CAP. X. ¶ **PARVUM** ego te, Iugurtha, amisso patre sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existumans non minus me tibi, quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum fore. neq; ea res falsum me habuit, nam ut alia magna, & egregia tua facinora omittam, nouissime rediens Numantia, neq; regnumq; meum gloria honorauisti; tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familia renouatum est: postremo, quod difficillimum inter mortalium est, gloria inuidiam viciisti. Nunc, quoniam mihi natura finem vita facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo, obtestorque, ut hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas, neui malis alienos adiungere, quam sanguine coniunctos retinere. **NON EXERCITVS**, neq; thesauri, præsidia regni sunt, verum amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio, & fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego vobis regnum trado; firmum, si boni eritis; si mali, imbecillum. nam **CONCORDIA** parua res crescunt, discordia maxuma dilabuntur. Ceterum ante hos te, Iugurtha, qui ætate, & sapientia prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. nam **IN OMNI** certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriã, tamen, quia plus potest, facere videtur. Vos autem, Atherbal, & Hiempsal, colite, obseruate talem hunc virum: imitamini virtutem: & enitimini, ne ego meliores liberos sumisise videar, quam genuisse.

CAP. X. ¶ Ad ea Iugurtha, tamen si regem ficta locutum intelligebat, & ipse longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne respondit. Mrcipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in vnum conuenere, ut inter se de cunctis negotiis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam ante **IGNOBILITATEM** Iugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, dextra Atherbalem adsedit; ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. dein tamē, **VT ÆTATI CONFEDERET**, fatigatus à fratre, vix in partem alteram trãductus est.

in multa de administrando imperio differerent, Iugurtha in-
as res iacit; *Oportere quinquennii consulta, & decreta omnia re-*
nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo
te. Tum idem Hiempsal, placere sibi respondit: nam ipsam il-
ibus proximis annis adoptione in regnum peruenisse. Quod ver-
in pectus Iugurthæ altius, quam quisquam ratus erat, descē-
taque ex eo tempore ira, & metu anxius, moliri, parare, atque
odo cum animo habere, quibus Hiempsal per dolum capere-
pæ, ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: Ita-
quouis modo inceptum perficere.

A. P. XII. ¶ Primo conuentu, quem ab regulis factum supra
orauit, propter disensionem placuerat diuidi thesauros, si-
ne imperii singulis cōstitui. itaque tempus ad vtramque rem
enitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli in-
in loca, p̄p̄inqua thesauris, alius alio cōcessere: sed Hiempsal
pido Thumida forte eius domo vtebatur, q̄ proximus licitor
urthæ, carus, acceptusque ei semper fuerat. quem ille casu mi-
um oblatum, promissis onerat, impellitque, vti tamquā suam
as domū eat; portarum clauas adulterinas parat: nam veræ ad
imp̄salem referebantur: ceterum, ubi res postularat, se ipsū
magna venturum manu. Numida mandata breui conficit;
ue, vti doctus erat, noctu Iugurthæ milites inroducit: qui post-
im in ædes irruere, diuersi regem quærere, dormientes alios,
os occurrantes interficere; scrutari loca abditā; clausa effringe-
strepitu & tumultu omnia miscere: cum interim Hiempsal re-
atur, occultans se Iugurthæ mulieris ancillæ, quo initio pauidus,
gnarus loci perfererat. Numidæ caput eius, vt iussu erant, ad
gurtham referunt.

C. A. P. XIII. ¶ Ceterum FAMA tanti facinoris per omnē Afri-
m breui diuulgatur: Atherbalē, omnisque, qui sub Micipsæ in-
rio fuerāt, metus inuadit. In duas partis discendūt Numidæ: plu-
s Atherbalē sequuntur, sed illum alterum bello meliores. Igitur
Iugurtha quam maximas potest copias armat: vrbes partim
alias voluntate imperio suo adiungit: omni Numidiæ impera-
parat. Atherbal, tamen Romam legatos miserat, qui Senatū
ocerent de cæde fratris, & fortunis tuis; tamen fretus multitu-
ne militum parabat armis contendere. sed ubi res ad certamen
enit, victus prælio, profugit in prouinciam, ac dinde Romam cō-
endit. Tum Iugurtha, patris consiliis, postquam omni Numi-
ta potiebatur, in otio facinus suum cum animo reputans, timere
opulum Romanum; neque aduersus iram eius vsquam, nisi in a-
tutia nobilitatis, & pecunia sua, spem habere. itaque paucis die-
bus, cum argento, & auro multo Romam legatos mittit: queis
præcipit, primum vti veteres amicos muneribus expleant: deinde
nouos acquirant: postremo, quemcunque possint largiendo pa-

rare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere, & ex præcepto regis hospitibus, aliisque, quorum ea tempestate in Senatu auctoritas pollebat, magna munera misere; TANTA COMMUTATIO incessit, ut ex maxima invidia in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha veniret. quorum pars spe, alii præmio inducti, singulos ex Senatu ambiundo nitentur, ne grauius in eum consuleretur.

CAP. XIV. ¶ Igitur, ubi legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur tum Atherbalem hoc modo locutum accepimus. PARES conscripti, Micipsa pater meus moriens: mihi præcepit, uti regni Numidia tantummodo procurationem existimarem meam: ceterum ius, & imperium penes vos esse: simul eniterer domi, militiaque quam maximo usui esse populo. Romano: vos mihi cognatorum, vos ad finium locum ducerem: si ea fecissem, in vestra amicitia exercitum, diuitias, monumenta regni me habiturum. Quæ cum præcepta parentis mei agitarer; Iugurtha, homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus, contemto imperio vestro, Masinissa me nepotem, etiam ab stirpe socium, atq; amicū populi Romani regno, fortunisque omnibus expulit. Atq; ego, Patres conscripti, quoniam eo miseriarum venturus eram, vellem, potius ob mea, quàm ob maiorum meorum beneficia posse me a vobis auxiliū petere, ac maxime deberi mihi beneficia a populo Romano quibus non egerem; secundum ea, si desideranda erant, uti debitis vterer. Sed quoniam PARVUM TVTA per se ipsa prohibitum est; neq; mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret: ad vos cōiugi Patres conscripti, quibus, & mihi miserrimum est, cogor prius oneri, quam usui esse. Ceteri reges, aut bello victi in amicitia a vobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus societatem vestram adpetuerunt. familia nostra cū populo Romano bello Carthaginensi amicitia in situit, quo tempore magis fides eius, quàm fortuna pendenda erat. Quorum progeniem vos, Patres conscripti, nolite pati me nepotem Masinisse, frustra a vobis auxiliū petere. si ad impetrandum nihil causa haberem, præter miserandā fortunam; quæ paullo ante rex genere, fama, atq; copiis potens, nunc deformatus aramnis, inops, alienas opes exspecto: tamen ERAT MAIESTATIS populi Romani prohibere iniuriā, neq; pati, cuiusquā regnum per seculus crescere. verum ego his sinibus eiectus sum, quos maioribus meis populus Romanus acceperat: unde pater, & avus meus vna vobis, cū expulere Syphacē, & Carthaginenses. Vestra beneficia mihi crepta sunt, Patres conscripti: vos in mea iniuria despecti estis. Eheu me miserum! huic mihi, Micipsa pater, beneficia tua curare, ut quem tu parem cum liberis tuis, regniq; participem fecisti, is per summū scriptis tuis extincior sit? Numquid ne ergo familia nostra quæta erit? semper ne in sanguine, ferro, fugæ, & versabimur? Dum Carthaginenses incolumes fuerint, tunc omnia sua patiebantur. hostes ab latere: vos amici, & cal: spes omnis in armis erat. postquam illa pestis ex Africa eiecta est, lati pacē agitabamus: qui, per quos hostis nullus erat, nisi forte quem vos inissetis. Ecce aut ex improviso

Iugur-

Iugurtha, intoleranda audacia, scelere atq; superbia sese efferens, fratre meo, atq; eodem propinquo suo interfecto, primum regnum eius sceleris sui pradam fecit: post, ubi me isdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim, aut bellum expectantem, in imperio vestro, sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miseris effecit, ut ubiuis tutius, quam in meo regno, essem. Ego sic existimabam Patres conscripti, uti predicantem audieram patrem meum; qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere, ceterum ex omnibus maxime tutos esse. quod in familia nostra fuit, praestitit, uti in omnibus bellis adesset vobis: nos uti per otium tuti simus, in manu vestra est, Patres conscripti. Pater nos duos fratres reliquit: tertium Iugurtham beneficiis suis ratus est coniunctum nobis fore. alter eorum necatus: alterius ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? aut quo potissimum infelix accedam? generis praesidia omnia extincta sunt: pater, uti necesse erat, natura concessit: fratri, quae minime decuit, propinquus per scelus vitam eripuit: affines, amicos, propinquos ceteros meos, alium alia clades oppressit: capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt: pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris cum mœrore, & luctu, morte grauiorē vitam exigunt. Si omnia, quae aut amisi, aut ex necessariis aduersa facta sunt, incolumia manerent; tamen, si quid ex improviso mali accidisset, vos implerem Patres conscripti; quibus PRO MAGNITUDINE imperii ius & iniurias omnis, cura esse decet. nunc vero exsul patria domo, solus atque omnium honestarum rerum egens, quò accedam? aut quos appellem? nationes ne an reges, qui omnes familia nostra ob vestram amicitiam infecti sunt? an quoquam mihi adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta plurima sint? aut quisquam nostri misceri potest, qui aliquādo vobis hostis fuit? Postremo, Majestas nos ita instituit, Patres conscripti, ne quae coleremus, nisi populū Romanū, ne societates, ne foedera noua acciperemus: abunde magna praesidia nobis in vestra amicitia fore: si huic imperio fortuna mutaretur, vna occidendum nobis esse. Virtute, ac Diis volentibus, magni estis & opulenti: omnia secunda, & obedientia sunt: quo facilius sociorum iniurias curare licet. Tantū illud vereor, ne quos priuata amicitia Iugurthae, parū cognita transuorsos agat: quos ego audio maxima ope niti, ambire, fatigare vos singulos, ne quid de absente incognita causa, situatis: fingere me verba, & fuga simulare, cui licerit in regno manere. quod utinam illum, cuius impio facinore in has miseras proiectus sum, eadē hac simulantiem videat: & aliquando aut apud vos, aut apud Deos immortalis rerum humanarū cura oriatur: ne ille, qui nūc sceleribus suis ferox, atq; praclarus est, omnibus malis excruciatius impietatis in parentem nostrū, fratris mei necis, mearumq; miseriarum grauis poenas reddat. Iam iam frater animo meo carissimum, quamquam tibi immaturo, & vnde minime decuit, vita erepta est; amara est autē magis, quam dolendum puto casum tuum. NON enim regnum, sed fugam, exsilium, egestatem, & omnis has, quae me premunt, arumnas cum

anima simul amisisti. At ego infelix in tanta mala precipitatus, ex patrio regno, RERVUM humanarum spectaculum præbeo: incertus quid agam, tuus ne iniurias persequar, ipse auxilii egens, an regno consulam, cuius vita, necisque potestas ex opibus alienis pendet. Utinam, emori, fortunis meis honestus exitus esset: ne vivere contemptus viderer, si defessus malis iniuria concessissem. nunc neque vivere libet, neq; mori licet sine dedecore, Patres conscripti: Per vos, per liberos, atq; parentes vestros, per maiestatem populi Romani, subvenite mihi misero: ite obviam iniuria: nolite pati regnum Numidie, quod vestrum est, per scelus, & sanguinem familia nostra tabescere.

C A P. XV. ¶ Postquam rex finem loquendi fecit, legati Iugurthæ LARGITIONE magis, quam caussa freti, paucis respondent: *Hierusalem, ob sanitatem suam, ab Numidis interfectum: Atherbalem vitro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri, quod iniuriam facere nequisset. Iugurtham ab Senatu petere, ne se alium putarent, ac Numantia cognitus esset: NE VERBA inimici ante facta sua ponerent.* Deinde utriusque Curia egrediuntur. Senatus statim consulitur. fautores legatorum, præterea magna pars gratia depravata, Atherbalis dicta contemnere; Iugurthæ virtutem extollere laudibus: gratia, voce, denique omnibus modis pro alieno scelere, & flagitio, sua quasi pro gloria nitebantur. At contra PAUCI, QUIBUS BONVM & æquum diuitiis carius erat, subveniendum Atherbali, & Hierusalemis mortem severe vindicandam censebant. sed ex omnibus maxime Æmilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentia, honoris, diuitiarum; ceterum VITIA sua callide occultans. is postquam videt regis largitionem famosam, impudentemque; veritus, q̄ in tali re solet, ne POLLUTA licentia invidiam accenderet, animùm a consueta libidine continuit.

C A P. XVI. ¶ Vicit tamen in Senatu pars illa, quæ verò prærium aut gratiam ante ferebat. decretum fit, *uti decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham, & Atherbalem dividerent.* cuius legationis princeps fuit Lucius Opimius, homo clarus, & tum in Senatu potens, quia Consul, Caius Graccho, & Marco Fulvio interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. cum Iugurtha tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen accuratissimè recepit; dando, & pollicendo multa, perficit, uti famæ, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferet. reliquos legatos eadem via aggressus, plerosque capit: PAUCIS carior fides, quam pecunia fuit. In diuisione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro virisque opulentior, Iugurthæ traditur: illam alteram, specie, quam usu, potior, quæ portuosior, & aedificiis magis exornata erat, Atherbal possedit.

C A P. XVII. ¶ Res postulare videtur, Africa situm paucis exponere, & eas gentes, quibus cum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca, & nationes ob calorem, aut asperitatem,
item

item solitudines minus frequentata sunt, de iis haud facile com-
pertum narrauerim: cetera quam paucissimis absoluiam. In diui-
sione orbis terræ plerique in parte tertia Africam posuere: pauci,
tantummodo Asiam, & Europam esse; sed Africam in Europa. ea
fines habet ab Occidente, fretum nostri maris, & Oceani: ab ortu
solis decliuem latitudinem: quem locum Catathemon incolæ
appellant. mare sæuum, impotuosum: ager frugum fertilis, bo-
nus pecori, arbori infœcundus: cælo, terraque paupertas aquarum:
genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: pteros-
que senectus dissoluit, nisi q̄ ferro, aut bestis interiere. nam mer-
bus haud sæpe quemquam superat, ad hoc, malefici generis pluri-
ma animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerunt, quique
postea accesserint, aut quo modo inter se permixti sint: quamquã
ab ea fama, quæ plerosque obtinet, diuersum est; tamen, vt ex li-
bris Punjicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum no-
bis est; vtique rem sese habere cultores eius terræ putant, quã pau-
cissimis dicam. ceterum fides eius rei penes auctores erit.

C A P. XVIII. ¶ Africam initio habuere Getuli, & Libyes,
aspera, incultique. queis cibus erat caro ferina, atque humi pabu-
lum, vti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cu-
iusquam regebantur: vagi, palantes, quas nox coegerat, sedes ha-
bebant. Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant;
interiit: exercitus eius compositus ex variis gentibus, amissio duc-
ce, ac passim multis sibi quisque imperium petentibus, breui dila-
bitur. ex eo numero Medi, Persæ, & Armenii, nauibus in Africam
transuecti, proximos nostro mari locos occupauere. sed Persæ in-
tra Oceanum magis, sique alueos nauium inuersos pro tugutiis
habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi,
aut mutandi copia erat. mare magnum, & ignara lingua commer-
cia prohibebant. hi paullatim per connubia Getulos, secum mi-
scuere: & quia sæpe tentantes agros, alia deinde, atque alia loca
petiuerant, semet ipsi Numidas appellauere. Ceterum adhuc ædi-
ficia Numidarum agrestium, quæ *nepalia* illi vocant, oblonga, in-
curuis lateribus recta, quasi nauium carinæ sunt. Medis autem, &
Armeniis accessere Libyes. nam hi propius mare Africum agita-
bant: Getuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus: hique ma-
ture oppida habuere. nam freto diuisi ab Hispania, mutare res in-
ter se instituerant. nomen eorum paullatim Libyes corrumpere,
barbara lingua Mauros pro Medis appellantis. Sed res Persarum
breui adoleuit: ac postea, Nomo-Numidæ, propter multitudinem
a parentibus digressi, possidere ea loca, quæ proxime Carthagi-
nem Numidia appellatur. Deinde vtrique alteris freti, finitimos
armis, aut metu sub imperium suum coegere; nomen, gloriam-
que sibi addidere; magis hi, qui ad nostrum mare processerant:
quia Libyes, quam Getuli, minus bellicosi: denique Africa pars

inferior, pleraque ab Numidis possessa est: victi omnes in gentem, nomenque imperantium concessere.

C A P. XIX. ¶ Postea Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine; sollicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis Hipponem, Hadrumerum, Leptim, aliasque vrbes in ora maritima condidere: hæque breui multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere. Nam de Carthagine SILERB melius puto, quam parum dicere: quoniam alio properare tempus monet. igitur ad Catabathmon: qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Thereōn, ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Lepris: deinde Philenōn Aræ: quem locum Ægyptum versus finem imperii habuere Carthaginenses: post aliæ Punicæ vrbes. cetera loca vsque ad Mauritaniam Numidæ tenent. proxime Hispaniam Mauri sunt. super Numidiam Getulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare: post eos Æthiopas esse, deinde loca exusta solis ardoribus. Igitur bello Iugurthino pleraque ex Punicis oppida, & fines Carthaginensium, quos nouissime habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat: Getulorum magna pars, & Numidæ vsque ad flumen Mulucham, sub Iugurtha erant: Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, præter nomen, cetera ignarus populi Romani, itemque nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa, & eius incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

C A P. XX. ¶ Postquam, diuiso regno, legati Africa decessere; & Iugurtha contra timorem animi præmia sceleris adeptum sese videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, *omnia Roma venalia esse*; simul & illorum pollicitationibus accensus, quos paullo ante muneribus expleuerat, in regnum Atherbalis animum intēdit. ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, OPPORTVNVS iniuriæ; metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improuiso fines eius cum magna manu inuadit: multos mortalis cum pecore, atque alia præda capit: ædificia incendit: pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit. deinde cum omni multitudine in regnum suum conuertit, existumans dolore permotum Atherbalem iniurias suas manu vindicaturum. anque rem belli causam fore. At ille, quod neq; se parem armis existumabat, & amicitia populi Romani magis, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit: qui tametsi cōtumeliosa dicta retulerant, PRIVS TAMEN omnia pari decreuit, quam bellum sumere: quia tentatum antea secus cesserat. Neq; eo magis cupido Iugurthæ minuebatur: quippe qui totum eius regnum animo iam inuaserat. itaque non, uti antea, cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato, bellum gerere cœpit, & aperte totius Numidiæ imperium petere.

cete-

ceterum, qua pergebat, vrbes, agros vastare, prædas agere; suis animum, hostibus terrorem augere.

CAP. XXI. ¶ Atherbal vbi intelligit eo processum, vti regnū aut relinquendum esset; aut armis retinendum; necessario copias parat, & Iugurthæ obuius procedit. Interim haud longe a mari prope Cirtam oppidum vtriusq; exercitus confedit: & quia dici extremum erat, prælium non inceptum sed vbi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites Iugurthini, signo dato, castra hostium inuadūt; semisomnos partim, alios arma fumantes fugant, funduntque: Atherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit: & nī multitudo togatorum fuisset, quæ Numidas insequentes mœnibus prohibuit, vno die inter duos reges cœptum, atque patratum bellum foret. Igitur Iugurtha oppidum circumfedit: vineis, turribusque, & machinis omnium generum expugnare aggreditur: maxime festinans tempus legatorum antecapere, quos ante prælium factum ab Atherbale Romam missos audierat. Sed postquam Senatus de bello eorum accepit, res adolescentes in Africam legantur; qui ambos reges adeant; Senatū populique Romani verbis nuntient, *velle, & censere eos ab armis discedere: de controuersis suis, iure potius, quam bello disceptare: ita seque, illisque dignum esse.*

CAP. XXI. ¶ Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ, dum proficisci parant, de prælio facto, & oppugnatione Cirtæ audiebatur. sed is rumor clemens erat. Quorum Iugurtha accepta oratione respondit: *Sibi neque maius quidquam, neque carius auctoritate Senati. ab adolescentiæ suæ ita se enisum, ut ab optimo quoque probaretur: virtute, non malitia, Publio Scipioni, summo viro, placuisse: ob easdem artes a Micipsa, non pænuria liberorum, in regnum adeptatum esse: ceterum, quo plura bene, atque strenue fecisset, eo animum suum iniuriam minus tolerare: Atherbalem dolis vitæ suæ insidiatum: quod vbi comperisset, eius sceleri obuiam esse. populum Romanum, neq; recte, neq; pro bono facturum, si ab iure gentium sese prohibuerit. postremo, de omnibus rebus legatos Romam breui missurum. Ita vtrique digrediūtur, Atherbalis appellandi copia non fuit.*

CAP. XXIII. ¶ Iugurtha vbi eos Africa decessisse ratus est, neque propter naturam loci Cirtam armis expugnare potest: vallo, atq; fossa mœnia circumdat: turres exstruit, easq; præidiis firmatis præterea dies, noctesque, aut per vim, aut dolis tentare, defensoribus mœniū præmia modo, modo formidinē ostētare: suos hortādo ad virtutē erigere: prorsus intentus cuncta parare. Atherbal vbi intelligit omnis suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, pænuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex iis, qui vna Cirtam profugerant, duos maxime impigros delegit; eos, multa pollicendo, ac miserando casum

suum, confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proximum mare, dein Romam pergerent.

CAP. XXIV. ¶ Numidæ paucis diebus iussa efficiunt: litteræ Atherbali in senatu recitatae, quarum sententia hæc fuit. *NON mea culpa sepe ad vos oratum mitto Patres conscripti, sed vis Iugurthæ subigit: quem tanta libido extinguendi me inuasit, ut neque vos, neque Deos immortalis in animo habeat; sanguinem meum, qua omnia, malit. itaque quicquid iam mensum socius & amicus populi Romani armis obsessus teneor: neque mihi Micipsa patris beneficia, neque vestra decreta auxiliantur: ferro, an fame acrius urgear, incertus sum. Plura de Iugurthæ scribere dehortatur fortuna mea: etiã ante expertus sum, parum fidei miseris esse, nisi tamen intellego illum, supra quam ego sum, petere; neque simul amicitiam vestram, & regnum meum sperare: utrum grauius existimet, nemini occultum est. nam initio occidit Hiempsalem fratrem, meum: deinde patrio regno me expulit. qua sane fuerint vestra iniuria, nihil ad vos. verum nunc regnum vestrum armis tenet: me, quem vos imperatorem Numidis posuistis, clausum obsidet: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea declarant. quid est reliquum, nisi vis vestra, qua moveri possit? nam ego quidem vellem, & hæc qua scribo, & illa, qua antea in Senatu questus sum, vana forent potius, quam miseria mea fidem verbis faceret. Sed quoniam eo natus sum, ut Iugurthæ scelerum ostentui essem: non iam mortem, neque ærummas, tantummodo inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor. regno Numidie, quod vestrum est, uti libet, consulite: me ex manibus impiis eripite, per maiestatem imperii, per amicitia fidem; si ulla apud vos memoria remanet aui mei Masinissæ.*

CAP. XXV. ¶ His litteris recitatis, fuere qui exercitum in Africam mittendum censereat, & quam primum Atherbali subueniendum: de Iugurthæ interim uti consuleretur, quoniam non paruisset legatis. sed ab iisdem illis fautoribus regis summa ope enisum, ne tale decretum fieret: ita BONVM PVBLCVM, ut in plerisque negotiis solet, priuata gratia deuictum. Legantur tamẽ in Africam maiores natu nobiles, amplis honoribus vti: in quibus fuit Marcus Scaurus, de quo supra memorauimus, Consularis, & tum in Senatu princeps. Hi, quod res in inuidia erat, simul & a Numidis obsecrati, triduo nauim ascendere: deinde breui Vticam adpulsi, litteras ad Iugurtham mittunt, *quam acissime ad prouinciam accedat; se ad eum ab Senatu missos.* Ille, ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audierat, contra inceptum suum venisse: primo commotus metu, atque libidine, diuersus agitabatur. timebat iram Senati, ni paruisset legatis: porro animus, cupidine cæcus, ad inceptum scelus rapiebat. VICIT tamen in auido ingenio prauum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irumpere nititur, maxime sperans, deducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese casum victoriae inuenturum.

urum. Quod ubi secus procedit, neque quod intenderat, efficere potest, ut prius, quam legatos conveniret, Atherbali potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incendiret, cum paucis equitibus in provinciam venit. ac tametsi Senati verbis graves minæ nuntiabantur, quod ab oppugnatione nō desisteret, multa tamen oratione consumta, frustra legati discessere.

C A P. XXVI. ¶ Ea postquam Civitatis audita sunt, Italici, quorum virtute mœnia defensabantur; confisi, deditioe facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore Atherbali suadent, ut seque, & oppidum Iugurthæ tradat: tantum ab eo vitam paciscatur, de ceteris Senati curæ fore. At illè, tametsi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur, tamen, quia penes eosdem, si aduorsaretur, cogendi potestas erat, ita, ut censuerant Italici, deditioem facit. Iugurtha in primis Atherbalem excruciatum, necat: deinde omnis puberes Numidas, atque negotiatores promiscue, uti quisque armatus obvius fuerat, interfecit.

C A P. XXVII. ¶ Quod postquam Romæ cognitum est, & res in Senatu agitari cœpta, iidem illi ministri regis interpellando ac sæpe gratia, interdum iurgiis trahendo tempus, atrocitatè facti leniebant. at ni Caius Memmius, tribunus plebis, designatus, vir acer, & infestus potentia nobilitatis, populum Romanum edocuisset *id agi, uti per paucos factiosos Iugurthæ scelus condonaretur*: profecto omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa foret: tanta vis gratiæ, atque pecuniæ regis erat. Sed ubi Senatus DELICTI conscientia populum timet; lege Sempronia provinciæ futuris Consulibus, Numidia, atque Italia decretæ: Consules declarati Publius Scipio Nasica, Lucius Bestia Calpurnius. Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obuenit: deinde exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur: stipendium, aliaque, quæ bello vsui forent, decernuntur.

C A P. XXVIII. ¶ At Iugurtha, contra spem nuntio accepto, quippe cui, Romæ omnia venire, in animo hæserat; filiam, & cum eo duos familiares ad Senatum legatos mittit; iisque, uti illis, quos Hiempsale interfecto miserat, præcipit, *omnis mortalis, pecunia adgrediantur*. Qui postquam Romam adventabant; Senatus a Bestia consultus est, *placere ne legatos Iugurthæ recipi mœnibus*: iique decrevere, *nisi regnum, ipsumq; deditum venissent, uti in diebus proximis decem Italia decederent*. Consul Numidis ex Senati decreto nuntiati iubet: ita infectis rebus, illi domum discedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobilis, factiosos, QUORVM AVCTORITATE, quæ deliquisset, munita fore sperabat: in quibus fuit Scaurus, cuius de natura, & habitu supra memoravimus. Nam in Consule nostro multæ, bonæque artes animi, & corporis erant: QVA S OMNIS, avaritiæ præpediebat. patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmus sumus

contra pericula, & insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transuectæ. Igitur Calpurnius, initio paratis comineatibus, acriter Numidiam ingressus est; multosque mortalis, & vires aliquot pugnando cepit.

C A P. XXXIX. ¶ Sed ubi Iugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod administrabat, asperitatē ostendere cœpit: animus æger avaritia facile conuersus est. ceterum socius, & adinister omnium consistorum assumitur Scaurus: qui tamen a principio, plerisque ex factione eius corruptis, acerrime regem impugnaerat; tamen MAGNI V DINE pecuniæ a bono, honestoque in prauum abstractus est. Sed Iugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans sese aliquid interim Romæ pretio, aut gratia effecturum: postea vero quam participem negotii Scaurum accepit; in maxumam spem adductus recuperandæ pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus præfens agere. Ceterum interea fidei causa mittitur a Consule Sextius quæstor in oppidum Iugurthæ Vaccam: cuius rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperauerat: quoniam deditiois mora induciæ agitabantur. Igitur rex, uti constituerat, in castra venit: ac pauca præfenti consilio locutus de inuidia sui facti, atque uti in deditioem acciperetur; reliqua cum Bestia, & Scuro lecretata transigit: dein postero die, quasi per saturam sententiis exquisitis in deditioem accipitur sed, uti pro consilio imperatum erat, elephantum triginta, pecus, atque equi multi, cum paruo argenti pondere, Quæstori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. in Numidia & exercitu nostro pax agitabatur.

C A P. XXX. ¶ Postquam res in Africa gestas, quoque modo actæ forent, fama diuulgauit; Romæ per omnis locos, & conuentibus de factio Consulis agitari: apud plebem grauis inuidia: Patres solliciti erant: prebarent ne tantum flagitium, an decretum Consulis subuerterent, parum constabat. Ac maxime eos potentia Scauri, quod is auctor & socius Bestiæ ferebatur, a vero, bonoque impediabat. At Caius Memmius, cuius de libertate ingenii, & odio potentiæ nobilitatis supra diximus, inter dubitationē & moras Senati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne Rem publicam, ne libertatem suam defererent: multa superba, & crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniã ea tempestate Romæ Memmii facundia clara, pollensque fuit; decere existumauit vnã ex tam multis orationem eius perscribere. ac postsumus ea dicam, quæ in concione post reditum Bestiæ huiusmodi verbis disseruit.

C A P. XXXI. ¶ *Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium*

dium Reipublica omnia superet, opes factionis, vestra patientia, itis nul-
 lum; ac maxime, quod innocentia plus periculi, quam honoris est. nam
 illa quidem piget dicere, his annis quindecim, quã ludibrio fueritis su-
 perbia paucorum; quam scede, quamq; inulti perierint vestri defenso-
 res; ut vobis animus ab ignavia, atq; socordia corruptus sit: qui ne nũc
 quidem, obnoxii inimicis, extirgitis, atq; etiam nũc timetis eos, quibus
 vos decet terrori esse. Sed quamquam hæc talia sunt: tamẽ, obuiam ire
 factionis potentia, animus subigit. certe ego libertatem, qua mihi a pa-
 rente meo tradita est, experiar: verum id frustra, an ob rem faciã, in
 vestra manu situm est, Quirites. Neq; ego vos hortor, quod sepe maio-
 res vestri fecere, uti cõtra iniurias armati eatis. nihil vi, nihil secessio-
 ne opus est: necesse est, siomet ipsi more præcipites eant. Occiso Tiberio
 Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem Romanam questio-
 nes habitæ sunt. post Caii Gracchi, & Marci Fului cadem, vestri item
 ordinis multi mortales in carcere necati sunt. vtriusque cladis nõ lex,
 verum libido eorum finem fecit. Sed sane fuerit regni paratio, plebi sua
 restituere, quidquid sine sanguine ciuium vlcisci nequitur, iure factum
 sit. Superioribus annis taciti indignabamini ararium expilari: re-
 ges, & populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes eosdem
 & summam gloriam, & maxumas diuitias esse: tamen hæc talia fa-
 cinora impune suscepisse, parum habuere: itaque postremo leges, ma-
 iestas vestra, diuina, & humana omnia hostibus tradita sunt, neque
 eos, qui ea fecere, pudet, aut pœnitet: sed incedunt per ora vestra ma-
 gnifici; sacerdotia, & Consulatus, pars triumphos suos ostentantes:
 PERINDE quasi ea honori, non præde, habeant. serui, ære parati, in-
 iusta imperia dominorum non perferunt: vos, Quirites, imperio nati,
 a quo animo seruitutem toleratis? At qui sunt hi, qui Rempublicam
 occupauerunt homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani auari-
 tia, nocentissimi, idemque superbissimi, quibus fides, decus, pietas, po-
 stremo honesta, atque inhonesta omnia quaesiti sunt. Pars eorum, oc-
 cidisse tribunos plebis, alii quaestiones iniustas, plerique cadem in vos
 fecisse, pro munimento habent. ita, QVAM QVISQVE pessime fecit,
 tam maxime tutus est: metum a scelere suo ad ignauiam vestram
 transfudere: quos omnis, eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in
 vnum coegit. sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. Quod
 si tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem ac-
 censi sunt; profecto neq; Respublica, sicuti nunc vastaretur, & beneficia
 vestra penes optimos, non audacissimos, forent. Maiores vestri parandi
 iuris, & maiestatis constituenda gratia, bis per secessionẽ armati Auen-
 tinum occupauerunt: vos pro libertate, quam ab illis accepistis, non ne
 summa ope nitemini; atque eo vehementius, quo MAIUS DEDECUS
 EST, parta amittere, quam omnino non paruisse? Dicit aliquis, quid
 igitur censes? Vindicandum in eos, qui hosti prodidere Rempublicam:
 non manu, neque vi; quod magis, vos fecisse, quam illis accidisse,
 indignum est; verum quaestionibus, & indicio ipsius Iugurtha. quã

si dediticius est; profecto iussis vestris obediens erit: sin ea contemnit; scilicet est: mabit is, qualis illa pax, aut deditio sit, ex qua ad Iugurthæ scelerum impunitas, ad paucos potentis maxuma diuitia, in Rempubli-
cam damnata, atque dedecora peruenerint. Nisi forte nondum etiam vos dominationis eorum satietas tenet: & illa, quam hac tempora, magis placent, cum regna, prouincia, leges, iura, iudicia, bella, atque paces; potestremo diuina, & humana omnia penes paucos erant: vos autem, hoc est populus Romanus, inuicti ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere. nam seruitutem quidem quis vestrum recusare audebat? Atq; ego tametsi viro flagitiosissimum existimo impune iniuriã accepisse, tamen, vos hominibus sceleratissimis ignoscere, quoniam ciues sunt, a quo animo paterer, nisi misericordia in perniciem casura esset. nam & illis, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripitur: & vobis aterna sollicitudo remanebit, cum intellegetis aut seruicndum esse, aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei quidem, aut concordia que spes est? Dominari illi vobent, vos liberi esse: facere illi iniurias, vos prohibere: pestremo sociis vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis vtuntur. Potest ne in tam diuersis mentibus pax, aut amicitia esse? Quare moneo, hortor quo vos, ne tantum scelus impunitum dimittat. Non peculatus aerarii factus est; neq; per vim sociis erepta pecunia: quæ quamquam grauia sunt, tamen CONSVEVDINE iam pro nihilo habentur. hosti acerrumo prodita Senati auctoritas, proditum imperium vestrum: domi, militiaque Respublica venalis fuit. que nisi quesita erunt, nisi vindicatum in noxios, quid erit reliquum, nisi vt illis, qui ea fecero, obediẽtes viuamus? nam IMPVNE qualibet facere, id est regẽ esse. Neq; ego vos, Quirites, hortor, vt malis ciuis vestros perperam, quam recte, fecisse, sed ne, ignoscendo malis, bonos perduum eatis. ad hoc in Republica multo præstat, beneficii, quam maleficii, inmemorem esse. BONVS TANTVM MODO seignior fit, vbi negligas: at malus improbiior. ad hoc, SI INIVRIÆ non sint, haud sape auxilii exeat.

CAP. XXXII. ¶ Hæc, atque alia huiuscemodi sape indicendo, Memmius populo Romano persuadet, vti Lucius Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur: eumque, interposita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri, & reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessebat, delicta patefierent. Dum hæc Romæ geruntur, qui in Numidia relicti a Bellia exercitui præerant, secuti morem imperatoris sui, plurima, & flagitiosissima facinora fecere. fuere, qui auro corrupti, elephantos Iugurthæ traderent, alii perfugas venderent, pars ex pacatis prædas agebant. tanta vis auaritiæ in animos eorum, veluti tabes, inuaserat. At Cassius Prætor, perlata rogatione a Caio Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Iugurtham proficiscitur: eique TIMIDO, & ex conscientia diffidenti rebus suis, persuadet; quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam eius, experiri malit:

malis: priuatim præterea fidem suam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat; talis ea tempestate fama de Cassio erat.

CAP. XXXIII. ¶ Igitur Iugurtha, contra decus regium, cultu quam maxime miserabili, cum Cassio Romam venit. Ac tamenti in ipso magna vis animi erat; confirmatus ab omnibus, quorum potentia, aut scelere cuncta ea gesserat, quæ supra diximus, Caium Bæbium tribunum plebis magna mercede parat, cuius IMPUDENTIA contra ius, & iniurias omnis munitus foret. At Caius Memmius aduocata concione; quamquam regi infesta plebes erat, & pars in vincula duci iubebar, pars, *si socios sceleris sui aperiret, more maiorum de hoste supplicium sumi*; DIGNITATI quam iræ magis consulens, sedare motus, & animos eorum mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inuiolatam fore. post, ubi silentium cœpit, producto Iugurtha, verba facit: *Roma, Numidiasq; facinora eius memorat; scelera in patrem, fratresq; ostendit: quibus iurantibus, quibusq; ministris ea egerit, quamquam intelligat populus Romanus; tamen velle manifesta magis ex illo habere: si vera aperiret, in fide, & clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat, non sociis saluti fore, sed se, suosq; spes corrupturum.*

CAP. XXXIV. ¶ Dein, ubi Memmius dicendi finem fecit, & Iugurtha respondere iussus est, Caius Bæbium tribunus plebis, quæ pecunia corruptum supra diximus, regem tacere iuber: ac, tametsi multitudo, quæ in concione aderat, vehementer accensa, terreat eum clamore, vultu, sæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat; VICIT tamen impudentia. ita populus, ludibrio habitus, ex concione discedit: Iugurthæ, Bestiæque, & ceteris, quos illa questio exagitabat, animi auferunt.

CAP. XXXV. ¶ Ea erat tempestate Romæ Numida quidam, nomine Massiua, Gulullæ filius, Massinissæ nepos: qui, quia in defensione regum, Iugurthæ aduersus fuerat, dedita Cirra, & Athribale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Spurius Albinus, qui proximo anno post Bestiam cum Quinto Minucio Ruffo consularum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Massinissæ sit, Iugurtham ob scelera inuidia cum metu vigeat, regnum Numidiæ ab Senatu petat. Auidus Consul belli gerundi moueri, quam senescere, omnia malebat. ipsi prouincia Numidia, Minucio Macedonia euenerat. Quæ postquam Massiua agitare cœpit: neque Iugurthæ in amicis satis præsidii est; quod eorum alium conscientia, alium mala fama, & timor impediebat: Bomilcari proximo, ac maxime fido sibi, imperat, *pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massiue parat, ac maxime occidit: sin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat.* Bomilcar mature regis mandata exsequitur: & per homines talis negotii artifices, itinera, egressusque eius, postremo loca, atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi

res postulabat, insidias tendit. igitur vnus ex eo numero, qui ad eædem parati erant, paullo inconsultius Massiam aggreditur: illum obruncat; sed ipse deprehensus, multis hortantibus, & in primis Albino Consule, iudicium profitetur. fit reus magis ex æquo bonoque, quam ex iure gentium Bomilcar, comes eius, qui Romam fide publica venerat. At Iugurtha, **MANIFESTVS** tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animaduertit, super gratiam atque pecuniam suam, inuidiam facti esse. Igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat, **REGNO** magis, quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus, ne reliquos popularis, metus inuaderet parèndi sibi, ti de illo supplicium sumtum foret. & ipse paucis diebus profectus est, iussus a Senatu *Italia decedere*. Sed postquam Roma egressus est, fertur, sæpe eo tacitus respiciens, postremo dixisse: *Urbe venalem, & mature perituram, si emtorem inuenierit.*

CAP. XXXVI. ¶ Interim Albinus, renouato bello, comæatum, stipendium, aliaque, quæ militibus vsui forent, maturat in Africam portare; ac statim ipse profectus, vti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditioe, aut quouis modo bellum conficeret. At contra, Iugurtha trahere omnia, & alias, deinde alias moræ causas facere: polliceri deditioem, ac deinde metum simulare: instanti cedere, & paullo post, ne sui diffiderent, instare: ita belli modo, modo pacis mora Consulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii regis existimarēt; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum secordia magis, quam dolo crederent. sed postquam, dilapso tempore, comitiorum dies aduëtabat; Albinus, Aulo fratre in castris proprætore relicto, Romam decessit.

CAP. XXXVII. ¶ Ea tempestate Romæ seditionibus tribuniciis atrociter Respublica agitabatur. Publius Lucullus & Lucius Annius, tribuni plebis resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur: quæ dissensio totius anni comitia impediëbat. Ea mora in spem adductus Aulus, quem proprætorem in castris relicto supra diximus, aut conficiendi belli aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiendæ, milites mense Ianuario ex hibernis in expeditionem euocat; magnisque itineribus hieme aspera peruenit ad oppidum Suthul, vbi regis thesauri erant. quod quamquam, & fauente temporis, & opportunitate loci, neque capi, neque obsideri poterat: (nam circum murum, situm in prærupti montis extremo, planicies limosa hiemalibus aquis paludem fecerat.) tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet, aut cupidinè cæcus, ob thesauros oppidi potiundi, vineas agere, aggerem iacere; aliaque, quæ incepto vsui forent, properare.

CAP. XXXVIII. ¶ At Iugurtha, cognita vanitate, atque imperitia

peritia legati, subdolos eius augere amentiam : missitare supplicā-
tis legatos: ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca, & tramites ex-
ercitum ductare. denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, reli-
cto Suthule, in abditas regiones sese, veluti cedentem, insequere-
tur: ita **DELICTA** occultiora fore. interea per homines callidos
die, noctuque exercitum tentabat: centuriones, ducesque turma-
rum partim, uti transfugerent, corrumpere, alii, signo dato, locum
uti desererent. quæ postquam ex sententia instruxit, intempesta
nocte de impreuiso, multitudine Numidarū Auli castra circum-
uenit milites Romani, percussit tumultu insolito, arma capere
alii; alii se abdere; pars terros confirmare; trepidare omnibus
locis. vis magna hostium: calum nocte, atque nubibus obscuratū:
periculum anceps: postremo, fugere, an manere, tutius foret, in
incerto erat. sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos dixi-
mus, cohors vna Ligurum, cum duabus turmis Thracum, & pau-
cis gregariis militibus, transire ad regem: & centurio primi pili
tertiæ legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat,
locum hostibus introeundi dedit: eaq; Numidæ cuncti irrupere.
nostri sæda fuga, plerique abiectis armis, proximum collem oc-
cupauere. nox, atque præda castrorum, hostes, quo minus victoria
vterentur, remorata sunt. deinde Iugurtha postero die cum Aulo
in colloquio verba facit: *tametsi ipsum cum exercitu fame, ferroque
clausum tenet, tamen se HUMANARVM. rerum memorem; si secum
fœdus faceret, incolumes omnis sub iugum missurum; præterea, uti die-
bus decem Numidia decederet.* Quæ quamquam grauiæ, & flagitiū
plena erant, tamen, quia mortis metu mutabantur, sicuti regi li-
buerat, pax conuenit.

GAP. XXXIX. ¶ Sed, ubi eā Romæ comperta sunt; metus,
atq; mœror ciuitatē inuasere: pars dolere pro gloria imperiū: pars
insolita rerum bellicarum, timere libertari. Aulo omnes infesti,
ac maxime, qui bello sæpe præclari fuerant; quod armatus dede-
core potius, quā manu, salutem quaesierit. Ob eā Consul Albinus,
ex delicto fratris inuidiam, ac demum periculum timēs, Senatū
de fœdere consulebat: & tamen intempeste exercitui supplementum
scitibere: ab sociis & nomine Latino auxilia arcessere; denique om-
nibus modis festinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, *sub
atq; populi iniussu nullum potuisse fœdus fieri.* Consul impeditus a
tribunis plebis, ne, quas parauerat copias, secum portaret, paucis
diebus in Africam proficiscitur. nam omnis exercitus, uti conue-
nerat, Numidia deductus, in prouincia hiemabat. Postquā eo ve-
nit; quamquam persequi Iugurtham, & mœdæ fraternæ inuidiæ
animo ardebat; cognitis militibus, quos præter fugam. **SOLVIT**
IMPERIO, licentia, atque lasciuia corruperat; ex copia rerum sta-
tuit nihil sibi agitandum.

CAP. XL. ¶ Interea Romæ C. Mamilius Limetan^o tribun^o plebis

rogationem ad populum promulgat, *uti quæreretur in eos, quorum consilio Iugurtha Senati decreta neglexisset; quiq; ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent; qui clephantos, quiq; perfugas tradidissent; item, qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent.* Huiusrogationi partim consensu sibi, alii ex partium inuidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa, & alia talia placere sibi faterentur; occulte per amicos, ac maxime per homines nominis Latini, & socios Italicos impedimenta parabant. sed plebes, incredibile memoratu est, quam intentâ fuerit, quantaque vi rogationem iusserit, decreuerit, voluerit, **MAGIS** **ODIO** nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura Reipublicæ. tanta libido in partibus erat. Igitur, ceteris metu percussis, Marcum Scaurum, quem legatum Bestia fuisse supra memorauimus, inter latitiam plebis, & suorum fugam; trepida etiã tum ciuitate, cum ex Mamiliana rogatione tres Quæsitores rogarentur, effecerat, ut ipse in eo numero crearetur. sed, quæstionè exercita aspere, violenterque ex tumore, & libidine plebis, ut sæpe nobilitatem, sic ea tempestate plebem **EX SECVNBIS** rebus insolentia ceperat.

CAP. XLI. ¶ Ceterum mos partium popularium, & Senati factionum, ac deinde omnium malorum artium, paucis ante annis Romæ ortus est **OTIO**, atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. nam ante Carthaginem deletam, populus, & Senatus Romanus placide, modesteque inter se Rempublicam tractabant: neque gloriæ, neque dominationis certamen inter ciues erat: **METVS** hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. sed vbi illa formido mentibus discessit; scilicet ea, quæ secundæ res amant, lasciuia, atque superbia incescere. ita, **QVOD** **IN** **ADVORSIS** rebus optauerant, etiam postquam adepti sunt, asperius, acerbiusque fuit. namque cœpere nobilitas dignitatem in superbiam, populus libertatem in libidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere, ita omnia in duas partis abstracta sunt. Respublica quæ media fuerat, dilacerata. ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis **VIS** **SOLVTA**, atque dispersa, in multitudine minus poterat: paucorum arbitrio belli, domique agitabatur. penes eosdem ærarium, prouinciæ, magistratus, gloriæ, triumphique erant: populus militia, atque inopia vrgebatur; prædas bellicas imperatores cum paucis dissipiebãt. interea parentes, aut parui liberi militum, vti quisq; potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. ita **CVM** **POTENTIA** auaritia sine modo, modestiaque inuadere, polluere, & vastare omnia; nihil pensi, neque sancti habere, quoad semet ipsa præcipitauit. nam **VBI** **PRIMUM** ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriã iniustæ potentie anteponebant, moueri ciuitas, & dissensio ciuilis, quasi permixtio terræ, oriri cœpit.

CAP.

CAP. XLII. ¶ Nam postquam Tiberius, & Caius Gracchus, quorum maiores Punico, atque aliis bellis multum Reipublicæ addiderant, vindicare plebem in libertatem, & paucorum scelera patefacere cœpere: nobilitas noxiâ, atque eò perculsa, modo per socios, ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimouerat, Gracchorum actionibus obuïa ierat: & primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredi-entem Caium, tribunum alterum, alterum triumuirum coloniis deducendis, cum Marco Fulvio Flacco ferro necauerat. & sane Gracchis, cupidine victoriæ, haud satis moderatus animus fuit. Sed **BONO** vinci satius est, quam malo more iniuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubricine sua vsa, multos mortalis ferro aut fuga extinxit; **PLVS QVE IN** reliquum sibi timoris, quam potentiæ, addidit. quæ res plerumque magnas ciuitates pessumdedit. dum alteri alteros vincere quouis modo, & victos acerbius vlisci volunt. Sed de studiis partiû, & omnibus ciuitatis moribus si singillatim, aut pro magnitudine parem differere; tempus, quâ res, maturius me deseret. quamobrem ad inceptum redeo.

CAP. XLIII. ¶ Post Auli fœdus, exercitusque nostri fœdam fugam, Metellus, & Silanus Consules designati, prouincias inter se partitiuerant: Metelloq; Numidia euenerat, acri viro, & **QVAM- QVAM** aduerso populi paribus, fama tamen æquabili, & inuiolata. is vbi primum magistratum ingressus est; alia omnia sibi cum collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intēdit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites scribere, præsidia vndique arcessere: arma, rela, equos, & cetera instrumenta militiæ parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia, quæ in bello vario, & multarum rerum egent, vsui esse solent. Ceterum ad ea patrandâ Senatus auctoritate, socii, nomenque Latinum, & reges vltro auxilia mittendo, postremo omnis ciuitas summo studio adnitebatur. itaque, ex sententia omnibus rebus paratis, compositisque in Numidiam proficiscitur, magna spe ciuium, cum propter bonas artibus, tum maxime quod aduersum diuitias inuictû animum gerebat: & auaritia magistratuû ante id tempus in Numidia nostræ opes contulæ, hostiumque auctæ erant.

CAP. XLIV. ¶ Sed, vbi in Africam venit, exercitus ei traditur Spurii Albini proconsulis, iners, imbellis, neque periculi, neq; laboris patiens, lingua, quam manu, promptior, prædator ex sociis, & ipse præda hostium, sine imperio, & modestia habitus. ita imperatori nouo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut bonæ spei, accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam & æstiuorum tempus comitiorum mora immi-nerat; &, expectatione euenti, ciuium animos intentos putabat; non prius bellum attingere, quam maiorum disciplina milites la-
borare coegisset. nam Albinus, Auli fratris, exercitusq; clade per-

culsus, postquam decreuerat non egredi prouincia, quā tum temporis astiuorum in imperio fuit, plerumque milites statiuis castris habebat: nisi cum odos, aut pabuli egestas locum mutare subegerat. sed neque more militari vigiliæ deducebantur: uti cuique libebat, ab signis aberat. lixæ perimisti cum militibus, diu noctuque vagabantur: & palantes agrōs vastare, villas expugnare, pecoris, & mancipiorum prædas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus viuo aduecticio, & aliis talibus: præterea, frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quæcumque dici, aut fingi queunt ignauia, luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuisse, & alta amplius.

C A P. XLV. ¶ Sed in ea difficultate Metellum non minus, quā in rebus hostilibus, magnum, & sapientem virum fuisse cōperior, tanta TEMPERANTIA inter ambitionem, sauitiamque moderatum: namque edicto primū adiumenta ignauia sustulisse, ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum sequerentur: ne miles gregarius in castris, ne ve in agmine seruum, aut iumentū haberet, ceteris arte modum statuisse: præterea trāuorsis itineribus quotidie castra mouere: iuxta ac si hostes adessent, vallo, atque fossa munire; vigiliis crebras ponere, & eas ipse cū legatis circuire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse, ne quisquam ordine egrederetur; ut, cum signis frequentes incederent, miles cibum, & arma portaret. ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando exercitum breui confirmauit.

C A P. XLVI. ¶ Interea Iugurtha ubi, quæ Metellus agebat, ex nuntiis accepit; simul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere suis rebus, ac tum demum veram deditioem facere conatus est. igitur legatos ad Consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi, liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat, genus Numidarum infidum, ingenio mobili, nouarum rerum audium esse. itaque legatos alium ab alio diuersos aggreditur; ac paulatim tentando, postquam opportunos sibi cognouit, multa pollicendo persuadet, *uti Iugurtham maxime viuum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent.* ceterum palam, quæ ex uoluntate forent, regi nunciari iubet. deinde ipse paucis diebus, intento, atque infesto exercitu in Numidiam procedit: ubi, contra belli faciem, ruguria plena hominum, pecora cultoresque in agris erant: ex oppidis, & mapalibus, præfecti regis obuui procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quæ imperarentur, scere. neque Metellus iccirco miasus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditiois signa ostentui credere, & insidiis locum tentare. itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum,

rum, & sagittariorum delecta manu apud primos erat; in postremo Caius Marius legatus cum equitibus curabat: in vtrumque latus auxilios equites tribunis legionum, & præfectis cohortium dispersiuerit: vt cum his permisti velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. nam in Iugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum, & militiæ erat, vt, absens an præsens, pacem an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

CAP. XLVII. ¶ Erat haud longe ab eo itinere, quò Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerù venalium totius regni maxime celebratum; vbi & incolere, & mercari consueuerat Italici generis multi mortales. huc consul, simul tentandi gratia, & si paterentur opportunitates loci, præsidium imposuit: præterea imperauit frumentum, & alia, quæ bello vsui forent, comportare: ratus id, quod res inonebat, frequentiam negotiatorum, & comæatum iuuaturum exercitum, & iam paratis rebus munimento fore. Inter hæc negotia Iugurtha impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare: præter suam liberorumque vitam, omnia Metello dedere. quos item, vt priores, Consul illectos ad prodicionem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neq; abnuere, neque polliceri, & inter eas moras promissa legatorum expectare.

CAP. XLVIII. ¶ Iugurtha vbi Metelli dicta cum factis cõposuit, ac se suis artibus tentari animaduertit; quippe cui verbis pax nunciabatur, ceterum re bellum asperrimum erat, vrbs maxima alienata, æger hostibus cognitus, animi popularium tentati; coactus rerum necessitudine, statuit armis certare igitur, explorato hostium itinere, in spem victoriæ adductus ex opposunitate loci, quâ maximas potest copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. Erat in ea parte Numidiæ, quam Atherbal in diuisione possederat, flumen oriens a meridie, nomine Muthul; quo aberat mons setime millia passuû viginti, tractu pari, vastus ab natura, & humano cultu: sed ex eo medio quasi collis oriebatur in immensum pertingens, vestitus oleastro, ac myrtetis, aliisq; generibus arborum, quæ humi arido, atq; arenoso gægnuntur. media autem planicies deserta, pænuriæ aquæ. præter flumini propinqua loca. ea consita arbutis, pecore atq; cultoribus frequentabantur.

CAP. XLIX. ¶ Igitur in eo colle, què transuerso itinere porrectum docuimus, Iugurtha extenuata suorum acie confedit: elephantis, & parti copiarum pedestriû Bomilcarem præfecit; eumq; edocer, quæ ageret: ipse propior montem cum cænni equitatu, & pedibus delectis suos collocat: dein singulas turmas, & manipulos circumiens monet, atq; obtestatur, *vti memores pristina virtutis, & victoria, sese, regnūq; suum ab Romanorū auaritia defendant: cum iis*

certamen fore, quos antea victos sub iugum miserint: ducem illis, non animum, mutatum: qua ab imperatore decuerint, omnia suis prouisa; locum superiorem, vti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum confererent: proinde parati, intentiq; essent, signo dato, Romanos inuadere: illū diem aut omnis labores, & victorias confirmaturum, aut maximarum arumnarum initium fore. ad hoc virtim, vti quemque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commone facere beneficii sui, & eum ipsum aliis ostentare: postremo, pro cuiusque ingenio pollicendo, imitando, obtestando, alium alio modo excitare. cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicatur. primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet, (nam inter virgulta equi, Numidæque confederant, neque plane occultati humilitate arborum, & tamē, quidnam esset, incerti, cum natura loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria, obscurati) dein, breui cognitis insidiis, paulisper agmen constituit. ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proximum hostes erat, triplicibus subsidiis aciem instruxit: inter manipulos funditores, & sagittarios dispersit: equitatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore milites cohortatus, aciem, sicuti instruxerat, transuorsis principiis in planum deducit.

C A P. L. ¶ Sed, vbi Numidas quietos, neque colle degredi animaduertit, veritus ex anni tempore, & inopia aquæ, ne siti conficeretur exercitus, Rutillium legatum cum expeditis cohortibus, & parte equitum præmisit ad flumen, vti locum castris ante caperet, existumans hostes crebro impetu, & transuorsis præliis iter suum remoraturus, & quoniam armis diffiderent, lassitudinem & sitim militum tentaturus. deinde ipse pro re, atque loco, sicuti monte descenderat, paullatim procedere: Marium post principia habere: ipse cum sinistra alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erant. At Iugurtha, vbi extremum agmen Metelli primos suos prætergressum videt, præsidio quasi duum millium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat: ne forte cedentibus aduersariis receptui, ac post munimento foret: dein, repente signo dato, hostes inuadit. Numidæ alii postremos cædere: pars a sinistra, ac dextra tentare: infensi adesse, atque instare; omnibus locis Romanos ordines conturbare. quorum etiam qui firmioribus animis obuii hostibus fuerant, ludificati incerto prælio ipsi modo eminus faucibantur, neque contra ferendi aut conferendi manum copia erat. ante iam docti ab Iugurtha equites, vbicumque Romanorum turma insequi cœperat, non confertim, neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxime diuersi. ita numero priores, si a persequendo hostes deterrere nequuerant, disiectos ab tergo, aut lateribus circumueniebant: si opportunitior fugæ collis, quam campi fuerant; ea vero consueti Numidarum

rum equi facile inter virgulta euadere; nostros asperitas, & infolentia loci retinebat.

CAP. LI. ¶ Ceterum facies totius negotii varia, incerta, fœda, atque miserabilis. dispersi a suis, pars cedere, alii insequi: neque signa, neque ordines obseruare: vbi quemque periculum ceperat, ibi resistere, ac propulsare: arma, tela, equi, viri; hostes, ciues permixti, nihil consilio, neque imperio agi: Fors omnia regere. itaque multum de ei processerat, cum etiam tum euentus in incerto erat. denique, omnibus labore, & æstu languidis, Metellus, vbi videt Numidas minus instare, paullatim milites in vnum conducit: ordines restituit, & cohortes legionarias quattuor aduersus pedites hostium collocat eorum magna pars superioribus locis fessa confederat. simul orare, & hortari milites, *ne descerent, neu paterentur hostes fugientis vincere: neque illis castra esse, neque vllum munimentum, quo cedentes tenderent: in armis omnia sita.* Sed nec Iugurtha quidem interea quietus erat; circuire, hortari, renouare prælium, & ipse cum delictis tentare omnia: subuenire suis, hostibus dubiis instare; quos firmos cognouerat, eminus pugnando retinere.

CAP. LII. ¶ Eo modo inter se duo imperatores summæ viri, certabāt. ipsi paces ceterum opibus disparibus. nam Metello virtus militum erat, locus aduersus Iugurthæ alia omnia, præter milites, opportuna. Denique Romani, vbi intellegunt neque sibi periculum esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; & iam die vesper erat; aduerso colle, sicuti præceptum fuerat, euadunt. amisso loco Numidæ fusi, fugatique, pauci interiere: plerisque velocitas, & regio hostibus ignara, turata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis, & parti copiarum pedestrium præfectum ab Iugurtha supra diximus, vbi cum Rutilius prætergressus est, paullatim suos in æquum locum deducit: ac, dum legatus ad flumē, quo præmissus erat. festinans pergit, quous, vti res postulabat, aciem exornat: neque remittit, quid vbi que hostis ageret, explorare. postquā Rutiliū confedis se iam, & animo vacuum accepit, simulque ex Iugurthæ proelio clamorem augeti; veritus ne legatus cogitata re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat, quo hostium itineri officeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutiliū castra procedit.

CAP. LIII. ¶ Romani ex improviso pulueris vim magnā animaduertunt nam prospectum ager arbutis confusus prohibebatur. & primo rari humum aridam vento agitari: post, vbi æquabilem manere, & sicuti acies mouebatur, magis magisque adpropinquare vident; cognita re properantes arma capiunt, ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. deinde, vbi propius ventum est, vtrumque magno clamore concurritur. Numidæ tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, postquam eos impeditos ra-

mis arborum, atque ita dissectos circumneciri vident, fugam faciunt: ac plerique, abiectis armis, collis, aut noctis, quæ iam aderat, auxilio integri abeunt, elephantum quattuor capti, reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti. At Romani quamquam itinere, atque opere castrorum, & prælio fessi, læti que erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi, intentique obviam procedunt. nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi pariebatur. ac primo obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu velut hostes aduentares; alteri apud alteros formidinem simul, & tumultum facere: & pæne imprudentia admillum facinus miserabile, ni utrumque præmissi equites rem explorauissent. igitur pro metu repente gaudium exortum. milites alius alium læti appellant, acta edocent, atque audiunt: sua quisque fortia facta ad cælum fert. quippe RES HVMANAE ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet: aduersæ res etiam bonos detrectant.

C A P. L I V. ¶ Metellus in iisdem castris quatrinduo moratus, faucios cum cura reficit, meritos in præliis more militiæ donat, vniuersos in cõcione laudat, atque agit gratias: hortatur, *ad cetera, quæ lenia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis iam pugnatum, reliquos labores pro præda fore.* tamen interim transfugas, & altos opportunos, Iugurtha ubi gentium, aut quid agitarer, cum paucis ne esset, an exercitum haberet, ut sese victus gereret, exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa, & natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliores, sed hebetem, infirmumque; agri ac pecoris magis, quàm belli cultorem. id ea gratia eueniebat, quod præter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur: quo cuiusque animus fert, eo discedunt: neque id flagitium militiæ ducitur. ita se mores habent. Igitur Metellus, ubi videt animum regis etiam tum ferocem esse; bellum renouari, quod si ex illius lubricine geri non posset; præterea inimicum certam in sibi cum hostibus; minore detrimento illos vinci, quam suos vincere: statuit non prælis, neque acie, sed alio more bellum gerendum. itaque in Numidiæ loca opulentissima pergit: agros vastat: multa castella, & oppida, temere munita, aut sine præsidio, capit. incenditque: puberes interfici iubet: alia omnia militum prædam esse. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obsides: frumentum, & alia, quæ vsui forent, assatim præbita: ubicumque res postulabat, præsidium impositum. Quæ negotia multo magis, quam prælium male pugnatum ab suis, regem terrebant: quippe cuius spes omnis in fuga hæc erat, sequi cogebatur; & qui sua loca defendere nequiuerat. in alienis bellum gerere. tamen ex inopia, quod optimum videbatur, consilium capit: exercitum plerumque in eisdem locis operiri iubet: ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur:

quitur: nocturnis, & auis itineribus ignoratus, Romanos palantis repente aggreditur. eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit: & Numidæ, prius quam ex castris subueniretur, sicuti iussi erant, in proximos colles discedunt.

C A P. LV. ¶ Interim Romæ gaudium ingens ortum cognitis Metelli rebus: ut seque, & exercitum more maiorū gereret, in aduerso loco victor tamen virtute fuisset; hostium præcipue potitetur; Iugurtham, magnificum ex Auli locordia, ipem salutis in solitudine, aut fuga coegisset habere. itaque Senatus, ob eam feliciter actam. *Diis immortalibus supplicia decernere*: ciuitas trepida antea & sollicita de belli euentu, læta agere: de Metello fama præclara esse. Igitur eo intentior ad victoriam nititur: omnibus modis festinare: cauere tamen, ne cubi hosti opportunus fieret: meminisse, P O S T G L O R I A M inuidiam sequi. ita, quo clarior, eo magis anxius erat: neque post insidias Iugurthæ effuso exercitu prædari, ubi frumentum, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præsidium agitabant: exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. sed igni magis, quā præda, ager vastabatur. duobus locis haud longe inter se castra faciebant. ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fuga, atque formido latius cresceret, diuersi agebant. Eo tempore Iugurtha per colles sequi: tempus, aut locum pugnae quaerere: qua uenturum hostem audierat, pabulum, & aquarum fontes, quorum pænuria erat, corrumpere: modo se Metello, interdum Mario ostendere: postremos in agmine tentare, ac statim in colles regredi: rursus alius, post alius minitari: neque prælium facere, neque otium pati; tantummodo hostem ab incepto retinere.

C A P. LVI. ¶ Romanus imperator ubi se dolis fatigari uidet, neque ab hoste copiam pugnandi fieri, urbem magnam, & in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare, ratus id, quod negotium posebat, Iugurtham laborantibus suis auxilio venturum, ibique prælium fore. At ille, quæ parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antecurrit: oppidanos hortatur, mœnia defendant, additis auxilio perfugis; quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat, firmissimum erat. præterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu adfore. Ita compositis rebus, in loca quam maxime occulta discedit; ac post paullo cognoscit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum: quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. eo cum delectis equitibus noctu pergit, & iam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: simul magna voce Siccenses hortatur, *uti cohortes ab tergo circumueniant: fortunam illis præclari facinoris casum dare: si id fecerint; postea sese in regno, illos in libertate sine metu ac atem acturos.* Ac ni Marius signa inferre, atque euadere oppido prope-

rauisset, profecto cuncti, aut magna pars Siccensium, fidem mutauissent: tanta mobilitate sese Numidæ agunt. sed milites Iugurthini paullisper ab rege sustentati, postquam maiore vi hostes urgent, paucis amissis profugi discedunt. Marius ad Zamam peruenit.

C A P. LVII. ¶ Id oppidum in campo situm, magis opere, quàm natura munitum erat, nullius idoneæ rei egens, armis virisque opulentum. igitur Metellus, pro tempore, atque loco paratis rebus, cuncta mœnia exercitus circumuenit. legatis imperat, vbi quisque curaret: deinde, signo dato, vndique simul clamor ingens oritur. neque ea res Numidas terret: infensi, intentique sine tumultu manent: prælium incipitur. Romani pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi, cupere prælium in manibus. Contra ea oppidani in proximos saxa voluere; fudes, pila, præterea pice, & sulphure rædam mistam ardentia mittere. sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis munierat. nam plerisque iacula, tormentis, aut manu emissa, vulnerabant: parique periculo, sed fama impari, boni, atque ignaui erant.

C A P. LVIII. ¶ Dum apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex improviso castra hostiû cum magna manu inuadit: remissis, qui in præsidio erant, & omnia magis, quam prælium, expectantibus, portam irrupit. At nostri, repentino metu perculsi, SIBI QVISQVE pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars vulnerati, aut occisi. ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores nominis Romani, grege facto locû cepere, paullo, quam alii, editiorem; neq; inde maxuma vi depelli quiuerunt: sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrati: sin Numidæ propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere, & eos maxuma vi cædere, fundere, atque fugare. Interim Metellus, cum acerrime rem gereret, clamorem & tumultum hostilem a tergo accepit: deinde, conuerso equo, animaduertit fugam ad se uerium fieri: quæ res indicabat populares esse. igitur equitatum omnem ad castra properemisit, ac statim Caium Marium cum cohortibus sociorum; cumque lacrumans *per amicitia, perq; Rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, ne ve hostes inultos abire sinat.* ille breui madata efficit. At Iugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super valum precipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officeret, multis amissis in loca munita sese recipit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu reuertitur.

C A P. LIX. ¶ Igitur postero die, prius quam ad oppugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte, qua regis aduentus erat, pro castris agitare iubet: portas, & proxima loca tribunis dispersit: deinde ipse pergit ad oppidum, atque, vti superiore die,
murum

murum aggreditur. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros inuadit. qui in proximo locati fuerant, paulisper territi perturbantur: reliqui cito subueniunt. neque diutius Numidæ resistere quiuissent, ni pedites cum equitibus permisti, magnam cladem in congressu facerent: quibus illi freti, non uti equestri prælio solet, se qui deinde cedere, sed aduersis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem: ita expeditis peditibus suis, hostes pæne victos dare.

CAP. LX. ¶ Eodem tempore apud Zamã magna vi certabatur. vbi quisque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrime niti, neque alius in alio magis, quam in se, spem habere: pariterque oppidani agere, obpugnare, aut parare omnibus locis: auidius alteri alteros fauciare, quam semet tegere. clamor permistus hortatione, lætitia, gemitu: item strepitus armorum ad cælum ferri: tela vtrimque volare. sed illi, qui mœnia defendebant, vbi hostes paululum modo pugnam remiserant, intenti prælium equestre prospectabant. eos, uti quæque Iugurthæ res erant, lætos modo, modo pauidos animaduertes: ac, sicuti audiri a suis, aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus; huc, & illuc, quasi vitabundi, aut iaciētes tela, agitare. Quod vbi Mario cognitum est, (nam is in ea parte curabat) consulto lenius agere, ac diffidentiam rei simulare: pati Numidas sine tumultu, regis prælium visere. ita, illis studio suorum astrictis, repente magna vi murum aggreditur: & iam scalis adgressi milites, prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia præterea tela ingerunt. nostri primo resistere: deinde, vbi vnæ, atque alteræ scalæ comminutæ, qui supersteterant afflicti sunt; ceteri, quoquo modo potuere, pauci integri, magna pars confecti vulneribus, abeunt. deinde vtrimque prælium nox diremit.

CAP. LXI. ¶ Metellus postquam videt frustra inceptum, neque oppidum capi, neque Iugurtham, nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere, & iam æstatem exactam esse, ab Zama discedit. & in his vrbibus, quæ ab se defecerant, satisque munitæ loco, aut mœnibus erant, præsidia imponit. ceterum exercitum in prouincia, quæ proxima est Numidiæ, hibernandi gratia collocat. neque id tempus ex aliorum more quieti, aut luxuriæ concedit, sed, quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere, & eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iugurtha fuerat, & inde, vadibus datis clam, Massiæ de nece iudicium fugerat, quod ei PER MAXIMAM amicitiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur: ac primo efficit, uti ad se colloquendi gratia occultus veniat: deinde, fide data. *si Iugurtham viuum, aut necatum sibi tradidisset, fore, ut illi Senatus impunitatem, & sua omnia*

concederet, facile Numidæ persuadet cum ingenio infido, tum mententi, ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per condiciones ad supplicium traderetur.

C A P. LXII. ¶ *is, ubi primum opportunum fuit, Iugurtham anxium, ac miserantem fortunas suas accedit: monet, atque lacrumans obtestatur, uti aliquando sibi, liberisque, & genti Numidarum optime merenti, quideat: omnibus præliis sese victos, agrum vastatū, multos mortales captos, occisos; regni opes cominutas esse: satis sæpe iam & virtutem militum, & fortunam tentatam: caueat, ne illo cunctante, Numida sibi consulant.* His, atque talibus aliis ad deditioem regis animum impellit, mittuntur ad imperatorem legati, qui Iugurtham imperata facturum diceret, ac sine vlla pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus prope cunctos Senatorii ordinis ex hibernis accersiri iubet: eorum, atque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. ita more maiorum, ex cor filii decreto, per legatos *Iugurthæ imperat, argenti pondo ducenta millia, elephantos omnis, equorum, & armorum aliquantum.* Quæ postquã sine mora facta suat, iubet omnis per fugas victos adduci. eorum magna pars, uti iussum erat, adducti: pauci, cum primum deditio cœpit, ad regem Bocchū in Mauritaniã abierant. Igitur Iugurtha, ubi armis, virisque & pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tifidium vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum. & **E x M A L A** conscientia digna timere. denique, multis diebus per dubitationem consumptis, cum modo tædio rerum aduersarum omnia bello potiora duceret, interdum secum ipse reputaret, quam **G R A V I S** casus in seruitium ex regno foret; multis, magnisque præsidis ne quiquam perditis, de integro bellum sumit. & Romæ Senatus, de provinciis conuictus, Numidiam Merello decreuerat.

C A P. LXIII. ¶ *Per idem tempus Vtricæ forte Caio Mario, per hostias Diis supplicanti magna, atque mirabilia portendi haruspex dixerat: proinde, quæ animo agitabat, frētus Diis ageret: fortunam quæ sapissime experiretur: cuncta prospere euentura.* At illum iam antea Consulatus ingens cupido exagitabat: ad quem capiundum, præter vetustatem familiæ, alta omnia abunde erant, industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis, & diuitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. sed is natus, & omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendiis faciundis, non Græca facundia, neque urbanis mūditiis sese exercuit: ita inter artis bonas, integrum ingenium breui adoleuit. ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque, faciem eius ignoratibus facile notus per omnis tribus declaratur. deinde ab eo magistratu, alium post alium sibi peperit: semperque in potestatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. tamen is ad id locorum talis

talis vir (nam postea ambitione præceps datus est) Consulatum appetere non audebat. etiam tum alios magistratus plebes, Consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. nouus nemo tara clarus, neq; tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur.

C A P. LXIV. ¶ Igitur, vbi Marius haruspicias dicta eodem intendere videt; quo cupido animi hortabatur, ab Metello petendi gratia missionem rogat: cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis superabant, tamen inetat CONTEMPTOR animus, & superbia, commune nobilitatis malum. itaque primū commotus insolita re, mirari eius consilium, & quasi per amicitiam mone-
re, ne tam praua inciperet, neu super fortunam animum gereret: NON OMNIA OMNIBVS cupienda esse: debere illi res suas satis placere: postremo cauere id petere a populo Romano q̄ illi iure negaretur. postquam hæc, atq; alia talia dixit, neque animus Marii flexit; respondit. *vbi primum potuisset per negotia publica, facturum sese, qua peteret, ac postea, sapius eadem postulanti, fertur dixisse, ne festinaret abire: satis mature illum cum filio suo Consulatum petiturum.* is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter viginti. quæ res Marium cum pro honore, quem affectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat; ita CVPIDINE, atq; ira pessumis consultoribus, grassari: neque facto vilo, neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret: milites, quibus in hibernis præerat, laxiore imperio, quàm antea, habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo vticæ erat, criminose simul ac magnifice de bello loqui: *dimidia pars exercitus si sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtam in carenis habiturum: ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis, & regia superbia, imperio nimis gauderet.* quæ omnia illis eo firmiora videbantur, quod diuturnitate belli res familiaris corruperant: & ANIMO cupienti nihil satis festinatur.

C A P. LXV. ¶ Erat præterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, Manastabalis filius, Masinissæ nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, MORBIS CONFECTVS, & ob eam causam mente paulum imminut. cui Metellus petenti, more regum vt sellam iuxta poneret, item postea custodiæ causa turmam equitum Romanorum, vtrumque negauerat: honorem, quod eorū modo foret, quos populus Romanus reges appellauisset: præsidium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani, satellites Numidæ traderentur. Hunc Marius anxiū aggreditur, atque hortatur, vt contumeliarum in imperatorem, cum suo auxilio, pœnas petat: hominem OB MORBOS animo parum valido secunda oratione extollit: illum regem ingentē virum, Massanisæ nepotem esse: si Iugurtha captus, aut occisus foret, imperium Numidæ sine mora habiturum: id adcomaturē

posse euenire, si ipse Consul ad id bellum missus foret, itaque & illum, & Equites Romanos, milites, & negotiatores, alios ipse, ple-rosque spes pacis impellit, vti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorum poscant. sic illi a multis mortalibus honestissima suffragatione Consula-
rus petebatur. simul ea tempestate plebes, nobilitate fusa, per legem Mamiliam nouos extollebat. ita Mario cuncta procedere.

CAP. LXVI. ¶ Interim Iugurtha, postquam, omiſſa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum: ciuitates, quæ ab se defecerant formidine, aut ostentando præmia adfectare: commutare suos locos: arma, tela, aliaque, quæ spe pacis amiserat, reficere, aut commercari: seruitia Romanorum allicere, & eos ipsos, qui in præſidiis erant, pecunia tentare: præter nihil, intactum neque quietum pati: cuncta agitare. Igitur Vaccenses, quo Metellus initio, Iugurtha pacificante, præſidium impoſuerat, fatigati regis supplicis, neque antea voluntate alienati, principes ciuitatis inter se coniurant (nam VVLGVSVTVTI plerumque selet, & maxime Numidarum, ingenio mobili, seditioſum, atque discordiſum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & otio adueniunt) dein, compositis inter se rebus, in diem tertium conſtituant, quod is festus celebratusque per omnem Africam ludum & lasciuiam magis, quam fortitudinem, ostentabat. sed, vbi tempus fuit, centuriones, tribunosque militares, & ipsum præfectum oppidi Titum Turpilium Silanum, alius alium domos suos inuitant: eos omnis, præter Turpilium, inter epulas obtruncant: postea milites palantis, inermis, quippe in tali die, ac sine imperio, aggrediuntur, idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum incitati, queis acta, consiliumque ignorantibus tumultus ipse, & res nouæ satis placebant.

CAP. LXVII. ¶ Romani milites improviso metu, incerti ignarique quid potissimum facerent, trepidare arcem oppidi, vbi signa, & scuta erant: præſidium hostium, portæ ante clausæ fugam prohibebant. ad hoc mulieres, puerique pro tectis ædificiorum saxa, & alia, quæ locus præbebat, certatim mittere. ita neque caueri anceps malum, neque a fortissimis infirmissimo generi resisti posse: iuxta boni, malique, strenui, & imbelles iuulti obtruncari. in ea tanta asperitate, sæuissimis Numidis, & oppido vadique clauso, Turpilius præfectus vnus ex omnibus Italicis profugit intactus: id misericordia ne hospitis, an pactione, an casu ita eueerit, parum comperimus; nisi quia illi in tanto malo, turpis vita integra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur.

CAP. LXVIII. ¶ Metellus, postquam de rebus Vaccæ actis comperit, paullisper moratus e conspectu abiit: deinde, vbi ira, & ægritudo

ægritudo permista sunt, cum maxuma cura vltum ire iniurias fo-
stinat. legionem, cum qua hiemabat, & quam plurimos potest
Numidas equites pariter cum occasu Solis expeditos educit: &
postera die circiter horam tertiam peruenit in quamdam plani-
tiem, locis paullo superioribus circumuentam. ibi milites fessos
itineris magnitudine, & iam abnuentis omnia, docet oppidum
Vaccam non amplius mille passuum abesse: **D E C E R E** illos re-
liquum laborem æquo animo pati, dum pro ciuibus suis viris for-
tissimis, atque miserrimis, pœnas caperent. præterea prædam be-
nigne ostentat, sic animis eorum arrectis, equites in primo latere,
pedites quam arctissime ire, & signa occultare iubet.

C A P. LXIX. ¶ Vaccenses vbi animaduertere ad seorsum
exercitum pergere, primo, vii res erat, Metellum esse rati, portas
claufere: deinde, vbi neque agros vastari, & eos, qui primi adierat,
Numidas equites vident; rursus Iugurtham arbitrati, cum ma-
gno gaudio obuii procedunt. equites peditesque, repente signo
dato, alii vulgum effusum oppido cadere: alii ad portas fistinare:
pars tures capere: ira, atque spes prædæ amplius, quam lassitudo,
posse, ita Vaccenses biduum modo ex perfidia lætati: ciuitas ma-
gna & opulens, cuncta pœnæ, aut prædæ fuit Turpilius, quæ præ-
fectum oppidi vnum ex omnibus profugisse supra ostendimus,
iussus a Metello causam dicere, **P O S T Q V A M** sese parum expur-
gat, condemnatus, verberatusque capite pœnas soluit: nam is ci-
uis ex Latio erat.

C A P. LXX. ¶ Per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iu-
gurtha deditioem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus re-
gi, & ipse eum suspiciens, nouas res cupere: ad perniciem eius do-
lum querere: diu noctuque fatigare animum: denique, omnia
tentando, socium sibi adiungit Nabdalsam, hominem nobilem,
magnis opibus clarum, acceptumque popularibus suis: qui plerū-
que seorsum ab rege exercitum ductare, & omnis res exsequi solu-
tus erat, quæ Iugurthæ fesso, aut maioribus adstricto superauerat:
ex quo illi gloria, opesque inuentæ. Igitur vtriusque consilio dies
infructus statuitur: cetera, vti res posceret, ex tempore parari pla-
cuit. Nabdalsa ad exercitum profectus, quem inter hiberna Ro-
manorum iussus habebat, ne ager inultis hostibus vastaretur. is
postquam, magnitudine facinoris percussus, ad tempus non ve-
nit; metusque rem impediēbat; Bomilcar simul cupidinibus in-
cepta patrandi, & timore loci anxius, ne, omisso vetere consilio,
nouum quæreret; litteras ad eum per homines fideles mittit: in
queis mollitiem, socordiamque viri accusare; testari Deos, per
quos iurasset; monere, *ne præmia Metelli in pestem conuerteret;*
Iugurtha exitium adesse: ceterum, *sua ne, an virtute Metelli periret,*
id modo agitari: proinde reputaret cum animo suo, *præmia an crucia-*
tum mallet.

C A P. LXXI. ¶ Sed cum hæ litteræ allatæ, forte Nabdalsa, exercito corpore fessus, in lecto quiescebat: vbi, cognitis Bomilcaris verbis, primo cura, deinde, vti Æ G R V M animum soler, somnus cepit. Erat ei Numida quidam rorum curator fidus, acceptusque, & omnium consiliorum, nisi non illumi, particeps. qui postquam allatas litteras audivit, ex consuetudine ratus opera, aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introiit: dormiente illo, epistolam, super caput in puluino temere positam, sumit, ac perlegit; dein prope, cognitis insidiis, ad regem pergit. Nabdalsa, post paullo expectatus, vbi neque epistolam reperit, & rem omnem, vti acta erat, ex per fugis cognouit; primo indicem persequi conatus; postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia, accedit: dicit, quæ ipse parauisset facere, perfidia clientis sui præuentæ: lacrymans obtestatur, per amicitiam, perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet.

C A P. LXXII. ¶ Ad ea rex aliter, atque animo gerebat. placide respondit. Bomilcare, aliisque multis, quos socios insidiarum cogouerat, interfectis, iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur: neque post id locorum Iugurthæ dies, aut nox vlla quieta fuit: neque loco, neque mortali cuiquam aut tempore satis credere: ciues, hostesque iuxta metuere: circumspicere omnia, & omni strepitu pauescere: alio, atque alio loco sæpe, CONTRA decus regium, noctu requiescere: interdum somno excitus, arreptis armis tumultum facere: ita formidine, quasi vecordia, exagitati.

C A P. LXXIII. ¶ Igitur Metellus, vbi de casu Bomilcaris, & indicio patefacto ex per fugis cognouit, rursus tanquam ad integrum bellum cuncta parat, festinatque. Marium fatigantem de perfectione, simul & INUITVM, & offensum sibi parum idoneum ratus, domum dimisit & Romæ plebes, litteris, quæ de Metello ac Mario missæ erant, volentia de ambobus acceperant. imperatori nobilitas, quæ antea decori fuerat, inuidiæ esse; at illi alteri generis humilitas fauorem addiderat: ceterum in utroque MAGIS studia partium, quam bona, aut mala sua, moderata. præterea seditiosi magistratus vulgum exagitate, Metellum omnibus concionibus capitis arcescere, Marii virtutem in maius celebrare. denique plebes sic accensa, vti opifices, agrestisque omnis, quorum res, fidesque in manibus sitæ erant, relictis operibus frequentarent Marium, & sua necessaria post illius honorem ducerent. Ita percussa nobilitate, post multas cõpestates, nouo homini Consulatus mandatur: & postea populus a tribuno plebis Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iussit. sed Senatus paullo ante Metello Numidiam decreuerat. ea res frustra fuit.

C A P. LXXIV. ¶ Eodem tempore Iugurtha, amissis amicis, quo-

quorum plerosq; ipse necauerat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant; cum neque bellum gerere sine administris possent, nouerumque fidem in tanta perfidia veterum experiri periculosum duceret, varius incertusque agitabatur: neque illi res, neque consilium, aut quisquam hominum satis placebat: itinera, præfectosque in dies mutare: modo aduersum hostes, interdum in solitudines pergere: sæpe in fuga, ac post paullo spem in armis habere: dubitare, virtuti, an fidei popularium minus crederet. ita, quocumque intenderat, res aduersæ erant. Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Iugurtha pro tempore parati instructique: dein prælium incipitur. qua in parte rex pugnae adfuit, ibi aliquamdiu certatus: ceteri omnes eius milites primo congressu pulsi, fugatique: Romani signorum, & armorum, & aliquanto numero hostium positi. nam ferme Numidas in omnibus præliis magis pedes, quam arma, ruta sunt.

C A P. LXXV. ¶ Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum per fugis, & parte equitatus, in solitudine, dein Thalam peruenit, in oppidum magnum, & opulentum, ubi plerique thesauri, filiorumque eius multus pueritiæ culuserat. quæ postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam, flumenque proximum, in spatio millium quinquaginta. loca arida, atque vasta esse cognouerat, tamen spe patrandi belli, si eius oppidi positus foret, omnis asperitates superuadere, ac naturam etiam vincere adgreditur. igitur omnia iumenta sarcinis leuari iubet, nisi frumentum dierum decem: ceterum vtres modo. & alia aquæ idonea portari. præterea conquirit ex agris quam plurimum potest domiti pecoris; eoque imponit vasa cuiusque modi, pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. ad hoc finitimis imperat, qui se post regis fugam Metello dederant, quamplurimum quisque aquæ portaret: diem, locumque, ubi præstiti forent, prædicit ipse ex flumine, quam proximum oppido aquam esse supra diximus, iumenta onerat. eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. deinde ubi ad id loci ventum, quod Numidis præceperat; & castra posita, munitaque sunt; tanta repente celo missa vis aquæ dicitur, vt ea modo exercitui satis superque foret. præterea commeatu spe amplior: quia Numidæ, sicuti PLERIQUE in noua deditioe, officia intenderant. ceterum milites religione pluuiæ magis vsi: eaque res multum animis eorum addidit; nam rati sese Diis immortalibus ceres esse. deinde postero die, contra opinionem Iugurthæ, ad Thalam perueniunt. oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna aq; insolita re perculsi, nihilo segnus bellum parare: idem nostri facere.

C A P. LXXVI. ¶ Sed rex nihil iam Metello infectum credens, quippe qui empta arma, tela, locos, tempora, denique NATYRAM

mirabile facinus duorum Carthaginensium memorare, eam rem nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginenses pleræque Africæ imperitabant, Cyrenenses quoque magni, atque opulenti fuere. ager in medio arenosus, vna specie: neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret. quæ res eos in magno diurnoque bello inter se habuit. postquam vtrinq; legiones, item classes sæpe fusæ, fugatæque, & alteri alteros aliquantum attrinuerant, veriti, NE MOX victos, victoresque defessos alius aggredere-tur, per inducias sponsonem faciunt, *vti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obuii fuissent, is communis vtriusque populi finis haberetur.* igitur & arthagine duo fratres missi, quibus non in Philænis erat, maturauere iter pergere: Cyrenenses tardius iere. id secordia ne, an casu acciderit, parum cognoui. ceterum solet in illis locis tempestas haud secus, atque in mari retinere. nam, vbi per loca æqualia, & nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitauit, ea magna vi agitata, ora, oculosque implere solet: ita prospectu impedito, morari iter. postquam Cyrenenses alio quanto posteriores se esse vident, & ob rem corruptam domi pœnas metuunt; criminari Carthaginenses ante tempus domo digressos; conturbare rem; denique omnia malle, quam victi abire. sed cum Pœni aliam conditionem, tantummodo æquam, peterent, Græci optionem Carthaginensium faciunt; *vs vel illi, quos finis populo suo peterent, ibi vini obruerentur; vel eadem cōditione sese, quem in locum vellet, processuros.* Philæni, conditione probata, seque, vitamq; suam Republicæ condonauere: ita viui obruti. Carthaginenses in eo loco Philænis fratribus aras consecrauerunt; aliisque illis domi honores instituti. nunc ad rem redeo.

C A P. LXXX. ¶ V G V R T H A postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat; per magnas solitudines cū paucis profectus, peruenit ad Getulos, genus hominum ferum, ita cultumque, & eo tempore ignarū nominis Romani. eorum multitudinem in vnum cogit: ac paullatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium obseruare, item alia militaria facere. præterea regis Bocchi proximos magnis muneribus, & maioribus promissis ad studium sui perducit: queis adiutoribus regem aggressus, impellit, vti aduersum Romanos bellū suscipiat. id ea gratia facilius, proniusq; fuit, q̄ Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat, fœdus, & amicitiam peritum. quam rem opportunissimam incepto belli, pauci impediuerant, C A E C I auaritia, queis omnia honesta, atq; inhonesta vendere mos erat. etia n antea Iugurthæ filia Boccho nupserat. verum ea necessitudo apud Numidas, Maurosq; leuis ducitur: quia singuli pro opibus, quisq; quam plurimas vxores, denas alii, alii plures habent; sed reges eo amplius. ita ANIMVS multitudine distrahitur: nullam pro socia obtinet; pariter omnes viles sunt.

CAP. LXXXI. ¶ Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt: ibi, fide data, & accepta, Iugurtha Bocchi animū oratione accendit: *Romanos iniustos, profunda avaritia, communes omnium hostes esse: eandem illos causam belli cum Boccho habere, quā secum, & cum aliis gentibus, LIBIDINEM imperitandi, queis omnia regna adversa sunt: tum sese, paullo ante Carthaginenses, itē regem Persen, post, uti quisque opulentissimus videatur, ita Romanis hostem fore.* His, atque aliis talibus dictis, ad Cirtam oppidum iter constituunt quod ibi Quintus Metellus prædam, captivosque, & impedimenta locaverat. ita Iugurtha ratus, aut, capta vrbe, operæ pretium fore, aut, si Romanus auxilio suis venisset, proelio sese certaturos. nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem inminuere: ne, moras agitando, aliud quam bellum, mallet.

CAP. LXXXII. ¶ Imperator postquam de regum societate cognovit non temere, neque uti sæpe iam victo Iugurtha confueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterum, haud procul ab Circa castris munitis, reges opperitur; MELIVS esse ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere. Interim Roma per litteras certior fit, prouinciam Numidiam Mario statam. nam Consulem factum ante acceperat. Quibus rebus supra bonum, aut honestum percussus, neque lacrymas tenere, neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus, nimis molliter ægritudinem pati. quam rem alii in superbiam vortebant: alii BONVM ingenium contumelia accensum esse: multi, quod iam parva victoria ex manibus eriperetur. nobis satis cognitum est, illum MAORIS honore Marii, quam iniuria sua excruciatum, neque tam anxie laturum fuisse, si adempta prouincia alij, quam Mario traderetur.

CAP. LXXXIII. ¶ Igitur eo dolore impeditus, & quia STULTITIÆ videbatur, alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, postulatam, *ne sine causa hostis populo Romano fieret; habere eum magnam copiam societatis, amicitiaque, coniungenda, que potior bello esset, quamquam opibus suis consideret, tamen non debere incerta pro certis mutare: OMNE BELLVM sumi facile, ceterum agerrime desinere: non in eiusdem potestate initium eius, & finem esse: incipere cuius etiam ignauo licere; deponi, cum victores velint: proinde sibi, regnoque, consuleret; neu florentis res suas cum Iugurtha perditis miseret.* Ad ea rex laus placide verba facit: *sese pacem cupere, sed Iugurtha fortunam misereri: si eadem illi copia fieret, omnia conuenitura.* Rursus imperator, contra postulata Bocchi, nuncios mittit. ille probare pactum, alia abnuere, eo modo, sæpe ab viroque missis, remissisque nunciis, tempus procedere, & ex Metelli volūate bellum intactum trahi.

CAP. LXXXIV. ¶ At Marius, ut supra diximus, cupiētissima plebe Consul factus, postquam ei prouinciā Numidiam populus iussit,

iussit, antea iam infestus nobilitati, tum vero multus, atq; ferox instare: singulos modo, modo vniuersos lædere: dicere, sese consulatum ex vicis illis spolia cepisse, alia præterea, magnifica pro se, & illis dolentia: interim, quæ bello opus erant, prima habere: postulare legionibus supplementum: auxilia a populis, & regibus, sociisque arcessere: præterea ex Latio fortissimum quemque, plerosque militia, paucos fama cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci neque illi Senatus, quamquam aduersus erat, de illo negotio abnuere audebat: ceterum supplementum etiam lætus decreuerat: quia, neque plebi militiam volenti, putabatur, & Marius aut belli usum, aut studium vulgi amissurus. sed ea res frustra sperata: tanta libido cum Mario cundi plerosque inuaserat, sese quisque præda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia huiusmodi animis trahebant: & eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. nam postquam, omnibus, quæ postulauerat, decretis, milites scribere vult, hortandi causa, simul & nobilitatem, uti consueuerat, exagitandi, concionem populi aduocauit: deinde hoc modo disseruit.

CAP. LXXXV. ¶ Scio ego, Quirites, PLEROSQUE non iis artibus imperium a vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, supplices, modicos esse; dehinc per ignauiam, & superbiam atatem agere, sed mihi contra videtur: nam, QVO VNIVERSA Respublica plaris est, quam Consulatus, aut Pratura, eo maiore cura illam administrari, quam hac peti debere. neque me fallit, quantum cum in maximo beneficio vestro negotii sustineam. bellum parare, simul & arario parcere; cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi, forisque omnia curare; & ea agere inter inuidos, occurrentes, factiosos; opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, ALI SI DELIQUERE, vetus nobilitas, maiorum facta fortia, cognatorum & affinium opes, multa clientela, omnia hac præsidio adsunt: mihi spes omnes in memet sita; QVAS NECESSE est & virtute, & innocetia tutari: nam alia infirma sunt. Et illud intellego, Quirites, omnium ora in me conuersa esse, quos, bonosque, fauere: quippe mea benefacta Reipublica procedunt: nobilitatem locum inuadendi quarere. quo mihi acrius adnitendum est, uti neque vos capi amini, & illi frustra sint. ita ad hoc atatis a pueritia sui, ut omnia labores, pericula consueua habeat. qua ante vestra beneficia gratuito faciebatur, ea uti, accepta mercede, deseram, non est consilium, Quirites. ILLIS DIFFICILE est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulauerunt: mihi, qui omnem atatem in communis artibus egi, BENE FACERE iam ex consuetudine in naturam vertit. Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quæ rem nobilitas agerrime tulit. quæso, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit, si quæ ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis, hominem veteris præcipia, ac multarum imaginum, & nullius stipendii, scilicet in tanta re imparum omnium trepidet, seque sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. ITA PLERYMQUE evenit,

ut, quem vos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quarat. At ego scio, Quirites, qui, postquam Consules facti sunt, acta maiorum, & Gracorum militaria praecepta GERERE coeperint, praeposteri homines. nam gerere, quam fieri, tempore posterius, re, atq; usu prius est. Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. Quae illi audire, & legere solent, eorum partem vidi, alia ego met gessi. quae illi litteris, ea ego didici militando. nunc vos EXISTIMATE, facta, an dicta pluris sint. Contemnit novitatem meam; ego illorum ignaviam, mihi fortuna; illis probra obiectantur. quamquam ego NATURAM unam, & communem omnium existimo, sed fortissimum quemq; generosissimum, ac si iam ex patribus Albini, aut Bestia quari posset, me ne, an illos ex se gigni maluerint; quid responsuros creditis, nisi, sese liberos quam optimos voluisse? Quod si iure me despiciunt; faciat idem maioribus suis; quibus, ut mihi, ex virtute nobilitas cepit. Invident honori meo: ergo inuideant labori, innocetia, periculis etiam meis: quoniam per hac illum cepi. Verum homines corrupti superbia, ita atatem agunt, quasi vestros honores contemnant: ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Ne ALII falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expectant, ignavia voluptatem, & pramia virtutis. Atque etiam cum apud vos, aut in Senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt, eorum fortia facta memorando clariores sese putant: quod contra est. nam, QUANTO VITA illorum praclarior, tanto horum secordia flagitiosior. & profecto ita se res habet. MAIORVM gloria posteris quasi lumen est, neq; bona eorum, neq; mala in occulto patitur. Huiusce rei ego inopia patior, Quirites: verum id, quod MVLTQ; praclarior est, meamet facta mihi dicere licet. nunc videte, quam iniqui sint. quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt: scilicet quia imagines non habeo, & quia mihi nova nobilitas est: QUAM certe peperisse, quam acceptam corrupisse, melius est. Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, abunde illis facundam, & compositam orationem fore. sed in maximo vestro beneficio, cum omnibus locis me, vosque maledicis lacerent, non placuit reticere: ne quis MODESTIAM in conscientiam duceret. nam me quidem, ex animi mei sententia, lacerare nulla oratio potest. quippe vera, necesse est bene praedicet: falsam vita, moresque mei superant. Sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem, & maximum negotium imposuistis: etiam atq; etiam reputate, num eorum poenitentium sit. Non possum, fidei causa, imagines, neq; triumphos, aut Consulatus maiorum meorum ostentare, at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices aduerso corpore. haec sunt meae imagines, haec mea nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed qua ego meis plurimis laboribus, & periculis quaesivi. Non sunt composita verba mea: parum id facio; IPSA SE VIRTUS satis ostendit: illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. Neq; luteris Gracas didici. parum accubant eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. at illae

multo optuma Reipublica doctus sum, hostem ferire, praesidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famam; hiemem, & aestatem iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam, & laborem tolerare. his ego praecipis milites hortabor: neque, illos arte colam, me opulenter; neque gloriae meam, laborem illorum faciam. hoc est utile, hoc civile imperium: namque, CVM TVTE per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum esse, non imperatorem. Hac, atque alia maiores vestri faciendo, sequere, & Rempublicam celebrauerunt. quae nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum amulos contemnit; & OMNES HONORES non ex merito, sed quasi debitos, a vobis repetit. ceterum homines superbissimum pro. ul errant. Maiores eorum omnia, quae licebat, illis reliquere, diuitias, imagines, memoriam sui praclaram; virtutem non reliquere: neque poterant: EA SOLA neque datur dono, neque accipitur. Sordidum nec, & incultis moribus aiunt; quia parum scite conuiuium exornat; neque histrionem ullum, neque pluri pretii coquam, quam villicum, habeo. quae mihi lubet confiteri, Quirites. nam & ex parente meo, & ex aliis sanctis viris ita accepi, MVNDITIAS mulieribus, viris laborem conuenire, omnibusque bonis oportere plus gloria, quam diuitiarum esse; arma, non suppellectilem, decori esse. Quin ergo, quod iuuat, quod carum est, tumant, id semper faciant: ament, potent: ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conuiuiis, dediti ventri, & turpissima parti corporis: sudorem, puluerem, & alia talia relinquunt nobis, quibus illa epulis iucundiora sunt. Verum non est ita. nam, VBI SE OMNIBVS flagitiis dedecorauerunt turpissimi viri, bonorum praemia ereptum eunt. ita iniuste sume luxuria, & ignauia, pessima artes, illis, qui coluere eas, nihil officium, Reipublica innoxia cladi sunt. Nunc, quoniam illis, quantum mei mores, non illorum flagitia poscebant, respondi; pauca de Republica loquar. Primum omnium de Numidia bonum habetote animum, Quirites: nam, quae ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia remouistis, auaritiā, imperitiā, superbiam. deinde exercitus ibi est locorum sciens, sed me hercule magis strenuus, quam felix: nam magna pars eius auaritia, aut temeritate Ducum attrita est. Quamobrem vos, quibus militaris est aetas, adnitimini mecum, & capeffite Rempublicam, neque quemquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum superbia me: us ceperit. egomet in agmine, in praelio consultor idem, & socius periculi vobiscum adero, me, vosque in omnibus rebus iuxta geram. & profecto, VBI S iuuantibus, omnia matura sunt, victoria, prada, laus: quae si dubia, aut procul essent, tamen omnes bonos Reipublica subuenire decebat. etenim IGNAVIA nemo immortalis factus: neque quisquam parens liberis, uti aeterni forent, optauit; magis, uti boni, honestique vitam exigent. Plura dicere Quirites, si timidis virtutem verba adderent: nam strenuis abunde dictum puto.

CAP. LXXXVI. ¶ Huiusmodi oratione habita, Marius postquam plebis animos arrectos videt, prope commearu, stipen-

dio, armis, aliisque vtilibus nauis onerat: cum his Aulum Manliū legatū proficisci iubet. ipse interea milites scribere, non more maiorum, neque ex classibus, sed vti cuiusque libido erat, capite gentes plerisque. id factum alii inopia bonotū, alii per ambitionem Consulis memorabant; quod ab eo genere celebratus, auctusque erat; Et HOMINI potentiam quarenti e gentissimus quisque opportunissimus; cui neque sua curæ, quippe quæ nulla sunt, & omnia cum pretio honesta videntur. igitur Marius cum alio quanto maiore numero, quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Vticam aduehitur. exercitus ei traditur a Publio Rutilio legato nam Metellus conspectum Marii fugerat; ne videret ea, quæ audita animus tolerare nequiuerat.

C A P. LXXXVII. ¶ Sed Consul, expletis legionibus, cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem, & præda onustum proficiscitur. omnia ibi capta militibus donat: dein castella, & oppida natura, & viris parum munita adgreditur: præclia multa. ceterum alia leuia aliis locis facere. interim noui milites sine metu pugnae adesse: videre fugientes capi, aut occidi; FORTIS SVMMVM quemque tutissimum: armis libertatem, patriam, parentesque, & alia omnia regi, gloriam, atque diuitias quæri. sic breui spatio noui, veteresque coalescere, & virtus omnium æqualis facta. At reges vbi de aduentu Marii cognouerunt, diuersi in locos difficilis abeunt. ita Iugurthæ placuerat, speranti, mox effusos hostis inuadi posse; Romanos, sicuti plerisque, remoto metu laxius, licentiusque futuros.

C A P. LXXXVIII. ¶ Metellus interea Romam profectus contra spem suam lætissimis animis accipitur, plebi, patribusque, POSTquam inuidia decesserat, iuxta carus. Sed Marius impigre, prudenterque suorum, & hostium res pariter attendere, cognoscere quid boni vtriusque, aut contra esset: explorare itinera regum, consilia, & insidias eorum anteuenire: nihil apud se remissum, neque apud illos tutum pati. itaque & Getulos, & Iugurtham, ex sociis nostris prædas agentis, sæpe adgressus itinere fuderat, ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Quæ postquam gloriosa modo, neque belli patranda cognouit, statuit vrbes, quæ viris, aut loco pro hostibus, & aduersam se opportunissimæ erant, singulas circumuenire; ita Iugurtham aut præsidis nudatum, si ea pateretur, aut prælio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum sæpe miserat, *velle populi Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret.* id simulauerit ne, quo IMPROVISVS grauior accederet, an mobilitate ingenii pacem, atque bellum mutare solitus, parum exploratum est.

C A P. LXXXIX. ¶ Sed Consul, vti statuerat, oppida, castellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut præmia ostentando, auerre ab hostibus. ac primo mediocria gerebat, existumans Iugurtham ob suos

ob suos tutandos in manus venturum. sed vbi illum procul abesse, & alius negotiis intentum accepit, maiora, & magis aspera aggredi tempus visum est. erat inter ingentis solitudines oppidum magnum, atque validum, nomine Capsa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurtham IMMUNES, leui imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti aduersum hostes non modicis modo, & armis, atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. nam, præter oppido propinqua, alia omnia vasta, incultra, egentia aquæ, infesta serpentibus: quarum Vis, sicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior: ad hoc, natura serpentium ipsa perniciofa, siti magis quam alia re acceditur. eius potiundi Marium maxuma cupido inuaserat, cum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur: & Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat. haud dissimiliter situm, munitumque: nisi quod apud Thalam non longe a vicinis aliquot fontes erant: Capsenses vna modo, atque ea intra oppidum iugi aquas, cetera pluvia utebantur. idque ibique, & in omni Africa, quæ procul a mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidæ plerumque lacte, & ferina carne vescerantur, neque saltem, neque alia irritamenta gula querebant. Cibis illis aduersum sumera, atque sitim, non libidini, neque luxuriæ erat.

CAP. XC. § Igitur Consul, omnibus exploratis, credo Ditis fretus, (nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat) quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quod Numidæ pabulo pecoris magis, quam aruo, student, & quodcumque natum fuerat, iussu regis in loca munita contulerat: ager autem aridus, & frugum vacuus ea tempestate: (nam æstatis extremum erat) tamen pro rei copia satis providenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus prædæ fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit: Aulum Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, vbi stipendium & comitatum locauerat, ire iubet: dicitque se prædabundum post paucos dies eodem venturum. sic incepto suo occultato, pergit ad flumen Tanaim.

CAP. XCI. § Ceterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas æqualiter distribuerat: & ex corinis vites uti fierent, curabat: simul & inopiam frumenti lenire, & IGNARIS omnibus, parare, quæ mox vsui forent. denique sexto die, cum ad flumen ventum est, maxuma vis vtriumque ibi castris leui munimento positis, milites cibum capere, atque, ut simul cum occasu solis egrederentur paratos esse iubet, omnibus sarcinis abiectis, aqua modo seque, & iumenta onerare. dein, postquam tempus visum, castris egreditur: noctemque totam itinere facto confedit. idem proxima facit. dein tertia multo ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo: ibique quam occultissime potest, cum

omnibus copiis opperitur. sed, vbi dies cœpit; & Numidæ, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi; repente omnem equitatum, & cum his velocissimos pedites cursu tendere ad Capsam, & portas obsidere iubet: deinde ipse intentus properare sequi, neque milites prædari sinere. quæ postquam oppidani cognouere; res trepidæ, metus ingens, malum improuisum, ad hoc pars ciuium extra mœnia in hostium potestate, coegere vti deditioem facerent. ceterum oppidum incensum: Numidæ puberes interfecti, alii omnes venundati: præda militibus diuisa. id facinus **CONTRA LV S BELL I** nõ avaritia, neque scelere Consulis admissum; sed quia locus Iugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis; genus hominũ mobile, infidum, ante neque beneficio, neq; metu coercitum.

C A P. X C I I. ¶ Postquam tantam rem Marius sine vllò suorũ incommodo patrauit; magnus, & clarus antea, maior, atque clarior haberi cœpit: **OMNIA** non bene consulta in virtutem trahebãtur. milites modesto imperio habiti, simul & locupletes, ad cœlum ferre: Numidæ magis, quam mortalem, timere: postremo **OMNES** socii, atque hostes credere, illi aut mentem diuinam esse, aut Deorum nutu cuncta portendi. Sed Consul, vbi ea res bene euenit, ad alia oppida pergit: pauca, repugnantibus Numidis, capit: plura, deserta propter Capsensium miseras, igni corrumpit: luctu, atque cæde omnia complentur. denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, aliam rem aggreditur, non eadem asperitate, qua Capsensium, ceterum haud lecus difficilem. namque haud longe a flumine Mulucchæ, quod Iugurthæ, Bocchi que regnum disingebat, erat inter ceteram planiciem mons saxeus, mediocri castello, satis patens, in immensum editus, vno per angusto aditu relicto; nam omnis natura, velut opere, atque consulto, præceps. quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit: **SED EA RES FORTE**, quam consilio, melius gesta. nam castello virorum, atq; armorum satis magna vis, & frumenti, & fons aquæ: aggeribus, turribusque, & aliis machinationibus locus opportunus: iter castellanorum angustum admodũ, vtrimque præcisum: vineæ cum ingenti periculo frustra agebantur. nam cum ex paullo processerant, igni, aut lapidibus corrumpebãtur. milites neque pro opere consistere, propter iniquitatem loci; neque inter hostes sine periculo administrare: optumus quisque cadere, aut occidi; ceteris metus augeri.

C A P. X C I I I. ¶ At Marius, multis diebus, & laboribus consumptis, anxius trahere cum animo suo, omitteret ne inceptum, quoniam frustra erat, an fortunam opperiretur, qua sæpe prospere vsus fuerat quæ cum multos dies, noctesque æstiuans agitarer, forte quidam Ligus, ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli, quod aduersum præcliantibus erat, animaduertit inter saxa repentes cochleas:

Ieas: quarum cum vnâ, atq; alteram, dein plures peteret, studio legundi paulatim prope ad summû montis egressus est. vbi postquam solitudinem intellexit; M O R A humanæ cupidinis ignara visundi, animum vorrit. & forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa, paullum modo prona, deinde inflexa, atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert: cuius ramis modo, modo eminentibus saxis nifus Ligus, castelli planiciem perscribit; quod cuncti Numidæ intenti præliantibus aderant. Exploratis omnibus, quæ mox vsui fore ducebat, eadem regreditur, non temere, vti escenderat, sed tentans omnia, & circumspiciens. itaque Marium propere adit: acta edocet: hortatur, *ab ea parte, qua ipse escenderat, castellum tentet: pollicetur sese itineris periculi que ducem.* Marius cum Ligure, promissa eius cognitum, ex præsentibus misit: quorum vt, cuiusque ingenium erat, ita rem difficilem, aut facilem nunciauere. Consulis animus tamen paullum arrectus. Itaque ex copia tubicinum, cornicinum, numero quinque quam velocissimos delegit, & cum his, præsidio qui forent, quatuor centuriones: omnisq; Liguri parere iubet: & ei negotio proxtimum diem constituit.

CAP. XCIV. ¶ Sed vbi ex præcepto tempus visum; paratis, compositisque omnibus ad locum pergit. ceterum illi, qui centuriis præerant, prædocti ab duce, arma, ornatumque mutauerant, capite, atque pedibus nudis, vti prospectus, nifusque per saxa facilius foret: super terga gladii, & scura; verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia; simul & offensa, quo leuius streperent. igitur prægrediens Ligus, saxa, & si quæ vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus alleuari milites facilius escenderent; interdum timidus insolentia itineris leuare manu: vbi paullo asperior adscensus erat, singulos præ se inermos mittere; deinde ipse cum illorum armis sequi: quæ dubia nifui videbantur, potissimum tentare; ac sæpius eadem adscendens, descendensque, dein statim digrediens, ceteris audaciam addere. igitur diu, multumque fatigati, tandem in castellum perueniunt, desertum ab ea parte: quod omnes, sicuti aliis diebus, aduersum hostes aderant. Marius, vbi ex nunciis, quæ Ligus egerat, cognouit; quamquam tota die înteros prælio Numidas habuerat, tum vero cõhoratus milites, & ipse extra vineas egressus, testudine acta succedere, & simul hostẽ tormentis, sagittariisque, & funditoribus eminus terrere. At Numidæ, sæpe antea vineis Romanorum subuersis, item incensis, non castelli mœnibus sese tutabantur; sed pro muro dies, noctesque agitare; maledicere Romanis; ac *Mario recordiam obiectare; militibus nostris Ingurtha seruitium minari; secundis rebus feroces esse.* Interim, omnibus Romanis, hostibusque prælio intentis, magna vtrimque vi, pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus, repente a tergo signa canere: ac primo mulieres, & pueri, qui

visum p̄cesserant, fugere: deinde, uti quisq; muro proximus erat, postremo cuncti armati, inermesque. quod ubi accidit, eo actius Romani instare, fundere, ac plerosq; tantummodo lauciare, dein super occisorum corpora vadere, auidi gloriæ certâtes murum petere neque quemquam omnium prædare morari. sic FORTE collecta Marii temeritas, gloriam ex culpa inuenit.

C A P. X C V. ¶ Ceterum, dum ea res geritur, Lucius Sulla quæstor cum magno equitatu in castra venit; qui, uti ex Latio, & a locis exercitum cogeret, Romæ relictus erat. sed quoniã nos tanti viri res admonuit; idoneum visum est, de natura, cultuque eius paucis dicere. neque enim alio loco de Sullæ rebus dicturi sumus; & Lucius S. lenna optime, & diligentissime omnium, qui eas res dixere persecutus parum mihi libero ore locutus videtur. Igitur Sulla gentis patriciæ, F A M I L I A prope iam extincta maiorum ignavia, litteris Græcis, atque Latinis iuxta, atque doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior: otio luxurioso esse; tamen ab negotiis numquam voluptas remota, nisi quod de vxore potuit honestius consuli: facundus, callidus, & amicitia facilis: ad simulanda negotia altitudo ingentii incredibilis: multarum rerum, ac maxime pecuniæ largitor: atque, felicissimo omnium ante civilem victoriam, numquam super industriam fortuna fuit: multiq; dubitauerunt, fortior, an felicior esset. nam, postea quæ fecerit, incertum habeo pudeat magis, an pigeat dilatare.

C A P. X C V I. ¶ Igitur Sulla, uti supra dictum est, postquam in Africam, atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis antea, & ignarus belli, SOLLERTIS SVMVS omnium in paucis tempestatibus factus est. ad hoc milites benigne appellare: multis rogantibus, aliis per se ipse dare beneficia, iuuvis accipere; sed ea p̄perantius, quam æs mutuum, reddere; ipse ab nullo repetere: magis id laborate, uti illi quam plurimi deberent. ioca. atq; seria cum humillimis agere: in openbus, in agmine, atq; ad vigilias multus adesse: neq; interim, quod PRAVA ambitio solet, Consulis, aut cuiusquã boni famam lædere: tantummodo neq; consilio, neq; manu priorum pati; plerosque anteuenire. quibus rebus, & artibus breui Mario, multibusque cariissimus factus.

C A P. X C V I I. ¶ At Iugurtha, postquam oppidum Capsam, aliosque locos munitos, & sibi utilis, simul & magnam pecuniam amiserat; ad Bocchum nuncios mittit, quam primum in Numidiam copias adduceret: prælii faciendi tempus adesse. quem ubi cunctari accepit dubium belli, atque pacis rationes trahere; rursus, uti antea, proximos eius donis corrumpit, ipsique Mauro pollicetur Numidiæ partem tertiam, si aut Romani Africa expulsi, aut, integris suis finibus, bellum compositum foret. Eo præmio illectus Bocchus, cum magna multitudine Iugurtham accedit.

dit. ita. amborū exercitu coniuncto, Marius iam in hiberna proficiscētem, vii decima parte die reliqua inuadunt, rati **NOCTEM**, quæ iam aderat, victis sibi munimento fore; & si vicissent, nullo impedimento, quia locorum scientes erant; contra Romanis vtrumque casum in tenebris difficiliorem fore. Igitur simul Consul ex multis de hostium aduentu cognouit; & ipsi hostes aderant: & prius quam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere, denique, ante quam signum, aut imperium vllum accipere quiuisset, equites Mauri, atque Getuli, non acie, neque vlllo more prælii, sed cateruatim, vti quosque fors conglobauerat, in nostros incurruunt. qui omnes trepidi improviso metu, ac tamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientis alios ab hostibus defensabant: pars equos descendere. obuiam ire hostibus: pugna latrocinio magis, quam prælio similis fieri: sine signis, sine ordinibus equites, pedites permixti cedere alios, alios obruncare: multos, contra aduersos acerrime pugnantes, ab tergo circumuenire: neque virtus, neque arina satis tegere; quia hostes numero plures, & vndique circumfusi erant. denique Romani veteres, nouique, & ob ea scientes belli, si quos locus, aut casus coniunxerat, orbes facere: atque ita ab omnibus partibus simul tecti, & instructi, hostium vim sustentabant.

CAP. XCVIII. ¶ Neque in eo tam aspero negotio Marius terditus, aut magis, quam antea, demisso animo fuit; sed cum turma sua, quæ **EX FORTISSVMIS** magis, quæ familiarissimis parauerat, vagari passim, ac modo laborantibus suis succurrere, modo hostis, vbi confertissimi obstiterant, inuadere manu: consulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat. iamque dies consumtus erat, cum tamen barbari nihil remittere: atque, vti reges præceperant, noctem pro se rati acius instare. tum Marius ex copia rerum consilium trahit; atque, vti suis receptui locus esset, colles duos propinquos inter se occupat. quorum in vno, castris parum amplo, fons aquæ magnus erat: alter vsui opportunus, quia magna parte editus, & præceps, pauca munimento egebat. ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare iubet. ipse paullatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in vnum contrahit: dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita reges, loci difficultate coacti, prælio deterreatur; neque tamen suos longius abire sinunt, sed, vtroque colle multitudinem circumdato, effusi confedere. dein, crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari more suo lætari, exultare, strepere vocibus: & ipsi duces feroces, quia non fugere, vt pro victoribus agere. sed ea cuncta Romanis ex tenebris, & editioribus locis facilia visu, magnoque hortamento erant.

CAP. XCIX. ¶ Plurimum vero Marius impetitia hostium confirmatus, quam maxumum silentium haberi iubet: ne signa

quidem, vti per vigilias solebant, canere: deinde, vbi lux aduentabat, defessis iam hostibus, ac paulo ante somno captis, de improviso vetricialis, item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul omnis signa canere, milites clamorem tollere, atque portis erumpere. Mauri, atque Getuli, ignoto, & horribili sonitu repente exciti, neque fugere, neq; arma capere, neq; omnino facere, aut prouidere quidquam poterant; ita cunctos strepitu, clamore, nullo subueniente, noctis instantibus tumultu, terrore, formidine, quasi vecordia, ceperat. denique omnes fusi, fugatique: arma, & signa militaria pleraque capta: pluresque eo pericito, quam omnibus superioribus, interemti. nam somno, & metu insolito impedita fuga.

C A P. C. § Dein Marius, vti ceperat, in hiberna proficiscitur, quæ propter com meatum in oppidis maritimis agere decreuerat: NEQUE TAMEN victoria secors, aut insolens factus, sed pariter, atque in conspectu hostium, quadrato agmine incedere. Sulla cû equitatu apud dextimos, in sinistra parte Aulus Manlius cum funditoribus, & sagittariis, præterea cohortes Ligurum curabat: primos, & extremos cum expeditis manipulis tribunos locauerat. per fugam nime cari, & regionum scientissimi, hostium iter explorabant. simul Consul, quasi nullo imposito, omnia prouidere: apud omnis adesse, laudare, increpare merentis. ipse armatus intentusque item milites cogebat; neque secus, atque iter facere, castra munire. excubitu in porta cohortis ex legionibus, pro castris equites auxilios mittere: præterea alios super vallum munimentis locare, vigilias ipse circuire, non in diffidètia futuri quæ imperauisset, quam vti MILITIBVS exæquatus cum imperatore labos volentibus esset. Et sane, Marius illoque aliisque temporibus iugurthinæ belli, PVDORE MAGIS, quam malo, exercitum coerebat: quod multi per ambitionem fieri aiebant: pars quod a pueritia consuetam duritiam, & alia, quæ ceteri miseras vocant, voluptati habuisset. nisi tamen Respublica pariter, ac sæuissimò impetio, bene, atq; decore gesta.

C A P. C I. § Igitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirra vndique simul speculatores citi sese ostendunt: quare hostis adesse intellegitur. sed quia diuersi redeuntes, alius ab alia parte, atque omnes idem significabant; Consul incertus, quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, aduersum omnia paratus, ibidem opperitur. ita iugurtham spes frustrata, qui copias in quattuor partis distribuerat, rarus ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus vêtutos. interim Sulla, quem primum hostes attigerant, cohortatus suos, turmatim, & quam maxime confertis equis, ipse aliique Mauros inuadunt: ceteri in loco manentes, ab iaculis eminus emissis corpora tegere, & si qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites præliantur, Bocchus cum

cum peditibus, quos Volux filius eius adduxerat, neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant, postremam Romanorum aciem inuadunt. tum Marius apud primos erat, quod ibi Iugurtha cum plurimis instabat. dein Numida, cognito Bocchi aduentu, clam cum paucis ad pedites conuertit: ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat *nostros frustra pugnare: paullo ante Marium sua manu interfectum: simul gladium sanguine oblitum ostendere, quem in pugna, latis impigre occiso pedite nostro, cruci trauerat. quod vbi milites accepere, magis atrocitate rei, quam fide nuntii, terrentur: simulque barbari animos tollere, & in percussos Romanos acius incedere. tamque paullum a fuga aberant, cum Sulla, profligatis iis, quos aduersum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit, Bocchus statim auertitur. at Iugurtha, dum sustentare suos, & prope iam adeptam victoriam retinere cupit, circumueortus ab equitibus dextra sinistra, omnibus occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit. atque interim Marius, fugatis equitibus, accurrit auxilio suis, quos pelli iam acceperat. denique hostes iam vndique fusi. Tum spectaculum horribile in campis patentibus; sequi, fugere; occidi, capi; equi, atque viri adflicti: ac multi, vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quiete pati, niti modo, ac statim concidere: postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaueribus, & inter ea humus infecta sanguine.*

C A P. CII. ¶ Postea loci Consul, haud dubie iam victor, peruenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat. Eo post diem quinquetum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt; qui regis verbis ab Mario petiuere, *duos quam fidelissimos ad eum mitteret: velle de suo, & de populi Romani commodo cum iis differere.* ille statim Lucium Sullam, & Aulum Maulum ire iubet. qui quamquam acciti ibant; tamen placuit verba apud regem facere; vti ingenium aut auersum flecterent, aut cupidum pacis vehementius accenderent. itaque Sulla, cuius facundia, non exarati a Manlio concessum, pauca verba huiusmodi locutus. *Rex Boeche, magna nobis latitia est, cum te talem virum Dii mouere, vti aliquando pacem, quam bellum, mallet; neu te optimum cum pessimo omnium Iugurtha miscendo commaculares; simul nobis denique acerbam necessitudinem, pariter te errantem, & illum sceleratissimum persequi. ad hoc, populo Romano iam a principio inopi, MELIUS VISUM, amicos, quam non seruos, querere; tutiusque rati, volentibus, quam coactis imperitare. tibi vero NULLA OPPORTVNIOR amicitia nostra: primum quod procul absumus; in quo offense minimum, gratia par, ac si prope adessemus: deinde, quod parentes abunde habemus; AMICORVM, neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit. Atque hoc vinam a principio tibi placuisset! profecto ex populo Romano ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpeffus esses, sed quoniam HUMANA-*

RVM rerum fortuna pleraq; regit; cui scilicet placuisse & vim, & gratiam nostram experiri: nunc, quando per illam licet, festina; atque, uti cepisti, perge. multa, atque opportuna habes, quo facilius errata officii superes. postremo hoc in peccus tuum dimitte, nunquam populum Romanum beneficiis victum esse. nam, bello quid valeat, tu es scis: Ad ea Bocchus placide, & benigne: simul pauca pro delicto tuo verba facit: se non hostili animo, sed ob regnum tutanauum a Ma cepisse: nam Numidia partem, unde vi Iugurtham expulserit, iure belli suam factam: cum vastari a Mario, pati nequiuisset: praeterea, missis antea Romanis legatis, repulsum ab amicitia: ceterum vetera ommittere, ac tum, si per Marii liceret, legatos ad Senatum missurum. Dein, copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Iugurtha, cognita legatione Sullae, & Manlii, meruens id, quod parabatur, donis corruerat.

CAP. CIII. § Marius interea exercitu in hibernaculis composito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam, quo Iugurtha perfugas omnis praedium imposuerat. tum rursus Bocchus feliciter, seu reputando, quae sibi duobus praeliis euenerant, seu admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia necessariorum quinque delegit, quorum & fides cognita, & ingenia validissima erant. eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romanos legatos ire iubet: agenda rerum, & quocumque modo belli componendi licentiam ipsis permittit. illi mature ad hiberna Romanorum proficiscuntur: deinde a Getulis latronibus in itinere circumuenti, spoliati que, pauidi, sine decore ad Sullam pergunt; quem Consul, in expeditionem proficiscens, pro praetore reliquerat. eos ille non pro vanis hostibus, uti meriti erant, sed accurate, & liberaliter habuit. qua re barbari, & famam Romanorum auaritia falsam, & Sullam ob munificentiam in sese amicum rati. nam etiam tum largitio multis ignota erat: **MVNIFICVS NEMO** putabatur, nisi pauciter volens: dona omnia in benignitate habebantur. Igitur Quaestori mandata Bocchi patefaciunt; simul ab eo petunt, uti fautor, consultor que sibi adsit: copias, fidem, magnitudinem regis sui, & alia, quae aut utilia, aut benivolentia, esse credebant, oratione extollunt: dein Sulla omnia pollicito, docti quo modo apud Marium, item apud Senatum verba facerent, circiter dies quadraginta ibidem operiuntur.

CAP. CIV. § Marius postquam infecto negotio, quo intendat, Curiam rediit: de aduentu legatorum certior factus, illos que, & Sullam venire iubet, itemque Lucium Bellienum Praetorem, Utica, praeterea omnis undique Senatorii ordinis; quibus cum mandata Bocchi cognoscit. in quibus, legatis potestas eundi Romani sit; & ab Consule interea induciae postulabantur. ea Sullae, & plerisque placere: pauci ferocius decernunt, scilicet **IGNARI HUMANARVM** rerum, quae fluxae, & mobiles semper in aduersa mutantur. ceterum

Mauri,

Mauri, impetratis omnibus, rtes Romã profecti cum Caio Octa-
uio Rufone, qui Quæstor stipendium adportauerat: duo ad regē
redeunt. Ex his Bocchus cum cetera, tum maxūme benignita-
tem, & studium Sullæ lubens accepi. Romæque legatis eius post-
quam, errasse regem, & Iugurtha scelere lapsū, deprecati sunt, ami-
ciciam & fœdus petentibus hoc modo responderetur. *Senatus &
populus Romanus beneficii, & iniuria memor esse solet: ceterum Boc-
cho, QVONIAM panitet delicti, gratiam facit: fœdus, & amicitia da-
buntur, cum meruerit.*

CAP. CV. ¶ Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras a Ma-
rio petiuit, vt Sullam ad se mitteret; cuius arbitrato de communi-
bus negotiis consulere tur. is missus cum præsidio equitum, atque
peditum, funditorum Baleariorum: præterea iere sagittarij, & co-
hors Paligna cum velitaribus armis, itineris poperandi causa:
neque his secus, atque alijs armis aduersus tela hostium, quod ea
leuia sunt, muniti. Sed in itinere quinto denique die Volux, filius
Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius e-
quitibus sese ostendit: qui temere & effuse euntes, Sullæ, aliisque
omnibus & numerum ampliorem vero, & hostilem metum effi-
ciebant. Igitur se quisque impedire; arma, atque tela tentare, in-
tendere: timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus, &
aduersum eos, quos sæpe vicerant, interim equites, exploratū præ-
missi, rem, vti erat, quietam nunciant.

CAP. CVI. ¶ Volux adueniens Quæstorem appellat: dicit-
que se a patre Boccho obuiam illis simul, & præsidio missum. deinde
eum, & proximum diem sine metu coniuncti eunt. post, vbi ca-
stra locata, & diei vespererat; repente Maurus, incerto vultu pa-
uens, sibi Sullam aduenit; dicitque ex speculatoribus cognitum,
Iugurtham haud procul abesse, simul, vni noctu clam secum profu-
geret; rogat, atque hortatur. ille animo feroci, negat se toties fuscum
Numidam pertimescere: virtuti suorum satis credere: ETIAM SI certa
pestis adesset, mansurum potius, quam proditis quos ducebat, turpi fu-
ga incerta, ac forsitan paullo post morbo interitura vita parceret. cete-
rum ab eodem monitus, vni noctu profiscerentur, cōsiliū adpro-
bat: ac statim milites cenatos esse in castris, ignesque creberri-
mos fieri, dein prima vigilia silentio egredi iubet. Iamque no-
cturno itinere fessis omnibus, Sulla pariter cum ortu solis castra
metabatur; cum equites Mauri nunciant, Iugurtham, circiter du-
um milium intervallo, ante eos consedissee, quod postquam audirem
est, tum vero ingens metus nostros inuadit: credere se prodit-
os a Voluce, & insidijs circumuentos. ac fuere, qui dicerent,
manu vindicandam, neque apud illum tantum scelus inultum relin-
quendum.

CAP. CVII. ¶ At Sulla, quamquã eadem existimabat, tamen
ab iniuria Maurum prohibet: suos hortatur, vni fortem animū ge-

rerent: saepe ante paucis strenuis aduersus multitudinem bene pugnatum: quanto sibi in prælio minus pepercissent, tanto tutiores fore: **N**EC quemquam DECERE, qui manus armauerit, ab irernis pedibus auxilium petere, in maximo metu iudū, & cæcum corpus ad hostes uertere. deinde Volucem, quoniam hostilia faceret, Iouem maxumū obtestatus, ut sceleris, atque perfidia Bocchi testis adesset, castris abire iubet. Ille lacrymans orare, ne ea crederet: nihil dolo factum, ac magis calliditate Iugurtha; cui uidelicet speculanti iter suum cognitum esset. ceterum, quoniam neq; ingentem multitudinem haberet; & spes, opesq; eius ex patre suo penderent; credere illum nihil ausurum palam, cum ipse filius testis adesset: quare optimum factum uideri, per media eius castra palam transire: sese, vel praemisissis, vel ibidem relictis Mauris, solum cum Sulla iterum. Ea res, uti in tali negotio, probata: ac statim profecti, quia de improviso accesserint, dubio, atque hæsitante Iugurtha, incolumes transeunt. deinde paucis diebus, quo ire intenderant, peruentum est.

CA P. C V I I I. ¶ Ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine, multū, & familiariter agebat; præmissus ab Iugurtha, postquam Sullam accitum audierat, orator, & subdole speculatur Bocchi consilia: præterea Dabar, Massugradæ filius, ex gente Massanisa, ceterum materno genere impar, (nam pater eius ex concubina ortus erat) ob ingenii multa bona Mauro carus, acceptusque. quem Bocchus fidum esse Romanis multis ante tempestatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum mitit, paratum sese facere, quia populus Romanus uellet; colloquio diem, locum, tempus ipse deligeret: consilia sese omnia cum illo integra habere: neu Iugurtha legatum pertimesceret; quo res communis licentius gereretur: nam ab insidiis eius aliter cauere nequiuisset. Sed ego compertor, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, simul Romanos, & Numidam spe pacis artinuisse: multumq; cum animo suo uolere solitum, Iugurtham Romanis, an illi Sullam traderet; libidinem aduersum nos, metum pro nobis suasisse.

CA P. C I X. ¶ Igitur Sulla respondit, pauca se coram Aspare locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quam paucissimis presentibus: simul edocet, quæ responderentur. Postquam, sicuti uoluerant, congressi; dicit se missum a Consule, uenisse quaesitum ab eo, pacem, an bellum agiturus foret. Tunc rex, uti præceptum fuerat, post diem decimum redire iubet; ac nihil etiam nunc decreuisse, sed illo die responsurum. Deinde ambò in sua castra digressi. Sed ubi plerumque noctis processit; Sulla a Boccho occulte accersitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur. præterea Dabar internuncius, sanctus vir, ex sententia iurat ambobus: ac statim sic rex incipit.

CA P. C X. ¶ **N**VM QVAM ego ratus sum fore, uti rex maxumus in hac terra, & omnium, quos noui, opulentissimus, priuato homini gratias

tiam deberem. & hercule Sulla, ante te cognitum multis orantibus aliis ultro egomet opem tibi, nullius indigni: id immutatam, quod ceteri dolere solent, ego laetor. fuerit mihi pretium, eguisse aliquando tuae amicitiae; qua apud animum meum nihil carius habeo. id adeo experiri licet: arma, viros, pecuniam, postremo quidquid animo libet, sume, utere: & quoad viues, nunquam tibi reddam gratiam putaueris: semper apud me integra eris: denique nihil me sciente frustra voles. nam, ut ego existumo, REGEM ARMIS, quam munificentia, vinci, flagitiosum minus. ceterum de Republica vestra, cuius curator huc missus es, paucis accipe. Bellum ego populo Romano neq; feci, neque factum unquam volui: fines meos aduersum armatos armis tutus sum. id omitte; quando vobis ita placet. gerite, uti vultis, cum Iugurtha bellum: ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipsam fuit, non egrediar, neq; Iugurtham id intrare sinam, praeterea, si quid meque vobisq; dignum petueris, haud repulsus abibis.

CAP. CXI. ¶ Ad ea Sulla pro se, breuiter, & modice, de pace, & de communibus rebus, multis disseruit. denique regi patefecit; quod polliceatur, Senatum & populum Romanum quoniam amplius armis valuissent, non in gratia habituros: faciendum aliquid, quod illorum magis, quam sua, retulisse videretur. id adeo in promptu esse; quoniam Iugurtha copiam haberet: quem si Romanis tradidisset, fore ut illi plurimum deberetur: amicitiam, foedus, Numidia partem, quam nunc peteret, tunc ultro aduenturam. Rex primo negitare: affinitatem, cognitionem, praeterea foedus interuenisse: ad hoc metuere, ne fluxa fide vsus popularium animos auerteret; quos & Iugurtha carus, & Romani inuisi essent: denique saepius fatigatus, lenitur; & ex voluntate Sulla omnia se facturum promittit. ceterum ad simulandam pacem, cuius Numida, defessus bello, amissum us, quae vtilia visa, constituunt: ita, composito dolo, digrediuntur.

CAP. CXII. ¶ At rex postero die Asparem, Iugurtha legatum, appellat; dicitque tibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse conditionibus bellum poni: quam obrem regis sui sententiam exquireret, ille latus in castra Iugurthae venit: deinde ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octauum redit ad Bocchum; & ei nunciat, Iugurtham cupere omnia, quae imperarentur, facere, sed Mario parum fidere: saepe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam, frustra fuisse: ceterum Bocchus, si ambo, & Sullam, & ratam pacem vellent, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace in colloquium veniretur, ibique sibi Sullam traderet: cum talem virum in potestate haberet, num fore, uti iussu Senati, populique Romani foedus fieret; neque hominem nobilem non sua ignauia, sed ob Rempublicam in hostium potestate retentum iri.

CAP. CXIII. ¶ Hac Maurus secum ipsediu voluens, tandem promittit. ceterum dolo, an vere cunctatus, parum comperimus. sed PLERVMQVE REGIAE voluntates, ut vehementes, sic mobiles,

sepe ipsæ sibi aduoræ Postea, tempore & loco constituto, in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, modo Iugurthæ legatur. appellare; benignè habere: idem ambobus polliceri. illi pariter iactare, se ipsi bonæ p'uenisse. Sed nocte ea, qua proxima fuit ante dicto colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim immutato voluntate remouit ceteris dicitur secum ipse multa agitantibus: uicium corporis pariter atque animo varius: quæ scilicet, tacente ipso, occulta otis patefecisse. tamen postremo Sullam arcessi iubet. & ex eius sententia Numidæ indidias tendit. deinde ubi dies aduenit, & ei nuociatum est, Iugurtham hand procul abesse; cum paucis amicis, & Quietore nostro, quasi obuius honore causa, procedit in tomulum facillimum vitu insidiantibus. Eodem Numida cum ierisq; necessariis suis inertais, ut dictum erat, accedit: ac statim signo dato, undique simul ex insidiis inuaditur, ceteri obruncati: Iugurtha Sulla victus traditur, & ab eo ad Mariam deductus est.

CAP. CXIV. ¶ Per idem tempus aduersam Gallos abducibus nostris Quinto Cæpione, & Marco Manlio male pugnatum. quo metu Italia omnis contremuerat. illique, & inde usq; ad nostram memoriâ Romanis sic habuere; alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallia pro salute, non pro gloria certare. Sed postquâ bellum in Numidâ cōfectum; & Iugurtham victum adduci Romam nunciatum est; Marius Consul absens factus est; & ei decreta, prouincia Gallia: isque Kalendis Ianuariis magna gloria Consul triumphauit. Ex ea tempestate spes, atque opes ciuitatis in illo sitæ.

C. SALLUSTII CRISPI HISTORIARVM.

LIB. I.

Donatus & Pomp. Messalinus.

DRES populi Romani, Marco Lepido, Quinto Catulo Cōsulibus, ac deinde militiæ & domi gestas composui.

Seruius & Aeron.

Cato Romanus generis disertissimus multa paucis absoluit.

Vidicinius.

Tantius vere.

Seruius.

Nos in tanta doctissimorum hominum copia,

Aristianus.

Neque me diuersa pars in civilibus armis mouit a vero.

Priscianus.

Nobis plura dissensionibus, vitio humani ingenii euenere: quod iniques, atque inuoluntatis, semper in certamine libertatis, aut gloriae aut dominationis agit.

Idem.

Idem.

Nam a primordio vrbis ad bellum Persi Macedonicum.

Victorinus & Augustinus.

Res Romana p[ro]vinci[ar]u[m] imperio valuit, Seru[us] Sulpitio & Marco Marcello Consulibus, omni Gallia cis Rhen[us], atq[ue] inter mare nostru[m], atq[ue] Oceanu[m], nisi quae a paludib[us] inuia fuit, perdomita Optumis autē inaribus, & maxuma concordia egit populus Romanus inter secundum atq[ue] postremum bellum Carthaginense.

Augustinus.

At discordia, & auaritia, atq[ue] ambitio, & cetera SECVNDIS rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidiu[m] maxime aucta sunt. nā iniurię validioru[m], & ob eas dissensio plebis a patribus, aliaq[ue] dissensiones domi fuere iam inde a principio: n[on] que amplius, q[uam] regibus exactis, dū metus a Tarquinio & bellum graue cum Etruria positu[m] est, æquo & indesto iure agitatū: dein, tenui imperio Patres plebei exercere; de vita atq[ue] tergo regio more cōsulere; agro pellere, & ceteris expertibus, soli in imperio agere. quibus senatus, & maxime senoris onere oppressa plebes, cū assiduis bellis tributū finul, & militiā toleraret armata montē sacrum, atq[ue] Auentinu[m] intedit, tumq[ue] tribunos plebis, & alia sibi iura parauit. DISCORDIARVM & certaminis vtriusq[ue] finis fuit secundum bellum Punicum.

Agellius & Augustinus.

Postquā, REMOTO metu Punico, simulcates exercere vacuum fuit, plurimæ turbæ, seditiones, & ad postremum bella ciuilia orta sunt: dum pauci potentes, quorū in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aux[ilio] plebis nomine dominationes affectabāt; boni que & mali ciues appellati, non ob merita in Rempublicam, omnibus pariter corruptis, sed vti quisq[ue] locupletissimus, & iniuria validior, QVIA presentia defendebat: pro bono ducebatur. ex quo tempore maiorum mores non p[er]uallati vt antea, sed torrentis modo præcipitati: adeo inuentus luxu atque auaritia corrupta est, vt merito dicatur, GENITOS esse, qui neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati.

Agellius

Igitur venditis proscriptorum bonis, aut dilargitis.

Idem.

Id bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempsalem in regnum restituentis.

Donatus & Aru[s]ianus.

Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellatur.

Carissus.

Quin lenones & vinarii lanique: quorum præterea vulgus in dies vltimū habet, precio compositi.

Arusianus.

Genus armis ferox, & seruitii insolitum.

M. ÆMILII LEPIDI COS. AD POPVLVM RO-
MANVM ORATIO CONTRA SVLLAM.

Clementia & p̄bitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gen-
tis maxum, & elari estis, plurimum timoris mihi faciunt. aduo-
sus tyrannidem Lucii Sullæ; ne aut ipsi ne facta quæ æsumatis, ea
parum credēdo de aliis circumueniamini: præsertim cum illi spes
omnis in scelere atq; perfidia sit, neque se aliter tutum putet, quã
si prior atq; in se stabilior metu vestro fuerit, quod captiuus liber-
tatis curam militaria eximat: aut si prouideritis, in tutandis pericu-
lis magis, quam in vlciscendo teneamini. Satellites quidem eius,
homines maxum nominis, non minus optimis maiorum exem-
plis, neque eo satis mirari, dominationis in vos, seruitiũ suum mer-
cedem dant: & vtrumque per iniuriam malunt, quam optimo iu-
re liberi agere: præclara Brutorum, atque Æniliorum & Lutatio-
rum proles, GENIT I AD ea, quæ maiores virtute peperere, subuer-
tenda: nam quid a Pyriho, Hannibale, Philippoque & Antiocho
defensum est aliud quam libertas, & suæ cuique sedes; neu cui, nisi
legibus, pateremus? quæ cuncta sæuus iste Romulus, quãsi ab ex-
ternis raptã, tenet, non tot exercituum clade, neque consulis, &
aliorum principum, quos fortuna belli confunserat, satiatus; sed
tum crudelior, cum PLEROSQVE SECUNDAS res in miserationē
ex ira vertunt. quin solus omnium, post memoriã hominum sup-
plicia in post futures composuit; queis prius iniuria quã vita certa
esset: prauissimeque PER SCELERIS immanitatem adhuc tutus
fuit; dum vos, metu grauioris seruitiũ, a repetunda libertate ter-
remini. Agendum atque obuiam eundem est, Quirites; ne spolia
vestra penes illum sint: non prolatandum, neque votis paranda
auxilia; nisi forte speratis per cædium iam, aut pudorem tyranni-
dis, esse eum per scelus occupata, periculosius dimissurum. at ille
eo processit, ut nihil gloriosum, nisi tutum, & omnia retinendæ
dominationis honesta existimet. itaque illa quies, & otium cum
libertate, quæ multi probi potius, quã laborem cum honoribus,
capessabant, nulla sunt. hac tempestate seruandam, aut imperi-
tandum: habendus metus est, aut faciendus. Quirites. nam, quid
ultra? quæue humana superant, aut diuina impolluta sunt? popu-
lus Romanus paullo ante gentium moderator, exutus imperio,
gloria, iure, agendi inops, despectusque, ne seruilis quidem ali-
menta reliqua habet. Sociorum, & Latii magna vis, ciuitate pro-
multis, & egregiis factis, a vobis data, per vnum prohibentur: &
plebis innoxia patrias sedes occupauere pauci satellites, mercedē
scelerum Leges, iudicia, ærarium, prouinciã, reges, penes vnum;
denique necis ciuũ, & vitæ licentia. simul humanas hostias vi-
distis, & sepulera infecta sanguine ciuili. Est ne viris reliqui aliud,
quam soluere iniuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem

VNUM

VNUM OMNIBVS finem natura vel ferro septis statuit; neque ququam extremam necessitatem nihil ausus, nisi muliebri ingenio, expectat. Verum ego seditiosus, vti Sulla ait, qui præmia turbæ queror, & bellum cupiēs, quia iura pacis repeto. scilicet, quia non aliter salui, salisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, scriba Cornelius, aliena bene parata prodegerint: nisi approbaueritis omnis proscriptiones innoxiorum, ob diuitias: cruciatus virorum illustrium; vastam urbem fuga, & cædibus; bona ciuium miserorum, quasi Cimbricam prædam, venum, aut dono datam. At obiectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum, quod quidem **SCELERVM ILLIVS** vel maxumum est, non me, neque quemquam omnium satis tutum fuisse, si recte faceremus. atque illa quæ tum formidine mercatus sum, precio soluto, iure, dominis tamen restituo: neque paci consilium est, vllam ex ciuibus prædam esse. satis illa fuerint, quæ, rabie contracta, tolerauimus, manus conferentes inter se Romanos exercitus, & arma ab externis in nosmet versa. scelerum & contumeliarum omnium finis sit. quorum adeo Sullam non pœnitet, vti, & facta in gloria numeret, & si liceat, auidius fecerit. Neque iam, quid existimetis de illo, sed quantum vos audeatis vecor: ne, alius alium principem expectantes, ante capiamini, non opibus eius, quæ fuitiles & corruptæ sunt, sed vestra secordia, quam captum iri licet, & quam audeat tam videri felicem, nam **PRAETER SATELLITES** comaculatos, quis eadē vult; aut quis nō omnia mutata, præter victoriam? scilicet milites: quorum sanguine, **Tartula**, **Scyroque**, pessumis seruorū, diuitiæ partæ sunt. an, quibus prælatus in magistratibus capiundis **Fusidius**, ancilla turpis, bonorum omnium dehonestamentum? itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera & labores, nihil præter tyrannum quaesitum est. nisi forte tribuniciam potestatem euersum profecti sunt per arma, conditam a maioribus suis; vti que iura & iudicia sibi met extorquerent: egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes & siluam, contumeliam atq; inuidiā suam, præmia penes paucos intellegerent. quare igitur tanto agmine atq; animis incedi, quia **SECUNDÆ RES** mire sunt vitiis obtenturi: quibus labefactis, quam formidatus antea est, tam contemnetur: nisi forte specie concordia & pacis, quæ sceleri & parricidio suo nomina indidit: neque aliter populo Romano esse belli finem ait, nisi maneat expulsa agris plebes, præda ciuilibus acerbissima, ius, iudiciumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit, quæ si vobis pax, & concordia intelleguntur, maxuma turbamenta Reipublicæ atque exitia probate: annuite legibus impositis: accipite otium cum seruitio: & tradite exemplum posteris ad populum Romanum suimet sanguinis cæde circumueniundum. mihi, quamquam per hoc summum imperium satis quaesitum erat nomini maiorum, dignitati, atq; etiam præsi-

dio; tamen non fuit consilium, priuatas opes facere; **POTIO R-
QUE** visa est periculosa libertas, quieto seruitio. **Quæ** si proba-
tis, adeste **Quirites**; & beneiuuantibus diis, **Marcum Æmiliam**
Consulem ducem & auctorem sequimini ad recipiendam liber-
tatem.

Nonius, irritare, prouocare.

Tunc vero & posci. cum ceteri eiusdem causæ ducem **Senatus**
rati, maximo gaudio bellum irritare.

Priscianus lib. x.

Curionem quasiuit, uti adulescentior, & populi suffragiis inte-
gritati concederet **Mamerci**.

Seruius lib. ix.

Philippus qui arate & consilio ceteros anteibat.

ORATIO L. PHILIPPI CONTRA LEPIDVM.

Maxime vellem **Patres conscripti**, **Republicam** quietam esse,
aut in periculis a promississimo quoq; defendi: denique praua in-
cepta cõsultoribus noxa esse. sed contra, seditionibus omnia tur-
bata sunt, & ab us, au s phibere magis decebat. postremo, **QVÆ S**
PES SVMI & stultissimi decreuete, ea bonis & sapientibus faciûda
sunt. nam bellum, atque arma, quamquam vobis inuita, tamen,
quia **Lepido** placent, sumenda sunt. nisi forte cui pacem præstare,
& bellum paci consilium est. Pro, **Di** boni, qui hanc urbem, omis-
sa cura, adhuc regitis; **Marcus Æmilius** omnium flagitiosorum po-
stremitus, qui, peior an ignauior sit, deliberari nõ potest; exercitum
opprimundæ libertatis habet, & se e contempto metuendum esse
cit: vos mustantes, & retractantes verbis, & vatum carminibus, **PA-
CEM** opratis magis quam defenditis; neque intell- gitis **MOLLI-
TIA** decretorum, vobis dignitatem, illi metum detrahi. atque id
iue quoniam ex rapinis Cõsulatum, ob seditionem prouinciam
cum exercitu adeptus est. quid ille ob benefacta cepisset cuius sce-
leribus tâta præmia tribuistis? At scilicet, ii, qui ad postremum vi-
que, legatos, pacem, concordiam, & alia huiuscemodi decreuerunt,
gratiam ab eo peperere. immo despecti & indigni **Republica** ha-
biti, prædæ loco assumantur: quippe metu pacem repetentes, quo
habitam amiserant. Equidẽ a principio, cum **Etruriam** coniurare,
proscriptos accessiri, largitionibus rem publicã lacerari videbam;
maturadum perabam, & **Catuli** consilia cum paucis secutus sum.
ceterum illi, qui gentis **Æmiliæ** benefacta extollebant, & ignoscẽ-
do populi **Romani** magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum
Lepidum progressum videbant; cum priuata aima opprimundæ
libertatis cepit, sibi quisque opes, aut patrocina querendo,
consilium publicum corruperunt. at tum erat **Lepidus** latro cum
catonibus, & paucis sicariis, quorum nemo non diurna mercede
vtam inuacant: nunc est proconsul cum imperio, non emto, sed
daro

dato a vobis, cum legatis adhuc iure parentibus: & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimum, flagitantes inopia & cupidinibus. **SCELERVM** conscientia exagitati, quibus quies, in seditionibus, in pace, turbæ sunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ferunt, Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii, Damassipique, nunc Lepidi satellites. præterea Æturgia, atque omnes reliquæ belli arrectæ: Hispaniæ armis sollicitate: Mithridates in latere cætigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit: quin, **PRAETER** **DOÑEV**M ducem, nihil abest ad subuertendum imperium. quod ego vos oro, atque obsecro Patres conscripti, ut animaduortatis; neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros contactu procedere. nam, **VBI** **MALOS** præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. An expectatis dum exercitu rufus admoto, ferro, atque flamma urbem inuadat: quod multo propius est ab eo, quo agitatur, statum, quam ex pace & concordia ad arma ciuilia: quæ ille aduersum diuina & humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subuertendæ. **ANGITVR** enim, ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu, expers consilii, iniquies; hæc atque illa tentans, metuit otium, odit bellum; luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur vestra socordia. neque mihi satis consilii, metum, an ignauiam, an demeritiam eam appellem: qui **VIREMIMI** intenta mala quasi fulmen optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari quidem. & quæso considerate quam conuersa rerum natura sit. antea malum publicum, occulte; auxilia palam instruebantur, & eo boni malos facile anteibant. nunc pax, & concordia disturbantur palam, defenduntur occulte. quibus illa placent, in armis sunt: vos, in metu. quid expectatis? nisi forte pudet, aut piget recte facere. an Lepidi mandata animos mouent? qui placere ait sua cuique reddi & aliena reneret: belli iura rescindi, cum ipse armis cogat: ciuitatem confirmari, qui ademptam negat: concordie gratia plebei tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordie accensæ. pessime omnia, atque impudentissime, tibi ne egestas ciuium, & luctus curæ sunt, cui nihil est domi, nisi armis partum, aut per iniuriam? alterum Consulatam petis, quasi primum redideris: bello concordiam quaeris, quo pax disturbatur: nostri proditor, istis inuidus, hostis omnium bonorum, ut te neque hominum, neque Deorum, pudet, quos perfidia aut perituro violasti? qui, quando talis es, maneat in sententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus iniquies ipse, nos in sollicitudine retineas. neque te proiunctæ, neque leges, neque Dii penates ciuem patiuntur. **PERR**
CE. **QVA** cepisti; ut quam maturime merita inuenias. vos autem Patres conscripti quousque cunctando Rempublicam intutam patiimini, & verbis arma retinebitis? delectus aduersum vos habitus; pe-

cuniæ publicæ, & priuatim extortæ; præsidia deducta atque imposita, ex lubricine leges imperantur: cum interim vos legatos & decreta paratis. & QUANTO mehercule auidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit; cum intellegat se metu magis, quam æquo & bono sustentatum. nam, qui turbas, & eadem civium odisse ait, & ob id armato Lepido vos inermos retinet, quæ victis toleranda sunt, ea, cum facere possitis, patiamini potius censeat. ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadent. Hæc si placent, si tanta torpedo animos oppressit, uti obliti scelereum Cannæ, cuius in urbem reditu, decus, atque ordines omnes interierunt; nihilo minus vos, atque coniugis, & liberos, Lepido permittari sitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? qui is & alii boni Reipublicam frustra curant. agite, uti lubet, parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocina, qui rapinas & incendia instaurare cupiunt, & rursus aduersum Deos penates manus armare. sin libertas & bella magis placent: decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus adest nouus exercitus, & ad hoc, coloniæ veterum militum. nobilitas omnis duces optami; FORTVNA meliores sequitur. iam illa, quæ collecta sunt secordia nostra dilabentur. Quare ita censeo, quoniam Lepidus exercitum priuato consilio, paratum cum pellumis, & hostibus Republicæ contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit; uti Appius Claudius interrex cum Quinto Catulo proconsule, & ceteris quibus imperium est, urbi præsidio sint; operamque dent ne quid Respublica detrimenti capiat.

Carissus lib. 11.

Ut Lepidus, & Catulus decretis exercitibus maturume proficiscerentur.

Seruius. Marius Victorinus in Ciceronem,

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso, segnior neque minus grauis, sed multiplex cura Patres exercebat.

Arustianus Messus.

Obuiam ire, & commori hostibus.

Carissus lib. 111.

Lepidus pœnitens consilii.

Nonius, Competere.

Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auri- bus, aut lingua competere.

Arustianus.

Prudens omnium quæ Senatus censuerat.

Festus.

Magnis operibus profectus, obsidium cepit; per L. Catilinam legatum.

Priscianus lib. x. Arcessiuit, inquit & lacessiuit.

Domitium proconsulem ex ceteris Hispania cum omnibus copiis, quas parauerat, arcessiuit.

Cari-

Carissus lib. i. aliter pro alias.

Sanctus aliter, & ingenio validus.

Seruius lib. x i. Æneidos, Arusianus Messus.

Gens raro egressa finis suos.

Priscianus lib. x.

Nisi cum ira belli desensisset.

Arusianus Messus.

Maturauerunt exercitum Dyrhachium cogere.

Nonius. Seruius ad x i. Æneidos.

Illo profectus, vicos, castellaque incendere, & fuga cultorum deserta, igni vastare: neque elato aut securo esse animo, metu gentis ad furta belli peridoneæ.

Donatus ad Phormionem Terentii.

Liberis eius auunculus erat.

Arusianus Messus.

Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.

Carissus lib. i. aliter pro alias.

Infantum aliter sua sententia, atque aliarum mulierum.

Idem lib. i i.

Recens scripsi.

Donatus Phorm. act. v. scena vii i.

Solis viis.

Priscianus lib. x. Seruius i i. Georg. Virg. Diomed. lib. i. cap. i v.

Iussa Metelli cornicines occauerunt.

Priscianus lib. x.

Nexuit catenæ modo.

Arusianus Messus.

Doctus militiam.

Priscianus lib. x.

Neque se recipere aut instruere prælio quiuere.

Idem lib. i v.

Bqui sine rectore exterriti, aut faucii consternantur.

Priscianus lib. v.

Occupatusque collis editissimus apud Hilerdam: & cum multa opera circumdata.

Priscianus lib. xv i i i. requie pro requici.

At inde nulla munitionis, aut requie mora, pcessit ad oppidū.

Carissus lib. i.

Agreste.

M. Fabius Victorinus de inuent. Ciceronis lib. i.

Ardebat omnis Hispania citerior.

Nonius.

* & ponere validam urbem multos dies restantem pugnando vicis.

Agellius lib. 10. cap. 26. Nonius Marcellus.

Itaque Sertorius, si præsidio relicto in Mauritania, nactus obscuram noctem, æstu secundo, furriuaque ceciritate, vitare prælium in transgressu conatus est.

Idem Ibidem.

Transgressos omnis, recipit mons Ballera, præceptus a Lusitania.

Idem.
Earum alie paullulum progressæ, nimio simul & incerto onere, cum pauer corpora agitauerat, deprimebantur.

Seruius VIII Æneides. Arustianus Messius.

Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit.

Nonius.

Et mox Fusidius adueniens cum legionibus, postquam tantas asperitates, hæud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniora videt.

Seruius Fuldianus. Messius.

Cum Sertorius neque erumperet, tam leui copia nauibus fuggam maturabat.

Arustianus.

Itineris eorum Metellus per litteras gnarus.

Priscianus. Nonius.

Itaque Seruius ægrotum Tarenti collegam prior transgressus, iter vortit ad Corycum vibem inclutam: passusque nemore, in quo crocum gignitur.

Priscianus.

Ad Olympum atque Phaselida.

Idem.

Apud Corycum.

Idem. Seruius ad Æneidos.

Apud Late oppidum, cui nomen obliuioni condidertant.

Idem. Priscianus.

Repulsus a Late oppido.

Idem.

Apud Mutinam.

Idem.

Apud Prænestem locatus.

Messius.

Mediodici.

Idem.

Quietam a bellis ciuitatem.

Idem.

Militiæ peritus.

Nonius. Seruius.

Sertorius portis turbam morantibus, & Nullo, vt in terrore solet. generis aut imperii discrimine, per calorum corpora, ad incidium quasi deinsuper adstantium manibus in murum attollitur.

Priscia-

Priscianus lib. xv.

Neque detrahus aliquotiens terretur.

Idem.

Dubitauit acie pars.

Carisius.

Quos inter maxime.

Carisius.

Rumore primo.

Seruius lib. i v. Æneidos.

Idem fecere Octavius & Q. Cæpio sine graui cuiusquam expectatione, neque sane ambitu publici.

Idem.

Cum ara & alia diis sacrata supplicum sanguine fœdarentur.

Idem ad iliud x i. Æneidos.

Postremo ipsos colonos per miseras & incerta humani generis orare.

Idem.

Ea paucis quibus peritia & verum ingenium est abuentibus.

Idem ad x i i. Æneidos.

Perpenna tam paucis profectus vera est æstimanda.

C. SALLUSTII CRISPI HISTORIARVM.

LIB. II.

A *Gellius lib. xiiii. cap. xviii. Nonius, Isidorus.*

Sardinia in Africo mari facie vestigii humani, in oriente, quam in occidentem latior prominet.

Solinus.

Inde Ichnusa appellata.

Nonius, lauit pro lauac.

Dubium an insula sit, quod Euri, atque Austri superiactis fluitibus, circumlauit.

Agellius lib. x. cap. xx.

Nam Sullam consulem de reditu eius legem ferentem ex composito trib. pl. C. Herennius prohibuerat.

Carisius.

Nam procul, & diuersis ex regionibus.

Carisius ibidem.

Obuiam facere.

Messus.

Urbe, patriaque extorres.

Idem.

Genus militum suctum a pueritia latrocinii.

Priscianus lib. v. & v l.

inter læua mœnium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam paruo interuillo præterfluit.

Donatus Phorm. act. 1. sc. 111. & Hecyr. act. 1v. sc. 1v. Nonius. Seruius.

Ira fiducia, quam argumentis, purgatores dimittuntur.

Arustianus.

Antequam regressus Sertorius instrueret pugnae suos.

Idem.

Ipse animi atrox.

Idem.

Copiis integra.

Nonius, dicere est promittere.

Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis dictas pecunias coegit.

Arustianus.

Post, ubi fiducia nimius.

Priscianus lib. v l. Isidorus lib. 24. cap. 6.

Sed ipsi ferunt tantum ex grege, quæ prope litora tegebat Corfanonine Ligus mulier.

Donatus actu 1 v. scena 11. Andria.

Ne illi tauro præta sunt.

Priscianus lib. v l. Seruius.

Dædalum ex Sicilia profectum, cum Minois fugeret iram, atque opes

Priscianus lib. 1.

Quem ex Mauritania rex Lepraista prodicionis insimulatum cum cultu debus miserat.

Priscianus lib. x.

Quos aduersum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri.

Messus.

ut actione desisteret.

Caristius lib. 11.

Vel præta.

Priscianus lib. x.

Argentum mutuum arcessiuit.

Priscianus lib. v l.

Eam deditionem Senatus, per nuncios Orestis cognitam approbat.

Idem ibidem.

Nisi quod flumen Turda Tauro monte defluens.

Arustianus. Seruius lib. 1. Æneidos.

Frugam, pabuli que latus ager.

Messus.

Neque

Neque virgines nuprum a parentibus mittebantur, sed ipsæ belli mentillimos delegebant.

Donatus Phœr. act. 1. Sc. 11.

Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem.

Carissus lib. 11.

Noctu, diuque stationes, & vigiliis tentare.

Priscianus lib. v 11. & Nonius.

At Lucullum regis cura machinata fames breui fatigabat. Multique commeatus interierant insidiis latronum.

Priscianus lib. v 11 1.

Namque primum Iasonem nouo itinere maris Ætææ hospitis domum violasse.

Priscianus lib. v.

Tarcellum Hispaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrrii mutato nomine Gadir habent.

Priscianus lib. x. Soluerat autem est solitus fuerat.

Neque subsidiis, vti soluerat, compositis.

Idem ibidem.

Neque inermos ex prælio viros quemquam agnoturum.

Arustianus. Nonius in Cræuis.

Ea continentia vir grauis, & nulla arte cuiquam inferior.

Arustianus.

Omnes qui circum sunt, præminent altitudine millium passuum duorum.

Donatus.

* & Pœni ferunt aduersus A. N. C. M.

Priscianus lib. v 1.

Quia corpore, & lingua percitum, & inquietem, nomine histriionis vix sani, Barbulcium appellabant.

Idem x v.

Audaciter.

Nonius: obsequium neut. genere, obsequela fem.

Ibi Fimbriana seditione qui regi per obsequelam orationis, & maxime odium Sullæ, graues, carique erant.

Nonius, deturbare.

Mœnibus deturbat.

Idem.

Emuris canes sportis demittebant.

Idem.

Ad hoc rumoribus, aduorsa in prauitatem; secunda in casum; fortunam in temeritate declinando, corrumpebant.

Macrob. Saturnal. lib. 111. cap. x 11, Nonius. Sospater lib. 1.

At Metellus in vltiorem Hispaniam post annum regressus; magna gloria cōcurrentium vndique vitile & muliebre secus, per vias ac tecta omnium viscatur: cum quaestor Caius Vrbinus, ali-

que, cognita voluntate, eum ad cenam inuitauerant; ultra Romanorum, & mortalium etiam morem curabant, exornata aedibus per aula & insignia, scenisque ad sustentationem histionum fabricatis; simul croco sparsa humus, & alia, in modum templi celeberrimi. præterea cum sedenti transfenna demissum Victoria simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti ture quasi Deo supplicabatur. toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti. eulæ quæstissimæ; neque per omnem modo prouinciam, sed trans maria ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera. quibus rebus, aliquantam partem gloria demerât, maxime apud veteres & sanctos viros, superba illa, grauiâ, indigna Romano imperio existimantes.

Nonius.

Ruuntque pars magna suisinet, aut proxiomorum telis, ceteri vice pecorum obtuncabantur.

Idem.

Occurrere duci, & prælium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent.

Idem.

Auidisque ita, promptisque ducibus, uti Metellus iâu tragulæ fauciaretur.

Donatus actus v. scena 11. And.

sed Metellus in vulnere.

Nonius.

Primo incidit forte per noctem in renunculo piscantis.

Idem in, Piraticæ nauicula.

Ad hoc pauca piraticæ adiungit actuaria nauigia.

Arsianus.

Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse.

Idem.

Suos equites hortatus vado transmittit.

Donatus Adolph. act. 111. sc. 11.

ictu cornu qui in flumine ruebant, necabantur.

Arsianus.

Circumuenti dextra, vnde ferrum erat, saxa, aut quid tale capiti affligabant.

Donatus ad Phorm. act. 1. sc. 1 v.

Sed Metellus in præliore prouincia.

Nonius, Nomen positum pro aduersio.

Inimic quantum animi exarsere.

Seruius F. Vrsini.

At illi quibus res incognita erat, iuere cuncti ad portas incognita tendere.

Seruius

Servius Fulianus.

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam dirit.

C. SALLUSTII CRISPI HISTORIARVM

LIB. III.

M *Acrob. lib. i. cap. iv. Saturnal. N. 11.*

Exaudiri que tonus Bacchanallorum.

Priscianus lib. x. Nonius.

Diucibus, ut solet rebus perditis, capessunt, namque alii fiducia gnaritatis locorum occultam fugam sparsi; alii, globis eruptionem tentauere.

Idem lib. vi. Probus Catholicis.

Vnus constitit in agro Lucano gnarus loci, nomine Publipor.

Priscianus lib. v i.

Male iam assuetum ad omnis vis controuersiarum.

Idem lib. x.

Coniuratione claudit.

Nonius in Madore.

Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur, nam mœnia oppidi stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris.

Priscianus lib. v i.

Equis, & armis decoribus cultus.

Idem.

• Dedecores, in utriusque terga ab hostibus cædebantur.

Idem lib. v i i. Nonius in Caluitur.

Contra ille caluiratus quærebat num somnio thesaurus porrenderetur.

Priscianus lib. xi.

Parte contumita, reliqua cadauerum ad diuturnitatem vsus salirent.

EPISTOLA CN. POMPEI AD SENATVM.

Si aduersus vos, patriamque, & Deos penates, toriens labores & pericula suscepissem, quotiens a prima adoleſcentia ductu meo fecisset illumi hostes fusi, & vobis salus quaesita est. nihil amplius in absentem me statuisſeus, quam adhuc agris Pates conscripti; quem contra ætatem proiectum ad bellum taurillum, cum exercitu optime memo. quantum est in vobis, FAME, miserum a omnium morte, conficis. Hac in spe populus Romanus liberos suos ad bellum mihi? hæc sunt premia pro vulneribus, & toriens

ob Rempublicam fuso sanguine? fessus scribundo, mittundoque legatos, omnis opes & spes priuatas meas consumsi: cum interim a vobis per triennium vix annuus sumtus datus est. per Deos immortalis VTRVM CENSERIS me vicem ærarii præstare, an exercitum sine frumento & stipendio habere posse? equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio, quam consilio, profectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum parauit; hostisque in ceruicibus iam Italiæ agentis ab Alpibus in Hispaniam summouit. per eas, iter aliud atque Hannibal, nobis opportunius præfeci. recepi Galliam, Pyrenæum, Laceraniam, Iltergetum: & primum impetum Sertorii victoris nouis quidem militibus, & multo paucioribus sustinui: hiememque in castris inter seuissimos hostis, non per oppida, neque ex ambitione mea, egi. quid dein prælia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa, aut recepta enumerem? quando RES PLYS valent quam verba. castra hostium apud Sucronem capta, & prælium apud flumen Durium, & dux hostium Caius Herennius cum vrbe Valentia, & exercitu deleti, satis clara vobis sunt pro quis, o grati Patres, egestatem, & famem redditis. itaque in eo & hostium exercitui par conditio est, namque stipendium neutri datur: victor vterque in Italiam venire potest. quod, ego vos moneo, quæsoque, vt animaduortatis, neu cogatis necessitatibus priuatim mihi consulere. Hispania in citiorem, quæ non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastauimus, præter maritimas ciuitates, quæ vltro nobis sumtui, onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: & nunc malis fructibus, ipsa vix agitat. ego non rem familiarem modo, verum etiam fidelem consumsi. reliqui vos estis: qui nisi subuenitis, in uiro & prædicente me, exercitus, hinc, & cum eo omne bellum Hispaniæ in Italiam transgredietur.

Nonius, Graue est multum.

Namque his, præter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem prouinciam infecunditate biennii proximi graue pretium fructibus esset.

Idem, Satias pro facietas.

Hi saltibus occupatis tum externorum agros inuasere: frumentique ex inopia graui satias facta.

Idem, gliscit est congelascit, colligitur, ignoscit, crescit.

Neque iam sustineri poterat immensum aucto mari, & vento gliscenti.

Idem, Munia officia.

Ac cum maxime, vti solet EXTREMIS in rebus, sibi quisque carissimum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia sequi.

Idem in voce Faselus, & Myoparo.

Et for-

Et forte in nauigando cohors vna, grandi fasselo vecta, a ceteris deerrauit, marique placido a duobus prædonum myoparonibus circumtenta.

Idem, & Carissus lib. 1.

Eum, atque Metrophanem Senatus magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percunctatum miserant.

Idem,

Duos quam maximos vtres leui tabulæ subiecit: qua super omni corpore quietus inuicem tractu pedis quasi gubernator existeret: ea inter molem, atq; insulam mari vitabundus classem hostium, ad oppidum peruenit.

Idem & Aruiscianus Messus.

Nam qui enare conati fuerant, icti sæpe ferramentis nauium, aut vulnerati a suis, aut afflicti alucos vndarum vi, multato fœde corpore, postremo tamen perierunt.

Nonius.

Nam tertia tunc erat; & sublima nebula cælum obscurabat.

Idem.

Illum nautis forum.

ORATIO M. LEPIDI TR. PL. AD PLEBEM.

Si Quiritibus, parum existimaueritis, quid inter ius a maioribus relictum vobis, & hoc a Sulla paratum seruitium interesset, multis mihi differendum fuisset, docendumque quas ob iniurias, & quotiens a partibus armata plebes secessisset; vtique vindices parauisset omnis iuris sui tribunos plebis. nunc hortari modo reliquum est, & ire primum via, qua capellandam arbitror libertatem. neque me præterit quantas opes nobilitatis solus, impotens, inani specie magistratus, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat quam soli innocentes. sed præter spem bonam ex vobis, quæ merum vicit, statui CERTAMINIS aduersa, pro libertate potiora esse forti viro, quàm omnino non certauisse. quamquam omnes alii creati pro iure vestro vim cunctam, & imperia sua gratia, aut spe. aut præmiis in vos conuortere; meliusque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere. itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, ærarium, exercitus, regna, prouincias occupauere; & arcem habent ex spoliis vestris: cum interim more pecorum vos multitudo singulis habendos, fruendosque præbetis, exsuti omnibus, quæ maiores reliquere: nisi quia vosmet ipsi per suffragia, vt præfides olim, nunc dominos destinatis. itaque concessere illuc omnes: & mox si vestra receperitis, ad vos redibunt plerique. rarus enim animus est ad ea, quæ placent defendenda. cetera validiorum sunt. an dubium habetis, ne officere quid vobis vno animo pergentibus

possit, quos languidos socordesque pertinuere? nisi forte Caius
 Cotta a factione media Consul, aliter quã metu iur, quardã tri-
 bunis plebis restituit, & quamquã Lucius Sicinius prius de po-
 testate tribuniti a loqui ausus, nullantibus vobis circumuentus e-
 rat: tamen prius in inuidiam mouere, quam vos iniuria petre-
 sum est. quod ego nequeo satis mirari Qui res, nam si, em frustra
 fuisse intellexistis. SYLLA MORTUO, qui selestu impauerat ser-
 uittum, siuem mali credebatis ortus est longe seuior Catulus. tu-
 mulus intercessit Bruto, & Emilio Mamercos Consulibus: dein
 Caius Cetero ad exitium vsque infontis tribuni dominatus est. Lu-
 cullus superiore anno quantis animis ierit in Lucum Quinctiu,
 vidistis: quanta denique nunc mihi turbæ concitantur. quæ pro-
 fecto incallura agerentur, si, prius quam vos seruituti finem illi
 dominationis facturi erant: praferam cum his ciuilibus armis di-
 cta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit. itaq;
 cerera ex licentia, aut odio, aut auaritia in tempus arse. e perman-
 sit vna res modo, quæ utrimque quaesita est: & crepta in p alterum
 vis tribunicia relum a maioribus libertati paratũ. quod ego vos
 moneo quæsoque, ut animaduertatis: NE NOMINA RERVM ad
 ignaurã mutantur, ortu proferuntio appelleris. quo iam ipso frui,
 si vera & honesta flagitium superauerit non est conditio: fuisset, si
 omnino quietisset. nunc animum adouertite: & nisi viceritis, quo-
 niam OMNIS INIURIA grauitate rucior est, artius habebunt. quid
 censes igitur? aliquis vestru subiecerit. Primum omnium, omittun-
 dum morem hunc quæ agitis, imp gæel ngææ animi ignauri, non
 vltra concionis locum memores libertatis. dein ne vos ad vitilia
 illa vocem, quo tribunus plebei mandando patricium magistratu,
 libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores vestri parauerit:
 quamuis quæ res in vobis sit, ut, quæ iusta nunc pro aliis toleratis,
 pro vobis ager aut non agere certe possitis. loue aut alium quem
 Deum consulto: cum exspectatis? magna illa Consulium imperia &
 Patrum decreta vos exspectando rata efficietis. Quæ res: vltra quæ
 licentiam in vos auctum, a que adiutum properatis. neque ego
 vos vltum iniurias horror; magis uti requiem capiatis: neq; dis-
 cordias, uti illi criminantur: sed eorum finem volens iure gratium
 restepeto & si pertinaciter retinebant non arma, neque secessio-
 nem, tantam modo ne amplius sanguinem vestrum probeatris cen-
 sibus gerant, habeantque suo modo iopera; quæ antitum phos:
 Mutandatem, Sertoriũ & reliquias calulũ persequantur. cum ima-
 gibus suis. ABSIT PERICULVM & labos, quibus nulla pars fru-
 ctus est, nisi forte repentina illa fructuaria lege munera vestra pen-
 ditur, qua tamen quæ nunc omnes libertatem omniam æstumase-
 re, quæ nunc fecerit, non amplius putant alimptis carceris. namque ut
 illis, ut portate non prohibetor; tenentur vires. sic neque absol-
 utic cura familiarum tam parua res; & ignauissimi quique tenuissima
 ipe

sp̄e frustrantur: quæ tamen quamuis ampla, quoniã seruitii pretium ostentaretur, cuius torpedinis erat decipi & veſtratũ retum vltro iniuria gratiam debere? namque alio modo, neque valent in vniuersos, neque conabuntur, cauendus tamen dolus est. itaq; simul comparant delinimenta, & differunt vsq; aduentum Cuius Pompeii quem ipsam vbi pertimere, sublatum in ceruices suas, mox de mto iocetu lacerant. neque eos pudet vindicet, vti se ferũt, libertatis, tot viros sine vao, aut remittere iniuriam non audere, aut ius non posse defendere. Mihi quidem satis spectatũ est, Pompeium tantæ gloriæ adoleſcẽtem, male principem volentibus vobis esse, quã illis dominationis socium, auctoremque in primis fore tribunitiæ potestatis. verum, Quiritēs, ANTEA SINGVLI ciues in pluribus, non in vno cuncti præſidia habebatis: neque mortaliã quĩquam date, aut eripere, tãba vnus poterat. itaque verborum satis dictã est. neque enim ignorantia res claudit. verum occurrat vos nescio quæ torpedo, quia neque gloria mouemini, neque flagitio; cunctaque præſenti ignauiã mutastis: abunde libertatem rati, quia tergis abſtinetur, & huc ire licet atq; illuc, manere dicitur domino cui. atque hæc eadem non sunt agrestibus; sed cæduatur inter potentium inimicitias, donoque dantur in prouincias magistratibus. ita pugnatur, & vincitur a paucis: plebes, quæ dumque accidit, pro victa est: & in dies magis erit: si quidem maiore cura dominationem illi retinuerint, quam vos reperueritis libertatem.

Messier.

Postquam egressus angustias.

Ex eodem.

Ad Cyzicum perrexit firmatus animi.

Idem, & Seruius.

Ve fatigare corpora plerique nequeuntēs, fessi, arma sua quisque stantes incumberent.

Nonius.

Ac statim fugitiui, contra præceptum ducis, rapere ad stuprum virgines, matronalque.

Seruius.

Quibus a Sertorio triplices insidiæ per idoneos saltus positæ erant. prima, quæ fonte venientes exciperet.

Arsianus.

ingens ipse virium, atque animi.

Idem.

Locum nullum nisi in quo armati institerent.

Nonius, Pugio est breuis gladius.

Et Oppus postquã orans nihil proficiebat, timide veste tectũ pugionem expedire conatus, a Cottra, Vulsioque impeditur.

Idem.

Cœstrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur.

Nonius.

Sed Pompeius a prima adolescentia, sermone fautorum, similem fore se credens Alexandro regi, facta, consultaque eius quidem æmulus erat.

Arusianus.

Dubius consilii.

Idem.

Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat.

Nonius.

Quod ubi frustra tentatum est, socordius ire milites occœpere, non apud armis, ut in principio, & laxiore agmine.

Idem.

Atque eum Curio laudatum accensumque præmiorum spe, quibus cum optauisset, ire iubet.

Idem.

Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta adstrari, & delectæ cohortes intelligi, cœpere.

Priscianus lib. x i v.

Si nihil ante aduentum suum inter plebem & patres conuenisset, coram se daturum operari.

Arusianus.

Fine iaguinum ingrediuntur mare.

Idem.

M. Anronius perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque curis, nisi instantibus.

Idem.

Muros successerant.

Nonius. Seruius.

Saxaque ingentia, & axe vincæ trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta binum pedum.

Arusianus.

Octauium mitem, & captum pedibus.

Nonius. Seruius.

Igitur discubere. Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infra, scriba Sertorii Versius: & alter scriba Mæcenas in imo; mediis inter Tarquitium, & dominum Perpernam.

Nonius.

Quarum vnâ epistolâ forte cum seruo nacti prædatores Valeriani scorpione in castra misere.

C. SAL-

C. SALLUSTII CRISPI
HISTORIARVM
LIB. IV.

A *Gellius lib. xviii. cap. iv.*

At Cn Lenculus patriciae gentis, collega eius, cui cognomen tum Clodiano fuit, perincertum stolidior, an vniior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remisera, exigunda, promulgauit.

Priscianus lib. ix. & x.

Omnes, quibus atas senectō corpore, animus militatis erat.

Idem lib. ix.

Dein lenita iam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt.

Idem Ibidem.

Implicitæ rates ministeria prohibebant.

Idem lib. x.

Igitur legiones pridie in monte positas arcessiuit.

Arustianus.

Anxius animi, atque incertus.

Idem.

Magnam exorsus orationem.

Idem.

Impotens, & nimius animi est.

Priscianus lib. viii. Obsideo & assideo actiua sunt faciunt enim assideor & obsideor.

Amisumque assideri sine præliis audiebat.

Festus.

Qui quidem mos, uti tabes, in urbem coniectus.

Seruius. Carisius lib. i.

Castella custodias thesaurorum in deditiōem acciperentur.

Diomedes lib. i. cap. iv.

Reliqua cadauexa salita.

REX MITHRIDATES REGI
ARSACI S.

OMNES QUI secundis rebus suis ad belli societate orantur, considerate debent, liceatne tum pacem agere. dein q̄ quaeritur, satis ne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit. Tibi, perpetua pace frui liceret, nisi hostes opportuni, & scelestissimi. egregia fama, si Romanos opprēsseris, futura est. neque petere audeam societatem: ET FRVSTRA mala mea cum tuis bonis misceri sperem. atqui ea, quæ te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, & meæ res parum prosperæ, si vera æstimare voles, maxime

hortabuntur. ille enim obnoxius qualis tu voles societate accipiet: MIHI FORTUNA, multis rebus et pars vltim deus bene suadendi: & quod florantibus optabile sit. (g.) nō valit dominus præbeo exemplum quo recte tua componas: namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, vna & ea vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii, & diuinarū: qua primum quō rege Macedonum Philippo bellum iunxere. dum a Carthaginiensibus premebantur, amicitiam simulantes, ei subuenientes. Antiochum concessione Asiae per dolū auertere: ac mox a Philippo Antiochus, omnibus Taurum agro, & decem milibus talentorū spoliatus est. Persen deinde Philippi filium, post multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, calidi, & reperi-tores perfidie, quia pacis vitam dederant, in somnis occidere. Eumēnem, eius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem: post Attalum, cuius de agri capti sum-tibus & contumeliis ex rege miserum sum feruorem effecere: si-mulatoque impio testamento, filium eius Aristonicum, quia patriam regnum petierat, hostium more per triumphum duxere: Asia ab ipsis obsessa est: postremo totam Bithyniam, Nicomedem mortuo, diripuerunt, cum filius Nube quam reginam appellauerant, genitus haud dubie esset. nam quid ego me appellem? quem dis-iunctam vadique regnum, & tetrarchis ab imperio eorum, quia famus erat diuitem, neque ferunturum ille, per Nicomedem bello la-cessiuicunt; secleris eorum haud ignarum, & ea, que accideret, tes-tatam antea. Cretenses solos omnium liberos ea temperare, & regem Ptolemaum. atque ego vltas iniurias, Nicomedem Bithynia expulsi; Asianque spolum regis Antiochi recepi. & Graeciae demisi graue seruitium incepta mea postremus seruatorum Archelaus, exercitu prodito, impetuit: illique, QVOS IGNAVIA aut per sua calliditas, uti meis laboribus tuti essent, armis abstulit, acerbis u-mas poenas soluant. Ptolemaus precio diem belli prolatat. Cre-tenses impugnati semel iam, neque finem nisi excidio habituri. equidem cum mihi ob ipsorum interna mala dilata pace iam magis, quam pacem datam intellexerem; abnuente Tigraue, qui mea di-cta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxius, rursus tamen bellum coepi: Marcumque Cottam Romanum decem apud Chalcedona terra fudi: mari ex sui classe pulcetruma. apud yzicū magno cum exercitū, in obsidione morat: siumentū defuit, nullo circumadite nte: simul hiems mari prohibebat. ita, sine vi hosti-um regredi coactus in patriū regnum, naufragiis apud Patam, & Heracliam, militum optimos cum classibus amisi. restituro deinde apud Cabira exercitū, & variis inter me atque Lucullum proe-liis, inopia rursus ambos incesit. illi seberat regnum Ariobarza-nis bello intactum: ego vastatis circum omnibus locis, in Armeniam concessi: secuti que Romani nō me, sed morem suum omnia regna

regna subuertēdi, quia multitudinem artis loci pugna prohibe-
re, **MPRUDENTIAM** Tigranis pro victoria ostendunt. Nunc quae-
so considera, nobis oppressis virum firmiorem te ad resistendum,
ad finem belli futurum putes: scio equidem tibi magnas opes, vi-
rorum, armorum & auri esse: & ea te nobis ad societatem, ab il-
lis ad praedam peteris. ceterum consilium est Tigranis, regno in-
tegro, acis militibus belli prudentibus. praetul ab domo, paruo-
labore per nostra corpora bellum conficere: quando neque vinci-
care, neque vinci sine tuo periculo possimus. An ignoras Roma-
nos, postquam ad occidentem pergentibus sinem Oceanus fecit,
arma huc conuertere: neque quaequam a principio nisi raptum
habere, dum cum coniugis, agros imperium? conuenas, olim sine
patria, sine parentibus peste conditos orbis terrarum: quibus non
humana vilia, neque diuina obstant, quin socios, amicos procul,
iuxtaque sitos, inopes potētiq; trahant, excidantque; omniaque
non ferua & maxime regna hostilia ducant. namque **PAUCI LI-
BERTATEM**, post magna iustos dominos volunt: nos suspecti fu-
imus amuli, & in tempore vindictae adfuturi. Tu vero, cui Seleucia
maxima vrbium, regnumque Persidis inclitis diuitiis est, quid ab
illis, nisi dolorem praesens, & postea bellum expectas? Romani in
omnis arma habent, acerrima in eos quibus victis spolia max-
ima sunt; **AVDENDO ET fallendo**, & bella ex bellis ferendo, magni-
facti, per hunc morem extinguunt omnia, ut occidant: quod dif-
ficile non est, si tu Mesopotamiam, nos Armenia circumgredimur
exercitus sine frumento, sine auxiliis; fortuna aurem nostris vitiis
adhuc incolumis, teque illa fama sequetur auxilio profectū ma-
gnis regibus, latrones gentium oppressisse. quod vti facias mo-
neo, hortorque; ne malis pernicie nostra vnum imperium pro-
latare, quam societate victor fieri.

Nonius de mutua declinatione. Cuiuslibet lib. 1.

Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus.

Arustianus.

Scalas pares mœnium altitudine,

Idem.

Dissidere inter se accipere, neque in medium consultare.

Nonius; Volentia quae plebs vellet.

Multisque suspitionibus volentia plebi facturus videbatur.

Idem. Componere coniungere.

Suspectusque fuit. incertum vero an per negligētiā, societa-
tē praedarum cum latronibus composuisse.

Arustianus.

Collegam minorem, & sui cultorem expectans.

Nonius, Codicaria naues quae in flumine vsui esse possunt.

Quam in axionis itineribus per regnum Artobarzani conten-
dit, ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadoecia ab Armenia

disiungitur. & quamquam ad id naues eodicariæ occulto per hie-
mem fabricatæ aderant.

Idem.

Qui prætergre diebâtur equites cataphracti, ferrea omni specie.

Idem.

Cum interim, lumine etiam tum incerto, duæ Galliæ mulieres
conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt.

Idem, Demoliri est diruere.

Pluteosque rescindit, ac munitiones demolitur, locoque sum-
mo potitur.

Arusianus.

Exercitum dimisit vt primum Alpes degressus est.

Idem.

Tetrarchas, regesque territos animi firmauit.

Nonius.

Simul eos, & cunctos iam inclinatos laxitate loci, plures cohors,
atque omnes, vt in secunda re, pariter acre inuadunt.

Nonius, Parma est scutum breue.

Hi locorum perignari, & soliti necere ex viminibus vasa agre-
stia, ibi tum quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem se quisq;
in formam parmæ equestris armabat.

Carisus lib. i. Seruius.

De pecore coria recens detracta, quasi glutino adolecebant.

Arusianus.

Auidior modo properandi factus.

Idem.

Consilii æger.

Nonius, Inuitare est repleri.

Reuersi posteto die, multa, quæ properantes deseruerant in ca-
stris, nacti, cum se ibi cibo, vinoque læti inuitarent.

Idem, Hiare aperire.

Atque hiauit humus multa, vasta & profunda.

Nonius.

Rursus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt.

Arusianus.

Vbi se laniata nauigia fundo emergunt.

Idem.

Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium.

Nonius.

Eos qui hoc malum publicum clandestinis cõsiliis comparaue-
runt.

Idem, Patibulum est crux.

In quis notissimus quisque, aut malo dependens verberabatur,
aut immutilato corpore improbi patibulo eminens affigebatur.

Messus.

Ad Si-

Ad Siciliā vergēs faucibus, nō amplius patet millibus v. & xxx.

Idem.

Clauſi lateribus pedem.

Probus Catholicis.

Naphthas.

C. SALLVSTII CRISPI HISTORIARVM.

LIB. V.

P *Priscianus lib. xviii.*

At Lucullus, audito Q. Marcium Regem pro consule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere.

Idem ibidem.

Legiones Valerianæ comperto, lege Gabinia Bithyniam, & Pontum Cōsuli datam: missos esse.

Arusianus.

Regem auersabatur.

Nonius.

Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum, & pars sua com meatibus mercatis.

Arusianus.

Et vxori eius frater erat.

Priscianus lib. xviii.

Sæpe celebritatem nominis intellego timentem.

Idem ibidem.

Video ingentia dona quæsitum ire properantem.

Arusianus.

Nam si Pompeio quid humani euenisset.

Nonius. Arusianus. Seruius.

Quibus de caussis Sullam in victoria dictatorem, equo descendere, sibi vni assurgere de sella, caput aperire solitum.

IN SEQVENTIBVS LIBRORVM TITVLI COR-
RVP TI SVNT APVD GRAMMATICOS.

Festus.

Ne inrumiendi po

sublicibus cauata

sent.

Nonius.

Cuius duas insulas propinquas inter se, & decem stadium procul a Gadibus sitas, constabat suo pte ingenio alimenta mortalibus gignere.

Iunius Phylarg. ad Georg. Virgilio.

Serum bellum in angustiis futurum.

C. SALLVSTII CRISPI
FRAGMENTA, NON ADSCRIP-
PTO HISTORIÆ, AVI LIBRI NVME-
RO, A GRAMMATICIS ALLATA.

A *Rufianus.*
Hi tertio mense peruenere in Pontum multo celerius spe
Mithridatis.

Donatus act. 1. sc. 11.

Ergo Senari decreto seruiundum ne sit.

Suetonius de claris gram. cap. xlv.

Pompeus orisim, robi, ai inoqpe inuerecundo,

Isidorus lib. x. in voce Alatus. Serui lib. 111. Æneid.

Simulans sibi aluum purgari.

Carisius lib. 11.

Fecit vt annis confestim lugubribus.

Priscianus lib. xlv.

Componem habitum transgressus.

Seneca lib. xv. Epist. cxv.

Inter arma citu ha qui boni firmam petia.

Donatus ad And. Terentii act. 1. sc. 11.

Haud in pigre de que multus occiditur.

Idem ad Eumach. act. 1. v. sc. 111.

Festiuamit us in luma inopia patibus.

Isidorus lib. xviii.

Hofles oppreffi, aut delapfi foreut.

Seneca lib. xx. epist. cxv.

Exeritum argento fecit.

Isidorus lib. xli. Seruius.

Togam paladarcento mutauit.

Seneca.

Hic rex Syracusanorum bellum fecit.

Seruius ad 1. v. Æneidos.

Ibi triengio f. ultra trito.

ORATIO C. COTTAE CONSVLIS AD POPVLVm.

Quiritcs, multa mihi pericula domi, militiæ multa aduersa fue-
re, quorum alia tolli rui, partim repuli Deorum auxilio, & virtu-
te mea: in quis omnibus, NEQVE animus neq. uo defuit, neq. ue-
cretis labor. mala secundæque res, opes non ingenium mihi fru-
tabant, ac cõtra in his miseris cuneta me cum fortuna deseruere.
præterea SENECAVS, per se grauis, curam duplicat: cui misero,
senectia iam ætate, ne mortem quidẽ honestam sperare licet. nam,
si patricida vestri sum, & bis genitus heic Deos Penates meos, pa-
triamque, & summũ imperium vilia habeo: quis mihi viuo crucia-
tus

rus satis est, aut qua poena mortuo? cum omnia memorata apud inferos supplicia leclere meo vici. a prima adolescentia in ore vestro, priuatus, & in magistratibus egi: qui lingua, qui cōsilio meo, qui pecunia voluere, vult: neque ego callidam facundiam, neque ingratum ad malefaciendum exercuit: avidissimus pauca gratia: MAXIMA S inimicitias pro Republica suscepi; qui victus cum illa simul, cum gentis alienae opis, plera mala expectat; vos, qui res, rursus mihi patriam, deos Penates, cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis, via satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. nam VITA ET MORIS iura naturae sunt: vix sine dedecore cū civibus fama & fortunis integer agas id deo datur atque accipitur. Consules nos fecistis Quintes; domi, bellique impeditissima Republica. namque Imperatores Hispania, st pendium, milites, arma, frumentū poscunt: & id res cogit: quoniam post defectionem sociorum, & Sertorii per montis fugam, neq; in manu certare possunt, neque vtilia parare. exercitus in Asia Cilicioque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hostium est: nec minus Italiae maritima, & prouinciarum: cum interim vtiligalia parua, & BELLIS incerta, vix partem sumptuum sustinent: ita classe, qua comitatus vehebatur, minore quā antea nauigamus. haec SI DOLO aut secordia nostra contracta sunt, agite & vult: ubi ita supplicium sumite: sin communis fortuna dicitur. est, quare indigna vobis, nobisque, & Republica incipitis? Atque ego, cuius aetati mors propior est, non deprecor, si quid ea vobis incommodi demitur: neq; mox ingenuo corpori honestius, quā pro vestra salute finem vitae fecerit. Adsum enim Caius Cotta Consul, facio quod sepe maiores asperis bellis fecere; voueo, dedoque me pro Republica, quā deinde cui mandatis circumspicite: nam IALEM HONOREM bonus nemo volet, cum fortunae, & pacis, & belli ab aliis acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum sit. tantummodo in animis habetote, non me ob seculus, aut auaritiam caesum, sed volentem pro maximis beneficiis animam dono dedisse. Per vos igitur, Quirites, & gloriam maiorem, tolerate aduersa, & consulite Reipublica. MULTA CVRA summo imperio inest, multi ingentes labores: quos nequiquam abnuitis, & pacis opulentiam quaeritis: cum omnes prouinciae, magna, maria, terraque aspera, aut fessila bellis sint.

Isidorus.

Germani inectum renouibus corpus tegunt.

Arustianus.

Vnde pons in oppidum pertinens explicatur.

Donatus.

Et ei voce magna venerenter gratulabantur.

Seruius.

Et Marius victus duplicauerat bellum.

Rufinianus.

Atque eos a tergo incurrerunt.

Priscianus.

In hunc modum disseruit.

Donatus.

Inde ortus sermo percunctantibus utrimque, Satin saluæ, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis auferentur.

Seneca.

Fugam nostris fecere.

Idem.

Quæ audita Panormitanos dedere Romanis fecere.

Isidorus. Seruius x.

Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum, & strenuum ostentantes.

Isidorus. Seruius.

Ventis per caua terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere.

Priscianus.

Vbi multa nefande casu super ausi, atque passi.

Carisius.

Saguntium.

Martianus.

Tota autem insula modica, & cultoribus inanis est.

Arustianus.

Immodicus animi.

Seruius.

Pugnam illam pro omine belli futuram.

Idem.

Tantum antiquitatis, curæq; maioribus pro Italica gente fuit.

Agrestius.

Opprobrii gratia.

Diomedes lib. 11.

Maximis ducibus, fortibus strenuisque ministris.

Donatus.

Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem A. B. C. M.

Seruius.

In silua Sila fuerunt.

Diomedes.

In nuda iniecta corpora.

Probus.

Apollinis filia & Cyrenes.

Seruius.

Ne simplici quidem morte moriebantur.

Donatus.

Cum prædixero positum insulæ.

Idem.

Idem.

Cuius aduersa voluntate, colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum, & exercitus Sullæ datus est.

Augustinus.

A Gracco seditiones graues orta.

Quintilianus lib. I v. cap. II.

M. Atilius Palicanus humili loco, Picens, loquax magis quam facundus.

Donatus.

Insolens vera accipiundi.

Idem.

Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat.

Probus.

Curubis.

Idem.

Tharros.

Idem.

Camifos.

Sergius.

Luces.

Seruius.

Primam modo Iapydiam ingressus.

Idem.

Carbo turpi formidine Italiam, atque exercitum deseruit.

Donatus.

Quæ pacta in conuentione non præstitissent.

Seruius.

Crebritate fluctuum vt Aquilo solet

Quintilianus lib. V III. cap. III.

Mithridates corpore ingenti perinde armatus.

Victorinus. Seruius.

Tyrannumque, & Cinnam appellantes.

Acron.

Nomenque Danubium habet.

Donatus.

Cui nisi pariter obuiam iretur.

Idem.

Septimium, neque animo, neque lingua satis compotem.

Quintilianus.

Vulgus amat fieri.

Quintilianus.

Non pæniturum.

Vegetius lib. I. cap. IX. Iohan. Saresb.

Pompeius cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. neque enim ille aliter potuisset par esse

Nihil secordia clauderat.

Idem.

Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur.

Idem.

In ore genibus agens, populo, ciuitati.

Idem.

P. essi vndique multitudine.

Idem.

Hunc igitur redarguit Tarquitiis.

Seruius.

Dein campi Themysirii; quos habuere Amazones a Thanai
flumine incertum quamobrem digressæ.

Idem.

Vbi cum tota concione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius
opera non visuram; eoque ab armis dimittit.

Idem.

Et Metello procul agente longa spes auxiliorum.

Idem.

More equestriis prælii sumtis tergis atque redditis, & egressi ad
faciliorem, iustus loco cedebant.

Idem.

Castra sine vulnere introitum.

Idem & Donatus.

Multos tamen ab adolescentia bonos insultauit.

Seruius.

Cosa.

Idem.

Liquis, atque armis insignibus.

Idem.

Fessus in Pamphyliam se receperat.

Quintilianus.

Profectus quidam Ligus ad requisita naturæ.

Seruius.

Apu'd latera cerros collocauerat.

Idem.

Apertæ portæ, repleta arua cultoribus.

Idem.

Hispaniam sibi antiquam patriam esse.

Idem.

Lyciæ, Pisidiæque agros despectantem;

Idem.

Sorte ductos fusti necat.

Idem.

Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria,
Bruttium, & Salentinum.

Idem.

Italia plana ac mollis.

Idem & Solutus Iuuenalis.

Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit.

Seruius.

Introrsus prima Asia Bithynia est, multis antea nominibus appellata. ipsa enim est & maior Phrygia.

Idem.

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus matre veneno interfecta.

Idem.

Exercitum vertere.

Idem.

Creta altior est qua parte spectat Orientem.

Idem & Philargyrus.

Se regibus deuouent, & post eos vitam refutant: adeo illis ingenuita est sanctitas regii nominis.

Iohannes Grammat.

Dum inferior omni via grassaretur.

Pompeius in artem Donati.

Narbone concilia Gallorum.

Donatus.

Post defectionem sociorum & Latii.

Idem.

Ad Iouis mandem nostra.

Idem.

Morbi graues ob incediam insolita uescantibus.

Idem.

Atque ea cogentes, non coactos, scelestos magis, quam miseros distringi.

Idem.

Graviori bello, qui prohibitori uentant socii, frigere.

Idem.

Nam quidem Pyrrho, Hannibali, æquor & terra.

Idem.

Nam Sullæ dominationem audebat.

Idem.

Neque est defensus dominationum Sullæ.

Seruius.

Neu quis miles neue pro milite.

Idem.

Ex insolentia audus malefaciendi.

Idem.

Tergis uinciebant.

Idem.

Charu.

Charybdis quæ forte illata naufragia sorbens gurgitibus occultis mille sexaginta Tautome. itana ad litora trahit.

Hieronymus in Habacuc.

Saguntini fide atque ærumnis incluti per mortalium studium maiores quam opibus, quippe queis etiam tum semirutæ mænia, domus intactæ, parietesque templorum ambustu manus Punicas ostentabant.

Philargyrius in i v. Georg. Virgil.

Apud Corduennos amomum & alii leues odores gignuntur.

Idem.

Quem trans stagnum omnis vsque ad flumen.

Idem.

Repente incautos agros inuasit.

Acron.

Belli sane sciens.

Glossæ Iuuenalis.

Namque omnium ferocissimi ad hoc tempus Achæi atque Tauri sunt, quod, quantum conicio locorum egestate raptò viuere coacti.

Acron.

Atque ipse cultus rei.

Seruius Fuldaensis.

Triplici fluctu.

Idem.

Charybdi mare vorticosum.

Idem.

Sed vbi tempore anni mare classibus patefactum est.

Idem.

Sane bonus ea tempestate contra pericula & ambitionem.

Idem.

Sinul immanis hominum vis ex locis inuasere patentes, cum & pacis modo effusas.

Idem.

Genua patrum aduoluuntur.

Idem.

Perrexere in Hispaniam au Sardiniam.

Idem.

Quæ mapalia sunt circumiecta ciuitati, suburbana ædificia.

Idem.

Et onere turrium incertis nauibus.

Idem.

Traditur fugam in longinqua Oceani agitauisse.

Seruius ad primum Æneidos.

Ad mutandum modum melius seruitium.

Idem ibidem.

H

Magna vis hominū conuenerat agris pulsa aut ciuitate ciecta.
Idem ad Eclogam quintam.

Cum murum hostium successisset pœnas dederat.

Idem.

Quippe vasta Italia rapinis, fuga, cœdibus.

Idem ad v III. Æneidos.

Hi sunt qui secundum pocula & alias res aureas diis sacrata in-
 strumenta conuuo mercantur. *

Idem ad ix.

In secunda festinas cohortes composuerat.

Idem ad x.

Iam repente visus sauire Tagans.

Idem.

Exuant armis equisque.

Idem.

Solas festinare.

Idem.

Lusitaniæ grauem ciuitatem.

Idem.

Ex parte cohortium præcipere instructa, & stationes locatæ pro
 castris.

Idem.

Bellum quibus posset condicionibus desineret.

Idem.

In quis longissimo æuo plura de bonis falsa in deterius compo-
 suit.

Idem.

Cultu corporis ornata egregio.

Acro in Horatium.

At Sertorius vacuus hieme augere copias.

Seruius.

Sin vis obsistat, ferro quam fame æquius perituros.

Idem.

Confedit in valle virgulta nemorosa que.

Idem.

Paululum requietis militibus.

Idem.

Qui nullo certo exilio vagabantur.

Idem.

Nubes fœdauere lumen.

Idem.

Sauus alia.

Idem.

Geronis.

Idem.

Quæ cussa fuerat nouandis rebus.

Statii interpret.

Radicem montis excessit.

Idem.

Vt res magis quam verba gererentur, liberos parentesq; in muris locauerant.

Idem.

incerta est fortitudo dum pendet.

Acro ad Horatium.

In quibus plantura sedes sunt.

Probus.

Luxo pede.

Priscianus.

Mauriq; vanum genus, vt alia Africa, contendebat Antipodas vltra Æthiopiani cultu Perfarum iustos & egregios agere.

Acro in Horatium.

Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris.

Haellenus Fragmenta florentissimi Rerum Romanarum scriptoris, quæ extare putamus. cetera quæ sequuntur, in MS. Seruio legi auctor est V. Cl. Andreas Schottus: cum tamen in optima illa Honorati Editione nuper a Petro Daniele I.C. procurata minime compareant. corruptissima sunt; & medicinam contulit V. N. Ianus Doufa. cuius vide in Fragmenta Sallustii.

* in or Trequin, inter Szeiem bello necessariam haud multo secus quam ferro noceri poterat. At Varinius dum hæc aguntur a fugitiuis agra parte militum autumni gaucate, neque ex postrema fuga cum seuro edicto iuberentur vllis ad signa decuntibus, & qui reliqui erant per summa flagitia detrectantibus militiam, Quæstorem suum C. Thorianum, ex quo præsentem vera facillime noscerent. *** ummiserant, & tamen interim quam volentibus numero quatuor.

* ingres tante serui debac'tur, nefandum in modum perverso vulgite & interdum lacerum corpus semianimum omittetes, alii in lecta reciebant ignes, multiq; ex loco serui quos ingenium socios, dabat, & dicitur a dominis aut ipsos trahebant ex occulto, neq; sanctum aut nefandum quicquam fuit iræ barbarorum, & seruili ingenio. quæ Spartacus nequicus prohibere multis precibus cum oracer, celeritate præuortere *** nuntios.

Aliquos dies contra morem fiducia augeti nostris cepit. & promi lingua. qua Varinius contra spectatam rem incaute motus nouns incognitosque & aliorum casibus percultos milites, ducit tamen ad castra fugitiuorum. presso gradu silentes iam, neque tam magnifice sumentes prælium quam postulauerant. atque illi certamini consensu inter se iuxta seditionem erant. Clixo & gentis

H 2

ciusdem Gallis atque Germanis obuiam ire & vltro offerre pugna cupientibus contra Spartacum.

INCERTA, QVO HISTORIARVM LI-
BRO ET QVIBVS VERBIS
a Sallustio posita.

Agell. lib. 10. cap. 7.

Omnium fluminum quæ in maria qua imperium Romanum est, fluunt, quam Græci *ἡλιεῖον ἡλιεῖον* appellant, maximum esse Nilum consentitur, proxuma magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius.

Seneca lib. 4. de Benef. cap. 1.

Ex omnibus quæ tractauimus, Æbuti Liberalis, potest videri nihil tam necessarium, aut magis, vt ait Sallustius, cum cura dicendum, quod in manibus est.

Idem, Natur. Quæst. lib. 7. cap. 8.

Turbinū motus vagus est, & disiectus, & vt Sallustii verbis vtar, vorticofus; cometarum autem, cōpositus, & certum iter carpens.

Idem.

Sallustius, auctor certissimus, asserit Tigrim, & Eufratem vno fonte manare in Armenia, qui per diuersa cuntes longius diuidantur spatio medio relicto multorum milium, quæ tamen terra, quæ ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur.

Seruius lib. 3. Æn. & Isidorus lib. 14.

Pelorum promontorium Siciliæ respiciens Aquilonem iuxta Sallustium dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorantiam regis, cum se eius dolo crederet esse deceptum.

Seruius lib. 1. Georg. & 3. Æn.

Aristæus, vt Sallustius docet, post laniatum a canibus Actæonē filium, matris instinctu Thebas reliquit, & Ceam insulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Dædalo in Sardiniam transiuit, post delatus est Cumas.

Idem lib. 11. Æneid.

Sallustius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt.

Idem lib. 7. Æn.

Cares Insulani populi fuerunt, piraticam exercentes, famosi, victi a Minœ, vt Sallustius, & Thucydides tradunt.

Idem lib. 1. Æn.

A Troia Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, secundum Sallustium, tenuerunt.

Idem lib. 11. Æn.

Dardania a Dardano Iouis & Electræ filio, aut secundum Sallustium, a Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit.

Idem

Idem lib. 3. Æn.

Sallustius Scyllam saxum esse dicit simile formæ celebratæ procul visentibus.

Idem ibidem.

In Sicilia est Enceladus, Othus in Creta, secundum Sallustium.

Idem ibidem.

Sallustius ait Hispanorum morem fuisse, ut in bella euntibus iuuenibus parentum facta memorentur a matribus.

Seruius lib. 5. Æn.

Orion, iuxta Sallustium, oritur iuxta solis æstiuæ pulsam.

Idem lib. 7. Æn.

In Flaminia est ciuitas quæ Cale dicitur, & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius a Perpenna captam commemorat.

Idem ibidem.

Getæ sunt Mysii, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos.

Idem lib. 1. Æn.

Troianorum tempore inuadendarum terrarum causa fuerat nauigatio, ut Sallustius meminit.

Idem ibidem.

Curribus falcatis vsos esse antiquos, Linius & Sallustius docet.

Idem lib. 11. Æn.

Vices significant pugnam, quia per vicissitudinem pugnabatur, ut inquit Sallustius.

Idem lib. 3. Æn.

Creta medio iacet insula Ponto, id est, secundum Sallustium, procul a continenti.

Idem lib. 1. Georg.

Primo mense veris dicitur nouum ver, secundo ver adultum, tertio præceps: sicut etiam Sallustius dicit ubique, noua ætas, adulta præceps.

Acron.

Sallustius in Historiis tradit Sertorium victum voluisse fugere ad insulas fortunatas.

Seruius.

Insulas fortunatas Sallustius inclutas esse ait Homeri carminibus.

Nonius.

Proximum dicebant veteres, non solum adhærens, & adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium existisset. Virg. Æn. lib. v.

Proximus huic, longo sed proximus interuallo.

Insequitur Salius. — Ita & Sallustius in Situ Ponti, de promontorii Paphlagonum, & quod *κατὰ μέτωπον* appellauit, posuit.

Festus Auienus.

Interrogasti si tenes, Maotici.

εἰ μὴτε ἀπέρογτους κτ' Σκιπίωνος νικησάτω. Αὐτοῖσι ἄετι, μὴτε τὸς ἱναίης πρὸς ὀρχομενῶν κτ' πρὸς χαρζώνων Αρχελάω μετ' ἄλλοις, ἰθνακί-
 ραυ ἀμήλον. Id est: Sallustiū demiror, qui autumat tum primū visos
 Romanis Camelos, quod neq; olim illos qui duce Scipione Antio-
 chum deicerunt, neq; hos qui ad Orchomenum & Chæronæam
 ceitauerunt cum Archelao, nosse putauit Camelus.

Idem ibidem.

Σαλλεστῶ μὲν οὖν φησι χαλιπῶς ἀφ' ἀρχῆς τὰς στρατώτας πρὸς αὐ-
 τὸν ὄντος ἐν ὄρχῃ τῆς πολέμου, πρὸς κυζίκου, καὶ πάλιν πρὸς Αμισῶ δύο
 χειμῶνας εἰς ἑνὲς ἐν χιόρακι ἀφ' ἀρχῆς ἐν ἀναγκαστικῶν. Ac Sallustius qui-
 dem fuisse milites iam inde a principio male ait in eum (Lucullū)
 animatos quod ad Cyzicum & iterum ad Amisum duas hiemes
 eos in castris continuisset.

AD C. CÆSAREM DE REPUBLICA ORDINANDA.

ORATIONES SIVE EPISTOLÆ.

DVÆ AD C. CÆSAREM, SAL- LVSTIO ADSCRIPTÆ.

ORATIO I.

POPYLVS Romanus antea obtinebat, regna, atq; imperia, For-
 tunam dono dare, item alia, quæ per mortalis auide cupiuntur:
 quia & apud indignos sæpe erant, quasi per lubricinam data;
 neque cuiquam incorrupta permanerāt. sed res docuit id verum
 esse, quod in carminibus Appius ait, FABRVM esse suæ quemque
 fortunæ: atque in te maxime, qui tantum alios prætergressus es,
 vt prius defessi sint homines laudando facta tua, quam tu lau-
 dedigna faciendo. ceterum VT FABRICATA, sic virtute parata,
 quam magna industria haberi decet; ne incuria deformatur, aut
 corruant infirmata NEMO ENIM alteri imperium volens conce-
 dit: & quamvis bonus, atque clemens sit, qui plus potest; tamen,
 quia malo esse licet, formidatur. id euenit, quia plerique rerum
 potentes peruersæ consulunt: & eo se munitiores putant, quo il-
 li, quibus imperant, nequiores fuere. at contra id eniti decet;
 CVM IPSE bonus, atque strenuus sis, vti quam optumis imperi-
 tes. nam PESSYMVS quisque asperrime rectorem patitur. sed tibi
 hoc grauius est, quam ante te omnibus, armis parata componere.
 bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc victores prædā pe-
 tunt, victi ciues sunt. inter has difficultates euadendum est tibi,
 atque in posterum firmanda Respublica, non armis modo, neque
 aduersum hostes, sed, quod multo maius, multoque asperius est,
 bonis pacis artibus. Ergo omnes magna mediocriq; sapientia res

huc vocat: quæ quisque optima potest, vti dicat, ac mihi sic videtur; qualicumque modo tu victoriam composueris, ita alia cuncta futura. sed iam, quo relius, faciliusque constitutus, paucis que me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit, imperator, cum homine claro, magnis opibus, auido potentia, maiore fortuna, quam sapientia: quem secuti sunt pauci, per suam iniuriam tibi inimici: item quos affinitas, aut alia necessitudo, traxit. nam patriceps dominationis neque fuit quisquam; neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret. cetera multitudine vulgi, M O R E M A G I S, quam iudicio, post alius, alium, quasi prudentiorem, secuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ Reipublicæ in spem adducti homines, quibus omnia probro, ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: & aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia, quæ corruptus animus iubebat, minitari. ex queis magna pars, vbi neque creditum condonare, neque te civibus, sicuti hostibus, vti vident, defluxere: pauci resistere, quibus maius otium in castris, quam Romæ, futurum erat: tanta vis creatorum impendebat. sed ob easdem causas, immane dictum est, quanti, & quam multi mortales postea ad Pompeium discesserint: eoque per omne tempus belli quasi sacro, atque in spoliato fano debitorum vsi. Igitur quoniam tibi victori de bello, atque pace, agitandum est; hoc vti civiliter deponas, illa vt quæ iustissima, & diuturna sit: de te ipso primum, quia compositurus es, quod optatum factum est, existina. equidem ego CUNCTA IMPERIA crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror, neque quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum æternum atque anceps gerere: quoniam neque aduersus, neque ab tergo, aut lateribus tutus sis, semper in periculo, aut metu agites contra; QVI BENIGNITATE, & clementia, imperium temperare, his læta & candida omnia visa, etiam hostes æquiores quam aliis ciues. an qui me his dictis corruptorem victoriæ tuæ, nimisque in victos bona voluntate prædicent? scilicet quod ea, quæ externis nationibus, natura hostibus, nosque maioresque nostri sæpe tribuere, ea civibus danda arbitror; neque barbaro ritu cade cædema, & sanguine sanguinem expiandum. an illa, quæ pullo ante hoc bellum in Cæsum Pompeium victoriamque Sullanam inceperantur, obliuio abstulit? interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, NEQUE IN prælio belli iure, sed postea supplices per summum scelus interfectos: plebem Romanam in villi publicæ pecoris modo conscissam. heu quam illi occulta civium funera, & repentinæ cædes in parentum, aut libellorum sinum, fuga mulierum, & puerorum, vastatio domorum: ante partam a te victoriam omnia læua, atque crudelia erant. ad quæ te illi iidem hortantur: & scilicet id certatum esse vtriusque vestrum arbitrio, iniuriæ vti fierent: neque receptam, sed captam,

a te

ate Rempublicam, & ea causa exercitus stipendiis confectis, optimos, & veterrimos omnium, aduersum fratres, parentesque, alii libertas armis contendere; ut ex alienis malis deterrimi mortales ventri, atque profunda libidini sumtus quærent; atque essent opprobria victoriæ, quorum flagitiis commacularetur bonorum laus. neque enim te præterire puto, quali quisque eorum more, aut modestia, etiam tum dubia victoriâ sese gesserit; quoque modo in belli administratione scorta, aut conuiuia, exercuerint nonnulli; quorum ætas ne per otium quidem tales voluptates sine dedecore attigerit. De bello satis dictum. De pace firmanda quoniã tuque, & omnes tui ageratis: primum id, quæso, considera, quale id sit, de quo consultas: ita, bonis, malisque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego sic existumo; quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii aduentarit, ciues cum ciuibus manus conferturos, ita DEFESSOS, & exsangues regi, aut nationi prædæ futuros. aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobata, mouere, aut contundere queunt hoc imperium. firmanda igitur sunt concordia bona, & discordia mala expellenda. id ita eueniet, si sumtuum, & rapinarum, licentiã demiseris; NON AD VETERA instituta reuocans, quæ iam pridem corruptis moribus, ludibrio sunt; sed si suam cuique rem familiarem, & finem sumtuum statueris: quoniam is incessit mos, ut homines adolescentuli, sua, atque aliena consumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent; eam virtutem, & magnitudinem animi: pudorem atque modestiam pro socordia æstiment. ergo ANIMVS ferox, praua via ingressus, ubi cõsuetudo non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in ciues: mouet composita, & res nouas veteribus acquirit. quare tollendus hæc in posterum; uti tuas quisque res curemus. ea vera, atque simplex via est, MAGISTRATVM populo, non creditori, gerere; & magnitudinem animi in addendo, non demendo Reipublicæ ostendere. Atque ego scio, quam aspera hæc res in principio futura sit, præsertim iis, qui se in victoria licentius liberiusque, quam artius, futuros credebant: quorum si saluti potius, quam libidini, consules; illosque nosque & socios in pace firma constitues. si eadem studia, artesque iuuentuti erunt: nã ista egregia tua fama simul cum urbe Roma breui concidet. postremo SAPIENTES pacis causa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant. nisi illam firmam efficis, vinci, an vicisse, quid retulit? quare capesse per Deos Rempublicam, & omnia aspera, uti soles, peruade. namque aut tu mædери potes; aut omittenda est cura omnibus. neque quisquam te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia, inuocat, QUIBUS CIVITAS vastatur magis, quam corrigitur; sed ut prauas artes, & aliaque libidines, ab iuuentute prohibeas. ea vero clementia erit, consuluisse, ne immerito ciuis patria expellerentur; RATI-

NVISSE ab stultitia & falsis voluptatibus; pacem, concordiamque
 stabiluisse: non, si, flagitiis oblectatus delicta perpessus, præsens
 gaudium cum mox futuro malo cõcesseris. Ac mihi animus, qui-
 bus rebus alii timent, maxime erectus est, negotii magnitudine:
 & quia tibi terra, & maria simul omnia componenda sunt, (quip-
 peres paruas tantum ingenium attingere nequit) **MAGNA** curæ
 magna merces est. Igitur prouideas oportet, uti plebes, largitio-
 nibus, & publico frumento, corrupta, habeat negotia sua, qui-
 bus ab malo publico detineatur: iuuentus probitati, & industrie,
 non sumptibus, neque diuitiis, studeat. id ita eueniet, si pecuniæ,
 quæ **MAXIMA** omnium perniciēs est, usum, atque decus demse-
 ris. nam sæpe ego cum animo meo reputans, **QVIBVS QVIS QVÆ**
 rebus clarissimi viri magnitudinem inuenissent; quæ res popu-
 los, nationesve, magnis auctoribus auxissent; ac deinde quibus
 causis amplissima regna, & imperia, corruissent: eadem semper
 bona, atque mala reperiebam, omnesq; victores diuitias contem-
 sisse, & victos cupuisse. neq; aliter quisquam extolere sese, & di-
 uina mortalis attingere potest, nisi, omissis pecuniæ, & corporis
 gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita præ-
 bendo, peruersam gratiam gratificans; sed in labore, patientia,
 bonisque præceptis, & factis fortibus exercitando. nam **DOMVM**,
 aut villam extrahere, eamque signis, aulæis, aliisque operibus ex-
 ornare, & **OMNIA** potius, quam semet, visendum efficere; id est
 non diuitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. porro ii,
 quibus bis die ventrem onerare, nullam noctē sine scorto quiescere
 mos est; ubi animum, quem dominari decebat, seruitio oppres-
 sere, nequaquam eo postea heberi, atque claudo pro exercitio uti
 volunt. nam imprudētia pleraque, & se præcipitant. verum hæc,
 & omnia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neq; ma-
 gistratus. neque alia vulgo cupienda venalia erunt. Ad hoc prouid-
 endum est, quoniam modo Italia, atque prouinciæ tutiores sint:
 id quod factu haud obsecutum est. nam iidem omnia vastant, suas
 deserendo domos, & per iniuriam alienas occupando. item ne, uti
 adhuc, militia iniusta, aut inæqualis sit: cum alii triginta, pars nul-
 lum stipendium faciet: & frumentum id, quod antea præmium
 ignauitæ fuit, per municipia, & colonias illis dare conueniet, cum
 stipendiis emeritis domos reuertent. Quæ reipublicæ necessa-
 ria, tibi que gloriosa ratus sum, quam paucissimis absolui. non
 peius videtur pauca nunc de facto meo disserere. **PLERIQUE** mor-
 tales ad iudicandum satis ingenii habent, aut simulant: verum ta-
 men ad reprehendenda aliena facta, aut dicta ardet omnibus ani-
 mus; vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur, quæ medi-
 tata pectore euoluat: quibus me subiectum haud pænitet, magis
 reticuisse pigeret. nam, siue hac, seu meliore alia via perges; a me
 quidem pro virili parte dictum, & adiutum fuerit. Reliquum est,
 optare,

optare, uti, quæ tibi placuerint, ea Dii immortales approbent, beneque euenire sinant.

A D C. CÆSAREM DE
REPVBL. ORDINANDA,
ORATIO, SIVE EPISTOLA EST, II.

SCio ego, quam difficile, atque asperum factu sit, consilium dare regi, aut imperatori; postremo cuiquam mortali, cuius opes in excelsis sunt: quippe cum & illis consultorum copia adsint; neque de futuro quilibet satis callidus, satisque prudens, sit. quin etiam *SARPE PRAVA* magis, quam bona consilia prospere eueniunt: quia plerasque res fortuna ex lubricine sua agitat. Sed mihi studiū fuit adolescentulo Rempublicam capessere: atque in ea cognoscenda multam, magnamque curam habui: non ita, ut magistratum modo caperem, quæ multi malis artibus adepti erant: sed etiam ut Rempublicam domi, militiæque, quantumque armis, viris, opulentia posset, cognitum haberem. itaque mihi multa cum animo agitante consilium fuit, famam, modestiamque meam post tuam dignitatem habere, & cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloria accederet. idque non temere, aut ex fortuna tua, de teui, sed quia in te, præter ceteras, artem vnam egregie mirabilem temperi, semper tibi *MAIOREM* in aduersis, quam in secundis, rebus animum esse. sed per ceteros mortales illa res clarior est, quod & prius defessi sunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quæ gloria digna esset. nequidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit. neque ego, quæ visa sunt, de Republica tibi scripsi, quia mihi consilium, atque ingenium meum amplius æquo probaretur: sed inter labores militiæ, interque proelia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis urbanis. namque, tibi si id modo in pectore consilii est, ut te ab inimicorum impetu vindices, quoque modo contra aduersum Consullem beneficia populi retineas: indigna virtute tua cogites. sin in te ille animus est, qui iam a principio nobilitatis factionem disturbauit; plebem Romanam ex graui seruitute in libertatem restituit; in Prætura inimicorum arma inermis disiecit; domi militiæque tanta, & tam præclara facinora fecit, *UT NE INIMICI* quidem queri quidquam audeant, nisi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quæ dicam de summa Reipublicæ quæ profecto aut tu vera inuenies, aut certe haud procul a vero. Sed, quoniam Cnæus Pompeius aut animi prauitate, aut quia nihil maluit, quam quod tibi obesset, ita lapsus est, ut hostibus tela in manus iaceret: quibus ille rebus Rempublicam conturbauit, eisdem tibi restituenda est. Primū omnium, summam potestatem moderandi, de vectigalibus, sum-

tibus, iudiciis Senatoribus paucis tradidit; plebem Romanam, cuius antea summa potestas erat, nosque his quidem legibus in seruitute reliquit. iudicia, tamen, sicut antea, tribus ordinibus tradita sunt, tamen iidem illi factioni regunt, dant, adimunt, quæ lubet: innocentes circumueniunt: suos ad honorem extollunt. non factus, non probrum, aut flagitium, obstat, quominus magistratus capiant: quod commodum est, trahunt, rapiunt: postremo, tamquam urbe capta, lubricine ac licentia sua, pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, si virtute partam victoriam more suo per seruitum exercerent. sed homines inertissimum, quorum omnis vis, virtusque in lingua sita est, force atque alterius secordia dominationem oblatam insolentes agitant. nam, quæ seditio, ac dissensio civilis tot tamque illustres familias ab stirpe euertit? aut quorum vniquam victoria animus tam præceps, tamque immoderatus fuit? Lucius Sulla, cui omnia in VICTORIA lege belli licuerunt, tamen a Sulpicio hostium partes muniri intellegebat, tamen, PAVCIS interfectis, ceteros beneficio, quæ metu, retinere voluit. at hercule nunc cum Catone, Lucio Domitio, ceterisque eiusdem factionis, quadraginta Senatores, multi præterea cum spe bona adolecentes, sicuti hostiæ, mactati sunt: cum interea opportunissima genera hominum tot miserorum civium sanguine faciri nequiverunt: non orbi liberi, non parentes exacta ætate, non gemitus virorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies male faciundo, ac dicundo, dignitate alios, alios civitate eversum irent. Nam quid ego de te dicam, cuius CONTUMELIAM homines ignavissimi vita sua commutare volunt? scilicet neque illis tantæ voluptati est (tamen insperantibus accidit) dominatio, quanto maiori tua dignitas: qui optatius habet, ex tua calamitate periculum libertatis facere, quæ per te populi Romani imperiû maxumû ex magno fieri. quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est, quoniam modo rem stabilias, communiasque. mihi quidem quæ mens suppetit, eloqui non dubitabo. ceterum tui erit ingenii probare, quæ vera, atque utilia factu patet. In duas partes ego civitatem divisam arbitror, sicut a maioribus accepi, in patres, & plebem. antea in patribus summa auctoritas erat, vis multo maxuma in plebe. itaque sæpius in civitate secessio fuit: semperque nobilitatis opes deminutæ sunt, & ius populi amplificatum. sed PLEBES Eo libere agitabat; quia nullius potentia super leges erat; neque divitiis, aut superbia, sed bona fama, factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat: humilimus quisque in armis, aut militia, nullius honestæ rei egens, satis sibi, satisque patriæ, erat. sed, ubi eos paulatim expulsos agris, inertia, atque inopia incertas domos habere subegit: cœpere alienas opes petere, libertatem suam cum Republica venalem habere. ita paulatim populus, qui dominus erat, & cunctis

cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: & PRO COMMUNI imperio, priuatam sibi quisque seruitutem peperit. hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitasque varias dispersata; nullo modo inter se congruens, parum mihi quidē idonea videtur ad capeſſendam Rempublicam. ceterum, additis nouis ciuibus, magna me spes tenet. fore, vt omnes expurgentur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retineandæ, tum his seruitutis amittendæ cura orietur. hos ego cenſeo, permixtos cum veteribus nouos, in coloniis conſtituas, ita & res militatis opulentior erit, & plebes BONIS NEGOTIIS impedita malum publicum facere deſinet. Sed non inſcius, neque imprudens ſum, cum ea res ageretur; quæ ſauitia, quæ ve tempeſtates hominum nobilium futuræ ſint, cum indignabuntur omnia funditus miſceri, antiquis ciuibus hanc ſeruitutem imponi, regnum denique ex libera ciuitate futurum, vbi vnus munere multitudo ingens in ciuitatem peruenerit. equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo, MALVM facinus in ſe committere, qui incommodo Reipublicæ gratiam ſibi conciliet. vbi bonum publicum etiam priuatim vſui eſt: id vero dubitare aggredi, ſocordia, atq; ignauiæ ducor. Marco Liuiio Druſo ſemper conſilium fuit, in tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate: neque vllam rem in principio agere intendit, niſi illi auctores fierent, homines factioſi, quibus dolus, atque malitia, fide cariora erant. vbi intellexerunt, per vnum hominem maximum beneficium multis mortalibus dari: videlicet & ſibi quisque conſcius, malo atque inſido animo eſſe, de Marco Liuiio Druſo iuxta, ac de ſe, exiſtimauerunt. itaque meru, ne per tantam gratiam ſolus rerum potiretur, contra eam nixi, ſua ipſius conſilia diſturbaerunt. quo tibi imperator, maiore curam, deq; amici, & multa præſidia paranda ſunt. HOSTEM aduerſum opprimere, ſtrenuo homini haud difficile eſt, occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu eſt. Igitur, vbi eos in ciuitatem adduxeris, quoniam quidem renouata plebes erit, in ea re maxime animum exercitato, VT COLANTVR boni mores; concordia inter veteres, & nouos, coaleſcat. ſed multo maxumum bonum patriæ, ciuibus, tibi, liberis, poſtremo humanæ genti, pepeteris, SI STVDIVM pecuniæ aut ſuſtuleris, aut, quoad res feret, minueris. ALITER NEQUE priuata res, neque publica, neque domi, neque militiæ, regi poteſt. nam, VBI CVPIDO diuitiarum inuaſit; neque diſciplina, neque artes bonæ, neque ingenium vllum ſatis pollet: quin animus magis, aut minus mature, poſtremo tamen ſuccumbit. Sæpe iam audivi, qui reges, quæ ciuitates, & nationes, per opulentiam magna imperia amiſerint, quæ per virtutem inopes cœperant. id a deo haud mirandum eſt. nam, vbi bonus deteriorem diuitiis magis clarum, magisque acceptum videt, primo æſtuat, multa que in pectore voluit: ſed, vbi gloria honorem magis in dies, virtutem

opulentia vincit; animus ad voluptatem a vero deficit. quippe GLORIA industria alitur: vbi eam demseris, ipsa per se virtus amara, atque aspera est. postremo, VBI DIVITIÆ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt: fides, probitas, pudor, pudicitia. nam ad virtutem vna, & ardua via est: ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur: & malis & bonis rebus ea creatur. ergo in primis auctoritatem pecuniæ demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quisquam magis, aut minus iudicauerit; si neque Prætor, neque Consul, ex opulentia verum ex dignitate, creetur, sed de magistratu facile populi iudicium sit. iudices a paucis probari, regnum est; ex pecunia legi, inhonestum. quare omnes primæ classis iudicare placeat, sed numero plures, quam iudicant: neque Rhodios, neque alias ciuitates vniquam suorum iudiciorum paritit: vbi promiscue diues, & pauper, ut cuique fors tulit, de maximis rebus iuxta, ac de minimis disceptat. sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurde placet lex, quã Caius Gracchus in tribunatu promulgauerat; ut ex consulibus quinque classibus forte centuriæ vocarentur. ita COÆQUATI dignitate, pecunia, virtute aut certe alius alium properabit. nec ego magna rem edia contra diuitias statuo. nam PERINDE OMNES res laudantur, atque appetuntur, ut earum rerum usus est: malitia præmiis exercetur. vbi ea demseris, nemo omnium gratuito malus est. ceterum AVARITIA bellua fera, immanis, intoleranda est: quo intendit, oppida, agros, fana, atque domos, vastat: diuina cum humanis permiscet: neque exercitus, neque mœnia obstant, quo minus vi sua peneret: fama pudicitia, liberis, patria, atque parentibus cunctos mortales spoliatur, si pecuniæ decus ademeris; magna illa vis auaritiæ facile bonis moribus vincetur. atque hæc ita sese habere tamen omnes æqui, atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est: cuius si dolum caueris, alia omnia in procliu erunt. nam hi, SI VIRTUTE fati valerent, magis æmuli bonorum, quam inuidi, essent. quia desidia, & inertia, & stupor eos, atque torpido, inuasit; strepant, obtrechant, alienam famam suam dedecus existimant. Sed, quid ego plura, quasi de ignotis memorem? Marci Bibuli fortitudo, atque animi vis, in Consulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. quid ille audeat, cui Consulatus maximum imperium maximo dedecori fuit? An Lucii Domiti magna vis est, cuius nullum membrum a flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentæ, pedes fugaces; quæ honeste nominari nequeunt, inhonestissima. Vnius tamen Marci Catois ingenium versutum, loquax, callidum haud contemno. parantur hæc disciplina Græcorum. sed virtus, vigilantia, labos, apud Græcos nullo sunt. quippe, CVM DOMI libertatem suam per inertiam amiserunt; ceteris nec eorum præceptis imperium haberi posse? Reliqui de factione sunt

sunt inertiſſimi nobiles: in quibus, ſicut in ſtatua, præter nomen, nihil eſt additamenti. Lucius Poſtumiꝝ, & Marcus Favonius mihi videtur quaſi magnæ nauis ſuperuacua onera eſſe, vbi ſalutem peruenire viſi ſunt: ſi quid adue ſi coortum eſt, de illis potiſſimum iactura fit: quia pretii minimi ſunt. Quoniam nunc, vt mihi video, de plebe renouanda, corrigendaque diſerui: de Senatu, quæ tibi agenda videntur, dicem. Poſtquam mihi ætas ingeniumque adoleuit, haud ferme armis, atque equis, corpus exercui, ſed animum in litteris, quod natura ſitius erat in laboribus, habui. atque ego in ea vita multa legendo, atque audiendo ita comperi, OMNIA REGNA, ciuitates, nationes vique eo præſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt: vbi cumque gratia, timor, voluptas, ea corrupere: poſt paullo imminuta opes, deinde ademtum imperium, poſtremo ſeruitus impoſita eſt. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo; CVM QVÆ in ſua ciuitate amplior, illuſtriorque locus, quam aliis eſt, ei magnam curam eſſe Reipublicæ. nam ceteris, ſalua vrbe, tantummodo libertas tuta eſt: qui per virtutem ſibi diuitias, decus, honorem, pepererunt; vbi paulu inclinata Reſpublica agitari cœpit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur, aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, deſendat: omnibus locis a deſt, feſtinat: QVANTO IN ſecūdis rebus florentior fuit, tanto in aduerſis aſperius, magiſque anxie agitatur. Igitur, vbi plebes Senatui, ſicut corpus animo, obedit, cuiſque cōſilia exſequitur: PATRES conſilio valere decet populo ſuperuacanea eſt colliditas. itaque maiores noſtri, cū bellis aſperriſſimis præmereretur, equis, viris pecunia amiſſa, nunquam deſiſſiſſimi armari de imperio certare: non inopia ærarii, non vis hoſtium, nō aduerſa res, in partem eorum animū ſubegit, quin, quæ virtute ceperant, ſimul cum anima retinerent. atque EA MAGIS ſortibus conſiliis; quam bonis præliis, patrata ſunt. quippe apud illos vna Reſpublica erat, ei conſulebant: factio contra hoſtes parabatur: CORPVS, atque ingenium, patriæ, non ſuæ quiſque potentia, exercitabat. at hoc tempore contra homines nobiles, quorum annos ſordida, atque ignavia, iuuat, ignari laboris, hoſtium, militiæ; domi factione inſtructi, per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur. itaque Patres, quorum conſilio antea dubia reip. ſtabilitabatur, oppreſſi, ex aliena libidine hæc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt. VTI EORVM, qui dominantur, ſimultas, ac arrogantia, fert, ita bonum, malumque publicum exiſtunt. quod ſi aut libertas æqua omnium, aut ſententia obſcurior eſſet; maioribus opibus Reſpublica & minus potens nobilitas eſſet. ſed, quoniam cœquari gratiam omnium difficile eſt; quippe cum illis maiorum virtus partem reliquerit gloriã, dignitatem, et entelas: cetera multitudo plebique infera, ſi ſententia eorum a metu libera, ita occulto ſibi qui qu

alterius potentia carior erit. **LIBERTAS** iuxta bonis, & malis, strenuis, & ignavis optabilis est. verum eam plerique metu deferunt, stultissimi mortales, quod, in certamine dubium est, quorsum accidat, id per inertiam in se, quasi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari posse Senatū puto: si numero auctus per tabellā sententiā feret. **TABELLA** obrentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine, & præsidii plus, & usus amplior est. nam fere, his tempestatibus, alii iudiciis publicis, alii priuatis suis atque amicorum negotiis implicati, haud sane Reipublicæ consiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio, quam superba imperia distinuere. homines nobiles cū paucis Senatoriis, quos additamenta factionis habent, quæcumque libuit probare, reprehendere, decernere, ea, vti libido tulit, fecerunt. verum vbi, numero Senatorum aucto, per tabellam sententiæ dicentur; illi superbiam suam dimittent, vbi iis obediendum erit, quibus antea crudelissime imperitabant. Forsitan, imperator perfectis litteris decernes, quem numerum Senatorum fieri placeat; & quoque modo in multa, & varia officia distribuatur; & quoniam iudicia primæ classis mittenda putem, quæ descriptio, qui numerus in quoque genere fururus sit. ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum est de summa consilii, idque tibi probandum verum esse. si hoc itinere vti decreueris; cetera in promptu erunt. volo ego consilium meum prudens, maximeque vsui esse. nam, vbi cumque tibi res prospere cedit, ibi mihi bona fama eueniet. Sed me illa magis cupido exercet, vt quocumque modo, & quamprimum Respublica adiuuetur. **LIBERTATEM** gloria clariorem habeo. atq; ego te oro, hortorque, ne clarissimus imperator, Gallica gente subacta, populi Romani summum, atque inuictum imperium tabescere verustate, ac per summā discordiam dilabi, patiatis. profecto, si id accidat, **NE QVÆ TIBI NOX**, neque dies curam animi sedauerit; quin, insonnis excitus; furibundus, atque amens alienata mente feraris. namq; mihi pro vero constat, **OMNIUM** mortalium vitam diuino numine inuisi: neq; bonum, neq; malum facinus cuiusquam, pro nihilo haberi: sed ex natura diuersa præmia bonos, malosque sequi. interea forte ea tardius procedunt: **SVS CVI QVÆ** animus ex conscientia spem præbet. Quod si tecū patria, atque parentes possent loqui, scilicet hæc tibi dicerent: O Caesar, nos te genuimus fortissimi viri in optima vrbe, decus, præsidiumque nobis, hostibus terrorem, quæ multis laboribus, & periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus. patriam maximam in terris, domum, familiamque in patria clarissimam. præterea bonas artes, honestas diuitias; postremo omnia honestameta pacis & præmia belli. pro his amplissimis beneficiis non flagitium a te, neq; malum facinus, petimus; sed vt libertatem euerfam restituas. qua
re pa-

re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuæ volitabit. namque hac tempeſta te, tametsi domi, militiæque præclara facinora egisti; tamen gloria tua cum multis viris fortibus æqualis est: si vero urbem amplissimo nomine, & maximo imperio, prope iam ab occasu restitueris; quis te clarior, quis maior, in terris fuerit? quippe Si MORBŌ iam, aut fato huic imperio secus accidat: cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, cædes, oriantur? quod si tibi bona libido fuerit, patriæ, parentibus gratificandi; postero tempore Republica restituta, super omnis inoralis gloria agnita, tuaque vnins mors vita clarior erit. nam VIVOS INTERDVM fortuna, sæpe inuidia, fatigat: vbi anima naturæ cessit, demtis obtreccatoribus ipsa se virtus magis magisque extollit. Quæ mihi vtilia factu visa sunt, quæque tibi vsui fore credidi, quam paucissimis potui, perscripsi. ceterum Deos immortalēs obtestor, vt, quocumque modo ages, ea res tibi, Reique publicæ prosperè eueniat.

C. SALLVSTII CRISPI

IN M. TVLLIVM CICERONEM

DECLAMATIO.

GRAVITER, & iniquo animo, maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis, quam morbo animi, petulantiâ ista vti. sed, quoniam in te neque modum, neque modestiam vlliam animaduerto; respondebo tibi: vt, si quam maledicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. Vnde querar? quos implorem, Patres conscripti, diripi Rempublicam atque audacissimo cuique esse perfidiæ? an apud populum Romanum, qui ita largitionibus corruptus est, vt sese, ac fortunas suas, venales habeat? an apud vos, Patres conscripti, quorum auctoritas turpissimo cuique, & sceleratissimo, ludibrio est? vbi Marcus Tullius leges, iudicia populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non repticius, accitus, ac paullo ante insitus huic vrbi ciuis. An vero, Marce Tulli, facta, ac dicta, tua obscura sunt? an non ita a pueritia vix isti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisse scilicet, istam immoderatam eloquentiam apud Marcum Pisonem non pudicitia iactura perdidicisti? itaque, MINIME mirandum est, si eam flagitiose venditas, quam turpissime parasti. Verum, vt opinor, splendor domesticus tibi animos attollit; vxor sacrilega, ac periurâ delibuta; filia matris pellex, tibi iucundior, atque obsequentior, quam parenti par est. domû ipsam tuam vi, & rapinis, funestam tibi ac tuis, com parasti: videlicet vt nos commonefacias, quam conuersa sit Respublica cum in ea do-

mo habitas homo flagitiosissime, quæ Publii Crassi viri Consul-
 laris, fuit. Atque hæc cum ita sint; tamen Cicero se dicit in conti-
 lio Deorum immortalium fuisse; inde missum huic urbi, cuius-
 que custodem, absq; carnificis nomine, qui ciuitatis incommodū
 in gloriam suam ponit: quasi vero non illius coniurationis causa
 fuerit Consulatus tuus, & ideo Respublica disiecta eo tempore,
 quo te custodem habebat. Sed, vt opinor, illa te magis extollent,
 quæ post consulatum cum Terentia vxore de Republica consu-
 luiti: cum legis Plautiæ iudicia domi faciebatis: ex coniuratis a-
 lios morte, alios pecunia condamnabas: cum tibi alius Tuscula-
 num, alius Pompeianam villam ædificabat, alius domum eme-
 bat: **QUI VERO NIHIL** poterat, is erat calumniæ proximus, is
 aut domum tuam oppugnatam venerat, aut insidias Senatui fece-
 rat, deniq; de eo tibi compertū erat. Quæ si tibi falsa obno-
 cio, red-
 de rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus ac-
 creuerit, qua ex pecunia domum paraueris, Tusculanum, & Pom-
 peianum infinito sumtu ædificaueris. aut, si retices; cui dubium
 potest esse, quin opulentiam istam ex sanguine, & visceribus ci-
 uium paraueris? Verum, vt opinor, homo nouus Arpinas ex C.
 Marii familia, eius virtutem imitatur; contemnit similitudinem ho-
 minum nobilium; populi Romani curam habet; neq; terrore, ne-
 que gratia, commouetur. Illud vero amicitia tantum, ac virtutis
 est animi? immo vero homo leuissimus, supplex inimicis, amicis
 contumeliosus, modo harum, modo illarum partium, fidas ne-
 mini, leuissimus Senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars
 corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissimæ,
 gula immentis, pedes fugaces; quæ honeste nominari non pos-
 sunt, inhonestissima. Atq; is, cum eiusmodi sit, tamen audet dice-
 re: *Ofortunatam natam me consule Roman!* Te Consule fortuna-
 tam, Cicero? immo vero infelicem, & miseram, quæ crudelissi-
 mam proscriptionem ciuium perpessa est; cum tu, perturbata Re-
 publica metu perculosos omnes bonos parere crudelitati tuæ co-
 gebas; cum omnia iudicia, omnes leges, in tua libidine erant, cū
 tu, sublata lege Porcia, erepta libertate, omnium nostrum vitæ, ne-
 cisq; potestatem ad te vnum reuocaueras. Atqui parum est, quod
 impune fecisti: verum etiam commemorando exprobras; neq; li-
 cet obliuisci seruitutis suæ. Egeris, oro te Cicero, perfeceris quod
 libet: satis est perpessos esse: etiamne aures nostras odio tuo one-
 rabis? etiamne molestissimis verbis insectabere? *Cedant arma to-
 ga, concedat laurea lingua.* Quasi vero rogatus, & non armatus, ea,
 quæ gloriaris, confeceris; atq; inter te, Sullamq; dictatorem, præ-
 ter nomen imperii, quidquam interfuerit. Sed, quid ego plura de
 tua insolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edo-
 cuit, Iuppiter optumus maximus in consilio Deorum admisit, I-
 talia exulem humeris suis reportauit. Oro te, Romule Arpinas
 qui

qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones, superasti; quem tandem locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes Reipublicæ placeant: quem amicum, quem inimicum, habes? cui in ciuitate fecisti insidias, ancillaris. quo iure, cum de exsilio tuò Dyrrhachio redisti, eum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorum nunc potentiæ faues? qui tibi ante optimates videbatur, eosdem nunc demones, ac furiosos, vocas? Vatini causam agis: de Sextio malè exsistimas: Sibiulum petulantissimis verbis ledis: laudas Cæsarem: quem in axume odisti, ei maxime ob equeris: aliud stans, aliud sedens, de Republica sentis: his maledicis, illos odisti: leuissimè transfuga, neq; in hac, neq; in illa parte fidem habes.

DE PRÆCEDENTI ORATIONE

fic Quinctilianus LIB. IV. Cap. I.

Quid? non Sallustius directo ad Ciceronem, in quem dicebat esset est principio, & quidem protinus, Gratulor & iniquo animo maledicta tua pateret Marco Tulli.

IN SALLUSTIUM

DECLAMATIO,

QVÆ CICERONI

FALSO TRIBUITUR.

EA demum magna voluptas est, Crispe Sallusti, æqualem, ac parem verbis vitam agere: neq; quidquam tam obscenum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere factionis atas tua respondeat, vt omnis oratio motibus consonet. Neque enim, qui ita viuit, vt tu; aliter, actu, loqui potest: neque, qui tam illustro sermone vitatur, vita honestior est. Quo me verram, Patres conscripti? vnde initium sumam? maior enim nubi dicendi onus imponitur, quo notior est vterq; nostrum, quod si aut de mea vita, atq; actibus nostris, huic conuicatori respondero, inuidia gloriæ consequetur: aut, si huius facti, mores, omnem atatem, nuda uero; in idem vitium incidam proacitatis, quod huic obicitur. id vos, si forte offendimini, iustius huic, quam mihi, succensere debetis, qui initium introduxit. ego dabo operam, vt & pro me minime cum fastidio respondeam, & in huic minime mentitus esse videat. Scio me, Patres conscripti, in respondendo non habere magnam expectationem, quod nullum vos leatis nouum crimē in Sallustum audituros, sed omnia vetera recognituros, quæis & meæ, & vestræ iam, & ipsius aures valent. verum eo magis edisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus posuit rudimentum, sed ita ingressus est, vt neq; ab alio vinci possit, neq; ipse se omnino reliquere præterire, itaque nihil aliud studet, nisi, vt Luculentus sus, cum quouis velitari. lon-

ge vero fallitur opinione. NON ENIM procacitate lingue, vitæ fortes eluuntur: sed est quædam calumnia, quam vnulquisque nostrum testante animo suo fert, de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. quod si vitæ istius memoriam vicerit; aliam, Patres conscripti, non ex oratione eius, sed ex moribus spectare debetis. iam dabo operam, quam maxime poterò, vt breue id faciam: neque hæc altercatio nostra vobis inutilis erit, Patres conscripti, plerumque enim Respublica priuatis crescit inimicitiiis; vbi nemo ciuis, qualis sit vir, potest latere. Primum igitur, quoniam omnium maiores Crispus Sallustius ad vnum exemplum, & regulam quærit, velim mihi respondeat, numquid, ii, quos protulit, Scipiones, & Metelli, ante fuerint aut opinionis, aut gloriæ, quam eos res gestæ suæ, & vitæ innocentissime acta, commendaui? quod si hoc fuit illis initium nominis, & dignitatis; cur non æque de nobis existimetur? cuius & res gestæ illustres sunt, & vitæ integerrime acta, quasi verò tu sis ab illis viris, Sallusti, orrus: quod si elles; nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. EGO MEIS maioribus virtutē mea præluxi; vt, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriæ suæ: tu tuis vitæ, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras; vt, etiam si fuerint egregii ciues, certe venerint in obliuionem: quare noli mihi antiquos viros obiectare. satius est enim, me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti; & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Neque me cum iis confertur decet, Patres conscripti, qui iam decesserunt, omnique odio carent, & inuidia; sed cum iis, qui mecum vna in Republica versati sunt. Sed, si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus; (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Sallustius duxit;) aut in gerendis magistratibus; aut in iudicandis maleficiis tam seuerus; aut in tuenda Republica tam vigilans; quam tu proscriptionem vocas: credo quod non omnines tui similes incolumes in hac vrbe vixissent: at quanto meliore loco Respublica tuenda staret, si tu, par ac similis scelestorum ciuium, vna cum illis adnumeratus esses! An ego tunc falso scripsi, *Cedant arma toga*; qui rogatus armatos, & pace bellum oppressi? An illud mētītus sum, *Fortunatam me consule Romam*; qui tantum intestinum bellum, & domesticum vrbis incendium, extinxit? Neque te tui pigeret, homo leuissime, cum ea cūlpas, quæ in historiis mihi gloriæ ducis? An turpius est, Patres conscripti, scribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam, quod meam ætatem increpusti: tantum me abesse puto ab impudicitia; quantum tu abes a pudicitia: Sed, quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquentiam vt vitium obincere? cuius si mper nocens eguisti patrocinio: an vllum existumas posse fieri ciuem egregium, qui non his artibus &

disci-

disciplinis sit eruditus? an vlla alia putas esse rudimenta, & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? Sed minime mirum est, Patres conscripti, si homo, qui de fideliâ, ac luxuria, plenus sit, hæc vt noua, atque inuisitata, miratur. Nam, quod ista inuisitata rabie petulanter in vxorem, & in filiam meam inuasisti, quæ facilius mulieres se a viris abstinerunt, quam tu vir a viris; satis docte, ac perite, fecisti: non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, & vicissim tuas compellaturum. vnus enim satis es materiæ habens: neque quidquam turpius est domi tuæ, quam tu. Multum te vero opinio fallit, qui mihi putasti parare inuidiâ ex mea re familiaris; quæ multo mihi minor est, quam habere dignus sim. atque vtinam ne tanta quidem esset, quanta est; Vt **POTIVS** amici mei viuerent, quam ego: testamentis eorum locupletior essem. Ego fugax, **Crispe Sallusti**? furori tribuni plebis cessi: **Vtilius** duxi, quamuis fortunam vnus experiri, quam vniuerso populo Romano ciuili esset diffensionis causa: qui, postea quâ ille suum annum in Republica per bacchatus est; omniaque quæ commouerat, pace, & otio, refederunt: hoc ordine reuocante, atque ipsa Republica manu retrahente me, reuerti. qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superer, cum vniuersi vos, populusque Romanus frequens aduentu meo gratulatus est. tanti me fugacem, mercenarium patronum hæc estimauerunt. Neque hercule mirum est, si ego semper iustas omnium amicitias æstimauit, non enim vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi: sed, **QUANTVM** quisque Reipublicæ studuit, tantum mihi fuit aut amicus, aut inimicus. ego nihil plus volui valere, quam pacem: multi priuatorum audacias nutriuerunt. ego nihil timui, nisi leges: multi arma sua timeri voluerunt. ego numquam volui quidquam posse, nisi pro vobis: multi ex vobis, potentia freti, in vos suis viribus abusi sunt. itaque non est mirum, si nullius amicitia vsus sum, qui non perpetuo Reipublicæ amicus fuit: neque me poenitet, si aut petenti **Vatinio** reo patrociniû pollicitus sum, aut **Sextii** insolentiam repressi, aut **Bibuli** patientiam culpauit, aut virtutibus **Cæsar**is faui. hæc laudes enim egregii ciuis, & vnicæ, sunt. quæ si tu mihi vt vitia obicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum, Patres conscripti, non apud vos, quos habui omnium actionum meorum monitores. sed, **VBI REVM** testimonia adsunt, quid opus est verbis? Nunc, ad te vt reuertar, **Sallusti**, patremque tuum præteream: qui si numquam in vita sua peccauit, tamē **MARIO**REM iniuriam Reipublicæ facere non potuit, quam quod talem filium genuit. neque, tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne parentem tuum videat accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit; sed qualem adolescentiam egeris: hac enim demonstrata, facile intelligetur, quam petulanti pueritia tam im-

pudicus, & procax, adoleneris. Postea quam in mensa gula impu-
 dicissimus corporis q. æstus sufficere non potuit; & ætas tua iam
 ad ea patiēda, quæ alteri facere collibundet, exoleuerat; cupidit-
 atibus infinitis efferebaris, ut, quæ ipse corpori tuo turpia non
 dixisses, in aliis experteris. ita non est facile reputare, Patres con-
 scripti, vtrum in honestioribus corporis parabus rem quaesierit, an
 amiserit. Donum paternam viuo patre turpissime venalem ha-
 buit, vendidit & cui dubium potest esse, quin mori coegerit eum,
 quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? Neq. pudet
 a me eum quaerere, quis in Publii Craſſi domo habitet; cum ipse
 respondere non queat, quis in ipsius habitet paterna domo. At
 hercule lapsus ætatis tirocinio, postea se corripuit. non ita est: sed
 abiit in solatium sacrilegii Nigidiani: bis iudicis ad subsellia at-
 tractus, extrema fortuna stetit: & ita discessit, ut non hic innocēs
 esse, sed iudices peccasse existimarentur. Primum HONOREM
 in quaestura adeptus, h. æ. locum, & ordinem, despectum reddidit,
 cuius aditu sibi quoq. sordissimo homini patuisset. itaq. timens,
 ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matribus familias
 opprobrio esset confessus est, vobis audientibus, adulterium; ne-
 que erubuit ora vestra. Vixeris, ut libet, Sallusti: egeris, quæ vo-
 lueris: satis sit, vnum te tuorum sceletum conscium esse: noli no-
 bis languorem, & soporem nim. um exprobrare. Turpius diligentes
 in tuenda pudicitia vxorum nostrarum: sed ita experrecti non su-
 mus, ut a te cauere possimus. audacia tua vincit studia nostra. Ec-
 quod hunc mouere possit, Patres conscripti, factum ac dictum
 turpe, quem non puduit palam, vobis audientibus, adulterium cō-
 fiteri? Quod si nihil pro me tibi respondere voluisses; sed illud
 censorum elogium Appii Claudii, & Lucii Pisonis, integerrimo-
 rum virorum, quo vsus est quisq. eorum, pro lege palam vniuersis
 recitarem: nonne tibi videret æternas inuere maculas, quas reli-
 qua vita tua eluere non possit? neque post illum delectum tenaris,
 te vniquam vidimus. nisi forte in ea te castra coniecisti, quo omnis
 sentina Reipublicæ confluerat. At idem Sallustius qui in pace ne
 Senator quidem manserat, postea quam Respublica armis oppres-
 sa est, & idem victores, qui exsules, reduxit, in Senatū post qua-
 sturam reductus est. quem honorem ita gessit, ut nihil non venale
 in eo habuerit, cuius aliquis emtor fuerit. ita igitur egit, ut ni-
 hil non æquum, ac verum, duzerit, quod ipsi facere collibundet:
 neque aliter vexauit, ac debuit, si quis prædæ loco accepisset ma-
 gistratum. Peracta quaestura, postea quam magna pignora eis de-
 derat, cum quibus similitudine vitæ se coniunxerat, vnus iam ex
 illo g. ege videbatur. eius enim pars exemplar erat Sallustius, quo
 tamquam in imam voragine mæctus omnium vitiorum excelle-
 rat: quicquid impudicorum cilonum, patricidarum, sacrilego-
 rum, debitorum fuit in vbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut
 in sic

in fretis, subsederant, nominis perditum ac non filium, nulla in parte castris apti, nisi licentia victorum, & cupido dirae terram nouarum. At postea quam praetor electus est modeste se gessit, & abfluenter nonne ita provinciam vastauit, ut nihil neque passum sint, neque expectorint grauius socii nostri in bello, quam ex peris sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum transire, aut in naues contrudi, tantum, inquam Patres conscripti, exhausit, quantum voluit: ne causam diceret, sestertio duodecies cum Caesare pacificatur. Quod si quippiam eorum falsum est; hic palam refelle, unde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tamquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti Cuius Caesaris, reliquas possessiones paraueris. neque piguit quaerere, cur ego Publii Crassi domum emissem: cum tu veteris villae dominus sis, cuius paulo ante fuerat Caesaris? modo, inquam, patrimonio non comesto, sed denotato, quibus rationibus repente factus es tam opulens, & tam beatus? Nam, quis te faceret heredem, QVEM NE amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit, nisi similis, ac par tui? At hercule egregia facta maiorum tuorum te extolunt: quorum siue tu similis es, siue illi tui, nihil ad omnium scelus, ac nequitiam, addi potest. Verum, ut opinor honores tui te faciunt insolentem. Tu, Crispe Sallusti tantidem putas esse bis Senatorem, & bis quaestorem fieri, quantis bis Consularem, & bis triumphalem? CARERE debet omni vitio, qui in alteram paratus est dicere, is demum maledicet, qui non potest verum ab altera audire. Sed tu omnium mensarum assecla; omnium cubiculorum in aetate pellex, & idem postea aduiter, omnia ordinis turpitudine es, & ciuiliis belli memoria. quid enim grauius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine videamus? Desine bonos petulantissima confectione lingua: desine morbo procacitatis iste viti: desine vnumquodque moribus tuis aestimare: his moribus amicum tibi facere non potes; videris velle inimicum habere. Finem dicendi faciam Patres conscripti, saepe enim VIDI GRAVIUS offendere animos auditum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos qui commiserunt mihi quidem ratio habenda est, non quid Sallustius merito debeat audire, sed vtra dicam, si qua ego honeste effari possim.

PORCII LATRONIS DECLAMATIO
CONTRA L. SERGIUM
CATILINAM.

SI QUID precibus apud Deos immortales, sanctissimi iudices, vobiscum aliquando valuissimus, iam dudum & potitemur Republica nostra florentissima, & cuius nostros haberemus tum

studiosos rerum gerendarum, tum patriæ simul, ac virtutis aman-
tissimos: idque temporis eximia lætitia fueremus, cum rationes
omnis dicendi nostras in laudem summorum atque optimorum
ciuium consumendas esse videremus. Nihil enim statuimus ani-
mo dignius, nec auctoritate maiorum, nec opinione populari,
quam in eo genere versari forensis exercitationis. quæ canere lau-
des egregias summorum hominum posset, atque animos inflam-
mare noxiæ ciuitatis ad imitandum. verum dicēdi voluptas olim
sapientissimo viro Marc. Catoni plane contigerit, nec non & Gal-
bæ, Scipioni, Gracis, Porcinæ, Crasso, atq; Antonio, summis atq;
ornatissimis oratoribus: quorum tempora, singulari præstantia
virtutis, ac studio pæne incredibili pulcerrimam artium florue-
runt, nobiscum vero sententia nostra bene ageretur, si modo tan-
tum abessemus ab illa modestia temporum, atq; hominum, nec
incidissemus, in atrocissimos Reipub. ica fluctus, ac miserandam
temporum calamitatem. Marco siquidem Catoni, & Scipioni
coætaneo suo, monumentis immortalibus huius vrbs, & sine du-
bio clarissimis luminibus temporum suorum, de legibus dicen-
dum erat, de institutis maiorum, de gloria militari, pæsepe de
laudibus, ac victoriis; nobis vero, qui deuenimus in hanc trucu-
lentam temporum conditionem, sublata est omnis gratia dicendi
atq; interceptus locus omnis aut iucundissimi sermonis, aut cõ-
ciliandæ beneuolentiæ popularis. nam si quando vox nostra, siue
a foro, siue a curia desideratur, dicendum est perpetuo nobis, aut
de terribis huius patriæ calamitatibus, aut de nefariis oppres-
sionibus ciuium, aut de perditâ iuuentutis nunc impudicitia fla-
gitiosa, nunc ignota singulari. quare pestium quanta in dies re-
dundatio est, vos estis testimonio iudices, quorum aures calluerūt
assiduitate pæne quotidiana, copiaque incredibili ciuiliū con-
trouersiarum. Diximus equidem paucis ante diebus, vt probe me-
minisse potestis, de Lucio Glabronis inmanitate, atque audacia
furiosissimi hominis, & sine dubio crudelissimi: cuius in Senatu si-
ca pridie deprehensa est, qua Marcum Papirium, lucem omnis pa-
triciæ dignitatis, extinguere moliebatur. nunc vero dicendum est
de Lucii Catilinæ sceleratissima mente, atq; inusitata uequitia,
quam nuper in omnium ciuium perniciem, stragemque redunda-
turam, Di immortales in auctorem sceleris, tum benignitate sua,
tum consulari vigilia, retorserunt. quæso igitur, iudices, diligen-
ter attendite, remque cognoscite barbaram crudelitatem, periculo
vero, & calamitate reipub. perniciosissimam. Lucius siquidem Ca-
tilina NON IGNOBILI genere præditus, neq; infima virtute, si do-
tes egregias, tum fortunæ, tum corporis ad dignitatem vrbs, non
ad perniciem conferte statuisset, Rempublicam nuper ex atrocis-
simum bellorum ciuiliū vulneribus paullisper respirantem nouis
insidiis opprimere conatus est. quid exhorruistis iudices? non
modo

modo opprimere conatus est, sed crudelissime vexare: non vexare tantum, sed inaudito quodam genere feritatis extingueret. manum ad id comparat, diuersam quidem genere, sed magnitudine sceleris, vitæque similitudine pæne eadem: quam exacerbata continua pænuria rei familiaris, & ob id desiderio prædæ mirabiliter flagrantem, illecebræ sibi facillime conciliauerunt. consilia nefarii facinoris in amplissimi ciuis Marci Læcæ domo decoquebantur: ad eam greges confluebant perditorum adolescentium, quorum hic familiaritatem eximiam consecutus fuerat, conciliatam partim assuetudine stupri, partim genere quodam nefariæ largitionis, adhibiti sunt & cœtus barbarorum hominum, nobilitati non solum magnitudine, & summa æris alieni, verum etiam consuetudine, ac studio turpissimarum rerum. nec aliæ muliebres ab eo cœtu religioso, nocturno, prorsus abfuisse indicatæ sunt. nulla denique portenta vrbs, nullæ finitimarum regionum pestes repertæ sunt, quæ non denotatæ solertissime per hunc, per magnitudinem inopiæ facillime concitatæ, repente deuolauerint in aream ipsam nefariæ, atq; flagitiosæ coniurationis. Ratio consiliorum fuit, vt Saturnalibus proxime futuris vniuersi cum armis ad ipsius Læcæ domum præsto forent: ibiq; , dato signo, collaberentur omnes, partim ad diripiendam, inflammandamq; urbem, partim ad trucidandum Senatum, partim ad eos conficiendos, qui præsidium vrbi ferre voluissent; Catilinam interim omnes & ducem, & imperatorem appellarent. Audistis iudices satis euidenter, vt arbitror, consilium sceleratissimi hominis Catilinæ, rei que indignissimæ miserabilem, ac detestabilem crudelitatem: nunc vero audiunda causa est, agnoscendæq; faces, quibus ille flagrauit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obeundam. quas si plane comprobatis vobis, vt arbitror, planeque illustratas euidentibus signis attulero; nihil erit impedimento, quin hostem Reipublicæ crudelissimum, atq; infestissimum summis suppliciis, summis cruciatibus multandum, ac mactandum esse iubeatis. Tria, iudices, sententia mea, scelerata, crudelia, flagitiosa, inaudita, quæ mentem Catilinæ semper immoderatam, semperque nouis rebus studentem, ad exitium patriæ commouerunt, nunc dicenda sunt. primum, ratio quædam tristis simultatis; qua ductus, vniuersum Senatum ex memoria repulsæ Consulatus capitaliter fuit semper infectatus. secundo, rabies quædam temerariæ ambitionis, utiens immodicæ gloriæ, prorsusque inflammata perpetua quadam, & singulari cupiditate dominandi. postremo, cœtus infames turpissimorum hominum, non modo fatigati diuturno malo domesticæ necessitatis, verum etiam imbuti flagitiis, ac **C O N S V E T U D I N E** scelerum, sempiterna comite, & genitrice pessimarum cupiditatum. quod genus hominum Catilinam suum, etiam dormientem, e somno facillime excitare voluisset. his autem ostentis

breuiter, saneq; confutatis, quæ pro defensione flagitiorum suarum nostri aduertarij dicenda esse putauerunt, finem adesse vobis intellegens. Bello Mithridatico, iudices, hoc olim quidem omnium, & sine dubio post Punicum periculosissimo, cum diutius in Senatu de eligendo imperatore dubitatum fuisset, planeq; omnes ambigerent, quis NAM SAGACISSIMO regi sagacissimus noster imperator opponeretur: Catilinam inter omnes comperitotes, incredibili quadam ambitionis magnitudine de se grati, omnes Senatoria sententiæ reiecerunt. eo tunc percussus aoco Catilina fuit, vt postea nullam omiserit neq; perturbandę curiæ, neq; intestandi Senatus occasionem. videbit namq; detestandam cupiditatē suam, illo superstite nunquam in eum locum peruecturā, de quo illam pridem vniuersa omnium v. cesseiciendam esse putauissent. v. l. h. artem animo summas vitæ necessitates, quib. exsistere se posse arbitrabatur, si qua ratione præclaris magistratibus aspiraret. nunc illas vero magis ac magis instauratas quotidie intellegeret: quandoquidem inspicerent omnes vitæ suæ rationes ea sententiâ singularis profus extitisse, ac, quicquid increpauisset vterius, metuedam esse Consularem vigiliam, metuendum esse iudicium Senatoriæ auctoritatis. hanc vero spem, ita ex sanguem. ita conseruatam consuetudo crexit vitæ præuissimæ ad omne factus, neq; omni sui patienti, ac qualeni. Quis eius vita fuerit, ceteri præclare conscientia publica teneator: hinc amen illustranda seu patefacienda testis indubitati videri possunt ii, qui sacratium illud lib. diuini colere, atq; obseruare consueuerunt. quæ nuga, Diu immortales? quæ potentia scelerum? qui libidinis gurgites? quæ sententiæ flagitiorum? verum is rumor sparsus est de moribus Catilinæ: eaq; gentium opinio peruagata, quatenus exitumem voces ipsas publicas non hominum esse, sed oraculi potius nuncupandas. FAMAM vero popularem a maioribus nostris saepe numero accipimus, neq; temere vnquam nascituram esse, neque temere occisura. decus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis, ac gloriæ, sicuti par erat homini nobilissima familia nato, sed vti latro peccet. simus, ad omne genus flagiti: conf. enim fuisse semper arbitratus est. vires ad stuporem hominum præclaræ, atque inuitata p. p. etua voluptatum intemperantiâ sunt labefacta. flos pueritæ venustissimæ ad inuentionem iucunditatem, cum non libidinis p. tuit flagitiosæ iuuentutis: aut quam turpitudinis notam non subeundam vltro, atq; e accersendam esse cogitauit: lux illa vero præclari, atque excellentis ingenii, quam omnes diuinam semper & singularem, atq; inuitaram genitus esse: arbitrabantur: nonne in excelsissimas voluptatem sordes resincta est: omitto pestis huius impurissimas voces, molliem scenicam, oblectus impudicos, blanditias muliebres, & omnem deniq; copiam non mediocrium vitiorum sub illa frontis

frontis erudita simul, atq; insigni pulchritudine delitescentem. prætereo mentem illius plus quam gladiatoriam, sitim incredibilem humani ciuoris, mirum inconstantiæ genus: vultû nunc demissum, nunc lactem, nunc anhelantem scelus, nunc gratia meretricia florentem; summum pecuniæ desiderium, summam simul prodigalitatem: contentum incredibilem omnium bonorum, itemq; eximiam cum summis, atque ornatis sumis ciuibus familiaritatem, nihil enim fuit isto monstro versipellius, aut mutabilius hominum memoria: ita vt RES DIVERSISSIMAE læpenumero videantur in eodem ingenio, tamquam in sentina quadam teterruma, simul redundare. quis igitur dubitandum esse putauerit, hominem præditum huiusce institutione vitæ, remotissimum ab omni genere humanitatis, perfacile sese teterrimo cuiq; atq; immanissimo facinori fuisse accommodaturum? Fontem aperimus, iudices, omnium Catilinæ morum, atque omnis consuetudinis, vnde illi demanauisse vim istam præclaram consiliorum facillime intelligendum est: nunc videndum est, spem atrocissimi sceleris, vnde illi subministratam fuisse iudicemus. Cum hic itaque tecum repereret memoria miserandam igneminiam comitiosum, turpetque angustias afflictæ rei familiaris, simulque intueretur, vel sibi viuendum, ac moriendum fore cum turpitudine summa, vel Senatum nullum esse oportere: de ratione tollendi ipsius primum cogitare cœpit. nam illo deleto, sine dubio intellegebat, viam læcillumâ libidinibus suis continuo patere. vertit itaq; oculos ad innumerabilem copiam iuuentutis, qua dies ac noctes stipabatur in exercenda consuetudine suarum cupiditatum, cum putauit manum ipsam hominum, tamquam hastam validissimam furoris sui facillime sibi accommodari posse, quam contorqueret in omnium nostrum ruinam, atq; interemptionem: vt quam cognouerat educatam vitæ prauissimæ institutis, imbutam læpenumero sanguine miserum ciuium, ardentem incredibili desiderio prædæ, sibi vero mira familiaritate conciliatam. genus est hominum vehementer exercitatum FERRO, ATQVE INOPIA, duabus rebus ad omne genus facinoris paratissimum: quod quidem ego ciuitati nostræ, maxime debilitatæ bellis ciuilibus, atq; afflictæ magnitudine calamitatum, magnoq; perere pertimescendum esse iudico. nihil enim illis præter spem, atque animam fortunæ reseruauit: alteram ad differendam vitæ necessitatem, alteram ad liuorem suum magnifice accommodatam. nihil illis contentibilis: quos siquidē rudimenta vitæ traducta, in hac tenuissima re deposita nunc in gladiatoris munerib. nunc alia facinoris atrocitate partim ad omne scelus, partim ad omnem patientiam eruderunt. verum hæ pestes, sententia mea, QVO FERUNT abiectiones, eo magis extimescendas esse reor, tamquam perpetuo seditionum ciuilium, ac rerum nouandarum aui-

diffumas: siue quia voluptatem capiant ex mærore, sociæ calamitatis: siue quia ciuitatum versutiam, mutabilitatem rerum suarum portendi quodammodo arbitrantur. hi sunt quidem, quos in foro quotidie in oculis ciuium calamistratos, ac vestibibus colucentes passim obuolitare cernimus, fortunas omnium popularium, atq; otium ciuitatis luminibus consignantes: qui non modo arrecti permaneant ad opportunitatem cuiuspiam præsentis commodi, verum etiam gestiunt ad opinionem speratæ utilitatis. Si feras quidem omnis generis, quo magis attenuatæ fuerint prænuria edendi, eo magis præcipites, atque effrenatas ruere in perniciem videmus: quid hanc desperatorum collupiem ieiunam, sitientem facultatum nostrarum, quo impetu, qua vestrage ruituram esse creditis, aut debacchaturam, si se carceribus emiserit? cû illæ ratione careant, atq; intelligentia: hi vero non absint penitus ab ipsa facultate intelligendi. GRAYISSIMI quidem sunt morsus irritatæ necessitatis. Dii immortales, quæ clades ab illa feritate hominum: quæ genera flagitiorum emanauissent, si nocturnus iste imperator quasi quasdam rapidissimas belluas in vrbs penates immittere potuisset? horret animus iudices, ea cogitatione complecti, quæ miseri pertulissimus, si sopor oculos Consulares detinuisset. restinguenda est itaq; flamma nobis scelerata, & atrox: dum adhuc velata cineribus, ac sopita, facultas restinguendi leuifume data est: ne, cum omnia comprehenderit (quod immortales Dii penitus auertant) nos frustra postmodum furibundam, atque exultantem restinguere cupiamus. Næque Rectorem nauis audiendum profus existimo, in ipso mærore calamitosæ tempestatis, quam illi fugere facillime licuisset, consurgentem primo, sibi que, ac rebus suis naufragium minitantem: neq; item gubernatorem vrbs in ipso excidio, & calamitate ciuitatis, quam impendentem prius ipse consilio suo, suaque prudentia sustinere quodam modo, ac propulsare potuisset. SERAE sunt hominum lamentationes, profusq; vituperandæ, quas occupatas in iis lugendis cernimus, quæ vitio suo, desidiaq; contigerunt. Callieratidi Lacedæmoniorum duci, cum ornatissimam, cui præerat, classem funditus amisisset propter immoderatam gloriæ cupiditatem, nihil ad eam restituendam nouissima consilii ratio suffragata est; quam ita seruare poterat, si modo in statione continuisset. Terentio Varroni sempiternum dedecus, atq; immortale monumentum erunt flagitiosæ turpitudinis, deletæ ad Cannas temeritate sua pulcerrimæ Romanorum legiones: quæ seruata periculosissimo tempore Reipublicæ sine dubio fuissent, & robur eximium pulcerrimæ vrbs & perpetuum decus consularis prudentiæ, disciplinæque militaris, recte itaq; maiores nostri summis laudibus efferendi sunt, qui Spurium Melum, qui Gracchos, qui Manlium Capitolinum, qui Drusum, qui Saturninum, fortissimos homines, &

Reipu-

Reipublicæ sæpenumero non mediocriter opitulatos, quod deuenissent in affectatæ tyrannidis suspicionem, morte multandos esse putauerunt. nec Spurio Melio fauor amplissimus ciuiratis, nec Gracchis aui sui Scipionis clarissimi viri memoria, nec Manlio celeberrima gloria Capitoli liberati, nec Drulo sanctissimi sui penates, nec Saturnino ius sacrosancti dignitatis auxiliata est. quid ita? quia **N E C E M P A V C O R V M**, aut vnius hominis, calamitati publicæ maiores nostri semper anteponendam esse putauerunt. quid? genus crudelitatis eximium non sunt arbitrati, ciuis eos perimere, summisq; affigere suppliciis, quorum in Rempublicam per sæpe clarissima beneficiorum genera exstitissent: minime. quid ita? quia **N V L L V M** satis dignum supplicii genus in eos consumi posse opinabantur, qui patriæ suæ libertatem opprimere statuisserent: **N E C I L L O S C I V I S** esse iudicauerunt, quos abiicisse rationem patriæ caritatis intuerentur. at contra, eos, qui tales interemissent, non modo dici, atq; appellari ciues, vt essent, statuebant, sed afficiendos fore immortalibus donis, ac sempiternæ hominum memoriæ consecrandos. Quid enim potest indignius dici, quam vitam a patria susceptam ad illius perniciem, calamitatemque conferre? quid fingi sceleratius, quam eorum pœnas, ac crudelissimam seruitutem excogitare, quos iisdem mœnibus, ac rectis constitutos eadem leges, atq; eadem viuendi ratio continuisset? quid denique potest intolerabilius existumari, quam inferre delubris Deorum immortalium, ac facultatibus nostris, illinc sceleratas faces, hinc acerbissimas expilationes? hæc qui curauerunt, iudices, aut qui tentauerunt, nunquam ego alienos ab hostibus, aut dissimiles feritati bestiarum existumabo. Vidimus de spe perficiendi nefarii facinoris; videndum est de loco, quam latebram commodissimam, & tutissimam egregius artifex delegit, cum contigendæ conspirationi suæ, tum armis omnibus eius artificii comprehendendis: ne forsitan temere domum nobilissimi ciuis, atque opulentissimi Marci Læcæ delectam esse iudicetis. primum homo delectus est huiusmodi nefariis cupiditatibus affinis, quo particeps semper vsus fuerat consiliorum suorum, adiutore teterrimarum libidinum, socio maxumorum periculorum: cui spectato frequenter in difficillimis rebus, summam huiusmodi atrocissimi mali tuto committi posse, facillime sibi pollicebatur. præterea domum sibi deligendam esse iudicabat, solitudine locorum desertam, & ab omni frequentia populi remotissimam, quæ scilicet voces coniurationis tutissime continere posset. conculcit igitur sese in ipsam Marci Læcæ domum; remotam ab omni celebritate, consuetam multitudine arbutularum, & ab omni suspitione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. quos vero tenerent ibi coniurationis laqueos, aut quas catenas scelerum conflauerit nobis, ac facultatibus nostris; Saturnalium dies patefa-

Etura fuerat, nisi primum benignitate Deorum immortalium, de-
 inde vigilantia consulari, nefariae, sic de manibus latronum ex-
 cidissent, nullas amplius tendiculas pertinescamos ab execrabili
 monstro, nullas invidias ab hoste terribissimo: tenetur fera: nec, si
 viri estis, declinata est telum ipsum sacrosanctae vestrae auctori-
 tatis. Ne ve Catilina nescias, vigilantissimos Consules habere
 Rempublicam, te, quocumque; eneris, quocumque; abieris, diligentia
 nostra circumseptum teneri: quid hesternae nocte concinunculis tuis
 agitatum sit, licet mecum recognoscas. Cum ad Marcum Laecam
 venisses, cum uno ex fidelissimis commilitionibus tuis ad multam
 noctem, teque in interiorem una cum illo cubiculi partem recepis-
 ses, tamquam in sacrarium memorabile cupiditatum vestrarum: re-
 pente de Laeca sciscitanti coepisti, num quis ex coniuratis aduenisset:
 tum subito Lentulus, ac Cethegus terribilissima capita maleficiorum
 omnium, furibundi, atque, alacres irruerunt, moxque ingressi voci-
 ferare coeperunt: quid agis Catilina? cur voluptates nostras diu-
 tius remoraris? praesto sunt Saturnalia nobis otiosis, atque oscitan-
 tibus; quem unum diem saepe numero nuncupares solitus es euer-
 sorem superbissimi ordinis, fugatorem aerumnarum nostrarum,
 lucem ac principem universae nostrae dignitatis. num in GEREN-
 DIS negotiis ignoras sequendas esse temporum opportunitates?
 & in occasione rerum desidiam ac tarditatem omnem quam dili-
 gentissime fugiendam? MUTABILISSIMAE quidem sunt Deo-
 rum voluntates: & fortunam, cum abire permiseris, frustra post-
 ro nodum discedentem, ac fugientem sis imploraturus. talia vero
 conquerentem tu paucis pro re subsecutus, Aquilam argenteam
 proferti continuo iussisti, praeclearam auspiciem, ac gubernatricem
 furoris tui futuram, testor noctem ipsam, impiarum molitionum
 tuarum consciam, ac testem, nihil ex iis me fugisse, quae clandesti-
 ni vestri conatus agitauerunt. per pauca satis attingisse fuerit, ne
 solitudine in ipsa latibulorum tuorum, cum ora vulgi plane de-
 taurisses, sefellisse te crederes diligentiam pariter, atque industriam
 Consularem. Linquo telorum innumerabilem, atque inexco-
 gitatam copiam, quam in iisdem furialibus antris constripandam,
 atque occultandam fore curavisti: mitto haec manu tua scriptas,
 diversis municipiis reddendas, quo furori tuo succurrere, atque
 opitulari vellent: tamen teo sem illam simulacram prodigio, cum
 mane, isto iam coaecto Senatu, redundantibusque sublevis, serius
 in Senatum praeter consuetudinem venisses: quod nulli non o-
 culi te Senatorum statim consignarunt ingredientem, demisso
 vultu, pallore terribili, luminibus errantibus, ac facie prae-
 ferente: nescio quid inusitatae crudelitatis. praeterea Saturnalibus
 proxime futuris regi adoriri placuit, quo die civitas omnis fe-
 riata publico edicto conferre sese in montem Auentinum, ac ru-
 sticam quodam modo solita est: cum tu manum furoris tui dili-
 genter

geniter armatam, atq; instructam primum ad eadem Senatus, ac
 consulum, deinde ad occupandam Capitoliarcem munitissi-
 mam fueras immisurus: atque his perfectis, daturus operâ cum
 direptioni publicæ, tum inflammandis arboribus, atq; his trucidan-
 dis, qui Rempublicam defendere voluissent. Videtis, iudices lucem
 clarissimam rationum, quam ego profecto censeo: nullis inuolu-
 cris tenebrarum suarum obruturos esse, nec Marcum Lacam præ-
 clarâ sedem, atq; officinam teterrimæ coniurationis, nec ipsum
 detestabile caput, atq; obscenum artificem Catilinam cumq; hæc
 omnia constent, animaduertendum est pariter vno malefici ge-
 nere, Catilinam non modo Deos, ac patriam, verum etiam mores,
 leges, consuetudinem vrbs, atq; instituta maiorum violasse. primû
 duodecim tabulis cautum esse cognoscimus, NE QVIS IN VRBE
 COETVS NOCTVRNOS AGITARET: deinde lege Gabinia pro-
 mulgatum, QVI COITIONES VLLAS CLANDESTINAS IN VR-
 BE CONFLAVISSET, MORE MAIORVM, CAPITALI SUPPLICIO
 MVLTARETUR. de te itaq; Catilina sciscitor, tu' cætus istos com-
 militonum tuorum contra præcepta duodecim tabularum contri-
 leges nostras, contra vero senatus, ac plebis auctoritatē noctu co-
 gendos esse putavisti? deinde quaero si quando in lucē sepulcrales
 istæ cõciunculæ tuæ prodiiissent, quid responsum fuisset Senatui?
 quid Consulibus? aut quid viris optumis, atq; amantissimis patriæ?
 quid leges igitur nostras violas Catilina? quid senatus auctorita-
 ti cõtradicis? æquum enim est instituta maiorum, atq; edicta grauis-
 simi, sanctissimiq; ordinis, quia perstringere vesania tua nõ es ve-
 ritus, ea restituas, ac sarcias supplicii tui memorabili animaduer-
 sione. Manlius Torquatus filium suû summa, & singulari virtute
 adolescentē, quod is in hostem contra mandatû patrium diticaf-
 ser, victorē acriter percuti securi iussit: nos vero te tam temerario
 ausu tendentē contra mandata Senatus, contra vniuersæ Romanæ
 Reipublicæ maiestati Catilina perferemus? maiores olim nostri,
 sapientissimi homines, & sine dubio grauisissimi, nû leges e Græcia
 per legatos suos accersendas esse putauerunt, quib. hanc imperii
 magnitudinē perpetuo stabilirent, vt tu homo recēs, seueritate il-
 larum cû barbatulis tuis abutereris? nõ ita visum Carthaginien-
 sibus accepimus, in Hannone suo morti cõdēnando, fortissimo, ac
 triumphali viro, quod is edicto Senatus minus obtēperavisse pu-
 taretur. nõ ita placuit Atheniēsis, vbi, sine dubio, doctissimæ,
 atq; eruditissimæ, cû e Sicilia, belloq; grauisimo reuocandû esse
 Alcibiadem statuerunt, summû & singularem imperatorē, quem
 iuberēt expiare supplicio suo leges violatæ religionis. nõ ita deni-
 que a maiorib. nostris iudicandû est, cohortib. exolorû tuorû sen-
 tentia mea longe anteponendis, cum Lucium Sulpiciû, Consulari
 familia, summoq; ingenio virû propter exiguam notâ libidinosæ
 suspitionis censuerunt remouendum e Senatu, multosq; dies in

vinculis habendum esse putauerunt. vos vero, iudices, Catilinam non modo leges nostras, atque auctoritatem Senatus crudeliter labefactantem, verum etiam vniuerso ciues ad perniciem ferro, flammaque deuocantem, impune perferetis? lacer homo prostratus euentu maxumarum molitionum: ut qui conatus suos conscientia vestra patefactos atque illustratos cernat, neque contentos fuisse seu superstitione cruēti sacramenti, seu tenebris nocturnis, seu solitudine locorum maxima, & singulari: Contundite igitur, contundite iudices genus istud inauditum furoris: comprimite hominem gestientem effrenata temeritate, flagrantem inuisitatis cupiditatibus, furentem incredibili superbia, spe nouandarum rerum mirabiliter inflammatum: quin etiam rem ipsam publicam non modo euentu crudelissimæ calamitatis, verum etiā metu, ac suspitione liberate: Diximus quidem sufficienter de Senatoria similitate Lucii Catilinæ, capite ac fonte sceleratæ coniurationis; resque omnes complexi sumus, quas aluisse furorem illum ac primum excitauisse iudicauimus: nunc videndum est de ratione ambitionis teterrima, atque exitiabili, qua deflagrauisset perpetuo Catilinam superiori diuisione demonstrauius. Cupiditates equidem plurimas in illo monstro calamitosas, ac nefarias omnes persæpe iudices animaduerti, libidinem vnā perniciosissimam in primis conspicerē visus sum temerariæ cuiusdam, atque inconsideratæ ambitionis: qua duce properasse, nec vllō studiorum vquam consciscendarum opum, nec vllō desiderio dignitatum abstinuisse reperatus est. putabar enim se frustra nobilissimo genere natum, frustra virtutes eximia corporis, atque animi consecutum fuisse, nisi omnia diuina, atque humana truculentissimo genere cupiditatis inquinasset: quosque cernebat excellere Romæ præstantia quadam dignitatis, beatissimos eos esse, & sine dubio Diis æquiparandos fore arbitrabatur. id genus vesanae cogitationis hominem suapte natura præcipitem, atque inconsideratum compulset in abominandas, ac nefarias vitæ cupiditates. isque nuper comitiis Consularibus, quando quidem suffragia curiæ propter impendentem metum Parthici belli diligenter enucleata sunt, quas non adiiit Senatorum voces? aut quos ciuium confessus, partim pecunia, partim obseruationibus non obeundos suppliciter, ac contaminandos esse iudicauit? nulli tamen ad dignitatem gradus, neque infanienti, neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio sceleratæ libidinis illum ad maiorem vim scelerum paullo antea concitauerat. Pisonem meministis egregia virtute adolescentem, nisi & idem cupiditatibus obtemperare consueuisset, calamitosam sibi, ac multis in vrbe seditionem excitauisset: cuius insigni familiaritate, atque amicitia Catilinam usum fuisse, nemo est qui nesciat: nec modo coniunxisse se temerario iuueni, verum etiam illum de successu rerum suarum non mediocriter trepidantem

in au-

in audacia simul, ac sententia confirmasse, cum se illi vigilantissimum socium, ac satellitem fidelissimum regendæ gubernandæq; coniurationis fore polliceretur. quod si votis sceleratorum hominum successus aspirassent, quanta strage civium creditis, aut quanto diluvio facultatum urbanarum ruituram fuisse detestabilem horum, atq; execrandam impietatem? verum ii cæcites, quorum auspiciis princeps, ac parens huius urbis Romulus pulcherrimi imperii Romani fundamenta iecit, tristissimi nam cladem, ac conatus perditos nece adolescentis interceperunt. Pisone mortuo cõquievisse Catilinam dicemus, aut incepti temerarii pœnituisse. modo non pœnituit, nec requiescendum fuisse arbitratus. sed rursus alio furori accessit. non consueverat animus, per se cupiditatum flagitiis exercitatus, prima destitutione fortunæ refrigerescere, ac consternari: sed vix sepulta memoria Pisonianæ coniurationis, Lucium Sidiçinum adeptus est, potentissimum quidem hominem, ac tunc parentem singulari studio rerum novandarum. verum ea fax incendii rursùm benignitate Deorum immorabam, summaq; virtute Consulum restituta est. non obdormiscit tamen Catilina, his destitutus euentis vigiliarum suarum, sed rursus seuit immanior; & quam Rempublicam servitio non potuerat obruere, destrangulandam penitus, ac tollendam cogitavit; sceleratus in omnem urbem, quam toties in hidiis appetuisset; sceleratissimus vero in patriam, cuius exstant in illum summa, & commemoranda monumenta beneficiorum, reminiscere. quæso Catilina, remiscere ferrum illud scelestum, atq; illas nefarias faces, quas istis sanctissimis penetibus, atq; isti pulcherrimæ patriæ minitaris, non ad op̄ pugnandam urbem, neque ad eam concremandam tibi datas fuisse, sed potius ad salutem civium, dignitatem imperii, libertatisq; nostræ defensionem. Per Deos immortalis oro te Catilina, si patria tecum his vocibus uteretur, quid esses illi quæso responsurus? Ego te parvulum Catilina cum in primis ornatissimo genere gentis nasci voluissẽ, deinde summis dotibus exornassẽ, tum corporis, tum animi, tum duabus rebus instituendum putavi, ferro, ac flamma: quibus esset parata tibi facultas tum amplificandi imperii mei, tum defendendæ publicæ libertatis. quid eam vim armorum in viscera nostra torques? aut quid convertis in exitium civium meorum institutam diligentia mea, meisq; rationibus eruditam dimicandi facultatem? maiores contra tui summi a me beneficis, atq; honoribus aucti, pro magnitudinæ susceptatum dignitatum pulcherrimas in vrbe sæpe numero leges, pro præstantia beneficiorum clarissimas ex hostibus victorias referre consueverunt: tu mihi luctus acerbissimos parasti pro summa copia beneficiorum meorum, tu cædes civium, tu domorum incendia, tu vexationes virginum, tu vastitatem urbis, tu genus atrocissimum servitutis. O crudelissimum hominum

genus, & ab omni penitus humanitate derelictum? tu studio Regras eius urbis evertundæ, quam nec Carthagenensium astutissimum doli, nec Numantinorum eximie vires, nec Græcorum erudita, & præclara ingenia labefactate, obscuræq; potuerunt? quod si cicerentur hi populi rursus diuinitus, atq; itæ urbes redeant in statum verustissimæ dignitatis: certe non ipso scelere tuo quidquam in me crudelius, nec quodquam magis exitiæscendum molituras fuisse predicabunt. sed ad te redeo. Temperarem ego memet mihi, cursumq; istum violentæ orationis forsitan reuocandum. sed ad te sentem tum ab odio tuo, tum ab ipsa dicendi acerbitate, si quem te sensum patriæ caritatis aspiceret, aut vliote pacto posse arbitraret sceleratam ita mentem relinquere, sed id genus est cupiditatum tuarum, vt restringendarum fortan rationem aliquam consequi possis, sananda: si nullam. nec te prius amissurum peruersitatem istam animi puto, quam vitam amiseris. Vellem reuiuisceres Ahala Seruili: non exspectarem sententiam iudicū: neq; abuteremur misericordie Senatus, atq; auctoritate populi Romani, sed magnitudinem tanti flagitii sanguine tuo statim expiauissem. nam de Senatus voluntate nihil ambigimus. modo non impediretur legibus, repente profecto fueras pœnas impietatis tuæ dignissimus laturus. Vt in Deorum immortalium munere, iudices, mentem atq; animum huius introspiceremus: ne qua vobis fieret puniendi dubitatio, qui tantum scelerum ingenio conflauisset. videretis enim mentem anhelantem tristissimum genus minarum, mentem debacchantem inaudita feritate, furentem incredibili vefania, sitientem cruoris urbani, prædæ audissimam, vobis, atq; omnibus ferro flammâq; minitantem. Catilinam vobis demonstrauimus, iudices, irritatū persæpe repulsis comitialibus, nullas vocum, aut suffragiorum corruptelas fuisse prætergressum: deinde nullis rationibus infractum ac perterritum de perleuerantia scelerum suorum destitisse, quibus animaduertere sane potestis, quanta semper immanitate laborauerit ambitionis. Superest nouissima pars diuisionis, grex ipse sodalium Catilinæ truculentus, atq; amens: cuius in manu non exiguam rationem fuisse diximus excitandæ coniurationis Lentulus liquidè & Cethegus, terribilia portenta notæ ciuitatis, futuriq; vel certissimi populi Romani, multa de magnitudine sua in ipsis concionibus, multa de dignitate imperii sui futuri palam predicare consueuerunt, tamquam si Deorum immortalium concilio interfuissent. primū Lentulus in libris Sibyllinis nescio quid per se dixisse se predicabat, quod videretur acutissimi, atque peritissimi Lucius Cornelius, ac Cnaeus Piso, custodes publicarum ceremoniarum, nequamquam prospicere potuerunt. lucem parumq; ait, nescio quam, de domo Cornelia quondam prodituram fore, quæ gloria nominis sui Romanum imperium simul & complexura sit, & illustratura: coque genere vaticinii dignitatem suam portendi

portendi fataliter putavit: planeque opinatur fati sui rationem in ipsa latebra Sibyllinæ diuinationis, tamquam in equo Troiano, delitescere. Ego vero Sibyllam sine dubio sapientissimam mulierem fuisse iudico, visamque idoneam Diis immortalibus, cui singularem quamdam vim diuinandi concederent: verum illam deliram penitus, ac profusæcæam fuisse affirmarem, si quam spem dignitatis in hac crudelissima peste reposuisset. si quid tamen cecinisse visa est, quod ad Corneliam gentem pertinere videretur, vim omnem illius diuinationis in vno Lucio Sulla consumtam fuisse iudicemus; cuius paullo ante Respublica sensit & crudelissimam simul, & amplissimam potestatem. nec ego Deos immortalis huic imperio tam infestos esse reor, neq; a salute populi Romani tam abhorrentes, vt homini dementissimo regnum concederent huius sanctissimæ atque optumæ ciuitatis. Sullam profecto crudelitas vicit: at ipse maximam laudem virtutum, & rei militaris summam, ac singularem gloriam consecutus est. Lentulum vero nullæ victoriæ nostræ ciuitati, nullam studium armorum, nulla præstantia virtutis, aut ingenii commendauit. quæ vero non tabernæ potius, aut qui non greges infantium hominum Sibyllinam istum principem concelebrarunt? nam vitam eius commemorare non est necesse, versatam semper in obscundis libidinibus, ac societate turpissimorum hominum nobilitatam. nihil in eo sanguinis auiti, nihil industriæ Romanæ, nihil splendoris domestici, nihil auitæ frugalitatis. fingite vobis iudices, tingite dignitatem huius hominis tum florentem amplissimo magistratu, tum omnibus populi Romani muneribus exornatam: quantum, quæso, sanguinis ciuili in foro, in curia redundaturum esse creditis? aut quãtam vim libidinis, atq; impudiciæ per omnium ciuium cubicula demanaturam? Profecto dignitate fretus ea, quæ priuatus concupiuisset, sine dubio consequeretur: ferretur amens in omnia: nec vllæ rationes consiliorum, aut pudoris, nec vllæ studia humanitatis refrenarent præcipitem, atq; incitatum cursum vetustæ crudelitatis. Cethegus, inferior nobilitate, atq; ingenio, vehementia furoris longe immanior, parum a Lentuli somnio discedere vitus est: verum insaniam euillimæ opinionis modestiore loquendæ ratione contegere velle videtur. genus est idem tamen furoris, eademq; ratio concelebratæ diuinationis. tales hi scelerum artifices, amboque concitati ad euertendam Rempublicam parum a vetana spæ vaticinii commemorati, partim a nefaria sceletum assiduitate, Catilinam offenderunt: nouis rebus studentem: cuius præsidio, consilioque cupiditates suas ita iuuari posse facillime crediderunt, si viro socio um copiosissimo sese conuinxissent. est enim in illo monstro, sicuti paulo ante retigimus, vis exorta facetiarum, & ratio quædam adumbrata virtutum, facilis ad comprehendendam omnium hominum

familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus, ac Lentulus, & ipsi lenonicinus suis insignes. ad omne genus benevolentiae subeundum deflagrare cœperunt admirabili quadam cupiditate seu diripiundæ urbis, seu potiundæ dominationis. Hæ sunt iudices huius nefarii facinoris abominandæ faces: hi sunt crudeles igniculi, quibus exarisse Catilinæ ferocem animum facillime credendum est. talibus iniuriis confociati principes nefandæ coniurationis, manum exiguam desperatorum hominum, atque obscenæ iuventutis pedesentim coegerunt: coactam, quid vellent, edocuerunt: edoctam, pari cupiditate sceleris inflammauerunt? inflamatam denique pepulerunt, ut in omnium nostrum facultates, ac vitam facillime conspirarent. Furias istas aud. stis iudices, cōmodissimas, ac paratas non modo ad viuos commouendos in omne facinus, verum etiam ad mortuos ex ipso Erebo, et edis que bustis excitandos reperti sunt tamen atrocissimi sceleris patroni, qui; immanitatem detestandæ rei rum contegere verbis, tum excusare conati sunt. Lucius Hortensius, vir eximia caritate Republicæ summisque ornamentis præditus, & scientiæ, & modérationis, nequaquam omnia credenda esse dicit: iubetq; grauissimis hominibus facilitatem iudiciorum diligenter esse continendam. primum affirmat Catilinam in perpetua cūstodia Senatūs extitisse: deniq; nunquam ferme discessisse a latere Publii Cæpionis nobilissimi ciuis, atque integerrimi viri: ita ut lepide dicat. dissepationi eorum neque Solem orientem vnquam, neq; occidentem interuenisse. credo equidem sapientissimum hominem Hortensium, (ut est innocentia singulari summaq; virtute) cuncta ipsa, quæ grauissime simul, atque ornatissime complexus est, ita vera esse, sicuti dixerit, existimare. sed longe graditur a sententia mea. Quæro igitur de te Luci Hortens, teque obrestor, atque obsecro per ipsum ius vetustissimæ nostræ familiaritatis: si Lucium Catilinam constat dies omnis, omnium ciuium conscientia, siue in foro, siue in turmis agere; nunc stiparum cateruis exoletorum suorum, nunc vero gladiatoris agminibus per ora vulgi palam obuolitare: si manifestum est noctes omnis aut in lustris scortorum, aut in antris Marci Lactæ ducere, virt tuo iudicio, non abhorrentis a Republicæ caritate; quid est, quod illum obseruatum dicas in perpetua cūstodia, atque oculis Senatorum? nisi forte custodiam Senatoriam vocas, vel exiguam moram ipsius curiæ consiliis obeundis. Quod vero pertinet ad ipsius Cæpionis familiaritatem assiduam, benevolentiamque singularem: nihil est, quod in simulationi nostræ derogandum esse iudicetis. diximus enim superius, ingenii Catilinæ miros, atque occultissimos esse recessus, nec qui cognosci, seu perlustrari facillime possent. vigent enim in illa clade res diuersissimæ pariter, continentia & libido. nihil illo per sæpe affixius ad colenda bonorum confortia; nihil solertius ad illis insidiandum:

diandum: nihil illius munificentia insignius; nihil audius rapacitate; nihil acutius consilio; nihil temeritate contumacius. que cum ita sint, Cæpionem admirabimur in tantis viarum ambagibus errauisse? me, me, inquam, fateor, iudices, ve. ustissima quadam familiaritate Catilinæ coniunctum, per sepe delirauisse, miris perplexionibus illius, neque vnquam certi quidquam in illo ingenio comprehendere potuisse. nihil igitur erit miri, si vizum integerrimum Cæpionem versutissimi hominis doli, atq; instantissimi mores fefellerunt. non erit itaq; , neq; prudentiæ tuæ, neq; grauitatis, Hortensi, candidissimam opem humanitatis tuæ, summamq; dicendi copiam sonibus ipsis polliceri, aut quam bestiam irretitam iudicio tenemus, dissolutam, atq; exultantem Reipublicæ immittere. quod te numquam commissurum fuisse arbitrarer, nisi, qui me mores, iidem te Catilinæ sine dubio fefellerūt. Satis ostentatas vobis putamus iudices tum rationes periculi nostri, tum huius immanissimi sceleris atrocitatem. nam si odio Senatus maximo Catilinam arsisse demonstrauimus: si rationes vitæ suæ veteres, ac nouas in exercitatione teterrimarum libidinum collocatas: si spem perficiendi sceleris, homini prosequentissimo inimicitarum: si denique locorum, ac temporis opportunitates extitisse: præterea si rabiem quamdam ambitionis in illo fuisse diximus: si nullam potestatem refrenandarum libidinum, aut vllum pœnitentiæ locum: postremo si copiam innumerabilem desperatæ iuuentutis cum illo coniunctam fuisse patefecimus: & eam simul ostendimus suoapte ingenio furentem incredibili audacia, summaq; cupiditate prodendæ, ac vexandæ vrbis inflammaram: quid erit iudices, quod dubitetis de liberanda patria, deq; vlciscenda crudelissimi sceleris immanitate? nouistis enim facinus inauditum omnium hominum memoria, facinus atrox, superbum, nefarium, perniciosum, remotissimum ab omni humanitate, lege, consuetudine: cuius acerbitatem si minus animo bene perspexistis, quæso, mecum diligenter attendite. Scelus illud, iudices, euerisionem nefariam moliebatur amplissimæ nostræ dignitatis, iateritum crudelissimum Senatori ordinis, eadem communem omnium bonorum. huius sceleris libido reposita erat in diripiendis omnium ciuium facultatibus, aq; opprimenda vrbis libertate: huic sceleri parabantur teterrimæ coniugum, ac liberorum nostrorum vexationes: in hoc scelere versabantur deniq; faces inferendæ penatibus nostris, expilationes ædium, supra virginum Vestalium, luctus, ac mæror miserabilis vniuersæ ciuitatis. quæ si vobis, vt sunt, indigna, atq; intolerabilia videntur: non iniquum erit auctores horum malorum multare teterrimis suppliciis, clademque omnium crudelissimam e visceribus Reipublicæ propulsare. Tenetis exempla maiorum, atq; omnium gentium auctoritatem, qui semper **SVMMAS**, ac singulis pœnas in eo genere

hominum contumendas esse putauerunt, qui rationes habuissent; aut prodendæ patriæ, aut opprimendæ publicæ libertatis. nihil erit impedimento, quin audaciam crudelissimi hominis Catilinæ crudelissimo genere suppliciorum expietis: ut ultionem ex illorum cruciatibus, ac pœnis capiat Respublica, quorum erat conflagratura manibus, nisi sanctissimi imperii Romani custodes, ac vindices Dii immortales nefariis votis obsitissent. credite iudices, hodierno die consutrexisse vniuersam urbem, conspecturam ex iudicio vestro, planeque animaduersionem, quid in posterum de salute sua, deque facultatibus suis sperandum sit: credite item, vim vniuersam flagitiosæ iuuentutis aut hodierno Catilinæ supplicio simul conficiendam fore, aut illius liberatione lætam, atque exultantem, non multo post in omnium nostrum perniciem vna cum illo celeritate resurrecturam, agitur siquidem hodierna vestra sententia de salute huius pulcherrimæ atque optimæ ciuitatis, de stabilitate imperii Romani, de legum incolumitate, de libertate ciuium, de pudicitia liberorum, ac coniugum vestrarum. huius enim pestis idem scelus erat, ut non grassaturum per capita paucorum, sed, tamquam atrocissima vis veneni, per omne corpus urbis demanaturum. quod scelus, aut quam pestem, si vindicandum esse cœlebitis, ut reor, & Respublica desiderat: putate profecto Deos immortales & in primis Capitolinum Iouem, sempiternum custodem, ac vindicem huius imperii, pro libertatis eorum templis, ac ceremoniis gratias vobis amplissimas esse reddituros: putate pariter idem facturam esse curiam, pro defensa Consulium vita, seruataque Senatorii ordinis dignitate: putate matronas urbis, ac liberos nostros, ob seruata pudicitiam, supplices, ac congratulantes vniuersos ad genua vestra sese obuersiones fore: putate virgines Vestales, atque ipsam maiestatem amplissimi numinis, ob liberationem suam, summa vobis lætitia congratulaturam: putate denique ciues omnes, ob retentam vitam, ac libertatem suam; penates publicos, pro conseruatis focis, atque aris, parietes urbis pro terribissimo genere vastitatis propulsato, ferme incredibili gaudio exultaturos: putate tandem, hodierno iudicio paratum esse vobis aut immortale dedecus, aut memoriam nominis sempiternam. Multa sunt equidem in hac vita, quæ turpiter, ac calamitose neglecta, restitutionem tamen quamdam quodam modo patiantur: huius vero vindicandi sceleris, si præsentem facultatem neglexeritis, frustra postea recuperandæ copiam quæretis. aut hodie vobis propulsanda est e visceribus reipublicæ pestifera vis calamitatis: aut ipsi patriæ sine dubio concidendum. utrum eligendum sit, vos videritis. quid estis iudices humanitate tanta, ne locordia dicam, ut eorum vitam, ac spiritum diutius in Republica commorari patiamini, qui vitæ, salutisque ciuium crudeliter insidiati sunt: proponite vobis ante oculos, ac meditatione crebra reuoluite diè illum

illum nefarium, quo fas omnium ciuium, quo facultates nostræ, quo res ipsa publica peritura fuerat: quando scilicet aspeximus bestias istas emissas carceribus per urbem omnem, per domos nostras furialiter exultantes, ipsumq; in primis miserandi facinoris ducem, ac principem Carilivam, confirmatum hoc iudicio, spe plenum, læritia gestientem, nunc hos ad eadem nostram, nunc illos ad rapinam, atq; inflammationem ædium deuocantem: coniuges e complexibus nostris ad libidinem victorum raptæ fuissent: liberi ad supra de gremiis parentum extorti, pretiosa suppellex asportata: tecta conflagrassent ignibus: corpora cæsa passim iacuisent: omnia deniq; gemitu, fletuq; redundassent. hæc fuisset imago miserimæ urbis, quam urbem a maioribus nostris florentissimam accepimus. & si prohibueritis, clamam atq; excellentē posteris nostris tradituri sumus. per humanitatem deniq; vestram vos obtestor, atq; obsecro iudices, per amorem huius pulcherrimæ, atq; inuictissimæ urbis, per omnia, quæ vobis iucundissima sunt in vita, prou. dete iterum atq; iterum, ne liberati quondam tot amplissimis bellorum periculis, tot imminentibus malis erepti, nunc per ignauiam vestram, ac desidiā periclitemur. eripite vitam ciuium a miseranda crudelitate: prohibete penates vestros a nefariis ignibus: seruate pudicitiam necessitudinum vestrarum a teterrimis vexationibus: liberate templa Deorum a tristibus rapinis: subtrahite fortunas publicas ab indigna direptione: protegite magistratus vestros ab inaudita feritate: defendite deniq; vniuersam urbem ab hoc inusitato profus, & tristissimo genere calamitatis.

- Circumuentus difficultatibus.*
Circumuentus necessitudinibus.
Iug. c. 7.
Clariudo, Iug. c. 2. f. & 7.
Clemens, pro, nimius, Iugurt.
c. 22.
Cognomen ex virtute, Iug. c. 5.
Comperta res pro rei magnitudine, Cat. c. 22. f.
Competere lingua, auribus, animo, Hist.
Compos animo, lingua, Hist.
ex Composito. Hist.
Concedere in gratia, Hist.
Concedere in ius, potestatem, ditionem, Cat. c. 20.
Concedere in nomen & gentem imperantium, Iug. c. 18. f. Hist.
Concedere natura, Iug. c. 14.
Conditio, Hist.
Consilium habere. Iug. c. 62.
Constratus telis locus, Iug. cap. 101. f.
Consuetudo stupri, Cat. c. 23.
Consuetum, pro, familiare, Iug. c. 85. Hist.
Consultare in medium, Hist.
Contendere fallacis, Cat. c. 11.
Conuena, Hist.
Conuertit, absolute, Cat. c. 6.
Coopertus flagitiis, Cat. c. 27.
ex Copia rei facere, Iug. c. 39. f. & 98.
pro Copia rei facere. Iug. c. 90.
Creditum abiurare, Cat. c. 25.
Cultus pueritia, Iug. c. 75.
Curare, absolute, Iug. capit. 46. 57. & saepe.
in Custodiam traditi, Cat. c. 50.
- D
- D** *Are victos hostes, Iug. c. 19.*
Decebat victoribus, Hist.
Decoribus equis & armis, Hist.
Deformatus arumnis. Iug. c. 14.
Dehonestamentum. Hist.
- Descendit in pectus, Iug. c. 11.*
Desistere actione, Hist.
De integro, Iug. 62.
De improviso, Cat. c. 28. Iug. c. 38. c. 99 & 108.
Detrectare, pro, facere ut quis male audiat, Iug. c. 53. f.
Die vesper erat, Iug. c. 52.
Digredi monte, Iug. c. 49.
Discordiosus, Iug. c. 66.
Doctus literis Graecis, Latinis, Cat. c. 25.
Dolens eius casum, Cat. c. 40.
Dolentia alicui, Iug. c. 85.
Domi bellig., Hist.
Domi, foris, Cat. c. 20.
Domi militiaq., Cat. cap. 9. 29. 33. Iug. c. 14. 31. Hist.
Dubium habere, Hist.
Ductare exercitum, Cat. capit. 12. & 19.
- E
- E** *Gere cum accusat, Iug. c. 98.*
Egressus ad summum montis, Iug. c. 93.
Emori per virtutem, Cat. c. 20.
Escendere, Iug. c. 97.
Euenire aspera saedaaq., Cat. cap. 24. f.
Ex alto, Hist.
Ex animi sententia formula antiqua, Iug. c. 85.
Ex commodo quid facere, Iug. cap. 82.
Ex composito, Iug. c. 85. f.
Ex conscientia timere. Iug. c. 6.
Ex copia rerum statuere, Iug. cap. 39. & 98.
Ex improviso, Iug. c. 14.
Ex inopia consilium capere, Iug. c. 54.
Ex lubricine, Cat. c. 8.
Ex lubricine facere, Hist.
Ex lubricine uti, Iug. c. 4. 54.
Ex sententia, Iug. c. 109.
- K 5

Ex vero. *Cat. c. 8.*
 Ex voluntate. *Iug. c. 26. & 111.*
 in *Excelsio. Hist.*
 Exercere se aliqua re. *Iug. c. 63.*
 Exercere victoriam, crudeliter,
 moderate. *Hist.*
 Expers fama, fortuna. *Cat. c. 33.*
 Extrema experiri. *Cat. c. 26.*
 Extrema necessitas. *Hist.*
 in *Extremo fortuna sita. Iug. c. 23.*
 Extremum diei, astatis. *Iug. c. 22.*
 & 90.

F

Facta opus. *Cat. c. 46. & sepe.*
 Falsum esse. *Iug. c. 85.*
 Falsum me habuit ea res. *Iug. c. 10.*
 Famam praeclari facinoris quare-
 re. *Cat. c. 2.*
 Fides. *Cat. c. 24. Iug. c. 73.*
 Fides publica. *Cat. c. 48.*
 Fidei causa. *Iug. c. 29. & 83.*
 Fine inguinum. *Hist.*
 Firmare animi. *Hist.*
 Firmatus animi. *Hist.*
 Fors. *Iug. c. 1. & 78.*
 Fortunatus forma, genere. *Cat.*
c. 25.
 Frustra esse. *Iug. c. 7. & 8.*
 Fugam facere alteri. *Hist.*

G

Gallis mulieres. *Hist.*
 Gignentia. *Iug. c. 79. & 93.*
 Gnarus locorum. *Hist.*
 Grassari ad gloriam via virtutis.
Iug. c. 1.
 Grassari cupidine atque ira. *Iug.*
cap. 64.
 Gratia. *Cat. c. 10.*
 in *Gratia habere. Iug. c. 111.*
 Gratiam facere delicti, belli. *Cat.*
c. 51. Iug. c. 104. & c.
 Gratiam querere. *Iug. c. 4.*
 Gratificari gratiam. *Hist.*
 Gratus: o bonus, malus. *Cat. c. 16.*
Hist.

H

Habent ita se mores. *Iug. c. 53.*
 Habere accurate & libera-
 liter. *Iug. c. 103.*
 Habere compertum. *Cat. c. 58.*
 Habere dubium. *Hist.* (11.
 Habere exercitū luxuriose. *Cat. c.*
 Habere in amicis. *Iug. c. 7. & 16.*
 Habere in custodiis. *Cat. c. 47.*
 Habere in gratia. *Iug. c. 111.*
 Habere in incertum. *Iug. c. 41.*
 Habere in propatulo. *Cat. c. 13.*
 Habere in spe. *Cat. c. 31.*
 Habere manifestum. *Iug. c. 33.*
 Habere occultum. *Cat. c. 23.*
 Habere pensi, & moderati. *Cat. c.*
512. & 23.
 Habere pericula vilia. *Cat. c. 16.*
 Habere sese aequaliter. *Cat. c. 2.*
 Habere summum iudicium, im-
 perium. *Cat. c. 29.*
 Habere vilia, imperium, patriam,
 & c. *Hist.*
 Hibernacula. *Iug. c. 103.*
 Homo adolescens. *Cat. c. 52. Iug. c. 6.*
 Homo sapiens. *Cat. c. 12.*
 Homo novus. *Cat. c. 23. Iug. c. 85.*
 Honestatus honore. *Cat. c. 37.*
 Hostilia facere. *Iug. c. 107.*

I

Iacere, mentionem facere, si-
 gnificare. *Iug. c. 11.*
 Id locorum. *Iug. c. 63. & 72.* (52.
 Ignara lingua, regio. *Iug. c. 18. &*
Imbecillus. Iug. c. 1.
 Immane quantum. *Hist.*
 Immodicus animi. *Hist.*
 Impensius modo quid facere. *Iug.*
c. 47. & 75.
 Imperare, pro, imperata peragere.
Iug. c. 62.
 Imperio natus. *Iug. c. 31.*
 Imponere invidiam. *Cat. c. 43.*
 Importuosum mare. *Iug. c. 17.*
 de *Improuiso. Cat. c. 28. Iug. c. 38.*
 107. f. ex

ex Improviso. Iug. c. 14. & 53.
In aperto esse. Iug. c. 5.
In custodiam traahit. Cat. c. 50.
In excelsis. Hist.
In Galliam versus. Cat. c. 56.
In gloria numerat. Hist.
In gratia habere. Iug. c. 111.
In hostem pugnare. Cat. c. 9. 52.
In inuidia esse. Iug. c. 25.
In manus pro, ad manus venire.
 Iug. c. 89.
In ore populo agere. Hist.
In oculis situm. Cat. c. 20.
In praesens. Cat. c. 16. Hist.
In procliu. Hist.
In promptu est. Hist.
In rem est. Cat. c. 20.
In spe habere. Cat. c. 31.
In tempore. Hist.
In unum conuocare, cogere, &c.
 Cat. c. 17. & saepe.
Incedunt per ora vestra. Iug. c. 31.
in Incerto. Iug. c. 38. 46. 51.
Incredibile memoratu. Cat. c. 67.
 Iug. c. 40.
Incultus substant. Iug. c. 2.
Indicare, pro, iudicium facere,
 Cat. c. 48. bis.
Inermis. Iug. c. 94. 197. Hist.
Inferri intentique. Iug. c. 57.
Ingeniū in promptu habere. Cat. c. 7.
Ingenium loci. Hist.
Ingens belli. Iug. c. 63.
Innocēs, pro, incorruptus. Iug. c. 45.
Insolens malarū artium. Cat. c. 3.
Insolitus seruitii. Hist.
Insolentia loci. Iug. c. 50. f.
Instruere pralio. Hist.
de Integro. Iug. c. 62. f.
Intempesta nox, Cat. c. 27. 32.
quo Intenderat. Iug. c. 162. 104.
Intendere officia. Iug. c. 75.
Intenta mala. Hist.
Interrogatus lege Plautia. Cat.
 cap. 31.

Instabilis, improbius. Iug. c. 68.
 Hist. (32.
Inuasit auaritia in animos. Iug. c.
Inuidiam imponere. Cat. c. 43.
Iocum mouere. Cat. c. 25.
Is talis vir. Iug. c. 63.
Ita se mores habent. Iug. c. 54.
Ius bonumque. Cat. c. 9.
Ius fasque. Cat. c. 15.
Iuxta assumare. Cat. c. 2.
Iuxta mecum. Cat. c. 58.
Iuxta ponere. Iug. c. 65.

L

L *Ætitia esse.* Cat. c. 51.
Legare sibi, id est, legatos as-
sumere. Iug. c. 71.
Leuis odor, pro, suavis. Hist.
Liberalis pecunia. Cat. c. 7.
Libidinem habere in aliquare.
 Cat. c. 7.
ex Libidine quid facere. Hist.
Lubido, pro, voluntas. Hist.
Luculenta oratio. Cat. c. 31.

M

M *Alares.* Cat. c. 20.
Malefici generis animalia.
 Iug. c. 17.
Mali suetus. Hist.
Malo esse. Cat. c. 51.
Manifestus sceleris. Iug. c. 34.
Mare magnum. Iug. c. 78.
in Medium consultare. Hist.
Miserari, pro, mouenda misera-
tioni commemorare. Iug. c. 23.
 & 62.
Moderari linguam. Iug. c. 82.
Mollitia. Cat. c. 52.
More pecorum. Hist.
More virorum. Cat. c. 58.
Mori per virtutem. Hist.
Mouere iocum. Cat. c. 15.
Mutare pro mutari. Iug. c. 38. f.
N *Natura cedere.* Hist.
Natura concedere. Iug. c. 14.

- N**e, pro, *nequm*, Cat. c. 11. f.
Nebula sublima, Hist.
Necessitudo, pro, *necessitas*, Cat. c. 33. f. & 58. Iug. c. 48. & 102.
Negotiosus, Cat. c. 8.
Nequitur, Iug. c. 31.
Nisi, pro, *sed*, Iug. c. 24.
Nox intempesti, Cat. c. 27. 32.
Nudus gignentium, Iug. cap. 79.
Numidia, pro, in *Numidia*, Iug. cap. 33.
- O
- O**bediens ventri, Cat. c. 1.
Obnoxius alicui, Cat. c. 20. 23. 48. Hist.
Obsequela orationis, Hist.
Obtentui esse, Hist.
Obuiam esse, Hist.
Obuiam ire, Iug. c. 1.
Occauerunt, Hist.
Odor leuis, id est, *suavis, fragrans*, Hist.
Officere alicui, Cat. cap. 27. f. 51. Iug. c. 52. f.
Officia intendere, Iug. c. 75.
Opes, pro, *potentia*, Cat. cap. 17. & 21.
Opportunus alicui, Cat. c. 27. Iug. c. 46. Iug. c. 55.
Optimum factu, Cat. c. 32. 55. 58. Hist.
Optimum factum, Iug. c. 107.
Ordine facere, Cat. c. 51.
Oris improbi, Hist.
Ostentui esse, Iug. c. 24. & 46.
- P
- P**aces, Iug. c. 31.
Parens, pro, *Subditus*, Iug. c. 102.
Parum facere, Iug. c. 85.
Patiens belli, Cat. c. 7.
Patiens inedia, Cat. c. 5.
Patiens militia, Iug. c. 63.
Perurare, pro *peragere, sapius*.
Pecuniā trahere, vexare, Ca. c. 20.
- Persi, habere*, Cat. c. 5. 12. 20. 29.
Per saturam referre, Iug. c. 29.
Per scribere situm loci, Iug. c. 93.
Plerumq; noctis, Iug. ca. 2. 98. & 109.
Plerumq; exercitum, pleraq; Africā, Iug. c. 55. & 79.
Ponere verba ante facta, Iug. cap. 15.
Populares sceleris, coniurationis, Cat. c. 22. 24.
Portare copias, exercitum, Iug. c. 35. 39.
Post alius alium, Hist.
Postea loci, Iug. c. 102.
Post esse, Cat. c. 23. f.
Post futuri, Hist.
Post paullo, Hist.
Postremus seruorum, Hist.
Præcipitem abire luxuria, &c. Cat. c. 25. f.
Præstare ceteris, Cat. c. 1.
Primus, pro, *præcipuus*, Iug. cap. 37. 76. 84.
Prima ducere, habere, Iug. ca. 41. 76. 84.
Princeps intelligendi, Hist.
Pro bono facere, Iug. c. 22.
Pro copiare et facere, Iug. c. 90.
Procedere, id est, *prosperè cedere*, Cat. c. 27. 32. Iug. c. 65. f. & 85. in *Proclui*, Hist.
Prohibere ianuam, manibus, Cat. c. 28. Iug. c. 21.
in Promptu est, Hist.
Promptum in lingua, Cat. c. 10.
Propior montem, Iug. c. 49.
Propius virtutem, Cat. c. 11.
Prosperè euenire alicui, Hist.
Protectis, pro, *de tectis*, Iug. c. 67.
Proxima Carthaginem, Iug. c. 18.
Proxime Hispaniam, Iug. c. 19.
Prudens belli, Hist.
Publicum bonum, Cat. c. 38. Iug. c. 25. Hist. f.

Publicum malum, Hist.

Pugnando capere, Cat. ca. 7. Iug. c. 28. f.

Q

Q *Vasi profere*, Sæpius.

Quæsitissima epula, Hist.

R

R *Elinquere in medio*, Cat. e. 19. f.

Repulsum abire, Iug. c. 110.

Requiescere ex miseris, Cat. c. 4.

Requisita natura, Hist.

Res oportuna cadit, Cat. c. 20.

Retinere per manus, Iug. c. 31.

S

S *Atias*, Hist.

Satisfactio, Cat. c. 35.

Sciens belli Jocorum, Iug. c. 97.

Secus accidere eedere, procedere, Iug. c. 20. 25. Hist.

Secus muliebre, virile. Hist.

Senati, in genit., Cat. c. 30. 36. 53. Iug. c. 40.

Senatum dare, Cat. c. 14.

Senecta atas, Hist.

Senectum corpus, Hist.

Serum, pro, crudele sauum, Cat. c. 28. 38.

Silentio transire, Cat. c. 1.

Sine modo modestiæ, Iug. c. 41.

Spes, pro opinione, Hist.

Sua, & *sua res*, Cat. c. 2. Iug. c. 64.

Subigere, pro, cogere, sæpe.

Sublima nebula, Hist.

Suo loco pugnam facere, Iug. c. 61.

Superare, pro, abundare, Cat. c. 20. Iug. c. 31. 64. 107.

Super fortunam animum gerere, Iug. c. 64.

Supplicia, pro, precibus & supplicationibus, Cat. c. 9. 52. & sæpe.

Supra caput esse, Cat. c. 52.

Supra repeteri, Cat. c. 5. Iug. c. 5.

T

T *Emperare victoria*, Cat. c. 11. sine.

Tempestas, Cat. c. 24. Iug. c. 3.

Tergis sumtis atq; redditis, Hist.

Tradere in custodiam, Cat. c. 50.

Trahere animo, Iug. c. 84.

Trahere cum animo, Iug. c. 93.

Trahere pecunias, Cat. c. 20.

Transuersum agere, Iug. c. 6. & 14.

Tumulti, Cat. c. 59.

Tutus, pro, iuitus aut tutatus, Iug. c. 52. 74. sine 85. 110.

V

V *Acusæ ab odio, amicitia*, Cat. c. 51.

Vacuus animo, Iug. c. 52.

Vacuus frugum, Iug. c. 90.

Valere animo, Iug. c. 11.

Venire in gratiâ & fauorem, Iug. c. 13. sine.

Venire in manus, pro, ad manus, Iug. c. 89.

Venum ire, Iug. c. 28.

Vertet, absolute. Cat. c. 52. Iug. c. 85.

Verum bonumque, Iug. c. 30.

Vesper die, diei, Iug. c. 52. 106.

Vexare pecuniam, Cat. c. 20.

Vicem ararii præstare, Hist.

Vice pecorum, pro, instar. Hist.

Vindicare in libertatem, Cat. cap. 20.

Virtus animi, Cat. c. 1. & 2.

Vis animi, Cat. c. 5. 51. pr. 2. Iug. c. 33. pr.

Vis corporis, Cat. c. 1.

Vis hominis, Cat. c. 8.

Vitam agere in obscuro, Cat. cap. 51.

Vlciscor, passivè. Iug. c. 31.

Volentia, id est, ea qua volumus, desideramus. Iug. c. 73. Hist.

Volentibus bonis, omnibus, militibus, &c. Cat. cap. 33. Iug. c. 84. 100.

ex Voluntate, Cat. c. 26. Iug. c. 111.

*Voluntate, id est, ultro, aut, volū-
tarie, Iug. c. 13.*
*Voluntate alicuius, id est, inssu,
aut permissu, Cat. c. 19.*

Voluptaria loca, Cat. c. 11.
Vti ex voluntate, Cat. c. 26.
Vulgus esse, Cat. cap. 20.

INDEX

RERVM AC VERBORVM
MEMORABILIVM.

- A** *Borigines cum Troianis Ro-
mam condidere, Cat. cap. 6.*
*genus hominum agreste: sine
legibus, sine imperio liberū atq;
solutum, ibid.*
Adherbal, Micipsa filius, Iug. c. 3.
*sine, & cap. 9. praelio vincitur
a Iugurtha. c. 14. victus Ro-
mam cōtendit, ibid. eius ver-
ba in Senatu, ibid. vbiuis tu-
tior, quam in suo regno, ibid.*
a Iugurtha vincitur, cap. 21.
*eius ad Iugurtham legati, de
iniuriis querentes, c. 20. Cir-
tam profugit, cap. 21. copias
aduersus Iugurtham parat, ib.
eius littera in Senatu recitata,
cap. 24. deditio, cap. 26. in-
teritus, ibid.*
*Adolescentium animi molles, &
atate fluxi, Cat. c. 14.*
*Adrimetam a Phœnicibus condi-
tum, Iug. c. 19.*
*Aduersa res etiā bonos detrectant.
Iug. c. 53 sine.*
Ædes Concordiæ, Iug. c. 46.
*Æmilius Scaurus a Iugurtha lar-
gitione se continet, Iug. cap. 15.*
*eius mores, cap. 28. a Iugur-
tha legatis corruptitur, cap.
29.*
Æneas, Cat. c. 6.
*Æs alienum, pro argento, are so-
lutum, Cat. c. 33.*
Æs grande conflare, Cat. c. 14.
- Æthopes, quibus vicini, Iug. cap.
19.*
*Africa situs, & descriptio, Iug. c.
17. eam qui primo incoluerint,
c. 18. a Getulis & Libybus pos-
sessa, ibid. eius pars prouincia
P. R. cap. 19. eius pars inferior
a Numidis possessa, ibid.*
*Albinus Consul ad bellum profi-
ciscitur, Iug. cap. 36. eius ca-
stra a Iugurtha circumuenta,
cap. 38. eius exercitus qualis,
cap. 44.*
*Aliena largiri, liberalitas, Cat.
cap. 52.*
*Allobroges ad cōiurandū ab Vm-
breno sollicitati, Cat. cap. 40. a
coniuratis insurandum postu-
lant, c. 44. iisdem ad coniu-
rationem detectā premia decer-
nuntur, c. 50.*
*Ambitio vitium virtuti propius
quā auaritia, Cat. c. 11. corrū-
pit animos, ibid. bonorum fa-
mam laedit, Iug. c. 96.*
*Amici, officio fideque parantur,
Iug. c. 10.*
*Amicitia firma, idem velle, idem
nolle, Cat. c. 20. non idem q̄ fa-
ctū, Iug. c. 91. in diuersis menti-
bus esse non potest, ibid.*
*Animus diuinus, Cat. c. 1. eius at-
que corporis dotes & mīnera,
ibid. insolens malarum artū,
c. 3. in consulendo liber, neq; de-
licto,*

- victor, neq; libidini obnoxius, c. 51. vita mortaliū dux atq; imperator cupidine cæcus ad inceptū scelus rapitur, Iug. c. 1. iugurtha atq; locordia corruptus, c. 31. cupienti nihil satis festinatur, c. 61. ferox, praua via ingressus, vbi consuetudo non suspicunt, que efficial, Hist. in aduersis rebus quam in secundis maior, Hist.
- C. Annius, Leptranorum prefectus, Iug. c. 77. fine.
- L. Annius, & P. Lucullus Tribuni pl. magistratum cōtinuare nituntur, Iug. c. 37.
- Q. Annius e conueratis Catilina, cap. 17.
- Antiochus decem milibus talentorū a Philippo soluitus, Hist.
- C. Antonius consul, Cat. c. 24. Catilinam cum exercitu persequitur, c. 36.
- Appii dictam, Fortunę suę quibus que sabet, Hist.
- App. Claudius interrex, Hist.
- Aquila Marii in Catilina castris, Cat. c. 59.
- Archæus Mithradatis incepta impediuit, Hist.
- Arifonicus Antiochi filius, triumpho ductus, Hist.
- Armeniorum origo, Iug. c. 18.
- Asia a Romanis obsessa, Hist.
- Aspar Numida, Iug. c. 109.
- Athena suam celebritatem scriptoribus debent, Cat. c. 8.
- Atheniensium triginta tyranni, Cat. c. 51.
- Atherbal, Iug. cap. 5 & 9.
- Auaritia pecunie studium habet, Cat. c. 11. corpus animumq; virile effeminat, ib. bellua, fera, immanis, intoleranda, Hist.
- Auentinus mons, bis a plebe occupatus in secessione, Iug. c. 31. & in fragmentis, lib. 1.
- Aurelia Orgetilla, Catilina coniux, Cat. c. 15.
- P. Aufonius coniuatus, Cat. c. 17. Consul designatus, c. 18. ambitus condemnatus, ibid.
- B
- C. Bæbius a Iugurtha corrūpitur, Iug. cap. 33.
- L. Bellienus prator, Iug. c. 104.
- Belli dolus, i. sauitia.
- Bellorum causa, dominandi libido, Cat. c. 2.
- Bellum pace mutare, victoris in manu est, Cat. c. 58. ex arbitrio sumitur, et non ponitur, Iug. cap. 83. Casaris, aliorum pace mollius, Hist.
- Bellum Cimbricum, Cat. c. 59. civile, Iug. cap. 5. Gallicum, Hist. Macedonicum, Hist. maritimum, atq; Mithradaticū, Cat. c. 39. Punicum, Hist. Romanos in officio retinuit, Iug. c. 41. seruitute Capua, & in Apulia, Cat. c. 30.
- Beneficii, quam maleficii immemorem se multo prestat, Iug. cap. 31.
- L. Bestia, coniuatus, Cat. c. 17.
- L. Bestia, Numidiam provinciam consul sortitur, Iug. c. 27. auaritia corrumpitur, c. 28. eius de deditioe consilium cum Iugurtha, c. 30. exercitum in Africam parat, c. 28.
- Bithynia direpta, Hist.
- Bocchus Maurorum rex, Iugurtha cap. 19. eius vxor, Iugurtha filia, cap. 80. eius cum Iugurtha necessitudo, ibidem. eum Iugurtha aduersus Romanos incitat, cap. 81. cum Iugurtha coniungit exercitum, ibidem.

- eum a bello desistere legati Metelli hortantur, c. 83. Sylla respondet, cap. 102. eius purgatio ad Romanorum expositationem, ibid. eius legati a Iugurtha corrumpuntur, ibid. sine. a Gatulis spoliati, pauculi sine decore ad Syllam profugium, cap. 103. ei Romanorum amicitia datur, c. 104. eius Punica fides, c. 108. cum Sylla per interpretationem agit, ibid. Iugurtha insidias tendit, c. 113. Romanis Iugurtham tradit, c. 114.
- Bomilcar** Massius insidias tendit eumq; obruncandum curat, Iug. c. 35. reus ex aquo, & bono, ib. reum Iugurtham in Numidiam mittit, ibid. vadibus datis, iudicium fugit, ib. & 61. ei Metellus persuadet, ut sibi Iugurtham tradat, c. 62. a Metello corrumpitur, cap. 61. eius epistola ad Nabdalsam, c. 70. eius in Iugurtham insidia detecta, c. 71. a Iugurtha necatur, c. 72.
- Bona aliena largiri, liberalitas,** Cat. c. 52.
- D. Brutus** Sempronius maritus, Cat. c. 40. eius domus coniurationis Catilinariae haud inscia, ibid.
- C**
- Cabira,** Hist.
- C. Caesar** Statilium custodit, Cat. c. 47. sine. Pontifex max. creatus Catulo deiecto cap. 49. ei Catulus, & Piso infensi, ibid. eum Cicero inter conuictos nominare noluit, ibid. eius sententia de coniuratis, c. 51. eius natura, & mores, c. 53. eius, & Catonis comparatio cap. eouē. eius bellum aliorum pace mol-
- lit, Hist. eius victoria ciuili. Hist. eius l. ius, Hist.
- C. Annius** Lepitanorum praefectus. Iug. c. 77. f.
- C. Babius** a Iugurtha corrumpitur, Iug. c. 33.
- C. Cornelius** Eq. Rom. coniuratus. Cat. c. 17. pollicetur Ciceronē confodere, c. 28.
- C. Cotta** uouit se patriae, Hist. eius consulatus, ibid.
- C. Gracchi** caedes, Iug. c. 31.
- C. Lulus** in Apuliam a Catilina mittitur, Cat. c. 27.
- C. Marius** Aquilam bello Cimbrico habuit, Cat. c. 59.
- C. Memmius** tribunus pl. designatus, Iug. c. 27. eius sacundia, c. 30. oratio ad populum rogatio, c. 31. Iugurtham praesentem ad populum accusat, c. 33.
- C. Murena** in ceteriore Gallia plures coniuratos in vincula coniecit, Cat. c. 42. sine.
- Calpurnius** consul acriter Numidiam inuadit, Iug. c. 28. a Iugurtha corrumpitur, ibid. & cap. 29.
- Capitolium** incensum viginti annis ante coniurationem Catilinae, Cat. c. 47.
- Capua**, ab Hercule condita, Iug. c. 89. oppidum Numidia magnū, & validum, ib. eius, & Thalesius, & collatio, ibid. capitur a Mario, cap. 90. ab eodem expugnatur, atque incenditur, ibid.
- Capua** municipium, Cat. cap. 30. sine.
- Carthago** amula imperii Romani a stirpe interit, Cat. c. 10. eius l. ius, Iug. c. 31. deleta discordia Roma peperit, Iug. c. 41. pleraq; Africa imperabat, Iug. c. 79.

Cassius

- Cassius Longinus coniuratus.** *Cat.* cap. 17.
- L. Cassius praetor ad Iugurtham mittitur.** *Iug.* c. 32.
- Catabathmos.** *Iug.* c. 17. & 19.
- Catilina Reip. insidiatur.** *Cat.* c. 5. eius mores, & ingenium, *ibid.* eius socii, c. 14. nobilem virginem, *Vesta* sacerdotem stuprauit cap. 15. eius uxor *Aurelia Orestilla*, *ibid.* filium necauit, *ibid.* eius conscientiam vultus arguit, eodem capite. repetundarum reus prohibitus petere consulatum cap. 18. eius oratio ad conscios coniurationis. c. 20. *Ciceroni* insidias machinatur, c. 27. & 28. consulatum petit, c. 26. *Lege Plautia* interrogatus ab *L. Paulo*, c. 31. eius responsio ad *Ciceronis* inuectiuam, *ibid.* paratus ad dissimulanda omnia, eod. cap. patricius. *ibid.* & 5. in *Malliana castra* noctu proficiscitur. c. 32. eius littera ad *Q. Catulum*, c. 35. ad *Q. Marcium*, c. 33. hostis a *Senatu* indicatur, c. 36. eius exercitus, c. 52. & 56. fugam in *Galliam* parat. c. 57. seruitia repudiat, c. 56. duobus exercitibus clauditur. c. 57. & 58. eius verba ad milites, cap. 58. eius interitus, cap. 60. fortiter pugnans occiditur, c. 61.
- Catonis de coniurationis oratio.** *Cat.* c. 52. eiusdem sententia, *ibid.* sine. natura ac mores, c. 53. esse, qua videri bonus malebat. *ibid.*
- Catulus a Catilina litteras accipit.** *Cat.* c. 35. eius & *Caesaris* inimicitia, c. 49. *Sulla* senior. *Hist.*
- Caesarius coniuratus Catilina.** *Cat.* c. 46. f.
- Cethegus e coniuratione Catilina.** cap. 17. captus, familia, atque libertorum implorat operam, c. 46. audax, *ibid.*
- Cicero Consul.** *fit.* *Cat.* c. 24. homo nouus, c. 23. insidiis petitur, c. 26. & 27. inquilinus ciuis urbis *Roma*, c. 31. urbi praesidio esse iussus, c. 36. *Allobroges* instituit, ut iusurandum obfirmatum ad ciues perferendum exigant, c. 44. *Senatum* in eadem *Concordia* conuocat, c. 46. sine de captis in ponte *Milui*o dubius *ibid.* de coniurationis in *Senatu* refert, c. 50.
- Cimbricum bellum.** *Cat.* cap. 59. eius praeda, *Hist.*
- L. Cincius siue Sicinius de tribunicia potestate loqui ausus.** *Hist.*
- Cinna in Urbem reditu omnes interierunt ordines.** *Hist.*
- Cirtha oppugnatur a Iugurtha.** *Iug.* cap. 21. *Iugurtha* tradita, c. 26.
- Ciuem Romanum verberibus caedi nefas.** *Cat.* c. 51.
- Ciuilis belli causa.** *Iug.* c. 4.
- Cn. Piso factiosus.** *Cat.* c. 28. in *Hispaniam* citeriorem missus, *ibid.*
- Comedere bis die, vitio datur.** *Hist.*
- Comitia.** *Cat.* c. 24. *Hist.* 36.
- Concordia ades.** *Iug.* c. 46.
- Concordia parua res crescunt.** *Iug.* c. 10.
- Coniuratio Catilina ex quibus conflata.** *Cat.* c. 14. & 15. prima, c. 18. secunda, *ibid.* eius pignus, sanguis humanus haustus, c. 22. eius causa, ad alienum, c. 33. parafacta, c. 41. & 59. viginti annis post incen-

- sum Capitolium, cap. 47.
 Coniuratorum catalogus Catil.
 cap. 17. eorum partes, & suum
 cuiusque munus, c. 42 & 43.
 coniciuntur in carcerem, cap.
 47. in carcere necantur. c. 55.
 fine.
 Conscientia mala, digna timet.
 Iug. c. 62.
 Consilium ante factum, Cat. c. 1.
 Consilia in re militari Hist.
 Consilia prava saepe magis, quam
 bona, prospere eueniunt. Hist.
 Cōsuetudo in naturam vertitur,
 Iug. c. 85.
 Consulibus Roma imperantibus
 quanti Resp. creuerit. Cat. c. 7.
 Consul vel a Senatu, vel a populo
 summam potestatem accipit,
 Cat. c. 29.
 Consul designatus sententiam pri-
 mus rogatur. Cat. c. 50.
 Consularis potestas. Cat. c. 29. &
 30.
 Consulatus petendi legitimi dies,
 Cat. c. 18.
 Consulatus ante C. Marium no-
 uo homini nemini mandatus,
 Iug. c. 63 & 73.
 Consultantes de rebus dubijs, odio
 amicitia, ira, atque misericor-
 dia vacare debent. Catil. cap.
 51.
 Consultores pessimi, ira, atque cupi-
 do Cat. c. 51.
 Consultoribus incepta prava no-
 xa. Hist.
 Consulto prius quam incipias, ubi
 consulueris mature factu opus
 est, Cat. c. 2.
 Cornelij tres feto Roma regnatu-
 ri. Cat. c. 47.
 Cornelius scriba. Hist.
 Q. Cornificius Cethegū custodit.
 Cat. c. 47.
 Corporis, & animi dotes, & ma-
 nera. Cat. c. 1. Iug. c. 2.
 Corporis bona facile dilabuntur.
 Iug. c. 1 & 2.
 Corpus homini cum belluis com-
 mune. Cat. c. 1.
 Crassus Marcus Pompeio inimi-
 cus, Cat. c. 17. Gabinius cus-
 todit, cap. 47 f. coniurationis
 conscius iudicatur. Cat. c. 17.
 & 48. malorum patronus,
 ibid.
 Cupido atque inuidia, consultores
 pessimi, Cat. c. 51. (Hist.
 Cura magna, magna merces est.
 Q. Curius coniuratus. Cat. cap. 7.
 Senatu motus a Censorib. pro-
 bri gratia, c. 23. eius cum Ful-
 uia consuetudo, ibidem. con-
 iurationem patefecit, cap. 23.
 & 25.
 Cyrene, colonia, Iug. c. 19.
 Cyrenenses magni, atque opulen-
 ti, Iug. c. 79. quando maxime
 floruerint, ib. eorundem cum
 Pœnis de finibus conditiones
 inita. c. 80.
 Cyrus in Asia bella gerere, primus
 cepit. Cat. c. 2.
 D
 Dabar, ex gente Massanisa.
 Iug. c. 108. Massugrada fili-
 us, ib. interpret inter Bocchum
 & Sullam. c. 109.
 Damasippus, iussu L. Sulla, ingu-
 latus. Cat. c. 51.
 D. Brui domus coniurationis
 haud infans, Cat. c. 40. eius ux-
 or Sempronia. ib.
 Decorū auxilia, quibus rebus pa-
 rentur, Cat. c. 52.
 Discordia res maxima dilabuntur.
 Iug. c. 10.
 Diuitia sine Cat. c. 1. quo modo
 decorū habeantur, Iug. c. 8 in-
 iuria

- iuriarum suspitioni obnoxia,*
Iug. c. 20
- Domi industria, foris iustū imperiū Romanis veterib.* Cat. c. 52.
- L. Domitij vita.* Hist.
- L. Drusus, patronus nobilitatis.*
Hist.
- Ducum, aduersus coniuratos, catalogus.* Cat. c. 30.
- E
- E**gestas, & fames. Hist.
- Elephantū XL. a Romanis interfecti* Iug. c. 53.
- Epistola Atherbalis in Senatu recitata,* Iug. c. 24. *Bomilcaris ad Nabdalsam* Iug. c. 70. *Catiline ad Catulum.* Cat. c. 35. *Lentuli ad Catilinam,* Cat. c. 44. *Scipionis ad Micipsam,* Iug. c. 9.
- Equidem scitis, Latina locutio,* Cat. c. 58
- Equites Rom. cum telis circum eadem Concordia.* Cat. c. 49. *Cæsari gladio munitantur, ib. sine iisdem indignum, regum peregrinorum satellites agere* Iug. c. 65 & Hist.
- Equis, viris* Hist.
- Etruria, Sulla dominatione inops reddita,* Cat. c. 28. *infamis latronibus, ib. sine.*
- Eumenes* Hist.
- Exemplū mala, ex bonis orta.* Cat. c. 51.
- Exercitus Rom. quo modo mollis euaserit.* Cat. c. 11.
- F
- F**abij Maximi apophthegma de inaginibus maiorum. Iug. c. 4.
- Fabius Sanga, Allobrogū patronus,* Cat. c. 41.
- Factio, non idem quod amicitia.* Iug. c. 31.
- Fama magis, quam ira, consulendum.* Cat. c. 51.
- Fames, miserrima omnium mors.* Hist.
- Familia gladiatoria.* Cat. cap. 30. *finē.*
- M. Fawonius, ciuitatis onus.* Hist.
- Feneratores, paci publica officiūt.* Hist.
- Fides.* Hist.
- Fœdus nullum Senatus populique Rom. iniussu fieri poterat.* Iug. c. 39.
- Fortitudo falsa, malarum rerum audacia* Cat. c. 52.
- Fortuna simul cum moribus immutatur,* Cat. c. 2. *in omni re dominatur. c. 8. humana ple-raque regit, ibid. & Iug. c. 93. nihil vel eripere vel largiri potest.* Iug. c. 1. *meliores sequitur.* Hist.
- Fortuna sua quisque faber, Appij scitum.* Hist.
- Fufidius honorum omnium dehonestamentum* Hist.
- Fulvia nobile Q. Curij scortum,* Cat. 31. *coniurationem Catiline detexit ib.*
- Fulvius Nobilior cōiuratus.* Cat. c. 17. *ad Catilinam proficiscitur, c. 39: a patre necari iussus: ibid.*
- Fulvius Flaccus ab Opimio consule occisus.* Iug. c. 16.
- Furibundus,* Cat. c. 31 *finē: item* Hist.
- G
- G**abinius capito cōiuratus. Cat. c. 19. & 43.
- Gatuli initio Africam habuerunt* Iug. cap. 18. *ferarum more uiuentes, ibidem. eorum situs, eod. cap. mores, ibid. genus hominum ferum, & incultum*
- L 2

- Adhuc, eod. cap. eos armis as-
 sufacit Iugurtha, c. 19. a Ma-
 rio fusi fugatique, c. 119 & 120.
Gallica gens bellicosa, Cat. c. 40.
 infestissima Romano nomini.
 Cat. c. 53. armis prestans, ibid.
 apud Romanos formidabilis,
 Iug. c. extremo.
Gallicum bellum, Iug. fine.
Gauda, Mastanabalis filio, Mas-
 sanisa nepoti, regios honores
 Metellus negat Iug. c. 65.
Gladiatoria familia, Cat. c. 30. sub
 finem.
Gloria itinera duo, pacis scilicet,
 ac belli, Cat. c. 3.
Gloria certamen, apud veteres
 Rom. quantum, Cat. c. 9.
Gloria, inuidiam vincere diffi-
 limum, Iug. c. 10.
Gloria inuidia sequitur, Iug. c. 55.
Gloria maiorum posteris lumen,
 Iug. c. 85.
Gloria industria alitur, Hist.
Gracchus ab Opimio consule oc-
 ciscus, Iug. c. 16.
Gracchi, plebem in libertate vin-
 dicare conantes, occiduntur, Iug.
 cap. 42.
Gracchorum cades, ibid.
C. Gracchi lex de vocandis ex
 quinq; classibus centuriis Hist.
Graci verberibus animaduerte-
 bant in ciues, Cat. c. 31. facidia
 Romanis priores, no item vir-
 tute, Cat. c. 52.
Gulussa & Mastanabal fratres,
 merbo absumi, Iug. c. 5.
H
HAnnibal Romanos afflixit,
 Iug. c. 5.
Haneto, pro Valetio, Cat. c. 35.
Hercules in Hispania perit, Iug.
 cap. 18.
Herennius a Pompeio cu exercitu
 deletur, Hist.

Hiempsat, Micipsa filius, Iug. c. 3.
 natura ferox, Iugurtha despi-
 ciens, c. 71 eius grauius dictum
 Iugurtham exasperat, ibidem.
 occiditur, c. 72 eius caput ad
 Iugurtham refertur, ibid. eius
 libri publici c. 17.

Hippo a Phoenicibus condita, Iug.
 cap. 19.

Historias scribere cur arduū Cat.
 c. 3. magno vsui esse, ibid.

Hominis partes dua, atq; vtriusq;
 munera, Cat. c. 1 & Iug. cap. 1.
 eius industria belluarum vim
 superat, ibid.

Homo adolescens, Cat. c. 38. & 52.
 Hist.

Humana pleraq; fortuna regit;
 Cat. c. 8. & Iug. c. 102 circa finem.

IGnara, pro ignota, Iug. c. 52 &
 93.

Ignauia nemo immortalis factus,
 Iug. c. 85. fine.

Images maiorum ad virtutem
 accendunt, Iug. c. 3.

Imperadum quam optimis, Hist.
Imperatorem agere, arduum ad-
 modum, Iug. c. 85.

Imperium quibus artibus retine-
 atur, Cat. c. 2.

Impetio maximo maxima inest
 cura, Hist.

Imperia crudelia acerba magis,
 quam diuturna, Hist.

Incepta praua consilioribus noxia,
 Hist.

Indici coniurationis Catilinaria
 premia constituta, Cat. c. 30.

Industria gloria alitur, Hist.

Ingenium prestat vniibus, Cat. c. 1.
 in bello plurimum potest, c. 21.
 socorata torpescit, Iug. c. 2. ma-
 gnam res paruas attingere ne-
 quit, Hist.

Inuidia

Iniuria cuiusq; sua graues, Cat. c. 51.
Iniuriam facere, summo imperio
uti, Iug. c. 31.

Instituta vetera corruptis mori-
buz ludibrio sunt, Hist.

Interrogare, pro in iudicium vo-
care, Cat. c. 31.

Inuidia ex opulentia oritur, Cat.
cap. 6.

Inuidiam gloria vincere difficilli-
sum, Iug. c. 10.

Inuidia gloria sequitur, Iug. c. 55.

Ira atq; cupido consules pessimi,

Cat. c. 51.

Iracundia apud alios, in imperio
superbia, Cat. c. 51.

Italia vastitas ex bello civili, Iug,
cap. 4.

Itali suffragia ferebant, Iug. c. 40.

Italos necare iudicio leges permit-
tebant, Cat. c. 51. Iug. c. 89.

Iudiciis acerbis ciuitas magis va-
statur, quam corrigitur, Hist.

Iugurtha qualis, Iug. c. 6. & 8. itē

15. ipsius, Numidarum regis

bellum magnum, atrox, varia

victoria, c. 5. & 6. Mastana-

balis filius ex concubina, Mas-

sanisa nepos c. 5. a Micipsa pa-

truo filii loco habitus, cap. eod.

eius genus, mores, studia & in-

genium, ibid. auxiliari exer-

citui praefectus, c. 7. quibus cō-

iecturis regnū sibi polliceatur,

cap. 8. Romanis carus, ibid.

Scipioni, propter virtutem, pla-

cent, c. 7. a Scipione laudatur,

c. 9. adoptatur a Micipsa, ibid.

& cap. 14. Micipsa decreta re-

sciendi oportere contendit, c. 17.

eius ira, & insidia in Hiempsa-

lem, ibid. Romanis largiendo

fatigat, c. 13. pugna Atherba-

lem vincit, Numidia potitur,

legatos Romanos mittit, cap. 14.

excusatur a legatis, c. 15. largi-

tionibus meliorem regni partē

sortitus est, c. 16. sine Opimum

corrumpit, ibid. initio. Cirtam

obsidet, c. 21. Atherbalis regnū

inuadit, c. 20. Atherbale vin-

cit, c. 21. ipsius & Atherbalis,

comparatio, ibid. Cirtha poti-

tur, c. 26. in Atherbalis ami-

cos ac propinquos crudelitas, ib.

quā potens gratia & largitio-

ne, c. 28. sauitia, c. 26. filium

Romam mittit, c. 28. cum L.

Cassio Romam venit, c. 33. Ba-

bium trib. pl. corrumpit, ibidē.

praesens a Memmio ad populism

accusatur, ibid. Italia decede-

re insus, c. 35. eius vades quin-

quaginta, ib. cum Aulo, Albi-

ni consulis fratre, scedus facit,

castra Romana caput, c. 37 &

38. peritiam in re militari, c. 46.

eius legati ad Metellum suppli-

catum missi, ib. adhortatio ad

milites, cap. 49. vincitur, c. 50.

exercitus funditur, ib. pabu-

lum & aquā corrumpit, ca. 55.

Bonilcarus perfida suasionē

delitionem facit, c. 54. & 62.

impeata sibi a Metello nihil

cunctatus, exequitur, ib. bellū

resumit, ib. sine cap. Bocchum

regem generum ad bellum Ro-

manū compellit, c. 81. eius filia

Bocchi regis uxor, c. 80. exer-

citum Gatulorū in unum cog-

git, ib. Gatulos armis assuesca-

cit, eod. capite. a Mario armis

exiuit, c. 99. occisis equitibus

vix erupit, c. 101. apud Nu-

mantiam Latinam linguā A-

didicit, ib. conditiones quidem

accipit, Mario tamen diffidit,

c. 112. mutat subinde cubicu-

lum contra insidias, c. 72. pro-

ditur Romanis a Boccho, c. 113.
vincetus traditur Sulla, c. vlt.
C. Iulius in Apuliam a Catilina
mittitur. Cat. c. 27.
Ius gentium, & æquum bonum,
diuersa Iug. c. 35.
Iunius Silanus sententiam primus
rogatus, Cat. c. 50.

L

L *Acedæmonij in Græcia bella*
gerere primi coeperunt. Cat.
c. 2. Athenienses vicere, Cat.
c. 51.
Laris, oppidum Numidia Iug. cap.
90. fine.
Latini suffragia ferebant, Iug.
c. 40
Legatorum catalogus, qui regnū
Numidia diuisum mittebatur.
Iug. c. 16.
Legati Atherbales ad Iugurtham,
de iniurijs querentes Iug. c. 21.
Legati Bocchi a Iugurtha corrū-
puntur, Iug. c. 102. fin. a Gatulis
spoliati, pauidi, sine decore ad
Sullam profugiunt, c. 103.
Legati C. Manlij ad Qu. Marciū,
Cat. c. 33. principio.
Legati a Iugurtha ad Metellum
supplicatum missi. Iug. c. 46.
Legati Iugurthæ Atherbalem Ro-
ma falso deserunt, Iug. cap. 15.
S. P. Q. R. pecunia corrupat,
c. 15 & 16.
Legati Metelli Bocchū a bello de-
sistere hortantur. Iug. c. 83.
Legati Romanorum ad Iugurthā,
Iug. c. 25. Atherbalem, & Iu-
gurtham arma deponere iu-
bent, ib. Iugurtha pacem im-
perantes frustra discedunt. ca-
pitis fine.
Leges pro vita ciuium Romanorū,
Cat. c. 51.
Legis præsidium a Pratore debi-

toribus ereptum. Cat. c. 33.
Legum Romanarum suprema po-
tentia. Hist.
Leges ex libidine imperantur. Hist.
P. Lentulus Sura, coniuratus. Cat.
c. 17.
Lentuli epistola ad Catilinam.
Cat. c. 44.
Lentulus quia prator erat, a Cō-
sule manu in senatum ducitur.
Cat. c. 46.
Lentulus cōiuratus Lentulo Spin-
theri in custodia traditus.
Cat. c. 47.
Lentulus patricius, & consularis
in carcere necatur gula fracta.
Cat. c. 55.
Lentulus ex libris Sibyllinis sibi
regnum Romanum pollicetur,
Cat. c. 47.
Lentulum vt eripiant opifices &
seruitia sollicitant a clientibus
eius. Cat. c. 50.
Lentuli ignauia Catilina incre-
pat, Cat. c. 58.
Lepianus Lætro proconsul exercitiū
ad urbem ducit, ibid.
Leptitani, Romanis semper fide-
les, Iug. c. 77. ad Vestiam ami-
citiam rogatum miserunt, cap.
77. eorum lingua, leges & mo-
res c. 78.
Leptis, a Phœnicibus condita, c.
78. eius situs, ib.
Lex C. Gracchi de vocandis ex
quinque classibus centurijs. Hist.
Lex Memmij. Iug. c. 32.
Lex Plautia. Cat. c. 31.
Lex Porcia, Cat. c. 51.
Lex Sempronia de prouincijs, Ca-
tilin. cap. 27. de vocandis ex
quinque classibus centurijs.
Hist.
Lex pro debitoribus aduersus fe-
neratores. Cat. c. 33.

Libe-

- Liberalitas, non est aliena largiri, Cat. c. 52.*
- Libertas maxime omnium tueatur. Hist.*
- Libertas omnibus ex aequo optabilis. Hist.*
- Libertas periculosa quieto seruitio potior. Hist.*
- Libido bona. Hist.*
- Libri publici Hiempsalis. Iug. c. 17. sine*
- Libyes Africā initio habuere, Iug. c. 18. ferarum more viventes, ibi nixus quam Gatuli, bellicosi, ibi. sub finem.*
- Figuri, cuiusdam gregarij insulij Mulucha capitur, Iug. c. 93. & 94.*
- Locus medius apud Numidas honorificentior, Iug. c. 11.*
- L. Bellienus prator Iug. c. 104.*
- L. Bestia Calpurnio consuli quinctia Numidia obvenit Iug. c. 27.*
- L. Bestia consul avaritia corrumpitur Iug. c. 28.*
- L. Bestia consulis de deditioe consilium cum Iugurtha. c. 30.*
- L. Bstia exercitum in Africam parat c. 28.*
- L. Cassius prator ad Iugurtham mittitur, Iug. c. 32.*
- L. Cassius deditioem Iugurtha persuadet. ibi.*
- L. Catilina. Vide Catilina.*
- L. Cincius, sive Sicinius, primus de tribunicia potestate loqui cusus. Hist.*
- L. Domitij vita. Hist. (Hist.)*
- L. Drusus, patronus nobilitatis,*
- L. Lucilius & L. Annius trib. pl. magistratum continuare nituntur Iug. c. 37.*
- L. Manlius trib. pl. de imperatore contra Iugurthā ad populum refert. Iug. c. 73. sine.*
- L. Opimius, C. Sempronio Graccho & M. Fulvio Flacco interfecit, consul victoriam nobilitatis in plebe exercebat. Iug. c. 16.*
- L. Opimius, legationis princeps, a Iugurtha corrumpitur, ibi.*
- L. Paullus lege Plautia Catilinā interrogat. Cat. c. 31.*
- L. Postumius civitatis onus. Hist.*
- L. Tarquinij iudicio non habetur fides Cat. c. 48.*
- L. Terquato & L. Cotta Consulis, Catilina & Antonius eadem parant. Cat. c. 18.*
- L. Valerius Flaccus, & C. Pomptinius praetores ad Allobroges interceptos missi. Cat. c. 45.*
- L. Vergantius Cicroni insidias machinatur. Cat. c. 28.*

M

Macedonici belli & Punicis causa. Hist.

Magis, piusque. Cat. c. 5. Iug. c. 5. & 6 & 13. Hist.

Magistratus minores vigilijs praerant. Cat. c. 30 sine.

Magistratum insignia a Tuscia sumta. Cat. c. 51.

Magistratus per manus traditi. Iug. c. 62.

Magistratum creandorum ratio. Hist.

Malefactorum publicorum, & privatorum diversa ratio. Cat. c. 52.

Malitia praemijs exercetur. Hist.

Mamilij trib. pl. questio in eos qui a Iugurtha corrupti, vel pactioes fecissent, Iug. c. 40.

C. Manlius coniarationis princeps, Catil. cap. 27. mittitur in Fasulis, ibid. eius ad Marcium Regem legati & mandata, c. 33. ipse & Catilina hostes a senatu iudicantur, cap. 36. principio.

A. Manlij Torquati in filium se-
neritas *Cat. c. 53.*
L. Manlius, trib. pl. de imperatore
contra Iugurtham ad populum
refert, *Iug. c. 73. fine.*
A. Manlius, Marij legatus, *Iug.*
cap. 86.
Mapalia Numidarum adificia,
Iug. c. 18. & 46.
Q. Marcius imperator ad urbem,
triumphum petens, *Cat. c. 30.*
M. Aemilius omnium flagitiosorū
postremus, *Hist.*
M. Bibulus, quibus rebus in con-
sulatum eruperit, *Hist.*
M. Cotta a Mithradate fusus,
Hist.
M. Crassus Pompeio inimicus,
Cat. c. 17. Gabinium custodit,
c. 47. fine. coniurationis con-
fcius iudicatur, *cap. 17. & 48.*
malorum patronus, *c. 48.*
M. Fauonius ciuitatis onus *Hist.*
M. Fuluij cades, *Iug. c. 31.*
M. Lepidus Latio proconsul, *Hist.*
exercitum ad urbem ducit, *ib.*
M. Liuius Drusus, *Hist.*
M. Manlius, Q. Caspio male cum
Gallis pugnarunt, *Iug. cap. po-*
stremo.
M. Petreio exercitus aduersus Ca-
tilinam permittitur, *Cat. c. 59.*
M. Scaurum legatū Iugurtha ti-
met, *Iug. c. 25. fine.*
Marius Metelli legatus, *Iug. c. 46.*
ei haruspex felicia omnia por-
tendit, *Iug. c. 63.* eius imagines,
& nobilitas nulla, *cap. eod. &*
85. ipsius & Metelli inimici-
tariū origo *c. 64.* petendi mis-
sionem a Metello rogat, *ib.* pa-
tria, natura, mores, *c. 63.* Gau-
dam aduersus Metellum incē-
dit, *c. 65.* a Metello dimittitur,
c. 73. ipsi nouo homini cōsula-

tus mandatur, *ib. fine.* Numi-
dia traditur a populo, aibus
eod. *cap. & 84.* illi Senatus li-
cet aduersus nihil abnuere au-
det, *c. 84.* infestus nobilitati,
ib. eius ad populū oratio, *c. 85.*
literarum Græcarum ignarus,
ib. cicatrices aduerso corpore,
eod. *cap.* quare sordidus fuerit
habitus, *ib.* eius in Africam
expeditio, *c. 86.* castella Iugur-
tha vi, premiisq; tentat, *c. 88.*
Capsam capit, *c. 91.* eum Ni-
mide magis quā mortalem ti-
ment, *c. 92.* eius & Sulla pu-
gna cum Iugurtha & Boccho,
cap. 98 & 99. eius pugna cum
Mauris & Getulis, latrocinio
simillima, *c. 97.* virtus in pu-
gna, *ib. & seqq.* victoria non
insoletior factus, *c. 100.* Iugur-
tha & Bocchi exercitus fūn-
dit, *c. 101.* de Iugurtha trium-
phauit, *cap. ult.* Romanorū in-
re bellica Princeps habitus, *ib.*
ei iterum consuli, decreta Gal-
lia, *eod. cap.*

Maritimum atq; Mithradaticū
bellum, *Cat. c. 39.*

Masmissa Rex Numidarum, *Iug.*
c. 5. bellica virtute præstās, *ib.*
eius filii tres, *eod. cap.* quando
in Romanorum amicitia ve-
nerit, *ib. & cap. 14.* una cum
Romanis Syphacem regno ex-
pulerunt, *cap. eod. 14.* proli Ro-
mani nominis studium cōmen-
dat, *ibid.*

Massina Iugurtha regnum affe-
ctat, *Iug. cap. 35.* Iugurtha iussu
occiditur, *ib.*

Mastanabal & Gulussa fratres,
morbo absumpti, *Iug. c. 5.*

Mauri dicti, qui antea Medi, *Iug.*
c. 18. Illis Bocchus imperauit,
ibid.

- ibid.* pro opibus denas, atq; eo amplius uxore: ducunt, c. 80 fine. a Mario fusi, fugatiq; c. 101.
- Medi** postea Mauri dicti, Iug. c. 18. eorum origo *ib.*
- Medius** locus apud Numidas honorificentior, Iug. c. 11.
- C. Memmius** tribunus pleb. Iug. c. 27. eius facundia, c. 30. oratio ad populum, c. 31. rogatio; c. 33. Iugurtham presentem ad populum accusat, cap. eod.
- Metellus** consul in Numidiam ad bellum proficiscitur, Iug. c. 44. eius in consulatu collega Silanus. c. 43. ipsi cōsuli Numidia prouincia obuenit, *ib.* & 62 fine. fortiter rē gesturus, omnia adiumenta ignauia sustulit, c. 45. exercitiū licentia & ignauia corruptum, ad militarem disciplinam reuocat, *ib.* Iugurtha legatos corrumpit, cap. 46. eius innocentia Iugurtha suis rebus diffidit, *ib.* expeditio in Numidiam, eod. cap. eius calliditas, *ib.* cū Iugurtha pugna, c. 49. & 50. Numidia oppida capit, vastatq; agros, c. 54. vicior milites pro meritis donat, c. 54. pr. ei supplicationes decreta, c. 55. Zamam oppugnat, c. 60. oppugnationem Zama, frustra tentatam, omittit, c. 61. Bomilcarem corrumpit, c. 61. fine. Iugurthā insidiis aggreditur, *ib.* eius superbia, c. 64. Gauda, Mastanabalis filio, Massanise nepati, regios honores negat, c. 65. eius stratagemata, c. 75. Thalam oppidū obsidet, & capit, *ib.* mollities animi, c. 82. ad Bocchum legati, c. 82. conspectum Marij fugit, c. 86. Romæ latissimis animis excipitur. c. 88.
- Metellus Celer** prator. Cat. c. 30.
- Metellus Creticus** imperator ad urbem, triumphū petens, c. eod.
- Micipsa**, Masinissa filius & regni heres, Iug. c. 5. eius, Numidia regis, genealogia, *ib.* eius filij duo, *ib.* de adoptādo Iugurtha secum deliberat, *ib.* & cap. 10. consilium aduersus Iugurthā, c. 3. Iugurtham, ut bello caderet, auxiliari exercitui praficit, *ib.* verba ad Iugurtham, c. 10. filios commendat, *ib.* moritur, c. 11. eius in Iugurtham beneficia, c. 10 & 14.
- Militaris disciplina** magis ex animo, q̄ ex corpore pendet, Cat. c. 2. non tam ex libris, quam ex acie discitur, Iug. c. 85.
- Milites** ex classibus lecti, Iug. c. 86. capite censi, *ibid.*
- Militia** ad pacem pertinet, Hist.
- Miseria** fidem verbis facit. Iug. c. 24.
- Miseris** parum fidei, *ib.*
- Misericordia** in perniciem casura, Cat. c. 52.
- Mithradates** in latere vectigaliū Romanorū, Hist. Gracia graue seruitium demisit, Hist. Nicomedem Bithynia expulit, *ib.* Asiam, spoliū regis Antiochi, recipit, *ib.* Cottam fudit, eod. loco. apud Parum, & Heracliam naufragiis militū optimos amisit, *ib.* eius cū Lucullo praelia, ead. orat.
- Morbus** haud saepe quemquā superat in Catabathmo, Iug. c. 17
- Mores** simulcum fortuna cōmutantur, Cat. c. 2.
- Mors** arumnarū requies, non cruciatus, Cat. c. 40. & c. 51 & 52.
- Mulier** ancilla, Iug. c. 12.
- Mulierem** psallere, & saliare ele-

- gantius quam proba, non decet
Cat. c. 25.
- Mulieres in comitatu Catilina,
Cat. ib.
- Mulucha flumen Mauros a Nu-
midis diuidit Iug. c. 19 & 92.
- Mulucha flumē, Iugurtha Bocchi-
que regnū diuidebat. Iug. c. 92.
- Mulucha urbs (ita Florus castellū
ab amne fortassis appellat) a
Mario capitur, ib.
- Mumificus nemo, nisi volens, Iug.
c. 103.
- Murena citeriori Gallia prese-
ctus, Cat. c. 42. fine.
- Muthul, Numidis flumen. Iugur.
cap. 48.
- N
- N** Abdas Bomitaris in pro-
dendo Iugurtha socius, Iug.
cap. 70. apud Iugurtham pro-
ditionis suspicionem deprecatur,
c. 71.
- Natura iniquitas falso ab homi-
nibus accusatur, Iug. c. 1. eam
quis industria vicerit, c. 76. pr.
vna & communis omnium, Iug.
c. 85. vnum omnibus finem vel
ferro septis statuis. Hist.
- Necessitas extrema non est expe-
ctanda. Hist.
- Necessitudo timidos fortes facit,
Cat. c. 58.
- Ti. Neronis sententia de coniura-
tis. Cat. c. 50. fine.
- Nobilibus, in bello delinquenti-
bus, fortuna bona patrocina-
tur. Iug. c. 85.
- Nobilitatis Rom. superbia quo
primum tempore obuia itum-
sit, Iug. c. 5. eius commune ma-
lum superbia, Iug. c. 64. igna-
ya a Mario reprehenditur,
cap. 85. Vnde petenda, ibid.
tam peterisse, quam acceptam
corrupisse, melius est, eod. cap.
& cap. 31.
- Novo homini ante C. Mariū con-
sulatus nemini mandatus, Iug.
c. 63. & 73. fine.
- Numantia deleta, Iug. c. 7.
- Numidarum studia iuuenilia
Iug. c. 6. eorum alij Iugurtha,
alij Atherbalem sequuntur, c.
13. eorum reges, Romani no-
minis maxime studiosi, cap. 14.
eorū salutem ex Romanis pen-
dere, ibid. quare hoc nomine
vocati, c. 18. eorum ingenia,
c. 56. infidi, ingenio mobiles,
nouarum rerum auidi, ibidem
& 66. Romanos inuadunt, c.
cap. 50. fusi, fugatique, c. 67.
& 74. eorum spes in pedibus,
cap. 74. fine. pro opibus decimas,
atq; eo amplius uxores ducūt,
c. 80. eorum cibus & absti-
nentia, cap. 89. pabulo pecoria
magis, quam aruo studeat, eod.
cap. plerumq; lacte, & ferina
vescebantur, ib.
- Numidia pars, sicut Iugurtha
speciosior Atherbali traditur,
Iug. c. 16. qui legati ad ipsam
diuidendam missi fuerint, ib.
eius origo ac situs, c. 17. & 18.
& c. incrementum, ibid. va-
statur a Mercilo, c. 53.
- Nusa Nicomedis filius, regno fru-
stratur. Hist.
- O
- O**bscuri vitam virtute & in-
nocentia tuentur, Iug. c. 85.
eorum facta paucis nota, Cat.
cap. 51.
- Octavius Rufus quaestor, Iug. c. 4.
- Ope summa niti. Cat. cap. 1. & 38.
Iug. c. 9. & 14. & alias saepe.
- L. Opimius Consul, legationis prin-
ceps, a Iugurtha, corrumpitur,
Iug.

- Iug. c. 16. C. Sēpronio Graccho, & M. Fulvio Flacco interfectis, Consul acerrime victoriā nobilitatis in plebē exercet, ib.*
Oratio Atherbalis coram Senatu, Iug. c. 14.
Oratio Bocchi per interpretē ad Sullam, Iug. c. 110.
Oratio Caesaris, Cat. c. 51.
Oratio C. Memmij, Iug. c. 31.
Oratio Catilina qua coniuatos hortatur, Cat. l. 20. eiusdem, qua exercitum, c. 58.
Oratio Catonis aduersus Caesaris sententiam, Cat. c. 52.
Oratio legatorum Manlij, Catil. cap. 33.
Oratio Marij popularis admodū, Iug. c. 85.
Oratio Micipsa ad Iugurtham, Iug. c. 10.
Oratio Sulla ad Bocchum, Iugur. c. 102.
Orbis generalis diuisio Iug. c. 17.
Orta omnia occidunt, Iug. c. 2.
- P
- P***arta amittere maius dedecus, quam nihil peruisse, Iug. c. 51 & 85.*
Patres, Reip. Romae praesides appellati, Cat. c. 6.
Pater filium necat coniurationis in patriam participem, Cat. c. 39. quod iniussu suo in hostem pugnat, c. 52.
L. Paulus lege Plautia Catilinam interrogat, Cat. c. 31.
Pax diuersis in mentibus esse non potest, Iug. c. 40. & c. hac foris Romanos in lasciuiam coniecit, cap. 41. eius fundamenta, Hist.
Pecunia, maxima perniciēs hominum, Hist. eius studiū paci communi officio, ib.
Persarum origo, atque situs, Iug. c. 18. se per connubia Getulis permiscuere, cap. eodem. alueos nauium inuersos pro tugurijs habuere, ib.
Perfes, Philippi filius, in somnis occisus, Hist.
Petreius, Antonij cōsulis legatus, Cat. c. 59.
Philanonsara Iug. c. 19. & 79. sine ipso.
Pilani uini terra obruti pro Paenorum rep. Iug. c. 79.
Phœnices oppida multa in Africa condidere, Iug. c. 19.
Picenus ager, Cat. c. 57.
Cn. Piso factiosus, Cat. c. 18. coniurationis auctor, ib. Quæstor in citeriōre Hispaniam propraetor missus, c. 19. interficitur, ib.
C. Pisonis & Caesaris inimicitia, Cat. c. 49.
Pistoriensis ager, Cat. c. 57.
Plautia lex, Cat. c. 31.
Plebis secessio a patribus, & causa, Cat. c. 33. eius inopia subuentum, ib.
Plebs urbana infamis & egēs, Ca. c. 37. Catilina incepta probat, ib. & 48. eius opes quādo imminuta, c. 39. antea nouarum rerum studiosa, Catilina consilia execrari, c. 48. eius animi, post detectam coniurationem, mutati, ib. dua secessiones, Iug. c. 31. ex secundis rebus insolentia, c. 40. extremo. eā Gracchi in libertatem vindicare conantis, occiduntur, c. 42.
Pōpēij remotior ab urbe exercitus, Catilina spem incepti perficiēdi auxit, Ca. c. 16. Crasso inuius, c. 17. sine eius potētia formidolosa, c. 19. ad bellū maritimum atq; Mithradaticū missus, c. 39.

- Regni fſidia, ſunt amici Iug. c. 10.
 Regū antiquitas ſtuitia. Cat. c. 2.
 Regibus Romanis imperantibus,
 boni, quam mali, ſuſpectiores,
 Cat. c. 7.
 Regem armis, quam munificētia,
 vinci minus flagitioſum, Iug.
 cap. 110.
 Res humana ſemper ad deterius
 prolabuntur Cat. c. 2. fluxas
 & mobiles, Iug. c. 104.
 Res ſecunda ſapientium animos fa-
 tigant. Cat. c. 11. insolentiam
 pariunt. Iug. c. 40 ſine. mirē
 ſunt vitijs obtentui. Hiſt.
 Reſp. duabus artibus curāda, au-
 dacia in bello; equitate in pa-
 ce, Cat. c. 9. eius pretextu, pro
 ſua quiſq; potentia certat, c. 38.
 eam quibus rebus Romani an-
 xerint, c. 52.
 Rex nomen imperij primū fuit,
 Cat. c. 2.
 Regi conſiliū dare, arduum. Hiſt.
 Reatitius ager. Cat. c. 35.
 Rhodiorum a Romanis defectio,
 Cat. c. 51. bello Macedonico cap-
 ti, quare impuniti a Romanis
 ſini demiffi, eod. cap. opibus pop.
 Rom. creuere, ib. eorum iudi-
 cia, Hiſt.
 Roma urbis origo, Cat. cap. 6: a
 Troianis condita, ib. floſcens
 finitimis inuiſa, eod. cap. liber-
 tatem adeptā, breui plurimum
 creuit, c. 7. ſicuti ſentina, c. 37.
 in ipſa ſato regnaturi tres Cor-
 nelij, c. 47. ibi omnia venalia,
 Iug. c. 8. & 20. venalis, ſi modo
 inuenerit emtores, Iug. c. 35 ſin.
 in ea poſt Carthaginē deletā,
 ortā ſeditio, c. 41. in patres, &
 plebem diuiſa Hiſt.
 Romanorum antiquitas de hono-
 ribus certamen. Cat. c. 7. anti-
 quorum Romanorū mores &
 inſtituta, c. 6. & 7 & 9 eorum
 beneficentia. c. 7. & Hiſt. ſape
 parua manu fortiſſimos fuiſſe
 exercitus, Cat. c. 7. & 53. pra-
 clara agere, quā ſcribere mala-
 bant. Cat. c. 3. belli gloria pra-
 ſtantes, ib. eorum in adifican-
 do luxuries, Cat. cap. 12. & 201
 erga Pœnos ſœdiſragos fides,
 Cat. c. 51. arma, atq; tela mili-
 taria ab Samniib. magiſtra-
 tuū inſignia a Tuſcis ſumferūt,
 cap. ibid. quā a maiorum vir-
 tutibus deſcinerint, Cat. c. 53.
 Gallis belli gloria, Gracis faci-
 dia poſtſuerunt, ib. eorum po-
 teſtas, in curandis ſociorum in-
 iuriis, c. 14. a Iugurtha ſub in-
 gum miſſi, Iug. c. 38. ſine. eis
 omnia regna aduerſa, Iug. c. 81:
 eis melius viſum eſt, amicos, q̄
 ſeruos, quarere, Iug. c. 102 au-
 dendo, fallendo, bella & bellis
 ſerendo, magni facti Hiſt.
 Rom. exercitus prima corruptio,
 Cat. c. 11.
 Romano imperio ad occaſum, ab
 ortu ſolis omnia parebant Cat.
 c. 36 eius ſinis. Hiſt. de Rep. ord.
 Romanis equitibus indignū regū
 peregrinorum ſatellites agere.
 Iug. c. 65. & Hiſt. cum telis cir-
 cum adētē Cœcorāia, Cat. c. 49.
 Romanarum legum ſuprema po-
 tentia, Hiſt.
 P. Futilius, Metelli legatus, Iug.
 cap. 50.
- S
- Salluſtius a Rep. ad ſcribendū
 hiſtorias ſe transfert, Cat. c. 31.
 Iug.
 Saluti potius quam libidini con-
 ſulendum, Hiſt.
 Sapientes pacis cauſa bellum ge-

- runt, Laboremq; spe otij sustentant, Hist.
- Satura usus in sententijs exquirēdis, Iug. c. 29.
- M. Scavrus, in Senatu princeps, Iug. c. 25. qualis. ibid. a Iugurtha corruptus, c. 29. quasitor. c. 40. sine.
- Scipio Africanus, Romani exercitus imperator bello Numantino. Iug. c. 8. eius verba ad Iugurtham, ib. Iugurtham laudat, ibid. Iugurtha pop Romani studium commendat, eod. capite. eius littera ad Micipsam. c. 9.
- Scriba Cornelius. Hist.
- Secunda res sapientium animos fatigant, Cat. c. 11. insolentiam pariunt, Iug. c. 40. sine. mire sunt vitij obtentui. Hist.
- Seditiones tribunicia Remp. agitant. Iug. c. 37.
- Seditionib. omnia turbata. Hist.
- Selucia maxima urbium. Hist.
- Sempronia lex de prouincijs. Iug. c. 27. de vocandis ex quinque classibus centurijs Hist.
- Sempronia coniurationis particeps, Cat. c. 23. D. Bruti uxor c. 40. circa finem.
- Senatores indigni ordine, Iug. c. 4. quateraginta in victoria ciuili interiere. Hist.
- Senatus potestatem summam dat, Cat. c. 29. eius misericordia ac mansuetudo, Cat. c. 34. in eadem Concordia vocatus, c. 46. circa finem. ipse animus, plebs corpus. Iug. c. 41.
- Senatusconsultum, ne quid Resp. detrimenti caperet, Cat. c. 29. & Hist. eius summo. Cat. c. 29. in coniuratione. & c. 50. sine: item c. 52 & 55. de Numidia regno, de subueniendo Atherbali impeditur, Iug. c. 25. de prohibendis a mœnibus Iugurtha legatis, Iug. c. 28.
- Senatus populiq; Romani iniussu fœdus nullum fieri poterat. Iug. cap. 39.
- Senectus ipsa morbus. Hist.
- L. Senius, Senator. Cat. c. 30.
- Sententiam D. Iunius Silanus primus rogatur, Consul designatus Cat. c. 50. (Hist.
- Sententias per tabellas ferri solitas.
- Septimius Camers in agrum Picenum a Catilina mittitur, Cat. c. 27.
- Serpentes accenduntur siti. Iug. c. 89
- Sertorius Hispaniam citiorem vastauit. Hist.
- Seruile bellum Capua, & in Apulia, Cat. c. 30.
- Sicca oppidum quando primū a Iugurtha defecerit, Iug. c. 56.
- Sidonij quo modo in Numidiam peruenerint, Iug. c. 78. Leptim condiderunt, Iug. c. 19.
- Sisenna Lucius historicus. Iugur. cap. 95.
- P. Silius Nucerinus, coniurationis particeps. Cat. c. 21.
- Societatem belli iniri qui considerare debeant. Hist.
- Socordie humana imbecillitatis causa Iug. c. 1.
- Somnus egrum animum facile opprimit. Iug. c. 71.
- Spintheri Lentulo in custodiam traditus Lentulus coniuratus. Cat. c. 47.
- Sp. Albino Consuli Numidia prouincia obtinet. Iug. c. 36. a Iugurtha ludificatus, c. 38. Metello exercitum ignauium reddit, cap. 44. Massius persuadet, ut regnum ab senatu petat. cap. 35. eius exercitus solutissi-

- Iustissime vixit, cap. 44.
 L. Statilius coniuratus, Cat. c. 17.
 illi, & Gabinio negotium datur, uti urbem incenderent, c. 43.
 Summum ratio ad pacem fertinet. Hist.
 Superbia, commune nobilitatis malum, Jug. c. 64
 Suthul, oppidum Numidia, obsidetur, Jug. c. 37.
 Sulla fratres, Publius, & Seruius contriti, Cat. c. 17.
 L. Sulla quo pacto sibi exercitum solum fecerit, Cat. c. 11. crudelitas, ib. & cap. 51. eius, Marij Questoris, mores, ingenium, & natura, Jug. c. 95. eloquens, c. 102. oratio ad Bocchum, ibid. a Mario ad Bocchum de communibus rebus agendis mittitur, c. 105. eius magnanimitas, cap. 106. inconsternatus animus, ib. una cum Voluce per hostium castra proficiscitur, c. 107. pollicetur pacem Boccho, c. 111. illi, lege belli, omnia licuerunt. Hist.
 P. Sulla Consul designatus, Cat. c. 18. de ambitu puniendus, cap. eod. Damaspum & alios iugulari iussit.
 Sullani milites gregarij Senatores facti, Cat. c. 37. rapinis assueti, Catilina occasionem auget, Cat. c. 26.
 Syphacis, Numidia regis agros, urbesque, Romani Massanisa dono dant, Jug. c. 5. & c. 14.
 Syrtis in extrema Africa sinus duo, Jug. c. 78. unde dicta, cap. eod.
T
 Tanais flumen Africa, Jug. cap. 90. extremo.
 Tarquinius Lucius, coniurationis index, in vincula conicitur, Cat. c. 48. eius indicio non habetur fides ib.
 Thereon colonia, Cyrene, Jug. c. 29
 Thala, oppidum Numidia ubi thesauri, regij, Jug. c. 78. a Metello obsidetur, c. 76. capitur, ib.
 Thirmida oppidum a Iugurtha capitur, Jug. c. 12.
 Ti. Gracchus regnum affectans, occiditur, Jug. c. 31.
 Ti. Neronis sententia de coniuratis, Jug. c. 50. fore ipso.
 Timor animi auribus officit, Cat. c. 58.
 A. Torquatus filium necari iussit, Cat. c. 52.
 L. Torquato, & L. Cotta cōsulibus Catilina, & Autronius eadem parant, Cat. c. 28.
 Tribunatus pleb. summa potestas, Cat. c. 38.
 Tribunicia potestas Pompeio, & Crasso concessita, ib. materia discordiarum. Hist.
 Tribunicia seditiones Remp. agitabant, Jug. c. 37.
 Triginta Atheniensium tyranni, Cat. c. 51.
 Triumviri capitales, Cat. c. 55.
 Troiani Romam condidere, Æneæ duce profugi, Cat. c. 6.
 Tuba pugna signum, Cat. c. 60. principio.
 Tullianum, locus in carcere Cat. c. 55.
 T. Turpilius Syllanus Vaccesum pfectus unus ex omnibus Italicis non obruncatus a Numidis, Jug. c. 66. sine, & 67. sine. cuius ex Latio, c. 69. desertor presidij a Metello necatur, c. eod.
 Tyrannidem affectantium catallagus. Orat. Latronis.

V

- V**acca Numidarum oppidū,
forum rerum venaliū. Iug.
cap. 47.
- V**accenses a Metello deficiunt, Ro-
manorumq; praesidia interfici-
unt, Iug. cap. 66. diripiuntur,
c. 69. perfidia poenas luunt, ib.
- V**alentia a Pompeio deleta. Hist.
- L. Valerius Flaccus,** & **C. Pomti-
nius** pratores ad Allobroges in-
tercipiendos missi. Cat. c. 45.
- L. Vargunteius** senator coniura-
tus, Cat. c. 17. insidiatur Cice-
roni, c. 78.
- Verba virtutē non addere,** Cat. c.
58 & Iug. c. 85. sine ipso.
- Vettius Picens.** Hist.
- Via vna,** & ardua ad virtutem.
Hist.
- Victis,** quāta accidant incommo-
da, Cat. c. 51.
- Victoris in manu est,** bellum pace
mutare. Cat. c. 58.
- Victoria** obtenta, vel ignavis glo-
riari licet, Iug. c. 53. sine.
- Viris labor;** mulieribus munditia
conueniunt. Hist.
- Viris nihil reliquū,** q̄ solvere iniu-
riā, aut mori per virtutē. Hist.
- Viribus clara aeternaque** habetur;
Cat. c. 1. ei honos nō datur, Iug.
c. 3. non eget composita oratio-
ne, Iug. c. 55. neque datur dono
neq; accipitur, ib. post vitam
magis se extollit. Hist.
- Vita hominum olim sine cupidi-
tate agitata.** Cat. c. 2. silentio
non transeunda, c. 1.
- Vita & mors iure natura,** Hist.
- Vitabundus.** Iug. c. 60. & 101. ali-
bique.
- Vitia virtutum nomina sortita,**
Cat. c. 52.
- Viure qui dicantur.** Cat. c. 2. sub
finem.
- P. Umbrenus cōiuratus,** Allobro-
ges ad coniurandum hortatur;
Cat. c. 40.
- Volux;** a patre, Sulla obuiam mi-
titur, Iug. c. 106. Bocchi filius;
ibid. dubia fidei apud Sullam,
cap sequenti.
- Vrbe capta;** nihil reliqui sit victis.
Cat. c. 52.
- Vtica magna negotiatorum mul-
titudine,** Iug. c. 64.
- Vtres ex corijs.** Iug. c. 75. & 91.
- Vulgus seditiosum.** Iug. cap. 65 sine
ipso.
- T. Vulturcius Crotoniensis,** cōiu-
ratus Cat. c. 44. cum Allobro-
gibus ad Catilinā proficiscitur,
ib. Pratoribus se dat, c. 45. in
Ponte Mulvio capitur, ib. de
itinere, ac litteris interrogatur,
c. 47. eius indicium de con-
iuratis, eod. cap. ei, ob detectā
coniurationem, praemia decer-
nuntur. c. 50.

Z

Zama situs, Iug. c. 57. regni
Numidia arx, c. 56. oppu-
gnatur, ib. & capp seqq.

IANI GRVTERI NOTÆ

IN SALLVSTII CA- TILINAM.

CAPVT I.

Q*Vi sese student præstare ceteris animalibus*) Digladiantur alii, per me licet, genuinum ne magis, *animalibus*, an *animantibus*; dum norunt vtrumque videi, tanquam e glossa i reptitium. meis certe auribus, meo animo, hac voce retenta, odiose mox sequitur, *ne vitam silentio transeant, veluti pecora.*

Qua natura prona atq; ventri obedientia finxit) Sallustii breuiloquentia nõ consistit in eis, quæ vulgus hodie putat. quip; e paucioribus verbis dixisset, *natura prona atq; ventri obedientia*; abiecto *qua, & finxit.*

Quo mihi rectius esse videtur) sunt quibus omittendum videtur, *rectius esse.* ac ego maluerim excludi, *esse videtur*, item *mibi*; vt subintelligeretur *est*; magisque iuberet auctor, quam decerneret.

Diuitiarum & forma gloria fluxa atq; fragilis est.) id est, uemini est perpetuum gloriari in diuitiis, in forma. itaq; minime admitenda scriptura codicis Romani, *gratia.* quãuis ei videatur sua uenus, non est sane, si excutiat.

Vbi consulueris mature factò opus est) minime aduocatunt iudicium, cum quo uigebant, qui illud *mature* ad sociandum censuerunt præcedentibus. neque enim *mature* heic moratur, sed festinat. & alioquin, hac distinctione, directe abeat Sallustius ab eorũ mente, quorum sententiam exprimere uoluisse putatur: quemadmodum liquet ex eis quæ ad hæc uerba adduxit Aldus iunior.

CAP. II. ¶ *Nam in terris nomen imperii id primum fuit,*) potuisset compendiosius, *in terris nomen imperij primum*, relectis ceteris. quod non pono, vt præscribam Sallustio characterem scribendi; sed vt ostendam toto errare cœlo, quibus persuasum, eundem uti ubique sermone circumciso. id enim si effectasset, potuisset compendiosius qualibet pagina, uoces minimum quinquaginta. quod ipsum dicis caussa, infra aliquoties, ostendere animus est. ideoque, ubi occurreret Lectori; me arbitrari, hanc uel illam periodum, hanc uel illam uocem exterminandam; in eam capiet partem quam interpretor.

Æquabilis atq; constantius, &c.) ita manuscr. numero tredecim, ita omnes fere edd. vt operam ludant, qui nobis obtrudunt, *æqualius.* neq; enim sequitur, quia eo usus Tacitus, usum item Sallustium, & usum quidem isto loco.

M

*Imperium semper ad optimum quemque ab minus bono transfer-
tur*) ita antiquitus cusi, ita membrana, vno suffragio omnes: adeo
vt laudem nullam increatur facinus Pomponii Latii, a quo nobis
primitus obuenit, *imperium semper ab optimo quoque ad minus bonum
transfertur*: quod plitium deinde editionis inualit, tanquam au-
ctoris legitimum. nimirum, quicquid ineptiarum, saculo superiori,
Sallustio inuictum; id imputandum illi Latino; discedenti a castiori-
bus editionibus, Vicentina quidem anni cto cccc lxxv, Me-
diolanensi vero cto cccc lxxxii.

Vitam sicut peregrinantes transgere) Editio Carrionis *transiere*,
contra mil. meliores, in quibus, *transigere*, quod etiam non displicet.
amat enim vt infinitiuis hic uoiter scriptor.

CAP. III. § *Haud quaquam par gloria sequatur scriptorem & a-
ctorem rerum*) Qui heic obloquuntur i urnebo, ne hilum quidem
proferunt, quod non ipse antea probe sciuerit. quid autem hoc
loco sibi velit Verrius: non assequor.

Quia plerique, qua delicta) Ignoro, quo iure nonnulli intrudant
suum pleri. non omne quod licet Critico, statim etiam libuit Scri-
ptori.

Supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit) ita libri scripti omnes. Car-
rio pronomen excluderat.

Sicut plerique studio ad Republicam latus sum) haftenus vul-
gati, a studio, quod exiit quidem in plerisque mss. sed non etiam
aut in Commeliniano meo, aut Palatino Nazariano; vt nec in
Pal. sec. sexto, nono. & hercle ineptum est, imo ne Latinum qui-
dem: quidquid alii arguentur. *studium* opponit *iudicio*; vt & lib.
III. Historiarum: *Equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio,
quam consilio profectum.*

Pro pudore, pro abstinentia, pro virtute) si animus fuisset auctori
parcere verbis, suffecisset prepositio semel posita.

Ab reliquorum malis moribus) sic mss. notę minus vulgaris, non,
reliquis, vt hodie editur.

Cupido eadem que ceteros, fama atque inuidia vexabat) non au-
dio Palmerium, non Mutetum, non anes; qui nescio, qua monstra-
cinendationum nobis obtrudant: plurimum quidem adplausum
sed parum exercitatorum rebus politicis.

CAP. IV. § *Sed a quo incepto studioque me ambitio*) ita fere li-
bri electiores. nam posteriori tuo scriptis omilla est copula *que*
vt quis dubitare posset, vt; atque vocem, *incepto studioque* com-
mentam esse glossari.

Vt quaque memoria digna videbantur) non admodum requiri-
tur vox postrema, captanti breuitatem

A spe, metus, partibus Reip. animus liber erat.) & hinc dictio vlti-
ma talis sensu extirpanda poterat.

In facinus in primis ego memorabile existimo) fortius, mea sen-
tentia,

rentia, loquutus fuisset, omisso pronomine ego, & verbo existimo.

C A P. V. § L. *Catilina nobili genere natus, fuit magna vi &c.*) suspectum mihi, tanquam spurium quid redolens, natus fuit.

Civilis discordia grata fuerit) non desiderat sententia, vocem fuerit.

Supra quam cuique credibile est) dictio est, abesse poterat. at illud cuique exstabat in Pall. quatuor antiquioribus, item in mss. quos excusserat Bongarsius. antea erat, sine vlla euphonia, *supra quam cuiquam &c.*

Cuius rei libet simulator) Is ordo verborum in Pal. Nazariano, tertiusque solum seiuabat, *cuiuslibet simulator.*

Satis loquentia, sapientia parum) secutus sum consensum Grammaticorum. nam mss. sane vno ore reductum volebant, *elegantia, quod & edition: suæ redonauit Carrion.*

Nimis alia semper cupiebat) scripsissem potius *cupere.* sed & minus placent illud, *nimis alia.*

Lubido maxima inuaserat Reip. capiunda) reformatur a nonnullis vox postrema. ego mallem obelo confixam.

Quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit) & hæc abesse poterant.

Supra repetere ac paucis) duæ voces postremæ non multum habent quod heic agant. certe longe strictius Tacitus lib. III. *Annal. Ea res admonet, ut de principijs iuris, &c.*

Ex pulcherrima pessima &c.) eicci illa, & optima, quod in nullis reperirentur Pall. scriptis pretii melioris; idemque restarentur alii de suis.

C A P. VI. § *Sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum*) Palatinus nonus habet, *sine legibus, imperio liberum atque solutum.* is autem liber literas omnes adeo habuit euanidas, vt denuo eas aliquis depinxerit, sed qui non etiam semper institerit vestigiis scripturæ prioris. nam vbi mox habemus, *aucta satis prospera, satisque pollens videbatur;* apparent adhuc veteres licuræ vocis *prospera.* at renouator solum expressit, *aucta, satisq; pollens videbatur;* omisso illo, *satis prospera.*

Alius alio more viuentes) exstat in plerisque membranaceis, *alij alio &c.* sed non sunt illi e vetustioribus.

Ciuiibus, moribus, agris) nihil heic mutandum. nam leges complectitur dictio mores. vnde noster infra: *Ita bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat.* Et aut fallor aut respexit auctor noster ad verbum Bonum;

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Quod initio conseruanda libertatis atque augenda Reip. fuerat) ita solum ex duodecim mss. Pal. quintus. ceteris interponitur d. *clio causa,* sed falsitatis ipsam se arguit; adeo nō vno collocatur loco.

nam vetustiores posuerunt iuxta *libertatis*; recentiores, vel ante fuerat; vel ante *Reip.* est etiam qui habet post, *atque*; est qui post, fuerat. hæc dico, ne quis temere accedat Glareano.

Dominationemq; conuertit) et si mss. nostri agnoscerent pronomen *se*, expungendum tamen putavi, auctoritate codicis Romani ac Mersburgensis.

CAP. VII. ¶ *Sed ea tempestate, cæpere se quisq; magis extollere*) Particula *Sed*, & hoc & aliis locis pluribus, turbat magis quam ornat. sed & deleta dictione *cæpere*, exiret orationis filum, lenius. ac vero maxima sui parte exulare codice Ciacconii, ipsemet restatur.

Semperq; his aliena virtus formidolosa est) verbum *est* non habetur in Pal. nono, neque admodum requiritur; non magis quam paulo ante sunt, post, *suspectiores*.

Incredibile memoratu est) Si breuitati incumbere libuisset Salustio, dixisset potius, *incredibile*, omisso, *memoratu est*: neque heic modo, sed & capite superiore, & Iugurth. cap. xl. Aurelius Victor, utique dixit cap. x. *Titus postquam imperium adeptus est, incredibile, quantum quem imitabatur, antecierit.*

Iuuentus simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discibat.) Pal. quartus habet, *iuuentus pacis ac belli patiens erat*; vt forte scripserit auctor, *iuuentus, belli patiens, in castris*. relictis ceteris. sed & illud *usu*, nescio an heic necessarium sit aut, si; an voces *dux per laborem*. Naz. habet ad marginem, *simul labores ac belli*. vt alicui venire posset in mentem fuisse initio; *iuuentus, laboris patiens, in castris usu militiam discibat.*

Sed maximum gloria certamen inter ipsos erat se. quisque cæc.) est quidem disunctio hæc a me: sed scriptura se tuetur maiestate codicis Palatini Nazariani, cui præterea adstipulantur Pal. sec. ac meus Commelinianus. & vero, aut omnia me fallunt, aut adhuc eliminandum verbum *erat*. antea vulgati, *inter ipsos erat*. *sic se quisque*; quomodo item mss. æui posterioris. nisi, quod nonnulli, *sicq; quisque*; vt expressit editio Tacuini Veneta, cui præfuit Lætus. nam ea priores; *erat*. *sic quisque*.

Conspici dum tale facinus faceret, properabat.) si permetteretur meæ libidini, quiduis tollendi, sex istas vocem ablegarem alio; aut sane, verbum *faceret*; mutato *properabat*, in *properaret*. nam in aliquot mss. videmus alioquin, *properare*; vt etiam in editionibus primis.

magnamq; nobilitatem putabant.) priores voces *dux* nō parent in mss. Commel. videntur tamen necessariæ, conspiciunturque in membranis ceteris.

Lauais auidi pecunia liberales erant.) parum istud differt a proxime sequenti; *gloriam ingentem, diuitias honestas volebant*. itaque aut tollendum videri posset, aut detracto *erat*, adglutinandū aliis,
hoc

hoc modo: *Laudis avidi pecunia liberales, gloriam ingentem, diuitias honestas volebant.*

Ni ea res longius nos &c.) superfluum videtur, ea res, præcipue, cum similibus dictio statim sequatur.

CAP. VII. I. ¶ *Fortuna in omni re dominatur. ea res cunctas ex lubricine.)* Commel. nō agnoscit, ea res. & vero cum præcesserit in omni re; ingrata est repetitio vocis eiusdem. forte fuit, *dominatur, cunctaq; ex lubricine,*

Ex lubricine magis quam ex vero celebrat) adverbium magis non videtur in Pal. quarto; nec mihi dubium fit, quin abfuerit antegræpho ipsius historici. eam enim vocem fere subaudiebant antiqui. nec quidquam Tacito frequentius.

Sicuti ego existimo) Pronomen ego, nō est in Pal. sexto, septimo, decimo; omnes alii si nota pretiosioris præferunt, *existimo;* adeo ut id reuocandum sit, nisi auctoritatem eorum vilipendimus.

Quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia) est hic quidē verborum situs in mss. melioribus: editiones tamen primæ agnoscūt, *magna scriptorum ingenia.* Pal. vero vndecimus ac duodecimus, *quia ibi prouenere scriptorum magna ingenia, ac quartus; quia magna ingenia scriptorum ibi prouenerunt.*

Peri terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebratur) videtur a glossarگو aliquo, *Atheniensium facta.* Nazarian, præterea, ut & Pal. nonus, scriptum habent, *facta proxumis,* quod facile refingi posset in *pro summis.*

Ita eorum qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuere extollere præclara ingenia) Ego, qui Sallustius non sum, simpliciter scripsissem, *ita eorum virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuere extollere. At populo, &c. exterminatis ceteris.*

CAP. IX. ¶ *Iurgia, discordias, simultates)* editiones natæ intra annos triginta, voce amplius, *iurgia, discordias, iras, simultates.* eam eieci; quod abesset antiquitus culis omnibus, nec in vllō conspiceretur manuscriptorum, nisi Pal. duodecimo, scripto cld cccc XLVII.

In supplicijs Deorum magnifici) Pal. tertius & bonus non expresserunt vocem *Deorum.* ignorantia credo significationis antiquæ.

Duabus his artibus, audacia in bello &c.) tres primæ voces redolent aliquid spurii. fero tamen quamuis sint præter Laconismum.

Quarum rerum ego maxima documenta hac habeo; quod &c.) scripsissem potius, *Quarum rerum maxima documenta, quod.* omittis aliis.

Quod in bello sapius vindicatum est, in eos, &c.) ita mss. tredecim, nisi quod absit Pal. tert. in bello: male, puto. Cererum verbis istis hic est sensus: si numerus incatur, utriusque criminis, compertum iri, sapius impunitate donatos eos qui signa reliquerunt, qui loco cesserunt; quam qui contra imperium pugnarūt, aut tardius præ-

lio excefferunt. frequenter enim veniam datam prioribus illis ; postremis, fere nunquam falluntur qui aliter interpretantur, ac frustra descendunt ad coniecturas : quorum e numero aliquando & ego; coniectans legendum *seuerius*.

Cuncta maria; terræque patebant) ita mss. omnes, ne quis temere auscultet (Iacconio sublituere cupienti *parebant*). quomodo expressit editio Pomponii Læti, ac commentaria Omniboni Zanchi que. videatur heic Colerus: ita tamen, vt ei fidēs minime adhibeatur. carpenti Turnebum; cui falso aliam affingit sententiam. Quod magnus ille vir a se non nouit, nemo nouit, nemo nolcet: nedum aliquis qui omnia sua minima maxima, aut mendicorum more palam corrogat, aut fatum clam subleget

Ac miscere omnia cepit) vox postrema, non est quidem omnino, feriatæ; sed tamen siæ e contra ruina tolli poterat.

Aliud in lingua promptum habere) hæc est positura codd. meliorum editionumque pricarum. nam recentes, *aliud promptum in lingua habere*. patum quidem videtur referre hæc ne an illa collatione efferramus; sed contra est: sicut enim collo columbino alius atque alius oritur color, prout circumagitur, ita etiam heic.

CAP. XI. ¶ *Hominum exercebat, quod tamen vitium propius virtutem erat*) rotundius fuisset, *exercebat vitium propius virtutem*, eradicatis vocibus aliis omnibus: illud *propius virtutem*, diftete etiam perscriptum fuit in Naz. sed mutatum postea in *virtuti*.

Semper infinita, insatiabilis est) vocem postremam quilibet videt non ægre aufecti posse.

Neq; copia neq; inopia minuitur) respicit interpretis manum. qui videlicet vulgare istud dictum appingendum putarat verbis præcedentibus. at qui heic vocis subtractione, acutum sensum comminiscuntur, subtilius id faciunt quã verius, & contra fidem omnium membranarum rationemque loquendi communem.

Ne illi corruptis moribus) ita & nostri mss. plerique; paucis inscribitur illud antea vulgatum, *nedum illi*.

Hi milites postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere) æque bene procederet oratio, recisus vocibus aliquot, *hi milites, victoriam adepti, nihil etc.*

Victoria temperaret) optime in hæc interpretatus Riuus; vniuer posteriorēs eo, fluctus heic excitare quasi in sympulo.

CAP. XII ¶ *Innocentia pro maliuolentia duci cepit*) meo animo abundat *cepit*: tanto quidem magis quod proxime antecesserit, *diuitia honori esse coeperunt*.

Auaritia cum superbia inuasere) maluissem ego, *inuasere*; in finitio pro imperfecto.

In vr-

In urbium modum exaedificatas) sic etiam Pall. codd. addita præpositione ex.

Qua fortissimi viri victores hostibus reliquerant) ita meliores mss. Pall. etiam Bongarsianæ margines; non reliquerunt, quod mediæ ætatis editiones tantum obsider, non etiam antiquiores.

Maria contracta esse) Libuit nouam introducere lectionem, sed auctoribus libris. ita enim legas in Pal. tert. allusitque & Pal. sept. in quo *contracta*; & meus Com in quo tantum, *contra esse*, quod non neuini etiam saluam mouere poterat; vix mihi cui in oculis Horatianum: *Contracta pisces æquora sentium lactis in altum molibus*. tu mss. aliis videtur partim *contracta*, partim *constrata*. neutrum male, certe neutrum falso; nisi abblandiretur magis scriptura quam posui. verumque expressit Perronius versu vno: *Expelluntur aqua saxis, mare nascitur aruis*. alterum iteratur infra cap. xx. Etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis diuitias superare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coequandis &c. sed ne quid distimulem, neque ibi videtur id verbi sincerum. nam non *unam* tantum extruebant mare, sed alia atque alia, itaque coniecti olim *excludendo*. quod tamen metub. ne nasutioribus probem, quibus in memoria esse potest, Valer. Maximus lib. 1 x. cap. 1 Plinius lib. 1 x. cap. 21 v. alii que.

Quibus mihi videntur ludibrio fuisse diuitia) sic disposuerant voces membranacei. antea erat, *soano minus ameno; quibus mihi ludibrio videntur &c.*

Abni per turpitudinem) ita rursus omn. mss. ordine verborum alio. neque secus edd. vet.

Sed libido stupri, gænea, ceterique cultus non minor. inceserat viros pati muliebria) lute miremur Criticorum a stimulationem. nam hactenus fere lectum: *Sed libido stupri, gænea, ceterique cultus non minor inceserat. viros pati muliebria &c.* at sic nulli profusus mss. nulli imprelli ante editionem Latii. omnes quippe representare vno ore lecti omnem primam: quam etiam extare in Romano codice indicauit Vrsinus; qui aliter tamen hæc construit, ob distinctionem positam non suo loco. interim haud negauerim, non posse isthæc alia interpunctione accipi, ut dicatur, *incesisse viros lubulo patiendi muliebria, &c.*

C A P. X I V. ¶ *Catilina, id quod factu facillimum erat*) in Naz. & Pal. sec. initio fuerat, *actu*. vox vltima erat, superuacua videri queat.

Flagitiorum atq; facinorum) ita etiã codd. nostri meliores. neq; dubium quin ita trisferit auctor; non, *flagitiosorum atq; facinosorum*. consulantur annotationes Glareani.

Gæneo, manu ventre, pene bona patria lacerauerat) aliarum editiones vix amplius, *pene, alea, bona &c.* cuius vestigiũ nullum in inno-

centissimis libris, Com. Naz. Pal. sec. tert. quint. sed nec eodem loco visitur in ceteris. nam Pal. quartus positam habet loco ultimo; sextus, nonus, tertio: decimus, secundo. vndecimus, duodecimus, primo. at quintus exhibet, *adulter, alea ganeæ, manu ventre &c.* quorum testimoniorum dissensu, ipsa se se prodit falsitas. nimirum *alea* tunc temporis, appendicula erat, maiorum flagitiorum. qui *aleo* infarciunt, vt respondeant *manu*, minus calleant mores Romanorum.

Bona patria lacerauerat) ita nostum tredecim. ideoq; vix admittemus aliorum *lancinauerat*.

Periurio aut sanguine) ita Com. meus, ita quos excussit Bongarsius, ita nouem de Palatinis duodecimo. vnus enim destituitur copula solum, septimus & duodecimus habent *atque*: quod aliis quidem impense probatur, sed non etiam mihi. neque enim video cur tali nexu minus respondeat, *perdurium* linguæ, manus *sanguini*. quid quod faciunt pro nobis Augustini Codd. scripti, quos consului omnes.

Par similisq;) Lacon aliquis vix requireret; vocem *similis*.

Neq; sumtui, neq; modestis sua parcere) Commelianus non habet, *sua*. neque admodum desidero.

Ex alijs potius quam quod cuiquam id compertum foret) Naz. subductum habet linea vocem *quod*, & vero non agnoscunt etiam libri quos contulit Bongarsius, non Commelinianus meus, non Pal. tert. quart. sext. oct. non. dec. vndec. duodec.

CAP. XV. ¶ *Multa nefanda supra fecerat, cum virgine nobili, cum sacerdote Vesta.*) Duo genera stuprorum intelligat necesse est; alioquin admodum suspectanda illa, *cum virgine nobili*, tanquam a manu interpretis; Commelini codex vetustate ipsa exesus, aliud quid videtur habuisse: sed non potui oculis assequi. si liceret, suspicarer, duo illa membra, *cum virgine nobili, cum sacerdote Vesta*, esse a glossa. nam quid heic auctor pro confesso ac certo, ponat, cuius nec ipse Catilina, neque Vestalis conuici potuit? vt enim dicatur conuictus quidem, sed euasisse, gratia Catuli, hoc fuerit accusare ipsos iudices; quod odiosum nimis. si non: at verbulo saltem indicandum erat.

Qua quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinoris) Æque neruosum fuisset, *qua quidem res in primis causa facinoris &c.* reiectis aliis: imo suffecisset. *fecisse: causa facinoris maturandi*.

Conscientia mentem excitam vexabat) ita fere Pal. nisi quod loco *vexabat*, eorum decem seruent *vastabat*. quomodo & Com. meus, editioque vetus. Pal. præterea quintus seruat, *excitatum*; octauus *exitam*. at Naz. videtur primo habuisse *exitam*, aut per compendium scripturæ *exterritam*, siue etiam *exercitam*. & vero alterutrum præposuerim vulgato. sed nec omnino etiam displicet *vastabat*; nisi si id m. tandem in *versabat*.

Color eius exsanguis) Naz. & Com. *color exanguis, sine eiu;* qua dictione etiam deturritur Pal. octauus, in quo; *color exanguis*. Pal. sec. habet *color ei exsanguis*. ceteri ad stipulantur lectioni primæ.

CAP. XVI. ¶ *Inuentum, quam ut supra diximus*) voces postremæ quatuor induci poterant, nullo sententiæ detrimento. *Si causa peccandi in presens minus suppetebat*) Si mihi scribenda fuisset historia, omissem illud *peccans*; quod satis subintelligitur.

Ipsi, consulatum petundi, magna spes) At iam antea petierat, vt monuit ænicus noster Vrlinus. itaque diuinaram in Suspicionibus meis, *potiundi*. Pal. sec. ac quint. seruat *petenti*. duodecimus vocem nullam habet, sed solum, *ipfi consulatum magna spes erat*. facile esset scribere *consulatus*. sed vt iam semel dixi, liber ille vix est annorum ducentorum; haberque alioqui verbum *petendi* adoram.

CAP. XVII. ¶ *Primo singulos appellare, hortari alios, alios tentare &c.*) Non comparet dictio *singulos* in Pal. Nazario, qui præfert tantum, *primos appellare*. & fere esset vt probarem; nisi ceteri mss fauerent *vulgatis*.

Vbi satis explorata sunt, qua voluit) mallem abesset *uocula sunt*. Tacitus dixisset; *satis exploratis qua voluit*. *Quibus maxima necessitudo, & plurimum audacia inerat*) etiam isthæc dictio postrema abigi poterat, sensu saluo.

Multi ex colonijs & municipijs domi nobiles) ita fere mss. nostri. editio vetus interposuerat, *domi & militia nobiles*; plane contra libros & mentem auctoris; certe præter membranas, non nostras modo & amicissimo Bongarsio excussas, sed & Riuianos, Popmæanas, aliorumque. impotuit nimirum primæ editionis curatoribus insolens locutio *domi nobiles*, itaque addiderunt aliud illud membrum de suo.

Huiusce participes nobiles) Videtur abundare vox postrema. sed cum extet in mss. omnibus, annotare licet quidem quid nobis de ea videatur, tollere etiam, non licet. certe non mihi.

Ceterum iuuentus pleraq;, sed maxime nobilium, *Catilina inceptis fauebat*) voces sex postremas, nescio an non suspectas habere possim, tanquam auctoris minus legitimas.

Quibus in otio, vel magnifice vel molliter viuere copia erat) nihil discrepant mss. nostri. id monco, quod aliquando in Suspicionibus tentaram, *viuere inopia erat*. nec enim videbam cur certa malent pro incertis, bellum quam pacem, homines fortunati. nunquam sustineo me, putoque sapientis esse, nonnulla ignorare.

Principem se fore) ita transposuere mss. nostri; etiam editiones primæ.

CAP. XVIII. ¶ *Prohibitus erat consulatum petere*) Dictio erat, superuacua est. ad posituram, quod attinet, ita est in mss. Pall. editisq; vetuste.

Quod inter legitimos dies) fuit primitus in Naz. legitimas.

In nonas Febr. consilium eadē transfulerant) ita mss. Pall. meliores etiam ii quos consuluit Bongartius. hactenus vulgati, transfulerunt.

Iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur) maluissim ego, machinati; ut penderent adhuc a superiori periodo.

Eo die post conditam urbem Romā) odiosa heic vox Romam; nec heic solum, sed aliis locis ubi iungitur diction: urbi. urbs enim per excellentiam, Romam ipsam designat; ut vel pueris notum. si tolerari debet; malim cum Pal. quinto, Roma.

Quod cum infestum inimicum Pompeio) superfluit vel infestum, vel inimicum. leuatur tamen mss. omnibus.

Fœdum hominem a Rep. procul abesse volebat) vocem esse, excidende poterat, si verbis patere voluisset auctor.

Simul quia boni complures presidium in eo putabant). Non male Bongartio excussus liber, simulque boni; et solo uerum hec formatur sequentia: Simulque boni complures presidium in eo putabant, etiam tum potentia Pompeij formidolosa; cetera uoce erat. uocula Cnæi quæ uisitur in editionibus aliis, sublata est e nostra auctoribus mss.

Sed imperia sua multa antea perpessos) excludi poterat, coniunctio, sed. Editio anni c10 cccc lxxv expressit heic sua. Naz. uero præfert multo. miror nonnullis sapere quod in Castellioneo est sed cō sape imperia sua antea perpessos. quis enim non uidet esse ab interprete?

CAP. XX. ¶ *In abditam partem adiuu secessit; atq; ibi omnibus arbitris &c.) in Naz & Com. Pal. quinto & duodecimo est, secedit. neq; lecus impressio antiquior. pollet quis suspicari esse a glossa. certe sine eo constat sententia; sine cuius damno adhuc alias quoque uoces remoueris, hoc modo: in abdita partem adiuu, omnibus arbitris amotis, orationem.*

Ni uirtus fidesque uestra, spectata mihi forent) haud aliter editiones patrum æuo natæ, cui adpirant præter Commel. meum & Nazarianum, Palatini quatuor. post editæ, interiecta uoce, uestra suis spectata: qua tamen & plerosque mss. Riuii destitutos, ipsemet monuit.

Spes magna, dominatio, frustra in manibus fuissent) expressi quod erat in Naz. & Pal. sec. neq; aliter editio Aldi c10 l0 xxi. ut omittam mss. Riuii. nostri. alii habent dominationis præter Commelinianum tamen in quo, dominandi, postea que fuissent. quod autem n. get Glareanus, Dominationem fuisse in manibus conuictorum; nihil obstat nostre lectioni. nam oratorie loquitur Catilina. se. utque suæ causæ.

Neq; ego per ignauiam, aut uana ingenia) posui in Suspicionibus uideri

videri legendum *ut vana ingenia*. nunc nihil pertendo, cōtra ma-
 icitatem missi haud tamen adhuc potest displicere omnino alterū.

Cognoui fortes si. losq; mihi) pronomen, auribus meis oslicit.

Animus ausus est maximum atq; pulcherrimum facinus incipere)

puer pigerque barbaria! omnibus Pall. adest vox vltima. at inci-
 di olim in codicem Polonicum; illi aberat. quin debeat; nomi-
 nem puto ambigere, cui cognita indoles linguæ Latinæ.

Simul quia vobis eadem qua mihi bona malaque esse intellexi)
 non acquiescit animus tempturæ vulgaræ. & Naz. ac Comm. abest
 pronomen *qua*. forte excidit vox, repetendaque isto modo: *simul*
quia vobis eadem, eadem mihi bona, malaq; esse intellexi. illud esse, ab-
 erat Polonico; & est sane superuacuum.

Idem velle atque idem nolle ea demum &c.) suavius accideret
 auribus gnōmæ; deleta atque. nisi magis rescribendum cum Com.
 Idem velle atque nolle, aut cum Pal nono, *Idem, velle, nolle, ea*
demum.

Indies magis animus accenditur.) Intrudunt alii, *in dies magis*
magisque animus. & sic quoq; editio vetustissima sed contra ple-
 rosque manuscriptos. s. solum enim hæret in Palatinis ætatis recen-
 tissimæ, vndecimo & duodecimo.

Nisi nosmet ipsos vindicamus) ita miss. electiores; nō, *vindicemus*,
 quod & respuit editio cernis antiquior.

Vulgus fuimus) sic concorditer miss. nisi quod a secunda ma-
 nu Naz. & Commelinian. *sumus*. sed ne sic quidem impressi anti-
 quitus.

Quis mortalium cui virile ingenium inest) Vulgari hætenus, *in-*
genium est. sed alterum, auribus accommodatius, tuerur se anti-
 quissimo Pal. Naz.

Quas profundant in exstruendo mari) ita quidem miss. nec præ-
 fracte dare nauerim. conieci tamen olim in Suspicionibus *in ex-*
cludendo, ut velit, illi magno mari vim fecisse suis exstructionibus
 insanis.

Nusquam vllum esse? cum tabulas signa, &c.) & ita quoq; cōcor-
 diter miss. Pal. & vet. edd. ne quis Popmæ auscultet, largienti nobis
 aliud adhuc verbū, hoc modo: *esse? Illi cum tabulas &c.* Equidem,
 si ita vlli codices; sciamus oportet, notæ deterrimæ.

Emunt, noua diruunt, alia adificant.) expunxi illud, *vetera ne-*
gligunt, quod Carrionis sequentesque occupat editiones; quo-
 niam nulla eius litera compareret in miss. Palat in Bongarlianis,
 in Commeliniano meo, imo ne in veterissimis editionibus: qui-
 bus primam pestem inuexit, Pomponius Lætus, dum fingit; *emūt,*
vetera diruunt, noua adificant. ingeniose profecto. si id vocis qua-
 drat in stuporem.

En illa illa, quam sepe optastis libertas) sic & Naz. & codd. virtutis
 robustæ. nam ætatis vltimæ, semel tantum posuerunt illa.

Fortuna ea omnia victoribus premia posuit) non adest omnia. Com. nostro. Pal. quidem tertio adest, sed is destituitur illo, *præmia*. Pal. autem noaus & decimus, non agnoscunt pronomen *ea*. ac ceteri fere mss. verba sic collocant: *Fortuna omnia ea victoribus* &c. posset non inepte refingi: *en illa illa, quam saepe optastis libertas, præterea divitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt; fortuna victoribus præmia. res* &c.

CAP. XXI. ¶ *Quibus mala ab ille omnia*) Hic est ordo omnium mss. omnium editionum, ante Aldinam. itaque valeant antiquiorum noua figmenta.

Quem sibi collegam fore speraret) Putide inculcatæ videri queant voces istæ quinque cum mox sequatur; *cum eo se consulam initium agendi facturum*; & vero, diu est, quod ad cloacam maximam abegerint suspiciones nostræ.

Cum eo se consulé initium agendi facturū.) Pal. quarto abest *vo* habetque *consule*, contra editiones priores ea quam extransit Lætus, contra Pal. pr. sec. ac Com. nostrum. nam ceteri sane omnes, *cum eo se consule initium*. quod non probo; cum a libris illis antiquioribus videam stâtes Carrionis membranas & Bongarsii posset tamen ferri & altera, si rescriberetur, *cum eo, se Consule, initium agendi futurum*. sed ne quid mentiar; puto illud, *agendi*, a mala manu. certe supersit, adiectumque ei præterea in mss. posterioribus *agendi belli*.

Ad hoc maledictis increpabat) malle, increpare; eo magis, quod inciderim in membranaceis qui præferrent *increpat*.

CAP. XXII. ¶ *Cum ad insurandum populares sceleris sui adigeret*) mss. ferè, *adiceret*; vnde natum illud mediæ ætatis, *adiceret*. porro qui heic omnino requirunt tollūt præpositionem *ad*, non video cur id fieri debeat, inuitis.

Humani corporis sanguinem) quidē improbo qui multa heic cumulant exempla nati. scelerum sancientium sanguine; tantum dico, alio fini factum. attilina. alii enim nihil se peccare putabant interfecto aliquo cuius cruorem haurirent. ac istud coniuratis pro scelestissimo erat, eoque crimine capitis incurrebant noxiam: itaque excogitarum potissimum ipsis, ne possent fallere. Videatur Discursus mei, ad locum Taciti lib. 1v. Hist. *Occisis legatis, quo minore spei venia cresceret vinculum sceleris*.

Vt in solemnibus sacris fieri consuevit) facile pateret relcindi, *fieri*, imo etiam *consuevit*. certe prius abest codici mss. quem aliquando nactus e Polonia.

Ficta hac & multa præterea) ita mss. nostri & primitus impressi, sequentes enim; *ficta & hac, & multa* &c.

CAP. XXIII. ¶ *Neque reticere qua audierat*) Magno molimine magnas aguncugas, qui mutatum volunt *reticere*, in *retinere*.

Nea,

Neq; facere quicquam pensi habebat) in ms. Polon. non erat vox ultima, nisi a manu secundaria. & vero si subintelligamus pronomen *ei*, facile ipsa careamus.

Repente glorians, maria montesq; polliceri cœpit) ferrem patienter tolli, tum glorians, tum cœpit.

Nisi obnoxia foret) Ita meliores mss. non ut hæc teus publicati, in sibi obnoxia.

Ferocius agitare quam solitus erat) deleri poterat verbum ultimum. sed & compendiosius diceretur, *solito agitare ferocius*.

Sublato auctore) Iuuenis ille, qui hæc aliorum ineptiam accusat, nihil proficit, nisi quod suam præterea prodat. imo diuersum auctor sentit quam ipse vult: nempe indicasse quidem Fulviam coniurationem, sed haud etiam nominasse eum per quem scierat, Curium scilicet.

Qua quoque modo audierat) sic iterum mss. Pall. melius quam *ve* vulgatus, *que quomodo*.

Quasi pollui consulum credebant) hæc est vnanimis lectio mss. non credebat. & vero mutatio numeri haud inusitata Sallustio.

C A P. XXIV. ¶ *Qui postea princeps fuit belli faciundi*) Minime requiras verbum *fuit*. imo æque plene dixeris; *portare, postea principem belli faciundi*.

Hæc mulier genere atq; forma, præterea viro atq; liberis, satis fortunata fuit) Maluisse, commiserat; mulier genere, forma, viro, liberis satis fortunata; liberis &c. præteritis ceteris vocibus.

Multa alia que instrumenta luxuria sunt) videtur exterminanda que, & sunt. certe Pal. nonus habet, *multa alia que erant instrumenta lux.*

Sed ei exiora semper omnia, quam decus atq; pudicitia fuit) Polon. codex non agnoscit illud *semper*, habetque sine fuerat. sed & Pall. aliquot voce ultima seruant *fuere*; ut non temere putem abesse posse illud *fuit*, forsitan *semper*.

Prorsus multa facietia, multusq; lepos inerat) sic mss. Pal. nisi quod sept. & nonus: *inerant*. nihil igitur mutandum. nam si interpolandus auctor, malem reduci; *prorsus multa facietia; multique leporis; abiecta voce inerat*.

C A P. XXVI. ¶ *Facile se ex voluntate Antonio usurum*) Si abfit, haud desideres, *ex voluntate*: suffecerit enim, *facili se Antonio usurum*.

De quo paulo ante memoravi) Morboniam ire iuberem verba parenthesi ista conclusa; si liceret per libros, & ræ Sallustius lectores suos habuit pro potioribus Lethes, si arbitrabatur in memoriis eis reuocanda vix decem versibus ante memorata.

Neq; petitio) falsum est, hæere in vet. add. *petitiones*. Vicentina enim, nec non Mediolanensis, omnium primæ, alterum seruans; comparatque idem in Veneta Læti, ut & Aldina anni cto 10 xxi,

ceterisque aliquot seqq. & vero agit auctor de petitione consulatus Catilinæ. nam accipere *petitiones*, metaphorice; est sine vlla figura prodere fatuitatem suam.

Neque insidia quas Consulibus in campo fecerat, prospere cessere) reuocata lectio ex Orci cancris, seruatur Pal. Naz. (ec. tert. & Com. meo. viliturque etiam in Pal. quart. sed numero singulari, *Consuli*, hæctenus mutilate editum, *quas Consuli fecerat*. nam Ciceroni aliisque inditearum Catilinam in ipso *Campo* discrete traditum pluribus, etiam Dioni lib. xxxvii. Inuenerat scripturam hanc nostram in nonnullis membranis Popma; non etiam retinuit, quod altera plurium comprobaretur codicum testimonio male. ex vero namque P. Syrus, Est turba semper argumentum pessimi.

C A P. XXVII. ¶ *Quem ubiq; opportunum, sibi fore credebat*) fere fecerim transpositis syllabis, *ubi quemq; opportunum &c.*

Opportuna loca armatis hominibus obsidere) hincuitati studuisset, omisit, *hominibus*.

C A P. XXVIII. ¶ *Constituere ea nocte paullo post, cum armatis hominibus &c.*) & heic vacat illud *hominibus*. sed nec satisfaciunt, *ea nocte paullo post*. suspicor vocem aliquam ab vsu remotiorē abactam, ac substitutam eius loco *paullo post*.

De improviso domi sua imparatum confodere) Commel. nō habet illud *sua*, erasunq; etiam stylo correctoris in Naz. neq; displicet: quamuis item mallet auferri vocem *domi*, nec non, *de improviso*. in Pal. tert. est; *domo sua*. in sept. *domui sua*

Quorum in ea regione magna copia erat) dictio vltima reiici potest, ceu superflua.

C A P. XXIX. ¶ *Ea potestas per Senatum, more Romano, magistratui maxuma permittitur, exercitum parare*) nō habet *per Senatū* Pal. tert. & poteramus eo carere, vt & aliquot verbis subsequis. nā, aut valde hallucinor, aut auctor scripsit: *Eo permittitur exercitum parare, &c.* reliqua omnia irrepperunt e glossa; & ea quidem quauis cloaca foetidiorē, eis quibus nora Respublica Romana.

Nulli earum rerum Cōsuli ius est) dictiuncula postrema abūdat; forsā & antepenultima. ceterum libri meliores; videlicet Pal. prae sec. Bongarsii ac Commelini habent voce prima, *nullius*, de quo consulatur. Riuus, Riuus inquam, cui Sallustius ciuicam debet. nam & meo iudicio, reuocanda ab exilio lectio illa.

C A P. XXX. ¶ *L. Senius Senator*) expunctum libens dictionē *Senator*. neque enim periculum est, vt arbitremur fabulcū quem recitasse literas in Senatu

Quas Fasulis allatas sibi dicebat, in quibus &c.) fere est, vt expungi debeat, verbū primum & antepenultimum. at ecce, ta: quam si inopia summa esset & verborum & sensus plane mancus Popma nostra adhuc adiuit ex codice Moriniano, *dicobat, a Quinto Fabio, in quibus &c.* euge euge! nisi sciremus baiuium literatum, omnia perie-

perierant, at ut taceam Glareanos, Riuios, Carriones, Vrsinos, reliquos affirino libris missi, quatuordecim quos ego excussi, libros itē quos Bonarsius non agnosceat. *Q. Fabium* nimirum aliis omnibus *Conclator*, vni *Popinae* est *Ladas*.

Circumq; ea loca missi, quibus non poenitet aliquādo conuicisse, *circumq; e loco missi*, nescio an non uidebit, se adhuc obtinere antiquum, ac priore morbo impeditos. nihil enim altera lectione euclatus, nihil aptius.

It utrique ad urbem Imp. erant) sic & Pal. Nazarianus, quomodo legisse Alconiuu. bene monitum Riuius.

Qua contra Remp. facta erat) forte nihilo inconcinnius, *contra Remp. facta*; abiegata voce principali & finali.

CAP. XXXI (*Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata facies urbis erat*) serua est ut pronuntiem illa, *permota ciuitas*, natum a gl. illa: certe parum habet quod heic agat, ut etiam substantiuum erat.

Neq; bellum gerere, neq; pacem habere) exturbarem libens istud gerere; tanto quidem pronuntias, quod sint missi in quibus non comparer, sed eius loco agere.

Ad hoc mulieres quibus Reipubl. magnitudine belli timor insolitus) sic decem minimum membranae illud, quibus pro Reip. magnitudine, vix inueni in duobus uilissimae notae u. s. tertius uero habet, quibusq; Reip. magnit. sciamus autem in uelut editionibus nostris a Pomponio Laeto. neq; enim existat in editis prioribus. Locū istum bene explicat Glareanus. nam ualde heic abit a iudicii sui acrimonia Fuluius Ursinus. ceterum uox *incesserat* deleri possit: salua sententia, quilibet uidet. quod iterum dico propter eos, qui nescio quam uerborum auariciam, affingunt Sallustio.

Rogit. res, omnia pauere &c.) Pall. pretii edecumati, nihil abeunt ab hac sententia, nisi quod Naz. initio habuerit, *recogitare*. quibus res est recentior adiciunt, *rogitare Deos, omnia pauere*, quod cum non etiam admittam, facit p. accedens, *manus supplices ad caelum tendere*: qui hoc enim facit, utique rogat Deos. putarem potius repetendum, *rogitare omnia, omnia pauere*; ut dudum indicauit in libellis Suspicionum; quas quamuis haud magnae rei, diutius tamen publico argere non est animus: ne si quid mihi accidat humanus, aut pereant, aut interuertantur, quid enim dicam interpolentur? cum uideam inodo exortum genus hominū uere frontis ferrea, quibus audacia est vulgare uiuentium adhuc scriptorum monumenta eaq; mutila: neque id tantum; sed & eis interspargere, proprias ne, an alienas coniecturas, tanquam palmarias; imo etiā intermiscere, si non propria, at certe aliorum elogia, plus quam sesquipedalia; idque contra auctorum ipsorum & opinionem & mentem, nedum uoluntatem. & tales tamen uideri uolunt a Natura potissimum delecti corrigendis moribus.

Dissimulandi causa, & ut sui expurgandi) sic mss. minus vitiosus, a quibus minimum abeunt quos excussit Bongarsius præferentes, & aut sui exp. quomodo etiam præter aliquot Pall. editiones primæ. nam interpolata a Læto præfert, *dissimulandi causa & sui expurg.* ab Aldo seniore, & quasi sui exp. quæ forma in nullo scripto Pall. valde se mihi probat coniectura Fulvii, *an sui exp.*

Sive presentiam eius timens, sive ira commotus) vix mihi persuasero lectioem loci huius sinceram. vtraque sane causa indigna Cicerone. itaq; quamvis posset refingi. *sive presentia eius sive ira commotus*; capior potius suspicari pleraq; a glossa, ac fuisse primitus; *Consul, presentia eius commotus, orationem &c.*

Quam postea scriptam edidit) an ista putabimus Sallustii? vix.

Postulare a Patribus conscriptis ne quid) ita omnibus literis Com. meus, nec abit Pal. Naz. nisi quod vnica litera expresserit vocem alteram, sic: *postulare Patribus C. ne quid.* vnde natum aliorum mss. edd. que *a Patribus cœpit, ne &c.* at enim, cum illud a, nō sit in Naz. restetque in Pal. sec. *postulare patres cœpit*, videndum an non potius scripserit auctor, *Postulare P. C. ne &c.*

Ne existimarent sibi) Pall. quinque minus recentis ævi, heic iterum præferunt *estumarent*; neq; aliter Com. meus.

Cuius ipsius atq; maiorum plurima beneficia) illud *ipsius*, non est in Com. nisi a manu emendatoris. vt poterat profecto abesse.

Beneficia in plebem Romanam essent) ita quidem libri; sed nonne melius? *in populum Romanum*; errore orto ex compendio scripturæ. P. R.

Inquilinus civis urbis Roma) aliquis superscripserat interpretationis causa illis, *Inquilinus urbis, civis Romæ*: id postea a bardis hominibus redactum in contextum ipsum; meo quidem iudicio.

Ruina restinguam) appingitur Nazario, alias legi *extinguam*. & sic refert Commelini codex.

C A P. XX XII. ¶ *Cum magno exercitu ad urbem accessurum*) sic fere mss. & editi, præter vnum in quo, *accursurum*. quod tamen haud temere probem, quamvis prima specie blandiatur oculis.

C A P. XXX III. ¶ *Violentia atq; crudelitate feneratorum*) Sic Pall. omnes itaque vix est vt accedamus codici antiquo, quem contulit Reip. nostræ literariæ Gemma Bongarsius, *per violentiam Prætorum atq; crudelitatem feneratorum*. natum enim, ex iis quæ mox sequuntur: *tanta sauitia feneratorum atq; Prætoris fuit.*

Plurimæ patria; sed omnes fama atq; fortunæ experies sumus) Naz. ac Com. fuit initio, *Patria*; nec abhorruerim a variatione huiusmodi casuum, iam supra etiam vlitata nostro. posset etiam nullo sensus detrimento tolli *sed*.

Sæpe maiores nostri miseriti plebis) sic vet. edd. sic Pall. sic Bong. sic Vri. sic Com. noster. itaq; valeat aliorum, *mores vestrum*; quod heic, mea sententia, locum commode habere non potest.

Volent-

Volentibus omnibus bonis, argentum aere solutum est) etiam nostri Pall. voce auctiores, *aere communi solutum est*; sed non illi, quibus auctoritatem aliquā circumdedit antiquitas remotior. iis quippe vocis eius; nec vola, nec vestigium.

CAP. XXXIV. § *Ad hac Q. Marcius respondit*) dictionem *respondit*, habuerim pro adulterina.

Non quo sibi tanti sceleris conscius esset; sed uti.) apparet sententia, *non tanti sceleris conscius; sed* & ceteris omissis.

Longe diuerfas literas Q. Catulus) vox *literas* nihil addit auctori, nihil detrahit; nisi quatenus otiosa est.

Quas sibi nomine Catilina redditas) si non omnia sunt e glossa, legendum uti *que sibi nomine Catilina redditas*; relectis ceteris.

Earum exemplum infra scriptum est) illud *in fra scriptum*, spucium quid redolet: certe minime requiras, si absit.

CAP. XXXV. § *L. Catilina Q. Catulo salutem*) mss. nostri vetustiores, *L. Catilina salutem Q. Catulo*. Vaticanus vero codex in quo soli visuntur orationes, adhuc amplius *Salutem dicit Q. Catulo*. ut fere superer fuisse tantum *L. Catilina Q. Catulo*. omnibus ceteris; quæ frustra requiras in Pal. nono & vndecimo.

Quam mediis fidius veram licet cognoscas) ita omnes mss. præter Pal. nonum, in quo, *quam mediis fidius licet ut verum agnoscas*. haud ignoro quidem citari a Seruio lib. III. Æneid. *Qua mediis fidius vera licet mecum recognoscas*; sed nec hoc ignoto Grammaticos sæpe recedere ab ipsius auctorum verbis. certe cognoscere idem notare quod recognoscere; patet ex capite XLVI. *cum prius omnes signa sua cognouissent*. Interim & in his dictionibus, & in superioribus aliquot viginta laterè vlcera; plura, plane mihi persuadeo: quæ cum non etiam erūmas ope manuscriptorum, per nos sic perpetuo maneat, licet.

Non quin as alienum meis nominibus ex possessionibus &c.) ita editio Aldi Romani; neque aliter Pal. quintus nam tert. & duodecimus *non quin as alienum meis nominibus sumptum ex possessionibus*; at reliqui mss. ætate priorés accedunt editionibus primis, habeantque; *non quia as alienum meis nominibus, ex possessionibus*; posteriores vero; *non quia as alienum meis sumptum nominibus, ex poss.* Comelinianus meus hec soltolo destituitur.

Cum & *alienis nominibus liberalitas Orestilla* &c.) sic quidem editio prima, & Pal. quart. oct. non; sed præter auctoritatem membranarum vetustiorum Nazænim; sed & *alienis nominibus liberalitas Orestilla*. al. vero sec. & vnd. & dauid. & cum *alienis nominibus*. tert. & *alienis*, sine illo *cum*: sextus refert *sed cum alienis*. quintus, & decimus, *cum etiam* & *alienis*, sept. *cum alienis*, sine &. At enim Polonicus ille perscripserat *cum* & *alienis liberalitas Orestilla*, absque voce *nominibus*: miræ discrepantiæ! vnde adducor tu *picari*; *non quin as meis nominibus, ex possessionibus soluere possent, alie-*

nis, liberalitas Orestilla, suis filia q, copiis; exterminata voce persolueret: repetitoq; δὲ τὸ ἔργον, soluere posset. vt velis; tantum sibi superesse in bonis, vt propria nomina iis exoluat; tantum in Orestilla & filia eius; vt nomina aliena, pro quibus fideiussert.

Honore honestos videbam) mss. omnes edittque, honore honestos. itaque id forsan reuocandum; quamuis stet pro alio, Riuu Mersburgensis notæ minime protrita.

Meq, falsa suspitione alienatum esse sentiebam) duæ voces, esse sentiebam, non omnino heic requiruntur. sed nec acquiescit animus illi alienatum.

Hoc nomine satis honestas pro meo casu spes, &c.) superabundant meis auribus, hoc nomine.

Vim mihi parari) ita positæ sunt voces in omnibus mss. nostris, eisq; quos contulit Bongarsius.

Habeto) ita diferte Bong. codices, ita Pal. Naz. additumque statim eadem manu, vel aueto.

Apud Caium Flaminium Flammam in agro, &c.) ausus sum facinus mali exempli; vnus solius Nazatiani codicis fide introducta, voce noua. sed enim cum is sit antiquitatis vltimæ, & omnibus literis id tueatur; nec solum, sed adpictum habeat margini, alias Flaccum; nefas putauit derogare æuo tam prisco: praesertim, cum necessario requiratur heic nomen tertium, si distinctum voluerit hunc Flaminium a mille aliis. Flammam inter cognomina; satis notum ex inscriptionibus, ex historiis.

C A P. XXXVI. ¶ *Præter rerum capitalium condemnatis) commendatum quidem calamo recenti in Naz. condemnatos, sed alterum item conspicias in reliquis membranis omnibus; excepto Pal. quarto.*

Ex castris discesserat) ita etiam nostri autographi, & vett. edd. nihilo peius eo, quod nobis ex vnico libro oggererat Popma, castris excesserat.

Tanta vis morbi atq, uti tabes) Pal. octau. & nonus, non habent illud, atq, quod tamen constanter in codd. primæ notæ. si non significat idem quod apud Virgilium illo versu i. Georg. Atq, illum in præcepis pronò rapit aluenus æmni; videtur turbandæ potius sententiæ, quam constituendæ. forsan tres illæ voces atq, uti tabes, sunt a glossa, arcessita huc abunde, vt probaret, morbum, hoc loco, quod alio tabens nominarat.

Plerosq, ciuium animos) Pal. tert. antique, pleros, sine copula.

C A P. XXXVII. ¶ *Neq, solum illis aliena mens erat, qui conscij coniurationis fuerant) succinctius fuisset: Neq, solum aliena mens conscijs coniurationis.*

Præcepis ierat) ita ora editionis, ætatis mediæ: neq; abibant mss. Bong. nisi quod ii scribit. exoletæ edd. erat, cui adsentiantur manu scripti Pall.

Petulantia maxime prestabant) codd. meliores *prestabat*; neque spreuerim.

Regio cultu atatem agerent) ita nostri Pall. omnes; ut mirer quosnam excusserit libros Popma, quorum tres affeueret præferre, *viram agerent* nam respere glossam vel pueri sentiunt.

Id adeo malum multos, &c.) sic solum Pall. sept. & oct. reliqui; vel, *id eo malum multos*, quomodo expressum item in edd. prisca; vel, *ideo id malum*.

CAP. XXXVIII. ¶ *Homines adolescentes summam potestatem nacti, quibus etas animusq; ferox erat, cæpere, &c.*) primum videtur vox postrema, resecanda. deinde, transpositis vocibus, restitutum, *homines adolescentes quibus etas animusq; ferox, summam potestatem nacti, cæpere, &c.* vel sane interpolata sunt postrema, scripsitque auctor initio, *etate animosq; feroces, cæpere*. potest quidem etiam defendi vulgata; ut nimirum non omnibus eandem ætatem eandem attribuat ferociam. sed subtilius videtur quam verius. si quis illa, *homines adolescentes* abiicienda putaret, non nimis ab eo dissentirem.

Ni: ebatur plerq; nobilitas, Senati specie, pro sua magnitudine) ita nulla litera plus minusue editio vetur, & pleriq; Pall. utique ætate priores. nam sequioris notæ, *Senati sub specie*; uti antè hac passim vulgabatur, sed minus recte.

Neq; illis modestia, neq; modus contentionis erat) vox postrema ad Gemonias scalas trahenda, forsitan etiam pronomen *illis*.

CAP. XXXIX. ¶ *Ipsi innoxij, florentes, sine metu atatem agere*) Pal. Naz. *ipsi noxij*, quod suam etiam admitteret interpretationem nisi vellet auctor, ipsos innoxios fuisse, hoc neminem iis ausum nocere.

Vbi primum dubijs rebus nouandis spes oblata est) non inepte ora editionis mediæ, *nouandi*, id enim malim, quam ut inducatur vox *dubijs*, ut visum Fulvio Ursino.

Neq; illis, qui victoriæ adepti forent) plus quam alienigena vox est, *forent*, posset etiam breuius scribi; neq; *victoriæ adeptis*, relegatis verbis ceteris.

Qui initio ad Catilinam profecti sunt) dictio finalis æque ac princeps, otiosa mihi est, imo odiosa.

In his erat Fulvius) nihil iuuat sensum dictio erat.

Sed cuiusq; modi genus hominum) ita mss. Pall. etiã Bong. ac Com. prætulit tamen Carrio, *cuiuscunq; modi*; quomodo antiquitus editi.

Quod modo bello vsui foret) abunde iterum vox, *modo*; quin etiam foret, & verò glossarum esse commentum, detegit postura incerta mss. optimi eam expresserunt quam exhibuimus; in ceteris est, aut, *quod modo vsui bello foret*; aut, *quomodo vsui foret bello*.

CAP. XL. ¶ *Existumans publice priuarumq; ære alieno oppressos*) vox prima fere mihi suspecta est.

Præterea quod natura gens Gallica bellicosa esset, facile) scripsissem potius, *præterea natura bellicosos, facile*: ita, inquam ego scripsissem, qui Sallustius non sum, cui tamen nihil præferibo.

Principibus civitatum) ita amanu prima Pal. Naz.

Miserijs suis mortem expectare) Monet Naz. alias legi, *sperare*, & ita habet noster Commelinianus & Pal. quiatus ac sextus, neque displicet.

Qua tanta ista mala effugiant) sic Pall. & Com. meus; non, *mala ista*, ut est in alijs editionibus.

Hæc ubi dixit, Allobroges in spem maximam adducti) me non nolente, triga verborum princeps, rescindi posset a reliquis, tanquam inuecta a Scholiaste.

Brutus Remis aberat) ita mss. nostri omnes, ita Bongarsii; sine præpositione, quæ frustra onerantur editiones aliæ.

Dein eos, pollicitos operam suam, domum dimittit) nunquam ego usurpassem, *dein eos*: satis enim subintelliguntur.

CAP. XLI. § *diu in incertum habuere*) sic solum Pal tert. ceteri omnes *incerto*, etiam Com. meus & Bongarsiani. ideoque sequendi.

Tandem vicit fortuna Reipubl.) fere reposuissem, *fortuna populi Romani*, quod inuenissem in editionum prima, *fortuna P. R.* sed ei nullæ adlubescabant membranæ; & habet rationes luculentas quibus se tueatur vulgata lectio. legatur modo Tacitus lib. XI. Annalium.

Rem omnem, ut cognouerant, aperiuunt) minime video, cur non superuacua videri queant, *ut cognouerant*.

CAP. XLII. § *Metellus Celer Prætor, ex Senatusconsulto, causa cognita, in vinculis conicerat*) ita mss. nostri, omnibus quidem literis Pal. sec. duabus tantum, S. C. Naz. ac Com. quod & in suis inuenerat religiose industria Bongarsius noster. Pal. tertio tantum visitur inter lineas, at reliqui obiecere nobis, *ex socijs Catilina causa cognita*: stulte. æque stulte, Carrionis editio, *ex socijs causa cognita*.

Murena qui ei provincia legatus præerat) hæud ædmodum requiras vocem *ultimam præerat*, si ablit: imò neque secundam, *qui*.

CAP. XLIII. § *At Romæ Lentulus cum ceteris qui principes coniurationis erant*) scripsissem ego, *Lentulus ceterisque principes coniurationis, ceteris reliquis*.

Paratis, ut videbatur, magnis copijs) Naz. ac Com. *ut videbantur*, lectione non ita infecta.

Constituerat, ut cum esset) iidem mss. *constituerant*.

Suum quisque negotium exsequetur) Com. meus, item Pal. sec. tert. quintus, sext. quæque. Naz. *quemque*, quod ultimum antiquario alicui mouerit sâhuam.

Sed ea diuisa hoc modo dicebantur) turbat hæc potius, *sed*, quam trad-

vt adiuuet sententiam. imo ceteris vocibus omnes, si quis mouerit status cōtrouersiam, eu & me paratum subscribere nomen. posset tamen tolerari, ea diuisa hoc modo: *Statilius, &c.*

Statilius & Gabinius uti &c.) mallein abesset particula *uti*; quamuis extet in mss. quorum cum duo tantum retineant illud & prius; scribendum *Statilius, Gabinius, uti*, sine copula.

Quorum ex nobilitate maxima pars erat) uocula ultima uacat; quod & cuilibet liquebit, si alio ordine scribatur, *quorum ex nobilitate pars maxima.*

Et dies prolatando) sic omn. mss. quod perplacet Vrsino. at mihi potius, quod offendit in suo cod. ce. *protelando.*

Manu promptus erat: maximum egrum in celeritate putabat) legerim erat; extrito, *manu promptis, maximum &c.* nulla interueniente distinctione in uocula.

Cassius semet eo breui uenturum pollicetur. ac paullo ante legatos ex urbe proficiscitur) rotundius esset. *Cassius semet eo breui uenturum pollicetur, paullo ante legatos &c.*

C A P. XLIV. ¶ *Titum Vulturcius*) ita, & uero, omnibus perscriptum literis, in eod. primoribus, in mss. coniectis, ut inter sinistra illius audaciam que heic subsituerit *Publium.*

Quarum exemplum infra scriptum est) tres uoculae postremae admodum uacant. mihi certe; qui potius, etiam scriptissem, *hec exemplum.*

Quis sim &c.) vulgo *qui*, sed contra mss. quibus ad picta adhuc litera.

Quo consilio seruitia repudiet.) uidentur interrogationis notula insignianda, ut placuit Glaucauo.

C A P. XLV. ¶ *Pontus Mulsio*) ita & nostri Pall. ●us aliqua est uetus; non *Milatio.*

Rem omnem aperit cuius gratia mittebantur) sic membranacei omnes. Carrionis editio cecit uoculam *Catili*; qua tamen sublata, locus obicuratur.

Ita agant. & erit illis homines militares sine tumultu &c.) sic putauit distinguendum, auctoritate meliorum codicum, & typis, & calamo exaratorum. nimis licenter Carr. & nimis inuoluptatiosiores eum secuti, a quibus exclusam est, *permittit illis*. neque enim quicquid supe. uacuum nobis uideretur, statim etiam propria auctoritate resecandū est, non. non. tredices inuis non vindices.

Galli, cito cognito consilio) quam magis ueris precedentia ac sequentia, tam magis spurium quid latere uideretur in tribus uocibus postrema s. nam quid heic attinet addere, *cito cognouisse consilium*, *Gallos*; quos scimus, noctem qua proficiscerentur ideo indicasse *Consul*, ut deprenderentur? quin iam illis tale quid conilabatur antequam exirent Roma. itaque si quis trigæ illius iug. iam petendum putauerit, ei ego libens sicam.

Dein ubi a legatis desertus est) succinctius fuisset, neque tamen minus nervosum: *a legatis desertus, multa, &c.*

C A P. XLVI. ¶ *Cura atq; latitia occupare. nam latabatur intelligens coniuratione patefacta, &c.*) non præfigo quidem Sallustio scribendi modum; sed tamen haud parum sincerius fuerit, *latitia occupare. latabatur coniuratione patefacta, &c.*

Porro autem anxius erat, dubitans, in maximo scelere tantis civibus deprehensis) nihilo etiam deterius fuisset, *ereptam anxius erat, in maximo; in erecto illo, dubitans, item porro autem.*

Quid facti opus esset) & horum verborum quadriga cruci adligi poterat, sine sententiæ detrimento.

Perdunda Reipubl fore credebat) Postrema dictio rursus mihi superuacua non est mihi dubium vix continere linguam, suam Magistellos, ne ea me votis interficiat; tanquã qui cor & cerebrũ auctoris euiscerem. sed quid? ferant vtiliter, dum in alia omnia vota descendant Sealigeri, Thuani Bongarsii Casauboni Rigaltii. Doula, Velseri Lipsii, Centeri Vulcanii, aliorumq; quib. cor sapit.

Ceparium Terracinesem) ita vetustius cusi; ita mss. omnes; non *Tarracinesem.*

C A P. XLVII. ¶ *Postremo, quid, aut qua de causa, consilij habuisset*) nunquam credam ita tortuose locutum Sallustium. haud metamen expediunt libri.

Fingere alia omnia, dissimulare de coniuratione) & has tres voces postremas, Morboniam quis amãdare poterat, sine iniuria Crispi; adeo nihil dicunt, quod non subintelligatur.

Post ubi fide publica dicere iussus est) verbum secundum & vltimum subrepta haberi possent.

In liberis custodiis haberentur) sic mss. pleriq;, non, *habeantur, vt restat in nupere editis, olim quippe cusi nobis accedunt.*

Nam is paulo ante ex fuga retractus erat) nihil decederet auctori scriptura nostra, *Caparius, paulo ante ex fuga retractus. Cn. Terentio.* porro mss. notæ eminentioris non habeat præpositionem ex. Pal. vero tert. ostentat, *a fuga.*

C A P. XLVIII. ¶ *Præda magis, quam detrimento fore*) vox vltima non desideraretur si abesset.

Ac sibi maxime calamitosum putabat) virilior sententia fuerit, si eraderetur *ne putabat.*

Et cultu corporis erant) idem dictum esto de voce *erant.*

Quidam L. Tarquinius) frustra nobis obtrudetur Tarquinius, nisi id etiam confirmarint auctoritate sua libri scripti. nostri omnes pugnant pro Tarquinio. & vero Lector, vise inscriptionum nostrarum volumen; inuenies id nominis; pagina XLIV. II. CCCCLXXI. 7. DCCCXXII. I. DCCCXCVI. 6.

Ad senatum adductus erat) suboffendor rursus illo *erat; ceu superfluo.*

Quem

Quem ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant) potuisset strictius; *adductus ex itinere ad Catilinam retractus. is sum, &c.*

Si fides publica data esset) nihilo peius fuisset, *data fide publica, ceteris recisis.*

Quis sciret edicere) ita ad vnum edd. at miss. etiam omnes ad vnum, *dicere.*

Senatum edocet) codd. scripti iterum contra typis vulgatos, *docet.*

Properaret ad urbem accedere) Pall. Naz. aut Com. non habent dictiunculam *ad.* & abesse potest. quamvis magis suspicer haud eâ modo superuacuum, sed & sequens *accedere.*

Nisi de eo indicaret, cuius consilio) de eo, parum heic habet, quod *agar.*

Tantam rem esset mentitus) auribus aptius Com: *mentitus esset.*

C A P. XLIX. ¶ *Cn. Piso*) ita reperi in Com. aut *Cn. Piso*, non vt *Cn. Piso*. vt vulgati prius. qui hæc illustrent per Senecæ locû lib. I. c. XVI. de ira; viderint, quomodo concilient & tēpora, & facti circumstantias. nam mihi iam non vacat accuratius inquirere.

Neq; gratia precibus, neq; precio, &c. extant isthæc omnia in Pallat. sed alio positu. Nazarian. enim ac Pallat. secun. quint. septim. oct. decim. duodecim. *neque precibus, neque gratia, neque pretio.* At Pallat. tert. sext. non. *neq; precibus, neq; pretio, neq; gratia.* solum vndec. retinet, *neq; precibus, neq; gratia.* nam est in quarto; *neq; precibus neq; gratia, neq; precib.* videti possit illud, *neq; precibus* videri superuacuum, non est. nam & tria hæc etiam inuenias iunctim apud Auctorem ad Herenn. lib. tertio.

Maximis honoribus usus) postrema vox nihil sententiæ adstruit.

Ab adolescentulo Casare) etiam heic dictio vltima superflua est: fuerim notemus *adolescentulum* vocari hominem aliquot triginta annorum.

Sed ubi consulem) turbat, sed, non iuuat.

Ementiendo, quæ se ex Volturcio aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam) poterat breuius; *ementiendo ex Volturcio aut Allobrogibus audita, magnam.*

Circum ad eam concordia) perperam Carrionis editio expunxit *ad eam*, etsi enim sæpius subaudiatur, haud tamen eâ perperuo subtrahent auctores. heic certe comparet in miss. omnibus etiam Bon-garsianis.

Seu animi nobilitate impulsus) dictio vltima fere vacat. ceterum ambigamus, magis ne heic quadret, *mobilitate*, (quod editionibus iam omnibus inuenit auctoritas Carrionis, & se sustentat alioquin fide codicum antiquiorum) an vero *nobilitate*, quod in membranis ceteris. placuit mihi vltimum, ob causas positas a me in suspicionibus.

Dein ubi a legatis desertus est) succinctius fuisset, neque tamen minus nervosum: *a legatis desertus, multa, &c.*

CAP. XLVI. ¶ *Cura atq; latitia occupare. nam latitatur intelligens coniuratione patefacta, &c.*) non præfigo quidem Sallustio scribendi modum; sed tamen haud parum sincerius fuerit, *latitia occupare. Istitatur coniuratione patefacta, &c.*

Porro autem anxius erat, dubitans in maximo scelere tantis civibus deprehensis) nihilo etiam deterius fuisset, *ereptam anxius erat, in maximo; in* erecto illo, *dubitans, item porro autem.*

Quid facto opus esset) & horum verborum quadriga cruci adfigi poterat, sine sententiæ detrimento.

Perdunda Reipubl fore credebat) Postrema dictio rursus mihi superuacua non est mihi dubium vix continere linguam suam Magistellos, ne ea me votis interficiat; tanquã qui cor & cerebrũ auctoris euiscerem. sed quid? feriant utlibet, dum in alia omnia vota descendant Scaligeri, Thuanii Bongarsii Casauboni Rigaltii, Doufax, Velferi Lipsii, Centeri Vulcanii, aliorumq; quib. cor sapit.

Ceparium Terracinensem) ita vetustius cusi; ita mss. omnes; non *Tarracinensem.*

CAP. XLVII. ¶ *Postremo, quid, aut qua de causa, consilij habuisset*) nunquam credam ita tortuose locutum Sallustium. haud me tamen expediunt libri.

Fingere alia omnia, dissimulare de coniuratione) & has tres voces postremas, Morboniam quis amãdare poterat, sine iniuria Crispi; adeo nihil dicunt, quod non subintelligatur.

Post ubi fide publica dicere iussus est) verbum secundum & ultimum subrepta haberi possent.

In liberis in modis haberentur) sic mss. pleriq; non, *habeantur, vt* restat in nupere editis, olim quippe cusi nobis accedunt.

Nam is paulo ante ex fuga retractus erat) nihil decederet auctori scriptura nostra, *Caparius, paulo ante ex fuga retractus, Cn. Terentio.* porro mss. notæ eminentioris non habeat præpositionem ex. Pal. vero tert. ostentat, *a fuga.*

CAP. XLVIII. ¶ *Præda magis, quam detrimento fore*) vox ultima non desideraretur si abesset.

Ac sibi maxime calamitosum putabat) virilior sententiã fuerit, si eraderetur *ñ putabat*

Et cultu corporis erant) idem dictum esto de voce *erant.*

Quidam L. Tarquinius) frustra nobis obtrudetur Tarquinius, nisi id etiam confirmarint auctoritate suã libri scripti. nostri omnes pugnant pro Tarquinio. & vero Lector, vise inscriptionum nostrarum volumen; inuenies id nominis, pagina XLIV. II. CCCCLXXI. 7. DCCCXXII. I. DCCCXCVI. 6.

Ad senatum adductus erat) suboffendor rursus illo *erat; ceu* superfluo.

Quem

Quent ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant) potuisset strictius; *adductus ex itinere ad Catilinam retractus. is eum, &c.*

Si fides publica data esset) nihilo peius fuisset, *data fide publica, ceteris recis.*

Qua sciret edicere) ita ad vnum edd. at mss. etiam omnes ad vnum, *dicere.*

Senatum edocet) codd. scripti iterum contra typis vulgatos, *docet.*

Properaret ad urbem accedere) Pall. Naz. aut Com. non habent dictiunculam *ad.* & abesse potest. quamvis magis suspicer haud eã modo superuacuum, sed & sequens *accedere.*

Nisi de eo indicaret, cuius consilio) *de eo*, parum heic habet, quod agat.

Tantam rem esset mentitus) auribus aptius Com: *mentitus esset.*

CAP. XLIX. ¶ *Cn Piso*) ita reperi in Com. aut *Cn. Piso*, non vt *Cn. Piso*. vt vulgati prius. qui hæc illustant per Senecæ locū lib. i. c. xvi. de ira; viderint, quomodo concilient & tēpora, & facti circumstantias. nam mihi iam non vacat accuratius inquirere.

Neq; gratia precibus, neq; precio, &c. extant isthæc omnia in Pallat. sed alio positu. Nazarian. enim ac Pallat. secun. quint. septim. oct. decim. duodecim. *neque precibus, neque gratia, neque pretio.* At Pallat. tert. sext: non. *neq; precibus, neq; pretio, neq; gratia.* solum vndec. retinet, *neq; precibus, neq; gratia.* nam est in quarto: *neq; precibus neq; gratia, neq; precib.* videri posset illud, *neq; precibus* videri superuacuum, non est. nam & tria hæc etiam inuenias iunctim apud Auctorem ad Herenn. lib. tertio.

Maximis honoribus usus) postrema vox nihil sententiæ adstruit.

Ab adolescentulo Casare) etiam heic dictio vltima superflua est: interim notemus *adolescentulum* vocari hominem aliquot triginta annorum.

Sed ubi consulem) turbat, sed, non iuuat.

Ementiendo, quæ se ex Volurcio aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam) poterat breuius; *ementiendo ex Volurcio aut Allobrogibus audita, magnam.*

Circum adem concordia) perperam Carrionis editio expunxit *adem*, etsi enim sepius subaudiatur, haud tamen eã perpetuo subtrahunt auctores. heic certe comparet in mss. omnibus etiam Bon-garsianis.

Seu animi nobilitate impulsæ) dictio vltima fere vacat. ceterum ambigamus, magis ne heic quadret, *mobilitate*, (quod editionibus iam omnibus inuexit auctoritas Carrionis, & se sustentat alioquin fide codicum antiquiorum) an vero *nobilitate*, quod in membranis ceteris. placuit mihi vltimum, ob causas positas a me in suspicionibus.

CAP. L. ¶ *Liberti & pauci ex clientibus Lentuli*) sic mss. Pall. non *libertini*, quomodo antea editi. sub *libertis*, alii isti comprehenduntur: & verosimilius est plus fatigulè recentiore affectos beneficiis.

Atque libertos suos lectos & exercitatos in audaciam, orabat uti &c.) nec positura in nullis v. litur mss. in nullis patrum memoria est. omnes enim, *exercitatos, orabat in audaciam, uti* quod velim excutiant quibus otium est. nam mihi fere duæ illæ voces suspectæ fiunt, tanquam ab interprete. & h. re. le non comparent in Palatino codice quem signavi nota vndecimi.

Quid de his fieri placeat, qui in custodiam traditi erant) sic mss. antiquiores. alii, ut etiam Bongarsii, *qui in custodia traditi erant*. Pal. præterea Pal. quartus & vndecimus præfert, *qui in custodijs traditi erant*, sextus vero; *quid de ijs facere debeant qui in custodijs tenebantur*. duodecimus demique: *qui custodia traditi erant*. quæ mira varietas, coegit, ut aliquando hatiolarer, scriptum primitus Sallustio *quid de custodijs fieri placeat*, ab actis ad coru. vid. verbis ceteris omnibus. *custodias* enim significare ipsos qui sub custodia tenebantur iam sæculum est quod docuerint Critici. videantur Animadversiones nostræ in Senecæ Epistolam septuagesimam.

Rogatus, quod eo tempore Cōsul designatus erat) dixeris æque plene, sed paucioribus verbis; *rogatus, quod Consul designatus*.

Quod de ea re præsidij abditis referendum censuerat) ita etiam Pall. emaculatior. nam quart. *additis*. quint. *additus*. octau. *abdicatis*. quod vltimum atripuit editio Læti; ante penultimū vero ea priores. ego me ex his non expedio; cum non satis subueniant Cicero, Plutarchus, Appianus, Suetonius; alii.

CAP. L. I. ¶ *Ab odio, amicitia, ira atque misericordia*) pene mihi persuadco, illud, *ira atque misericordia*, transumptum ex proxime sequenti loco: *Magna mihi copia est memorandi, qui reges atque populi, ira atq; misericordia impulsæ &c.* certe si heic absit, non requiram.

Si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet) Suffecisset mihi, *vbi intenderis ingenium, valet*: neque artexuilem unquam, *si libido &c.* tanquam honestius prudenti subaudienda.

Memorandi qui reges atq; populi) sic fere manu exarati, tempore antiquiores, nisi quod nonnulli eorum *qui populi atq; reges*. antea vulgabat^{ur} superfluitate nimia; *memorandi, Patres conscripti, qui reges, aut qui populi*. malle^m adhuc, *qui reges, qui populi*, ut est in Pal. quarto. sed nec reticeo extare in Naz. a manu prima; *memorandi, quæ reges atq; populi ira aut misericordia impulsæ consuluerint*; sine vocula *male*.

Rhodiōrum ciuitas magna atq; magnifica, quæ populi Romani opibus creuerat, infida) alius quis forte scripseret, *Rhodiōrum ciuitas, magna atq; magnifica populi Rom. opibus, infida &c.*

Bello

Bello confecto) Com. *afecto*, quod facile mutet in *afecto*. sed putarem diuersitatem ortam quod minus recte exprelleret notam eon.

Diuitiarum quam iniuria caussa bellum &c. Carrio expunxerat vocem *caussa*. contra Pall omnes, & non necessatio.

Magis quid se dignum, quam quid in illos iure fieri.) sic Bong. co-dex, si Pal. pr. sec. alii que fere omnes. editi prius, quos *se dignum, quam quod &c.*

Alij: alia licentia est, P.C. qui demissi in obscuro vitam agunt, si quid &c. nec Com. meus, nec Pal. nonus, admisere pronomen *quis*, locoque *agunt*, Com. seruat *habent*; quomodo item est a manu prima in Naz. Pal. quinto, sexto, duodec. An licet suspicari fuisse initio, P.C. *demissi in obscuro, si quid &c.*

Quae apud alios iracundia dicitur, ea in imperio) breuius fuerit: *Apud alios iracundia, in imperio.*

De poena differunt, si ea paullo seuerior fuerit) vox penultima est a Pal. Naz. & nouo. haecenus editum fuit, *seuior*; contra rationem.

Quid enim in talis homines crudele fieri potest?) Com. *quid enim inter tales homines fieri potest.* omisso illo, *crudele*. Pal. quart. *quid enim in tales crudele fieri potest?* nonus; *quid enim in tales viros crudele fieri potest?* haud abhominabile vero est fuisse, aut, *quid enim in talis potest?* aut certe, *quid enim in talis crudele?* quod malim.

Te Silane, Consulem designatum) non video aut emphasin aut gratiam, in vocibus duabus postremis, si quis expungendas putauerit, ei accessero suffragator.

De poena, possumus equidem dicere, quod res habet) praestat istud longe lectioni nupere vulgatae, *possum equidem dicere*; quae & plus inu diae habet, & minus auctoritatis. & vero, primam illam custodiunt in ss. pene omnes, editique ante Pomponium.

At alia leges item, condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exsilium permitti iubent. liber ille Polonicus, *sed in exsilium permitti iubent*; quomodo etiam Pal. quart. sext. nam tert. & nonus exhibent; hic quidem, *at alia leges item de condemnatis ciuibus vitam eripi, sed in exilium mitti iubent*; ille vero, *at alia leges in condemnatis ciuibus non animam eripi, sed in exitium mitti iubent.* vix sit mihi dubium quin reuocandum sit, *non animam eripi, sed in exilium permitti iubent*: vt dudum prodidi in Suspicionum libellis. ad eantur Notae nostrae ad Senecae Epistolam c x i i. ad Martialis lib. x. Epigramma x i i. tantum ambigo; an non praeterea, ob varietate membranarum, tolli possint, illa *condemnatis ciuibus, ceu comen-tum interpretis*; vt subintelligantur *coniurati*.

At enim quis reprehendet) ita in ss. auctoritatis certe non, *reprehendat* vt editio Latini. nam prima *reprehendit id*.

Omnia mala exempla ex rebus domesticis orta sunt) representauit lectionem Com. mei nec non Pal. pr. ac sec. senectutis omnes noa

contemnendæ alii quippe, *omnia mala exempla ex bonis rebus orta sunt*, quod etiam retinent edd. antiquæ usque ad Aldinam; in qua *ex bonis initiis orta sunt*. non male, si liceret præter libros quidvis inducere scriptoribus. mihi heic mussandum est, nisi velim prælatos antiquissimis tres æui infimi Pallar. inquam octauum nonum dec. in quib. diserte: *omnia mala exempla ex bonis orta sunt*. & vero si attendamus menti auctoris, lectio illorum verissima est.

Ad ignaros aut minus bonos peruenit) probe factum a Carrione, quod eiecerit vocem *ciues*, quæ antea adhærebat illi, *ignaros*. in ed. Aldina & seqq. non etiam prioribus; in quibus non magis visitur quam in membranis nostris.

Necatos aiebant) si aliam induxerim distinctionem, videbitur a glossatoribus vox vltima.

Vti in præscriptorum numero) assensum præbui mss. vetustiorib. alii enim subscribebant vulgatis; *vti is in proser.*

Neq; consilij, neq; audacia vnquam eguere) Naz. *neq; audacia*, auferendi calus; cum tamen nihil mutet in *consilij*. & sic etiam, nisi fallor supra locutus auctor, vox nunquam abest Pal. tert.

Quominus instituta aliena, si modo proba erant, imitarentur) minus verbose dici poterat, *aliena, modo proba, imitabantur*.

Alia huiusmodi fieri cœpere) vox vltima non est admodum necessaria.

Tum lex Porcia, aliaq; leges parata sunt, quibus legibus exsiliū, &c.) nihil defuerit ad sensum, si inducerentur aliquot voces, fieretque, *tum lex Porcia, aliaq; parata, quibus exsiliū, &c.*

C A P. LII. § *Ceteri verbo, alius alij varie assentiebantur*) ita fere mss. nisi quod Commel. *verbo illius alij varie*.

Nam cetera maleficia) ita libri vetustatis minimæ. nam mediæ, *maledicta, supremæ, malefacta*; quomodo etiam editio prima.

Cuius hæc cumque modi videntur) vox vltima abest a codice Polonico; qui & tali serie reliqua ordinat: *hæc cuiuscumque modi*; quæ positio etiam in Pall. omnibus, sed non in Commel. nostro.

Ne illis sanguinem nostrum largiantur) sic vetustior editio, sic mss. consensus; non illi, quod occupat iam omnes codices ex quo suum extruxit Aldus senior. haud tamen vere.

Paullo ante in hoc ordine, de, &c.) nullo sententiæ detrimento abesse poterat, *in hoc ordine*; monuitq; Ravius excudi editis nonnullis.

Per municipia in custodiis habendos) Commel. noster omittit, *in custodijs*. & hercle saluo sensu omitti poterat; ut pote cum satis subaudiatur.

Videlicet timens, ne si Roma sint, aut a pop. &c.) male habitū locum prodit lectionum diuersitas. nam visitur solū in Naz. ac Com. videlicet *timens, ut aut a pop. ceteris relictis*. in Pal. sec. *videlicet timens, ne si Roma sint, ut aut a pop.* in tert. *habendos, timens ne si Roma sint a pluribus coniurationis aut a multitudine, &c.* sine dictione *videlicet*

delicet: in quarto: *verum timens ne si Roma sint, aut a popul. in quinto: videlicet timens aut popularibus coniurationis, &c. in septi. videlicet timens, si Roma sint, ne a populat. in nono: videlicet timens, ne si illi Roma sint, aut a pop. posset quis refingere; habendos, ne aut a popul. & aut proxime mss. verustiores, videlicet, timens, ne, aut a popul. cerie illa, si Roma sint, facillime subintelligamus.*

Vbi ad defendendum opes) Nazaria. prius habuit, defendendam, vt referatur ad audaciam, nec male; vt defendere, notet prohibere.

Multo pulcherrima eam nos habemus) edd. primis non adest, nos. mediis eius loco est, non. si liceret per. mil. malle, nunc, vel, modo.

Sed alia fuere, qua illos magnos fecere, qua nobis nulla sunt) obelo confoderet Lacon quis illa, fuerè qua, neque absunderet a principe dictione, sed.

Maior copia nobis, quam illis est) vocula extrema abesse poterat.

Pro his nos habemus) superfluit pronomen nos.

Vos cunctamini etiam nunc, quid intra moenia, deprehensis hostibus faciatis) securus sum Commel. ac Pal. sec. & tert. quibus nullum vestigium illius, & dubitatis, quod nupere natum est. nam edd. priscæ, vt & omn. fere mss. vos cunctamini etiam nunc dubitatis, sine copula. ceterum fere etiam recepisse. apprehensis, quod erat in Comel. & Naz. loco deprehensis.

Atq; etiam armatos dimittatis) aduerbium etiam, non conspicitur in Pal. pr. aut vndec. magis quam in Commelintano.

Voi secordia tete) perperam omissum Carrioni pronome, quod in mss. omnibus.

Aulus Manlius Torquatus) sic omnibus literarum apicibus expressum in vet. mss. antiquiores etiam aliis locis perpetuo nobis exhibent Manlium, non Mallium, quod nonnulli temere propugnant. Naz. loco Aulus, ridicule habet Saulus.

Catilina cum exercitu faucibus urget) ita omnes pene mss. haudque aliter etiam initio fuerat in Commel. sed emendatum manu veteri, faucis. notæ ultimæ seruant, in faucibus urget, vel adco, in faucibus Italia urget.

Quare ita censeo) mss. plerique, vt & vet. edd. adtexto pronomine, censeo ego; glossemate manifestario: ne quis forte loco imendum censeat, transpositu. quare ita ego censeo.

CAP. LIII. ¶ *Præclara facinora fecit) si incumbere voluisset breuitati auctor, reliquisset vocem facinora.*

Cognoueram paruis copijs bella gesta cum opulentis regibus) potuisset minimum parcere verbis, quinque, sex, auctor, si studuisset cõpendiis, scribendo scilicet: Sciebam saepenumero parua manu, cum magnis legionib. hostiũ cum opulentis regib. contendisse. ad hoc, &c.

sicut effeta parentum) hæc est conçors lectio omnium mss. nisi quod Pal. decimus, *si effeta parentum*. dictum autè eo modo, quo infra Jug. cap. LXXIX. loca nuda gignentium.

Quos quoniam res obtulerat, silentio præterire non fuit consilium) Pal. tert. obtulerit, sext. obtulit, quod vltimum malucum, vt etiam mox est consilium, loco fuit.

CAP. LV. ¶ *Prope equalia fuere*) inducerem vocem *fuere*.

Magnificentiæ magnus habebatur) posset quoque heic deleri dictio vltima, vt subintelligeretur *factus*; quod mox sequitur.

Gloriam adeptus est) & istud omne Spartanus quis omisisset, ceu superuacuum.

Cæsar in animum induxerat, laborare, &c.) prima voce retenta, ceteras deleuisset breuiloquus.

Quo minus gloriam petebat, eo magis illum adsequebatur) sic Naz. ac Pal. sec. quintus. duod. reliqui enim vel *illam*, vel *eam*. Pal. vero octauus ac nonus. non agnoscunt vllum pronomen, & ciecissent sane, cum codice Merseburgensi, nisi alterum illud nostrum sustineretur auctoritate D. Augustini.

CAP. LV. ¶ *Vti dicit*) non vsurpallet has voces scriptor attentus conpendio.

Trium viros, qua ad supplicium postulabat, parare iubet) procliuè & mihi fasset, expungere præpositionem *ad*, vt factum Carioni; neque secus accidit a manu emendatrice Pal. sec. sed cum exte. in mss. ceteris pene omnibus, præterquàm in Pal. decimo, in quo. *quod supplicium, &c.* haud etiã aulim: præsertim quoniam Cominelliani censor non ipsum deleuerit, *ad*, sed, *qua*. vnde esset suspicari, principium scriptum auctori; *Trium viros supplicium parare iubet*. sane Pal. vnde habet: *Trium viros qua ad supplicium suspendum postulabat parare iubet*. octauus autem; *Trium viros qua ad supplicium parare postulabat, iubet parare*.

In carcerem deducit) Com. ducit.

Vbi paululum descenderis) ita clare mss. Com. & Bongarsii, vt & a manu secunda Pal. sec. reliquis est *ascenderis*, quod pronum mutare cum Palmerio in *escenderis*, nisi vox *depressus*, item *demissus*, quæ sequitur inuere viderentur disscensum potius fuisse quam adscensum.

Sed inculta tenebris, odore fæda atq; terribilis) sic nullo apice plus minusve, Naz. ac Com. ceteri adhærent vulgatis, habentque, *sed inculta tenebris odore fæda atq; terr.* quod neq; iatisfecit Palmerio.

Vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam frangere) mire videntur ferrata, quibus præceptum erat, si quid iuris haberem in auctorem; iuberem hæc triadem aliàs sibi sedes quærere. ceteram extat in mss. aut *indices*, aut *iudices*, non *vindices*, nisi forte a calamo primo in Pal. sec. imò in plerisque emendatur, per *indices rer. cap.* Naz. autem primum habuit; *Lentulus, dices rerum*

capita-

capitulum &c. correctumque post: *Lentulus* & *per indices* &c. ut forte suspicari licet fuisse: *Lentulus, ei indices rerum* &c.

Exitum vita invenit) sic fere manu formisque icripri antiquiores. cuius loco obrepit deinde *exitum vita*. minus recte, consultatur Nonius Marcellus.

CAP. LVI. § *Aut ex socijs in castra venerat*) in hanc lectionem conveniunt mss. numero quatuordecim; neque dubitandum de sinceritate scripturae, *aut ex socijs*; sed potius de hisce, *equaliter distribuerat, ac brevi spatio legiones numero hominum expleuerat*. auri- bus etiam magis lenocinaretur, si scriberetur; *distribui*, item, *expleri*.

Sed ex omni copia circiter pars quarta &c.) tres voces, *ex omni copia*, repetita videri queant ex superiori periodo. mihi certe supervacua sunt.

Modo in Galliam versus castra mouere) sic etiã constanter membrana nostra meliores. præmissa præpositione; iniurie hodie ex- terminata ab editoribus non nimis antiquariis.

Speiabit propediem magnas copias se habiturum, si Roma) cusa in officinis Librariorum, *se habiturum*. certe pronomen non est in m. Pol. neq; alterum requiritur. mallet etiam, *spe propediem* &c.

Interea servitia repudiabat, cuius initio ad eum magna copia concurrerant) adficata & istis multa a glossographis, clamat varietas Palatinorum. nam est in tert. *repudiare*. in quarto, non visuntur illa, *ad eum*; septimus vero habet, *concurrerant*. octavus & decimus *initio*. nonus, *cuius initium*. sed & diuertit editio princeps, *qua magna copia concurrerat*; Equidem, si non licet tollere ceu- curium, *cuius initio ad eum magna copia concurrerant*, finxerim: *interea servitia repudiare, cuius initio magna copia concurrerant*.

Simul alienum suis rationibus existimans videri, &c. vox prima non est in a. n. libris membranarum Com. Naz. Pal. sec. vltima vero de- ruitur Pal. quart. & hac quidem potius carete posset auctor, iam illa.

Cum servis fugitivis) dictio media pistrino digna aucupati bre- vitatem.

CAP. LVII. § *Ceterisque, quos supra memoravi, supplicium optum*) in solas terras ablegandum, quos supra memoravi. cui in id bono inculcetur.

Abducit eo consilio, uti per tramites) sic Pall. omnes. neque im- bem, sed tamen haud etiã ipreuerim quod e cod. scripto eruit garsius, *adducit ubi per tramites*, expunctis *eo consilio*; dum mo- etiam *eamus abducit, uti per tramites*.

idem illis existimans, qua supra diximus, Catilinam agitare, igitur ibi iter eius) ad coruos amandanda, *qua supra diximus*; for- etiã igitur; ut videlicet scripserit auctor: *At Q. Metellus Ce- um tribus legionibus agro Piceno praesidebat*) ex difficultate rerum

eadem existumans agitare Catilinam, ubi iter. Cur calculo meo tam durus fuerim triga illi fecit Pal. tert. in quo, *que prædiximus, ex ea enim varietate fides mihi facta, glossargi esse commentum.*

Qui illi descensus erat in Galliam properanti) Tacitus, vel aliquis eiutero ingent, dixisset, *qua illi descensus in Galliam, relecto, erat, ac properanti.*

Neque tamen Antonius procul aberat) eadem ratione idem omisit vocem aberat.

Expeditos in fugam sequeretur) ita ed ti omnes; contra scriptos melioris notæ, quibus, *in fuga.*

CAP. LVIII. ¶ *Postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum*) illud videt, non est in Com. Pal. autem septimus, loco verborum postremorum habet, *hostium circumuentum sese, at mss. Bongarbi non agnoscit, montibus atque, adeo ut si cui libeat suspicari & hisce adiuta emblemata interpolatorum, id tuto liceat.*

Compertum ego habeo milites) pronomen abundat, neque extat in omnibus mss. respuitq; editio prim. si quis etiam sustulerit, ceu otiosum verbum habeo; minime repugnauerim; plus namq; efficaciam habuerit Catilina, si præseferat constare experientia omnis æui, omnium nationum, oratione minime animari, quibus parum animi; quam si, velit sibi id compertum.

Neque ex ignauo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri) tota hæc periodus superuacua esset Laconi, sed & non Laconi abundaret vox exercitum nec non Imperatoris, certe cursum orationis valde fatigant, consulantur modo aures.

Sed ego vos, quo pauca monerem) Pallat. quartus non habet vos, Comm. vero exhibet, *admonerem.* at Naz. a manu secunda præmonerem.

Memineritis vos diuitias, &c.) aures respuunt pronomen; suntque libri quibus mutatum in nos.

Pugnare pro potentia paucorum) hæc est verborum positura manu exaratorum, & editionum primarum, sequentes mutarunt in, *pro potentia paucorum pugnare.*

Quo audacius adgredimini) mss. meliores, *adgrediamini; detiores adgrediemini.* media videtur optima.

Licuit vobis cum summa turpitudine, &c. scripturam hanc conuincunt falsi, non membrana modo sed editi ante Pomp. Latum; in quibus fere, *licuit vobis & id profecto reuocandum, liquet ex eo quod mox sequitur: potuistis nonnulli Roma, &c.*) ne dicam alterum illud hoc loco indecorum.

Ea vero dementia est) calamo picti quibus aliquid auctoritatis robustæ, vera.

Semper in pralio ijs maximum) Naz. non agnoscit illud, *in pralio.* haud tamen omnino est superuacaneum.

Animus

Animus, atque virtus vestra me hortantur) parum efficax heic hortantur. & subdici sum me. maluisse ego; *animus, atque virtus vestra nihil non patrauerit.*

Cauete inultis animam amittatis) ita maluerunt mss. duo antiquiores Naz ac Comm quibus accedit Pal. quint. hæc tunc vulgatum, *cavete ne inulti, &c.*

CAP. LIX. § *Ab dextera rupes aspera*) sic quidem ab emendatrice manu membranae excellentiores: verum fuerat, ibi initio tantum, *rupe*. alterum tamen in ceteris visitur; nisi quod nonnullis sit, aut, *dexteram rupem asperam*, aut, *dextera rupem asperam*.

Quo militibus, ex aquato periculo, animus amplior esset) vox militibus heic expungenda videtur. certe minime propria est. neque comparer in schidis Polonicis.

Reliqua signa in subsidiis arctius collocat) habent codd. potiores; *reliquorum signa in subsidio*. alii vero, *reli quarum signa in subsidijs*. Pal. tertius non agnoscit aduerbium *arctius*; vt quis suspicari posset esse ab aliquo interprete; neque id solum, sed & verbum sequens, *collocat*; subaudiendumque *ad rē rōnā. constituit*.

Ab his centuriones omnes lectos & euocatos, &c.) reduxi illud *lectos*, suasu omnium mss. & vetuste censorum; temere a Carrione, & sequacibus eius, exclusum. nam ineptum fuerit cogitare omnes centuriones ablatos: non reliquit quot satis essent ordinibus curandis, excerpitq; lectissimos quosque.

Ipse cum libertis & colonibus) secutus sum auctoritatem codicis Cuiacii, tanto quidem promptius, quod esset in Nazariano nostro, nec non Pal. octauo, *colonibus*; quomodo item erat in eo quæ contulerat Bongarsius. illud *colonis*, nauici non est. & Pal. secun. ac quintus præfert, *colonijs*; nonus *colinijs*; decim. abbreviatura quadam *collocationis*; sed ea figura literarum, vt fere suspicet fuisse primitus, & CON. PR. plane plerisque manuscriptis seruatut *prope, non propter*. vt forte Sallustius, *Catilinam sibi quoq; circumdedit cohortem quasi prætoriam*. verum istud subtimide indicatum velim; imo plus quam subtimide. omnia enim mihi in mentem veniunt, quæ contra obici possunt; maluisseq; vestigia excidissent in mss. vnde esset fingere; *ipse cum libertis, quasi prætoriam cohortem Aquilam, &c.*

Aquilam adstitit) Comm. *adstitit*. Pal. tert. *constitit*. vnde suspicere est, *adstiterere*.

Quod prælio adesse nequiebat) Naz. *nequiebat*. ne quid mentiar, tetur verborum hæc quadriga subintelligi posse, ideoq; non excessa literis a Sallustio.

Pro aris atque focis suis certare) Bongarsii liber, *cernere* nostri en pettinæ ceter propugnant alterum. vnde colligamus iam liquot centum annis, mire glossographorum splenis obducauctorem.

CAP. LX. ¶ *Sed ubi omnibus rebus exploratis &c.*) aduerbium ubi expunxit aliquis correcter in Com, si me foret arbitratus, ei præterea socium adiungerem, *sed.*

Paulatim incedere iubet) si induceretur *iubet*, omnia cohærerēt iucundius.

Vnde a ferentarijs pralium committi posset) schidæ Polonicæ heic collocant vocem linæ sequentis; *committi utrinque posset.* non inepte nisi abirent scripti reliqui omnes, quorum in nullis nisi ætatis recentioris, vocem *utrinque* conspicias.

Maximò clamore cum infestis signis concurrunt) ita referebant; præter antiquius eod. membranæ emaculatiores consensu summo; Commelinianus inquam, ac Pall. prim. sec. tert. quart. quintus, quibus pro bonitate sua eum numerum imposui. nam sextus primum degenerat, habetque, *cum infestis signis utrimque concurrunt.* cui & adstipulatur octauus. quippe septimus ac duodec. ea voce liberi sunt, habentque ipsam alio loco nonus quidem, dec. undecimus, hac specie. *utrimque maximo clamore cum infestis signis concurrunt.* videretur elegantius, *maximo clamore, infestis signis concurrunt,* vt repræsentauit Carrio: sed quis præscribet membranæ? emendationes coniecturales inferre in contextum nefas duco: Notis illincere fas, quod facio,

Multum in se pugnare, sape hostem ferire.) videri posset, alterum membrum a glossæ argis: nisi *ferire* poneretur vt illud Ennii: *Hostem qui feriet mihi erit Carthaginensis.*

Eosque perturbatos) prima dictio, nullo damno sensus, abiici posset.

Magna vi tendere) sic bene Carrio, eique adstipulantur mss. nostr. male autem, *contendere.*

Seque cum paucis relictum videt, memor &c.) haud aliter Pall. præu grauioris; hoc est octo nouem, item meus Commelinianus. editi inseruetant, *videt Catilina; memor.* non necessario, æque enim heic abesse potest, vt vox *Romanos*, supra capite sexto: *Igitur reges populiq; finitimi bello tentare.*

Pristina sua dignitatis) ita ordinata sunt verba in mss.

CAP. LXI. ¶ *Paullo diuersus, sed omnes tamen aduersis vulneribus, considerant*) hæc est concors lectio membranarum omnium, tam Pall. quam earum quos excussere alii. neque lequus quoque in eis quas contulit sagacissimus Bongarsius. eadem quoque lectio in Commel. meo, nisi quod voce postrema *occubuerant.* illud paullo diuersi, aliis abstantes, omnes tamen &c. quod e Grammaticellis auctori nostro primum induxit Carrio, pus est & venenum: itaque dignum latrina tantum, & tellis Patroclianis.

Ferociq; animi, q; habuerat viuis, in vultu retinens) abest in vultu Pal. decimo. maluisse abfuisse dictio postrema, vt cōicere licuisset, *ferociq; animi, q; habuerat viuis, in vultu. postremo.* subaudi erat, aut videatur.

Latam

Latum aut incruentam victoriam adeptus erat) ius olet vocula erant. efficienda. Posset etiam æque nervose scribi: *neq; tamen exercitui populi Rom. la. a. a. incruenta victoria.*

Qui de castris visendi, &c.) sic mil. virtutis edecumata. nam sequores adherent editis, *qui e castris.*

Luctus atq; gaudia agitabantur) & hoc bene Carrio, neque abeunt Pall. nam editi prius. *gaudium.* quod quis etiam exoritur, qui controuersiam moueri voci, *agitabantur*, tanquam superuacua; et equidem, clam palamue assensionem meam commodaerim.

IANI GRVTERI IN IUGVRTHAM

NOTÆ.

CAPVT I.

¶ *ALSO queritur de natura sua genus humanum*) Pal. nec eodem loco, nec eodem modo scriptum habent pronomen. nam pt. *de sua natura.* oct. *de natura sui.* at Commeliniano meo totum abest. puto licet.

Vbi per seculum, vires, tempus, ingenium diffluxere) ita malui, oratu membranarum plurium, ac notæ primæ; quam quomofere cusi, *defluxere.* quam vocem etiam reformandam videri necæ Philosopho, fide codicum calamo exaratorum, monui animaduersionibus ad eundem scriptorem, cap. i. de breuivita.

Suum quisque culpam actores ad negotia transferunt) iucundiorum sonitu omnia præcederent, si exturbaretur *ad actores*, eculblema interpolatorum; arbitrantium tale quid requiri, obdum numeri pluralis *transferunt.* quod falsum est.

Neq; regerentur magis, quam regerent casus) & hoc recte Carrio; aque præscriptum mil. plerorumq; Pall. male editi prius. *neq; regerentur magis a casibus, quam regerent casus;* aut, *neq; regerentur is a casibus.* videatur Kriuius. nam Popmæ libri sane, ætatem veræ multam nimis turpiter detegunt, dum stant ab olim actis.

si pro mortalibus, gloria, &c.) Comm. *uti,* quod etiam in Pall. ac nono, neq; diuerit, decimus, nisi quatenus expresserit *ut.*

A P. II. ¶ *Postrema corporis & fortuna bonorum, &c.*) tota iterum modo, nihil fere dicit quam superiore: quod iterum moneo, niam auctoris breuitatem, sicam putent magistelli nostri in nomia ve: borum.

O

Qui dediti corporis gaudijs, per luxum) videri posset manasse à glossatoribus, *dediti corporis gaudijs*, nisi de industria opponeret, ingenio.

CAP. III § *Quibus per fraudem ius fuit, tuti, aut, &c.*) mss. optimis principio fuit, *fraudem ijs fuit*; correctumq; inde, *is fuit*, aut *ius fuit*; vel certe, *vis fuit*.

Tuti, aut eo magis honesti) sic iterum iidem meliores, vti placuerat Carrioni: non, *vtiq; tuti, aut eo, &c.* quæ vox attexta antiquitatis cufis, vt & chirographis ætatis recentis.

Eadem fugam, atque hostilia, &c.) intrudi cuperet Popma, *incendia*; annuitq; ferme Vrbnus ac Ciacconius. verum cum in nullo extet Pall. aliorumue, imo ne in editionibus quidem exoleris; valeat, aduersatur sane menti auctoris quicquid illi dicant. neque vnquam auditum incendiis quem grafsatum ad emendationem morum.

Se fatigando) Naz. *se* quod aptius sonat.

CAP. IV. § *Quia multi dixere*) non insuaue quidem auribus, codex Bong. *quia multi multa dix.* sed ambigas, an id additamenti, requirat contextus.

Et conuiujs gratiam querere) qui heic adducunt gloriam, tanquam germanum magis; parum attendunt, aut historijs aut politicis. salutant plebem; conuiuia præbent; non assecuti culmen honorum, sed quæ adhuc eo adspirant; a quibus admodum longe abest, industriæ illa proles gloria. & vero mss. nostri primam scripturam mordicus tenent.

Magistratum adeptus sim) ita rursus nostri scripti, non *sum*, vt habeant vulgati.

Solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi) ita omnes mss. nostri. amicus tamen meus putabat, aliquot verba cusa in officinis libreriorum, usq; reiectis legendum: *solitos cum maiorum imagines intuerentur, vehementer animo, ad virtutem accendi* non male quidē si subuenirent membranæ; neq; altera lectio quasi testimonium exhiberet huius caloris.

Scilicet non ceram illam, neq; figuram tantam vim in se habere: sed &c.) sic quoq; mss. at idem tentabat; *scilicet non cera illam neq; figura vim, sed &c.*

Quam virtus, eorum famam atq; gloriam adacquauerit) ita vno ore rectorio mss. itaq; nihil adluendum; nisi animus minime necessario incrustare auctorem.

Quin dixit ijs & sumptibus) sic mss. omnes ætatis robustæ. nam adolescentiores, *qui non diuitijs*. certe in nullo comparet, *de vitijs*; quod & damnarunt antiquitatis cufis, in quibus, *qui non de diuitijs*.

Et homines noui, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antequam

seuenire, &c.) poterat breuius *homines noui, antea per virtutem soliti nobilitatem anteuenire.*

Nunc ad incaptum redeo) *Comm. captum.*

CAP. V. ¶ *Superbia nobilitatis obuiam itum est*) ita Pall. nota melioris item *Comm. meus.* Carrioni adlubefcebat, *obuiatum est*, proq; eo iuniores deinde arma induerunt tanquam pro Helena sua. sed ii perfecto nondum norunt quid ea distet ab Hecale.

Diuina & humana cuncta permiscuit) Pal. tert. *humana omnia permiscuit* Bong. l. ber. *diuina simul & humana permiscuit.* nimirum illud *cuncta* est a manu mala. vnde etiam in Pall. aliis, non eodem constituitur loco.

Dux Carthaginiensium) sic semper Palatinus Nazar. ac *Comm. noster Carthaginiensium;* cum tamen ceteris locis stet ab scriptura altera. quod adnoto curiosorum gratia.

Manastabale) *Com. & Naz. vna cum. Pal. sec. triga* videlicet eodum fideliorum, *Mastanabale*, non heic modo, sed & mox infra.

Cuius in Africa magnum atq; late imperium valuit) dictio postrema, si tanquam occuparetur a scabie, vncis includeretur, nihil auctori decederet.

Finis idem fuit) vox fuit, superflua videri queat.

CAP. VI. ¶ *Non se luxu neq; inertia*) ita & Pall. fidei minime controuersa; non *luxu*, quod extat in aliis, adiectumq; etiã postea Naz. ac *Comm. a dextra correctoris corruptrice.*

Tametsi initio latus erat, existumans, &c.) audiui nonnullos qui arbitrarentur vocem *tametsi* syllaba vna longiorem quam decebat, quod sequeretur statim, *tamen postquam.* sed si hic locus sic rapitur in medicinam, fiatq; *etsi;* idem nec esse est induci locis minimum sexcentis; vbi duo ista copulauit auctor: ego potius rapuerim in dubium verbum *existumans*, tanquam spurium.

Vehementer eo negotio permotus) videtur *de negotio*, ab audacia emendatorum, fortassis etiam & biga verborum altera.

Multa cum animo suo voluebat) luauitatem sonitus reduxeris, rescribendo, *veluere.* nec dubium mihi fit quin mille locis ea terminatio mutata sit in illam aliam.

CAP. VII. ¶ *Hominem tam acceptum popularibus*) tres voces vltimæ a ioui suspectæ esse possent, quod superius dixerat, *studia Numidarum in Iugurtham accensa*, tanquã adiecta ab ignaro breuitatis Sallustianæ. nisi in h. i. c. talibus prolisus esset, aliis item locis plurimis noster Caspue.

Quis rebus suis multos ex Rom. &c.) sic Pall. pr. & sec. forsan *rebus* abuadat.

CAP. VIII. ¶ *Complures noui atq; nobiles*) ita etiam omnino n. l. nostri, edicq; auorum taculo. Nonni *ignobiles*, ortum a ratione scribendi: prisca, *ignobiles.*

Solus Imperio Numidæ viceretur) Pal. sec. *imperij;* si q; alias legi, adscriptu Naz neq; lect. o primitus cula.

Roma omnia venalia esse.) Ordo in Commel. est. *omnia venalia Roma esse* vox ultima superfluit.

In pratorium adducit) placeret magis, *abducit.*

Neu quibus largiri infuesceret) sic & optimi e mss. neque adfentiendum sane Popmæ, in re tam clara.

Suamet ipsum pecunia precipitem casurum) egregia emendatio; petita a plerisque manuscriptis. & huius quidem loci restitutio tanti mihi videtur, vt laborem quem in comparandis membranis impendi plus quam ærumnabilem, abunde compenset. ita, in quâ plerique mss. nisi quod litura adhuc amplius, *suam & ipsum pecuniam precip.* &c. quæ tamen litera, deleta in Naz. a rubricario. hætenus tolerauimus, *pecuniam & ipsum precipitem casurum*; quod præ nostro insulsißimum.

Earum sententia hæc erat) superabundat erat. potuissetq; adhuc breuius, *dimisit hæc sententia.*

C A P. IX. ¶ *Quam rem tibi certe scio gaudio esse*) ita quidem Comm. & aliquot præterea Pall. verum Naz. vt & nonnulli alii, nec non Bongarsianus, certo, quod repudiauimus ob sonum pinguiorem.

Cum virtute, tum gratia viri permotus) ita primi tres Pall. non vt in hunc vsque diem vulgatum, *tum virtute.* quod miror nemini displicuisse vel ob auctoritatem codicis Riuiani.

Dicitur huiuscemodi verba cum Iugurtha habuisse) ita summa concordia mss. & antiquitus cusi, vsq; ad Aldum patrem, qui nobis ingessit; *huiuscemodi verba cū Iugurtha fertur habuisse.* ego potius fecissem, *huiuscemodi verba habuit, relectis ceteris.*

C A P. X. ¶ *Non minus me tibi, quam liberis si genuissem, ob beneficia carum fore*) sic mss. omnes. & non iniurie quidem expungeretur illud, *liberis*, vt monuit Vrsinus: sed quis id audeat sine decreto membranarum? eadem enim auctoritate aliquis deleverit, *si genuissem*; quod posse fieri, terento illo ñ *liberis*, ego arbitror.

Meq; regnumq; meum gloria honorauisti) Comm. non adest *vo-cula gloria.* neq; habet etiam Pal. quintus.

Vti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas) mihi delectatus fuit Sallustius tam pronomibus, quam verbo substantiue. absq; eo fuisset, poterat succinctius, *vti hos, tibi genere propinquos, beneficio meo fratres, caros habeas.*

Neu malis alienos adiungere, quam sanguine coniunctos retinere) Comm. seruat *coniungere*, & ita alias legi superpictum Naz. vnde fit vt æmbigam de sinceritate lectionis, *amicus meus abiciebat tam adiungere, quam retinere*, veluti inuecta temeritate sciolorum satis licentiose.

Obsequio & fide pariuntur) consului tres quadrigas mss. Pall sed in nullo reperit Popmæ *obsequio.* quod & nauca hoc loco. est enim *obsequium* inferiorum erga superiores.

Si mali

Si mali imbecillum) ita mss. antiquiores. recentiores *sin*; quod alioquin respuunt edd. prisca.

Colite, obseruate talem hunc virum) nihil plus est in nostris. itaque facessat Popma cum suo præterea, *veneramini*. mihi enim adhuc abundare videtur, *colite*.

Imitamini virtutem) si verum est quod ferunt Grammatici, delectatum Scriptorem nostrum verbis pluralibus haud ægre admitterim Prisciiani, *imitamini virtutes eius*; et si pronomem superuacaneum videri queat.

C A P. XI. ¶ *Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant*) extat inter lineas codicis Nazariani, alias legi *iustitium*; quod excutient homines Libitinæ amici. nam mihi profecto ferme se probat.

Qui minimus ex illis erat) dixisset alius, *minimus ex illis*; reiecta dictione principe ac postrema.

Inter alias res iecit) ita oppido bene Carrionis editio, agnoscitq; eam vocem Naz. Palatinus, quamuis deinde Corrector mutarit in *ait*, quod exemplaria edita diu iniurie occupavit.

Alius, quam quisquam ratus erat, descendit) non video cur Popma ita pugnare debeat pro *vocula erat*. mihi sane, æq; ac Riuius, notha viderur; arguuntq; ipsammet mss. nam in quibusdam eius loco comparet *esset*. certe abest Pallat. octauo. neq; culpo Carrionem quod excluderit editione sua: idem & ipse facturus, vbi cognouero abesse etiam alteri alicui mss. haud enim vnus testimonio standum puto, et si innocentissimi. tale quid etiam dictum volo, de his quæ habemus supra cap. v i i. *Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, euenit*.

Atq; ea modo cum animo habere) est hæc quidem lectio plerorumque mss. sed tamen cum Pall. quintus ac decimus seruet tantum, *modo apimo habere*, Nazac. vero adhuc abiecerit *voculã animo*, dispiciendum est an non media scriptura optima sit, ac præpositio manarit ab sciolis. nam hæctenus editum est, *in animo habere*, quomodo nullæ membranæ, præter Pal. octauum.

C A P. XII. ¶ *Primo conuentu, quem ab regulis factum supra memorauit*) Tacitus dixisset, *superiore regulorum conuentu*, relectis reliquis omnibus.

Eius domo urebatur) sic verba collocarunt mss. Pall.

Vti tanquam suam visens, domum eat) ita rursus ordinarunt membranæ Pall. vnde quis posset coniecere, fuisse primitus, *vti tanquam sua visens, domum eat*.

Atq; vti doctus erat) vox vltima deleri poterat, saluo sensu.

Hiempsal reperitur, occultans se tugurio mulieris ancillæ) sic etiam fere nostri, abiq; præpositione, quam tantum abest requiramus, vt facile ferremus. *li* adhuc *occultans se*, certe *se*.

C A P. XIII. ¶ *Fama tantifacitoris per omnem Africam breui*

diulgatur) mss. nostri quasi conspirato *diulgabatur*. an suspicandum fuisse? *fama diulgata*.

Atherbal tametsi Romam, &c.) sic mss. Pall. sine præmissa copula. at *Atherbal*, auribus mire alioquin ingrata.

Victus ex pralio profugit in prouinciam) malim *Victus pralio*, profugit; nisi etiam tollendum, *pralio*. certe neutrius vocis vestigium; in Pal. nono, aut Bongarsiano.

Multos Romam legatos mittit) talis est positura verborum in mss. Pallati.

Primum uti veteres amicos muneribus expleant) ita duo Pal. fidei minus subleat, ita Bong. quod suauius longe, quam alterum, *uti primum veteres*.

C A P. XI. v. ¶ *Tum Atherbalem hoc modo locutum accepimus*) alter quis omisisset hæc talia, contentus scribere; *tum Atherbal patres conscripti, Micipsa pater, &c.*

Ius Imperium eius penes vos) particula *eius* diserte extat in Pal. antiquioribus ut & editis ante Carrionē. alias exturbassem & ego.

Vos mihi cognatorum, vos in locum ad finium ducere) ita mss. æuopriores, quibus ætas minor, *vos ad finium loco ducere*, quomodo editi ante Carrionem, neq; displicet. sic enim etiam habere Vaticanum codicem quem contulit Bongarsius, indicant schedæ eius.

Munimenta regni me habiturum) posset abesse *me*.

Qua cū præcepta parentis, mei agitare) hæc est lectio & dispositio Vaticani codicis, qui complexus est orationes Sallustii, hæc membranarū nostrarum; nisi quod Pal. oct. *Qua cum præcepta patris agitare*; nonus vero; *qua cum præcepta agitare parentis mei*; decimus, *qua cum præcepto patris mei agitare*, editi antea: *qua præcepta patris mei cum agitare*. aut fallor, aut illa, *præcepta parentis mei*, spurga sunt,

Homo omnium, quos terra sustinet sceleratissimus) sic etiam codd. nostri præstant; res non alia, *omnium hominum quos*. aut, *homo hominum quos*; aut *omnium homo quos*, ut videatur verius aliorum, *hominum, quos, &c.* reiecto illo *homo*.

Deberi mihi beneficia a populo Romano) tres dictiones postremæ glossæ ad fines videntur.

Secundum ea si desideranda erant, &c.) ita primitus Naz factūq; inde *sed ea si desideranda*. quomodo etiam fere ceteri mss. illa, *si desideranda erant*, adulterinum quid respiciūt. certe abesse possunt, nullo sententiæ damno.

Quorum progeniem vos, Patres conscripti, nolite pati, me nepotē Masinissæ frustra a vobis auxiliū petere) aut legendū progenies cū Palmetio aut delendū primò *vos*, iussu mss. aliquot Pal. forsā etiā, *me nepotē Masinissæ*, nec nō, *a vobis*, quæ omnia plus q̄ subintelligūtur.

Quem tu patrem cum liberis tuis) Vaticano abest *tuis*. per me licet, qui pene etiam eiicerem, *cum*.

In san-

In sanguine, fuga, ferro versabimur) sic mss. Pall. potiores; deteriores versabitur.

Dum Carthaginenses incolumes fuere) Florus potius dixisset duobus vocibus, *Carthagine incolumi*.

Hoftes ab latere) ita mss. meliores, non *hostis*, quod heic ambiguum nimis: de vno accipiendum ne sit, an de pluribus.

Quis hostis nullus erat) verbum postremum, superfluum est.

Sese efferens) mss. partim *sese eferēs*, vnica litera, partim, *se eferēs*.

Qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum labore suscipere) lectionem fere suspectam redderet Comm. meus, in quo a manu principe; *diligenter colerent*. sed cum ab eodē calamo statim mutata sit vox prior in *diligenter*, apparet errorē esse ex scriptoris.

Quod in familia nostra fuit praestitit) vel deest aliquid, vel mendū hæret in voce vltima. nam de Masinissa isthæc accipi vix queunt cum ipsi tamen magis quam Micipsæ accommodari queant.

Ratus coniunctum nobis fore) ita collocantur verba in mss. Pall.

Alter ipse ego manus impias vix effugi) egregia lectio. membrana tamen quasi de compacta *alterius ipse ego*. itaq; videtur reuocandum, vt fecit Carrion. tunc enim minime videbitur ieiuni alicuius Grammatici. *ipse ego*.

Propinquos ceteros meos) Vatican. non agnoscit pronome *meos*; neq; admodum requiritur. imo ne quidem illud *propinquos*.

Ius & iniurias omnis cura esse decet) ante hæc præcedit in Com. *iusta & iniusta, ius & iniurias*. sciamus licet interpretationem alterius. & vero scribitur Nazariano inter lineas pro tali.

Quo accedam, aut quos adpellem) ita Pall. ita Vaticanus, ita Bongartiani. Carrion tamen intrusit, *quos accidam?*

Aut quisquam nostri misereri, &c) sic omnibus literis mss. Pal. & Vaticani: nō, *an quisquam*, vt hæctenus cusi, quod exilius sonat.

Masinissa nos ita instituit) haud aliter mss. nostri. in nullo sane, reperitur aliorum *Micipsa*, quod ineptum est. nam vixerunt *Micipsæ* liberi etiam sub *Masinissa*.

Sociorum iniurias curare) non abeunt ab hæc scriptura mss. Pall. *tutare* Vrsini, ingeniosius forsitan quam verius. habemus tamen *tutare pericula*, infra oratione Lepidi.

Priuata amicitia Iugurtha parum cognita transuersos agat) planius fuerit, *parum cogniti*.

Ne ille, qui nunc sceleribus suis ferax) reduxi quod erat in Pallar. Nazariano; viriliores paulo sensus, quam alterum illud, *vt ille qui &c*, quomodo hæctenus vulgati.

Qua me premunt erumnas) hæc est conuersa scriptura Pallat. omnium, ne quis forte auscultet ad Popmæ, *miserias*.

In tanta mala precipitat us ex patrio regno) restitui optimā lectionem; eiecta dictione, *pulsus*, obsidete nuperas editiones; cuius nec vllum vestigium in primariis. non magis quā in mss. Pal. & Bong.

Ne viuere contemptus uideret si &c.) Commelin. meus priua habuit, *neu vere contemptus*; & ab eandem dextra, *neu viuere contemptus &c.* Pal. nonus *ne viuere contentus*; quam scripturam agnoscent etiam quidam ex interpretibus, mihi utraque obscura est.

Nunc neq; viuere libet, &c.) exterminavi aduerbiū *quoniam*, & comparatā vnā aliterq; ætatem in edd. omnib. non libens hercle, sed coactus auctoritate omnium mss. editionumq; primarum.

Sine dedecore. Patres conscripti, per vos, &c.) sic contubernium mss. satis quidem abrupte imperitiis, nisi aliquid terciatis verbis simile, hoc loco appetitissimum esset. a libris membranaceis nihil recedunt primitus impressi, quam quod supplendæ sententiæ interposuerint; *sine dedecore. Patres conscripti oro vos per liberos.* satis rustice minus forsitan insubide fingi potuisset. *sine dedecore Quare P. C. per vos*; ut *quare* perisset ob soni adfinitatem, quæ cum postremis elementis verbi *dedecore*.

C A P. XV. ¶ *Obscauitiam suam*) aliud quid initio fuit in Comnescias. *seductiam*, an *secauitiam*.

Præterea magna pars gratia deprauata) sic etiam e nostris mss. Naz. nam alii adtexunt, *pars Senatus gratia*, quod esse a glossa, res ipsa loquitur.

Extollere laudibus: gratia, voce, &c.) reuocavi posituram mss. eodd. & antiquitus colorum. absq; eis fuisset, hætere possemus, an non etiam distinguendum; *extollere: laudibus, gratia, voce, denique, &c.*

Hiempsalis mortem seuerè vindicandam) mirum mihi, in nonnullis aliorum libris repertum, *dire vindicandum*. cuius vocis vestigium nullum in Pall. nostris.

Famosam impudentemq;) sic & vetus editio, & mss. nostri, quod pronuncio, quia video Kitium heic laborare.

Veritus, quod in tali re solet, &c.) in tali re, exclusisset Lacedæmonicæ eloquentiæ orator, tanquam superuacuum.

C A P. XVI. ¶ *Quia consul, &c.*) ita etiam initio Naz. tantoq; int. d. vi. libentius, quod id offendiſſet item in suis Popma.

A. crine victoriam nobilitatis, in plebem exercuerat) & huius loci restituti gratia, minime pœni. et excussisse puluerem librorum pergameneorum. iam enim seculum est, quod legebatur, *acerrime vindictam nobilitatis*, omnino contra mentem auctoris; quem, præter mss. adhuc conseruarunt typis excusi ante annos sexaginta.

Tamet si Roma in amicis habuerat, &c.) meus Commelin. initio aperte habuit, *in inimicis*, aut tale quid, & ira etiam inuenitur fere in editionibus aliquot, nempe, *Roma inimicum*, a quibus nihil diuertit Pal. sept. nisi quod is *Roma inimicos*, sed nihil nouare placet, neq; permittit ratio.

Accura-

Accuratissime recepit) non est quod dubitet stare pro hac lectio-
ne Riius propugnante eam etiam Pall. nostris.

*Vti fama, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum regis ante-
ferret*) non culpo Carrionem, cuius habet editio, *vti fama, fide, po-
stremo, &c.* nam & sic quoq; præfert Nazar. item a calamo primo
Commelin. adeo vt sic videatur emendandum, nisi forte fuit, *fa-
ma fide, &c.*

Specie quam vsu potiore) Naz. noster principio habuit, *vsui,*
vel certe *vsus.* extrita enim scapello litera postrema.

CAP. XVII. § *Africa situm, paucis exponere, &c.*) voces duæ
vltimæ, oculis meis occurrunt, tanquam adhiætæ essent a commē-
tatoribus: vtiq; cum deinde sequatur, *cetera quam paucissimis ab-
soluam.*

*De ijs haud facile compertum narrauerint; cetera quam paucissi-
mis, &c.*) non acquiescit animus huic clausulæ, ob dissidētes scri-
pturas membranarum. Commel. enim præfert; *compertum, haud
narrauerim. cetera.* Pallat. quart. *compertum quam paucissimis, &c.*
Pall. vndec. *facile haud compertum narrauerim. an fuit, de ijs haud
facile compertum; cetera, &c.*

In parte tertia Africam) Comm. cod. *in partem tertiam.*

Ab ortu solis decliuem latitudinem) nullam exputo rationem, cur
tot inueniantur, quibus adblandiatur, *altritudinem,* cum eis obster
& vox Græcanica sequens, & adiectiuum *decliuem.* imo & locus
Melæ quem adducunt stabiliendæ coniecturæ; contra ipsos facit.

Ad hoc malefici generis plurima animalia) non videntur hæc ap-
pte posita. mallem adhærerent supra, illis, *penuria aquarum: ad-
hoc malefici, &c.* nisi potius velimus, aliunde ab docto aliquo in-
uecta, vt confirmaret, a bestiis ibidem homini periculum. quod
strenue suspicor: eo quidem magis, quod post isthæc, erasæ sint in
Nazariano, literæ minimum duodecim, quibus forte indicaba-
tur nomen auctoris vnde hæc sententia desumpta.

Quamquam ab ea fama, quæ plerosque obtinet) ita mss. omnes,
quod significare libet, quoniam locum istum laudo ad Epistolam
Sallustii, quæ incipit: *Populus Romanus antea obtinebat, regna atq;
imperia fortunam dono dare.* ibi enim libenter legi cuperem: *Popu-
lum Romanum antea obtinebat &c.*

Ceterum fides eius rei penes auctores erit) minime desideret bre-
uitatis amans, eius rei.

CAP. XVIII. § *Quas nox coegerat sedes habebant*) lectio olim
edita, *qua nox;* quod item probare possem sustentatum Pallat. ali-
quot quasi tibicinibus, nisi eadem essent ætatis recentioris. Com-
melin. enim meus diserte habet scripturam priorem; ac fuisse itē
in optimo Naz. indicat rasura. quid. quod totidem literis isthæc
expressit Sulpitius Severus Dialogo i. de virt. Monarch. Orient. se-
ctioe ix. interpretatio loci pctenda a Riuiο.

Multis sibi quisq; imperium petentibus) nihil in hac lectione virtutis, ut visum Riuio: stabilitq; eam, tum editio vetus, tum mss. nostris, quorum tantum vnus e iunioribus: *multis sibi imperium petentibus quisq; dilabitur.*

Mare magnum, & ignara lingua) *mare magnum*, ut in illo: *Ecce maris magni claudit nos obice pontus.*

Gatulos secum miseruere) ita etiam membranæ cum optimæ; & sensus est, auctos accessione Gætulorum.

Medis autem & Armenijs accessere Libyes) ita quidem concepit Naz. & aliquot alii: sed interim & primus impressi & Com. nofter, *Medi autem & Armenij accessere Libyes.*

Nomo-Numida propter) sic pene mss. in quibus scilicet, nomine Numidia olim cusi, *Numida nomine*, longius a vero.

CAP. XIX. ¶ *Pars Imperij cupidine, sollicitata plebe & alijs nouarum rerum auidis*) hæc lectio visa mihi potior; utpote quam tuerentur & Naz. & Comm. ceteri enim non eiusdem senectæ; & alij nouarum rerum auidi; quomodo item editio prima. sunt quoque chirographi, quibus eadem scriptura, sed destituuntur copula &. Quod primum posui, hanc habet sententiã Phœnicum quosdam, duabus de causis exisse terris suis; atque eduxisse vna secum non modo suam plebem, sed & multos vicinorum nouarum rerum auidos

Hadrumetum) ita & Naz. nisi quod in eo *Hadru-metum* eadem adspiratio durat quoq; in Pall. reliquis, abest tamen Comm. meo.

Philenon ara; quem locum Aegyptum versus finem imperij habuere Carthaginenses) poterat breuius, *ara, Aegyptum versus, finis imperij Carthaginensis.*

Alios incultius vagos agitare) per me abesse posset, vox *agitare.*

Vsq; ad flumen Mulucham) Carrionis editio; *ad flumen vsq; Mulucha*; præter mss. & Pall. & Bong. & Comm.

CAP. XX. ¶ *Certum ratus, quod ex amicis*) sic quoq; sine illo esse Pall. nostri, aguntq; in eo secundas Riuianis.

Apud Numantiam) non displiceret, *ad Numantiam*, quod placuit Riuio: sed sic nulli e libris.

Cum omni multitudine in regnum suum conuertit) sic Pall. & cusi omnes ab vltima origine. Comm. solum, *conuertitur.*

Bellum gerere cepit) dictio vltima nihil facit ad supplementum sententiæ.

CAP. XXI. ¶ *Vbi intelligit eo processum, uti regnum aut reliquendum esset, aut armis retinendum*) Tacitus aliquis solum scripsisset, *vbi intelligit regnum aut reliquendum, aut armis retinendum.*

Velle & censere eos ab armis, &c.) ita mss. optimi cum copula, qua tamen destituta edd. primæ. & Nazar. videtur initio caru sse *velle &*; eiusque loco, vnam alteramq; habuisse literam, quæ deinde erasa.

De con

De controuersis suis iure potius quam bello disceptare, &c.) sententia isthæc in nulla extat membranarum nostrarum, in nulla editionum antiq. quia tamen assueerat Popma inuenisse in calamo exaratis codd. haud ausus sum excludere. præsertim, cum optime quadraret clausulæ proxime sequenti.

Ita seq. illisq. dignum esse) cum extent codd. in quibus, *dignū fore*, nihil certius, quam eiciendam & hanc & aliam, retento solum, *ita seq. illisq. dignum*.

CAP. XXII. ¶ *Is rumor clemens erat*) malæ heic Ciacconius. vult enim auctor, rumorem infra verum fuisse, minusq; atrociam vulgasse quam erant.

Neq; carius auctoritate Senati esse) vox postrema spuria est, quod vel detegat Commelin. noster, in quo visitur post *quidquam* non post *Senati*.

Ab adolescentia ita enisum) sic mss. meliores omnes, absque sua, quod intersparsum patrum primum memoria; neq; adgnoscit editio primaria vna atq; alter.

Quod ubi comperisset, sceleri obuiam esse) alius forte scripserit, *eo sceleri obuiam esse; reiecto, quod ubi comperisset*; ceu superuacuo.

CAP. XXIII. ¶ *Suos hortando ad virtutem erigere*) reuocavi scripturam omnium scriptorum editionumq; veterum; quorum nullus adgnoscit Carrionis *arrigere*.

CAP. XXIV. ¶ *Quarum sententia hac fuit*) vox vltima, superabundat.

Etiã antea expertus sum, parum fidei) cset rotundius, *etiã antea expertum, parum fidei*.

Vtrum grauius existimet) Com. præposuit & *utrum*.

Qua sane fuerint nostra iniuria, nihil ad vos) dictiones tres postremæ suspicor manasse a glossographis.

Quem vos Imperatorem Numidis posuistis) illud vos abest Pal. tertio, nec requiritur. suspecta præterea dictio *Imperatorem* ac ferre est, putem fuisse, *quem vos Numidis imposuistis*.

Clausum obsidet) ita restitui, obelo transfixis, *clausum tenet atq; obsidet*, quod mediæ illæ voces in nullo inuenirentur mss. in nulla editionum veterum; ne in Aldina quidem. natas puto a Carrione.

Vana forent potius) deleri posset *forent*.

Vti licet consulite) in nullo meorum offendi Popmæ, *vti placet*.

Eripite, per maiestatem Imperij, &c.) intruserant alii, *eripite, per vos, per maiestatem, &c.* sed abdicunt mss. simul & olim publicati.

CAP. XXV. ¶ *Maiores natu nobiles amplis honoribus vsi*) vsi,

non conspicitur in Comm. nostro, & deleri debet, forsan etiam nobiles.

Se ad eum ab Senatu missos) mss. meliores cum copula, *seque ad eum, &c.*

Animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiebat) & hanc lectionem comprobant Naz. ac Com. item Bong. non rapiebatur.

Neq; quod intenderat efficere potest, ut prius quam legatos conveniret, Atherbalis potiretur) aut hæc omnia pro glossa haberi possunt, aut reformanda, *neque prius quam legatos conveniret, Atherbalis potiri.*

Quod ab oppugnatione non desisteret) melius Com. noster, *quod oppugnationem non desisteret.*

CAP. XXVI. ¶ *Confusi de ditione facta, propter magnitudinem &c.*) vercor ne sint a scolis, *de ditione facta.* certe tortuose procedunt verba, & satis istud subintelligitur.

CAP. XXVII. ¶ *Vti quisq; armatis obvius fuerat interfecit*) maluerim, *interficit.* nisi id verbi potius tollendum est, ut subaudiat *superius necat.*

Prolatandis consultationibus) sic quoq; mss. Pall. ideoq; minime admittendum aliorum, *protelandis*

Aliaq; que bello vsui forent) fuisse satis aliaq; bello vsui, amputatis ceteris. Est in Com. *alia quaq; bello vsui forent.*

CAP. XXVIII. ¶ *Cui Roma omnia venire in animo haeserat*) nescio cur ab hac lectione abhorreat Rivius, nixa duobus eius mss. extat sane etiam in Pall. (selectioribus: ideoq; cicci, *venum ire.*

Nisi regnum) ita Pall. olim cusi, *in regnum.*

Consul Numidis ex Senati decreto) Pal. tert. & *Consul ex Sen. sine voce Numidis;* ut forte fuerit: *id Consul ex Senati decreto, &c.*

Ita infectis rebus illi domum discedunt) sic mss. sic impressi omnes etiam Aldini: ut mirer unde inueerit editioni suæ Carrio, *illi infectis rebus ita domum reuersi sunt.* at hunc tamen alii deinceps constantissime secuti; luscum ducemus cæci: quib. tamen de se si creditur ipsis, omnes excussæ membranæ, omnes editiones: tam quidem superstitiose, ut plus de auctore nostro meriti sint, quam de Theseo extracto ab inferis ipsemet Hercules.

Legat sibi homines) hæc etiam lectio in chirographis Pall.

Qua deliquisset munita fore sperabat) insignis figura; quam tuentur mss. omnes. itaq; ne admittamus aliorum *impunita.*

Cuius de natura & habitu supra memor animus) ei iterum calculum meum adiecerim, qui isthæc omnia censuerit hominis madidæ memoriæ.

Nam in Consule nostro. multa bonaq; artes animi & corporis erant; quas omnis, &c.) sic solus Naz. ceteris abest copula *que poterat quis longe breuius: nam in Consule nostro multas bonasque animi & corporis artes, omnis, &c.*

CAP.

CAP. XXIX. ¶ *Ingurtha per legatos pecunia tentare*) haud alius item verborum modo in mss nostris.

Postea vero, quam participem negotij Scaurum accepit) Comm. acceperat, & ita alias legi notatum ad Naz. vt suspicer prius fuisse, *postea vero. participe Scauro, in maximam.*

In oppidum Ingurtha Vaccam) Pall. ætatis inferioris, *Vaccam;* superioris *vagam.*

Cum Bestia & Scauro secreta transigit) ita Naz non vt hucusq; legimus, *transigit;* quod minus aptum rei.

Equi multi, cum paruo argenti pondere, Quæstori traduntur) sic libuit restituere, suadentibus libris antiquissimis Naz ac Com. alii enim adhærent editis, habentq; *cum non paruo, &c* quod cur heic admitti necesse sit, non video.

CAP. XXX. ¶ *Patres solliciti erant*) duæ voces *solliciti erant,* nõ quidem videntur irreptitiæ, procederent tamen omnia pronius, si legeremus, *Patribus probarent ne, &c.* posset tamen ferri, *solliciti, eiecto solum erant;* quod alioquin aliquid abest mss.

Cuius de libertate ingenij & odio potentia nobilitatis supra diximus) obliuiosis isthæc consuluerint; non etiam attentis lectoribus, quare si quis spuria duxerit, is se sibi habeat aſentatorem.

Prorsus intentus omnimodo plebis animum accendebat) merù rus; neq; tamen odori illi medeor. Pal septimo non adest vox *intentus,* eiusque loco geminauit *prorsus.* vndecimus refert *omnino plebis.*

Ac potissimum ea dicam, quæ in concione post reditum, &c.) ita etiam mss. notæ minime vulgaris, nam iuniores, *eam dicam, quam;* neutrum mihi sapit. malle ceteris exclusis; *ac potissimum, quæ post reditum, &c.* ita certe loqui decebat minime Asiaticum.

CAP. XXXI. ¶ *Ne nunc quidem, obnoxij inimicis, exurgitis*) ita diferte etiam Nazar. noster; sed extrita deinde litera vltima in *obnoxij;* pessimo facinore meo quidem animo, nam qui probant *obnoxij,* id sibi solis probent non mihi.

Quæ mihi a parente meo tradita est) alius forsan maluisset, *quæ mihi a maioribus tradita est.*

Quæstiones habitæ sunt) restitui editionis primæ scripturam, cui adſentitur Naz ac Com. nam Pall. ceteri *graues quæstiones habitæ sunt.* quasi vero vlla quaestio leuis foret.

Verum lubido eorum finem fecit) pronomen; an sit ab auctore, ambigo.

Sed sane fuerit regni paratio, plebi sua restituere) Seneçæ dixisset. *Sed fuerit sane regnum, plebi sua restituere.*

Sed incedunt per ora vestra magnifici. ita vetustiores illi mss. quibus etiam accedit Bong. non, *magnifice,* vt habent editi:

Serui are parati iniusta inſperia, &c.) ita omnes mss. nostri, non *comparati.*

Vos Quirites imperio rati, a quo animo, &c.) secutus sum codices

Riuianos. nam nostris aderat etiam præpositio, *in Imperio*: perperam. vos, inquit, natos ad imperandum; seruire, minime ferendum.

Noceatissimi, idemq; superbissimi) sic omnes mss. nostri & edd. antiquæ simplici iota non *idemq;*.

Quod si tam vos libertatis curam haberetis, quam illi &c.) sic omnino mss. nostri. abeat igitur Car. ionis; *quod si vos tantam libertatis, &c.* etsi non negem posse adhuc deleri proxi-
men vos.

Scilicet astumabitis, qualis illa pax, &c.) reuocauit lectionem Commelin. mei. antea erat *existumabitis*, minus hoc loco conueniens.

In Rempubl. damna) ita etiam mss. Pall. non *ad Rempubl.* vt cusi ante Carrionem.

Vos autem, hoc est, populus Romanus inuicti ab hostibus, &c.) iniuste hæc mutilant homines; minime attendentes emphasi egregia inferri, *hoc est populus Rom & vero comparent in Naz. ac Com.* vt etiam in Pall. cæteris atq; edd. primis.

Tamet si viro flagitiosissimum existimo) securus sum coniecturam Riuii, libris non allucentibus. vulgo quippe legebatur, *virum flagitiosissimum*, quomodo etiam in plerisque mss. nam Naz. noster habet, *viros flagitiosissimos*; superscriptumq; alias legi, *virum flagitiosissimum*.

Nam & illis, quantum importunitatis habent) Com. noster *oportunitatis*. editio autem prima *inopportunitytis*. sed nihil mutandum cenfeo; etsi non satisfaciatur lectio vulgata. nisi enim, *quantum importunitatis habent*, notat idem, atque *præ ea quasunt importunitate*; non adsequor quid velint.

Æterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut seruiendum esse, aut per manus libertatem retinendam) libenter strangularem duas illas voces, *cum intelligetis*; tanquam adulterinas.

Non peculatus ararij factus est) Pall. aliquot & Bong. excluderunt dictionem postreman. & hercle va. at.

Quid erit reliquum) meis oculis etiam hæc superfluum erit.

CAP. XXXII. ¶ *L. Cassius, qui tum prætor erat, ad Iugurtham*) breuius esset, *L. Cassius, tum prætor, ad Iugurtham*.

Quos pecunia capta arcessebat) haud aliter Naz. ac Pal. sec. vulgo erat, *accessabant*.

Flagitiosissima facinora fecere) malle. *facere*.

Elephantos Iugurtha traderent, alij perfugas, &c.) sic scriptura membranarum vetustior. porro qui hæc habent in re, nõ in verbis: eos expedire est, si dixeris: *trudere* idem esse, quod *reddere*. nempe elephantos a Iugurtha nuper acceptos; eodem modo redditos, dicit auctor. idq; verum, arguit directe locus capituli xxxii. *qui elephantos quiq; perfugas tradidissent*

Alij perfugas venderent: pars ex pacatis prædæ agebant) potius fuit

fuit, *vendere*, item *agere*. idq; tanto proclivius suspicor, quod ex-
ter in Bong. *agerent*.

Quoniam se populo Rom. deditisset) nisi fere & primæ edd. quo se
pop. Rom. deditisset) solus Com. qua. sed forsitan verborum hæc pen-
ptas, spuria est.

C A P. XXXIII. ¶ *Caium Babium, trib. pl. magna mercede pa-*
rat) ita scripti, non vt recto editi *Caium tamen Babium*.

At Caius Memmitus aduocata concione, &c. ita meliores mss. non
Ac. quod est in vulgg.

Si vera aperiret, in fide, &c.) sic vetus editio, sic mss. Pal. sanctio-
res profaniores enim, vt & nuperrime vulgati; si *verum aperiat*.

Magnam spem illi sitam) dictiones duæ a fine possent auferri, sine
sensus damno; certe vitima.

C A P. XXXIV. ¶ *Quem pecunia corruptum supra diximus*) nul-
lo interuallo isthæc scripserat; vt plus quam superuacuum fuerit
id heic iterare. haberi queunt pro adscititiis.

Ludibrio habitus ex concione discedit) Com. *discessit*, vt & aliquot
Pal. nec non auorum æuo editi. stat tamen pro priore Naz. ac Pal.
sec. si mei foret arbitrii, voces tres postremas abiicerem, ceu ir-
reptitias.

C A P. XXXV. ¶ *Iugurtham ob scelera inuidia cum metu urge-*
at) Naz. ac Pal. sec. *Iugurthamq;*; nec est quod refugiamus tales
nexus.

Alium mala fama & timor impediabat) sic mss. primarii omnes,
notæ deterrimæ & *timor animi*, vel *timor populi* scias vtrumque fi-
gmentum interpretum.

Insidiatores Massina paret, ac maxume occulte) scio quid dici queat
pro lectione vulgata. sed tamen, cum insidiæ. non procedant nisi
clanculum, posset omitti illud, *ac maxume occulte*.

Bomilcar comes eius qui Romam fide publica venerat) nescio an
non omnia videri queant ab interprete, præter dictionem primã,
quis enim dubitet, eadem fide comprehensos Iugurthæ comites,
qua Iugurtham?

Et ipse paucis diebus eodem, &c.) in nullo nostrorum comparet
illud *post*. productum Riuio.

Sed postquam Roma egressus est, fertur) dixissem ego: *Roma egres-*
sus, fertur, abdicatis voculis tribus.

C A P. XXXVI. ¶ *Aliaq; qua militibus vsui forent, maturati in*
Africanam portare) vox postrema a nemine patienter legi potest, ad-
eo & visu & odore, est deformitatis notæ. sed & nares acutiorum
suboffendant adhuc præcedentia; tanquam quinque vocib. prio-
ribus, immiscuerint se tres spuria; scribendumq; fuerit, *aliaq; mi-*
litibus vsui maturat.

Romam discessit, sic iterũ reponendum putavi, ei-cto aliorum,
decessit; ob contentum membranarum ac vet. edd.

Comitio-

Comitiorum dies aduentabat) Carrio procurat, *aduentabant*, sed contra mss. nostros.

C A P. XXXVI I. ¶ *Quem propratore in castris relictum supra diximus*) dictum sane supra, & vix tribus lineis intercedentibus. quapropter si cui a glossa v. debentur, ei facile subscripserim.

Terrore exercitus ab rege pecunia capiunda) non displicet quod in mss nonnullis etiam Bongarsianis; *captanda*.

Et sauitia temporis, & opportunitate loci) ita libri nostri gentium, vt ita dicam, maiorum. nam reperi in minoribus, & *inopportunitate*, de quo Riuius.

Hiemalibus aquis paludem fecerant) produxit editio Carrionis, *hiemantibus aquis*, neq; culpo. sed nostrum tuctur se toto grege manuscriptorum Pall. neq; aliter Commelinianus.

Aut cupidine cecus ob thesauros opidi potiundi) duplex vocum biga a fine, *ipurium* quid redolet.

Aliaque qua incaptò vsui forent properare) sic etiam nostri meliores, nisi quod Comm. *praparare*. at ego potius dixissem, *aliaque incapto vsui, properare*; neglectis ceteris.

C A P. XXXVIII. ¶ *Subdolos eius augere dementiam*) sic & nostri libri meliores, solum remanet in vitioribus, *subdole*.

Ita delicta occultiora forent) sic Pal. sept. editiones pattum memoria nãtz. vox vltima, videtur adfuta ab interpretibus. eam certe arguunt falsitatis variæ lectiones membranarum. nam Naz. prima scriptura expuncta est, repositumque a manu secunda, *occultiora fuerunt*. Pal. sec. quart. quint. ceterique nec non Com. *fuere tert. forent*.

Auli castra circumuenit) non possum quin indicem Nazarianũ a prima ac secunda manu variare perpetuo in nomine *Auli*. a prima enim est, *Albini*; a secunda, *Aulini*: nisi sine capitis xxvi. ibi enim initio fuit, *Albinus Aulo fratre in Castris*: mutatum tamen & ibi statim *Aulino*.

Confirmare, trepidare omnibus locis. vis magna hostium) introduxi aliam distinctionem ab ea, quæ hætenus fere obtinuit; coactus auctoritate membranarum. sed & alioqui prima editio, *confirmare. Trepidare omnibus locis vis magna hostium*. quam distinctionem minime posthabuerim vultu gaudio, præferente; *confirmare; trepidare: omnibus locis vis magna hostium*. *trepidare* heic notat, satagere cum fructu.

Ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus) deleuetim paullo ante potuisset adhuc breuius vnica voce *ex numero corruptorum*.

Transire ad regem) Naz. & Pal. sec. *transire* forsitan melius.

Eaque Numida cuncti irrupere) hæreas vitum malis, *eoque*; alterum, quod quidem in plerisq; mss, & olim impressis, etiam Naz. sed & ab eadem manu superscriptum eidem *eoque*; quomodo deserte Comm. noster. nihil tamen temere mutaucimus.

Postero

Postero die) aliquot e mss. postera.

Tamen quia mortis metu mutabantur, &c.) sic a manu prima Naz. ac Pal. sec. quorum uterq; interpolatus a correctore; ostentatq; primus: *mutabantur*; alter vero *minitabatur*: quod vltimum in aliquot membranis, addita tamen litera; *minitabantur*: Commelinianus valde abijt a ceteris, vt & Bongarsianus. hic quippe habet, *tenebantur*; ille, *agitabatur*; est in Pal. quinto *multabantur*. sexto *urgebatur*. sept. *tenebantur*. octau. *mutabantur*. scio quæ alii commentati sint; nec placent. I bet enim arbitrari vocem illâ turbatricem omnino exterminandam, vnaq; dictionem *quia*; vt fiat; *tamen mortis metu, sicut regi libuerat, pax conuenit*. sententia a-perta.

CAP. XXXIX. ¶ *Metus atq; mæror civitates inuasere) ma-*
luitsem, inuadere. sed & patienter tulerim deleri illud civitatem.

Maxime qui bello saepe præclari fuerant) breuius foret, maxime
bello saepe præclari vocibus duabus delectis.

Ob ea Consul Albinus ex delicto fratris inuidiam, ac deinde periculum timens) videretur figmentum Commentatoris, ex delicto fratris;
aut certe, vb ea consul.

Senatum de fœdere consulebat) iucundius fuisset. consulere.

Exercitui supplementum scribere) Naz. primo habuit, vel exerci-
tu aut certe exercitus.

Sciatu: sibi nihil agendum) Carrio inuexit primum agendum,
inuitis mss.

CAP. XL. ¶ *C. Mamilius Limetanus) sic Naz. & Comm nam ce-*
teri Limitanus.

Incredibile memoratu est quam intenta fuerit) Commelin. quan-
tum, vt & inferioris sæculi codd. mss. Nazarianus tamen præfert
alferum.

Quantaq; vi rogationem iusserit, decreuerit, voluerit) nihil heic
superuacuum. exprimunt enim, & quidem verbis solennibus,
mentem populi.

M. Scæurus, quem legatum Bestia fuisse supra memorauimus) suf-
fecisset, M. Scæurus Legatus Bestia; reiectis ceteris omnibus.

Tres quaestores rogarentur) mss. nonnulli: tres

CAP. XLI. ¶ *Ceterum mos partium popularium & senatus fa-*
ctionum) valde discrepant libri editio princeps præter, & Sena-
torum factionum. Naz. mos partium popularium & factionum, sine
voce Senatus; quæ nec in Comm uisâ a calamo recenti: etiãq; in-
terpolata in Pal. sec. nam tert. mos partium popularium, Senatus fa-
ctionum, sine copula. text. mos partium pop. & mos Senatus &c. nisi
fallor restituendum: ceterum mos partium & factionum, omissis
ceteris. imò si quis adhuc amputarit, & factionum, ei apud me
præmium.

Sed ubi formido illa mentibus discessit) produxi cum Carrione scripturam mss. cod. cum, improbato illo, *decessit*.

Scilicet ea quæ res secunda amant &c.) non habet multum quod heic agat, *Scilicet ea*.

Otium postquam adepti sunt, asperius acerbiusq; fuit) ita sine ullo dissensu Pall. ut mirer quid Popmæ venerit in mentē isthæc fœde inter, olanti, etiam contra consensum editionum exoletarum.

Nobilitas factione magis pollebat) ita mss. omnes præter vnū cui desit *magis*. pellime.

Namq; capere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubricinē vertere) sic mss. ætate prouectiores. & recte, nam lubricinē laboratum æque in plebe iuxta ac nobilitate. Libri plane recentes, duo Pal. sept. ac dec. ignorantie vocis *lubricinē*, inuexerunt amplius, *nobilitas dignitatem in dominationem, populus &c.* vel etiam, *nobilitas dignitatem in superbiam*. stulte. tollenda enim vtraque vox; fortassis quoque præterea, *cæpere*.

Atq; dispersa, in multitudinem minus poterat) reduxi posituram verborum ac distinctionem quæ in mss. editisque vet. quibus tamen *in multitudine*, ut forsitan binæ illæ dictiones sint ab librariis; certe præpositio, quæ alioqui non est in Pal. nono.

Vti quisq; potentiori cōsiniis erat) sic etiā mss. nostri sinceriores, nō *adfinis* quod tantum visitur in inferioris ætatis membranis.

Quasi permixtio terra oriri cœpit) verba duo postremæ non videntur legitima auctoris. Naz. habet, *quasi permixtione terra ferre cœpit*. emendatumque deinde, *terra oriri*. at refert Commel. *quasi permixtione terra oriri cœpit*, quomodo & a manu recenti Pal. sec. cui prius fuerat, *quasi permixtione terrere cœpit*. sed nec satis intellego hanc permixtionem *terræ*.

CA P. XLII. ¶ *Tribunum alterum, alterum triumuirum*) ita mss. nostri, sine eo *plebis*, quod editionibus aliis immixtum est, plane e superuacuo.

Sed de studijs partium & omnibus ciuitatis moribus) posset tolli *illud omnibus*, tanquam otiosum; aut præter rem.

CA P. XLIII. ¶ *Post Auli fœdus*) in mss. tribus melioribus, habetur omnino, *Albini*: quod iterum moneo ob causam.

Metelloq; Nuniidia euenerat) sic etiā Pall. optimi. peiores enim, *obuenerat*.

Quamquam aduerso populi partibus) lectio hæc quidem in editis omnibus, & a scriptura nouissima in membranaceis. sed enim referunt antiquiores; partim, *aduerso populi partium*; partim, *aduerso populis partium*.

Præsidia undiq; arcessere) sic potiores mss. non *accersere*, ut est in vilioribus.

Quæ in bello vario & rerum multarum egent) destituuntur aliquot mss. *in*; plures etiam *copula &*. probo vtrumque, ampli-

ampliusque adhuc sustulerim *vario*; tanquam interpretis.

Et reges vltro auxilia mittendo postremo omnis ciuitas summo studio adnitebatur) maluisse, *auxilia mittere*; item studio *admiti*. primam certe mutationem stabilire est fide Pal. tertii, quarti, sexti, sept. dec.

Tum maxime quod aduersum diuitias inuictum animum gerebat) Curtius dixit, *tum aduersum diuitias inuictum animum, omniis reliquis*; nisi forsan adsumendam quoque *maxime*.

CAP. XLV. (*Exercitus ei traditur Spurij Albini proconsulis in-* *ers*; ita optimi codicum, Naz. ac Com. non vt alii editique, *tradi-* *tur a Spurio Albino proconsule*. quod si cui libitum reseccare adhuc illud *proconsulis*, faciet auctoritate Pal. quarti.

Aut bonis spei accedebat) poterat nullo sententiæ damno ciici vox postrema.

Statuit tamen Marcellus) idem dictum volo, de nomine *Mo-* *tellus*.

Quaquam & aestiuorum tempus, comiticum mora imminuerat) Bong. codex *aestiuum tempus*. neutrum placet. conieci aliquando in Suspicionibus, *quaquam & aestiua comitorum &c.*

Quam maiorem disciplina milites laborare coegisset) Pal. pr. sec. septimus, *labore*; vt suspicio sit vocem *laborare* tollendam. inquinatamque vltimam: ac fuisse forsan *coercuisset*; aut *correxisset*.

Plerumq; milites statuis castris habebat) cieci præpositionem in, iussu mss. selectiorum. sed nec comparet in olim culis.

Sed neq; more militari vigilia deducebantur) haud aliter Naz. ac Com. quod ne casu factum putemus, videre est in Com. *duc* statim delictum, scriptumque consequenter; *deducebantur*: adeo vt appareat ita fuisse in librarij authentico. ceterum quod heic intersterrat P opma: *Sed neq; muniabantur ea, neque more militari &c.* sciamus oportet, nihil tale inueniri in libris Palatinis, adeo vt putem codicem eius antiquissimum nihil habere præter nomen. plane si examinauerimus trigam illam verborum, reperiemus falsum esse: non modo; quod vbi castra, ibi etiam nauotio: sed quod verosimile, galeatos istos lepores probe sibi cauisse vallo ac fossa a superuentibus hestum.

Prædas certantes agitare) confirmant hanc scripturam Pall. neque hi solam, sed & editiones remotiores quatum in nulla, *certasim* aliorum.

Panem in dies mercari) sic & mss. nostrî, respuitque aliorum *in diem* ipsamet euphonia.

In eo exercitu cuncta fuisse, & alia amplius) cuperem excindi illud *fuisse*, q; heic parum habet quod agat, conspiciturque in Com. ante *cuncta*, præterea cum vox *amplius* comparet in Pal. tert. quarto ante *alia*. habeatq; decimus tantu *& amplius*; omisso *alia*; videndum an non status controuersia moueri possit illi, *alia*.

CAP. XLV. ¶ *Namq; edicto primum valimenta &c.*) nō male quidem editi, *edicto primo*; sed contra optimos mss. Pal. pr. sec. Com. nam nonus vocem tam habet, tantum a correctore. & vero impune omitti posse valde suspicor.

Ne quispiam ordinem egraderetur) ita plerique manu exaratorum codicum, non *quisquam*, ut est in aliis vulgaris.

CAP. XLVI. ¶ *De innocentia eius certior Romæ factus*) Popma iterum persuadere nititur, substituamus *Romæ*. non male, nisi aduersaretur omnes ad vnum mss. nostri, etiam editio princeps: ac vero ad fine videri queat lugurthæ compertam innocentiam Metelli, cum Romæ esset.

Veram deditioem facere conatus est) duæ voces postremæ abundant. maluisseq; ego, *veram deditioem conari*.

In Numidiam procedit) aliud quid initio fuit in Nazar. forsitan *procedere*.

Pecora, cultoresq; in agris erant) præstaret tolli *erant*, ceu corrumpendo cursui orationis.

Præfetti regis obtinui procedebant) ita Naz. ac Pal. sec. vnde suspicio illud *procedebant* irrepsisse a glossa, factum dein, *obuiam procedebant*, ut hastenus editur.

Sed pariter ac si hostes adessent) posset quoque istud rapi in quaestione tanquam minus legitimum auctoris, nisi alia sexcæta talia occurrerent.

Apud primos erat) videtur tolli posse, *erat*, ut subintelligatur *erabat*, sequens.

Peritia locorum & militia erat) ita etiam mss. nostri, non *inerat*. si meo vterer arbitrio; vtrumq; auferrem, ceu superuacuum.

Absens vel præsens) ita editiones principes, ita mss. pretii maioris. nam alii, partim *absens & præsens*; partim, *absens an præsens*. ex quibus varietatibus animaduerto, restituendum; *absens præsens*, si ne vlla voce intermedia.

Pacem an bellum gerens perniciosior esset) Bongarsii vetus liber, *pernitior*, quod si tolerari potest; restituendum item eiusdem formæ verbum infra cap. 85. *tanto horum secordia flagitior*; sic enim idem liber, pro eo quod vulgo est, *flagitiosior*. quod vtrumq; adnotatum ad libri oram amico illi meo e multis certis certissimo.

CAP. XLVII. ¶ *Vbi & incolere & mercari consueuerat Italici generis multi mortales. huic Consul*) sic nulla discrepante litera Pall. omnes, nisi quod vni atq; alteri e vulgaribus *huic Consul*. Bong. codex *vbi & incola mercari, & Italici generis multi mortales consueuerant. huic Consul*. nihil censuerim mutandum.

Etsi paterentur opportunitates loci, præsidium imposuit) non video sensum huius loci, nisi relicta litera legamus; *& si paterentur, opportunitate loci, &c.*

Præterea imperauit frumentum, & alia qua bello vsui comportare) nihil

re) nihil deesset sententiæ, si legeretur *refectis ceteris*, imperavit
frumentum & alia bello usui.

*Frequentiam negotiatorum & com meatum, iuuaturum exerci-
 tum, & iam paratis rebus munimento fore*) ita quoq; mss. meliores,
 nisi quod vnicâ voce repræsentent, *etiam*; quæ tamen dictio abest
 Naz. poniturq; inter lineas. at enim Pall. octauus non agnoscit,
iuuaturum exercitum; vt nec editiones primæ Valentiana, ac Me-
 diolanensis; vt arbitretur inuectum a temeritate sciorum, efficien-
 dumq; restituito: *frequentiam negotiatorum, ac com meatum, etiam
 paratis rebus munimento fore.*

CAP. XLVIII. § *Dicta cum factis composuit, ac se suis aribus*)
 sic collocant mss. hæreas tamen an non superfluat particula *ac*.

Quo aberat mons, &c.) ita Naz. sine præpositione *a*, quæ hacten-
 us occupauit editiones, minime necessario,

Collis oriebatur in immensum pertingens, vestitus, &c.) suspicari
 quis posse, *per ingens*, esse ab commentatoribus.

Quæ humi arido atq; arenoso gignuntur) sic quoq; Naz. ac Palat.
 fec. reliqui enim *quæ humo arida & arenosa &c.* Com. noster præ-
 fert, *quæ humo aridaq; arena gignuntur.*

CAP. XLIX. § *Quem transuerso itinere porrectum docuimus*)
 nisi Latiniore essent, quam vt facile venirent sub stylum glossato-
 rum, dicerem *spuria*. Interim errat insigniter Ciaccionius; arbitra-
 tus nusquam hoc ante prodidisse Sallustium. factum enim linea
 ab hac fere quinta; vbi est: *Sed ex eo medio quasi collis oriebatur in
 immensum, &c.*

Cum bello melioribus manum conferrent) Com. *conferrent*, sed
 nihil eum iuuant membranæ reliquæ; adeo vt sit emblemata scri-
 barum.

Monte digrediens cum exercitu conficitur) sic quidem citatur
 Donato: ac mss. nost. i vñanini. et, *conficitur*.

Paulisper agmen constitit) placet istud. ceterum in mss. nostris,
 edi. i. q; omnibus videntur, *constituit*.

Quod proximum hostis erat) ita & codd. auctoritatis conspe-
 ctoris, nam alii firmanant vulgatum, *proximum hostibus*.

CAP. L. *veritus ne siti conficeretur exercitus*) Com. non agno-
 scit voculam *ne*; & poterat abesse.

Vbi extremum agmen Metelli primos suos prætergressum videt) mss.
 omnes fere a manu prima *prætergressis*, aut *prætergressus*, præter
 Pal. quintum & septimum in quibus restat lectio vulgata nam re-
 fert Pal. *tert. suos præter videt*, *hinc gressum*; quod forsan inueniet
 defensores suos.

Ipsi modo vminus sauciabantur) sic quidem Pal. at Comm. nostro
 non adsunt illa *ipsi modo* forsan bene.

Sin opportunior fuga collis quam campi fuerant, &c.) mss. omnes,

fuerat, neque aliter olim cusi. emendatumq; in Naz. *campus*; vt fortassis vox fuerant veniat delenda.

Ea v'ro consueti) sic olim cusi, sic a manu prima membranacci, non eo, quod placuit Carrioni.

CAP. LI. § *Vbi videtur Numidas minus instare*) blanditur quidem oculis Bongarsii scriptus *mitius instare*. sed si examines, reperietur natum ab ignorantia librarii.

Paullatim milites in unum conducit, ordines restituit) sic Pall. ac Commel. *constituit*.

Neu paterentur hostes fugientis vincere) vox *hostis* auferri poterat sine iniuria sententiae.

Neq; illis castra esse, neq; ullum munimentum) ita omnes mss. praeter Naz. qui habet repetito pronomine; *neq; illis castra esse, neque illis munimentum ullum*. de quo visantur castigg. R. viii. nam mihi videtur analphabetu interpretatio. etsi enim hisce talibus sua venustas sua vis in re oratoria; at non institutu heic Sallustio pandere eam artem: argumenta tantum, veluti punctis, signasse sufficit. itaq; adimi adhuc possit vocula vna atque altera, scribi: *neque castra, neq; munimentum ullum*.

Interea quietus erat) verbum postremum, otiosum est.

Quos firmos cognouerat, eminus pugnando retinere.) Florus aliquis Annæus solum posuisset, *firmos eminus pugnando ret*.

CAP. LII. § *Neq; sibi profugium esse*) ita mss. auctoritatis solidioris; in aliis *profugium*, quod fuit hactenus in vulgatis.

Et iam die vesper erat) sic a manu principe Pall. tres, & Commelinianus meus. videatur Riuus.

Aduorso colle, sicut praeceptum fuerat, euadunt) Commel. *erat*, vt putem. id vocis a stylo extraneo.

Bomilcar, quem elephantis, & parti copiarum pedestrium praefectum ab Iugurtha supra diximus) scripsissem ego; *Bomilcar, elephantis ac parti peditum praefectus*, expunctis ceteris, repetitionis odiosæ.

Neq; remittit, quid ubique hostis ageret, explorare) editiones mediae infarcierunt heic aduerbium *interim*; sed non conspicitur in vilo mss. nisi inter lineas; neq; agnoscunt editionum primæ.

CAP. LIII. § *Cognita re properantes arma capere*) duæ voces prioribus deleri poterant absque damno sententiae.

Reliqui omnes numero quadraginta interfecti) ita emendatum in plerisque mss. quamuis aliquot referant, *xxx*. Commel. quidem initio habuerat *xxx*. sed eo deleto repositum est, *xl*. vt pateat, errorem inde ortum quod arbitrarentur scribae, quadragenarium numerum minime exprimendum quatuor x.

Quaquam itinere atq; opere castrorum & praelio fessi, latiq; erant) haud mihi recedendum putavi a lectione mss. Palatinorum; praesertim cum ab ea item constanter starent membranæ Riuianæ. regnat quidem, in hunc vsque diem per editiones, *fessi lassique*: sed quæ

quæ differentia vtriusque vocis? mihi enim ambò idem notant: nostra, hoc vult; nihil obstitisse Rutilianis lassitudinem ac gaudiu, quo minus Merellianis obuiam irent: quod insolens. nam huic, effectus talis, vt nolit obtemperare præfectis; illi, vt nequeat. haud aliter istæ intellecta veteribus, haurire est ex Palatino tertio, vbi verba ad hanc faciem: *quamquam itinere atque opere fessi, & praliò lati erant &c.*

Strepitu veluti hostes aduentare; alter apud &c.) reduxi scripturam antiquâ, etiamnum conspicuâ in edd. reiectitiis. minus recte hodie libros occupat, *aduentarent*. nam *aduentare* est infinitiuus, loco imperfecti, forma locutionis auctori celeberrima.

Alteri apud alteros formidinem simul) Naz. ac Com. noster; *alteri apud alterum*.

Et pœne imprudentia admissum facinus miserabile.) qui heic ad-textit e duobus mss. *foret*, oportet aures habeat parum exercitatas ad elegantiam Latianem, neque, vel per somnium, meminerit eorum quæ occurrit Agellii lib. v. cap. viii. Palatini certe neutiquam agnoscunt id vocis, etiam si eorum nonnulli exarati a librarius non admodum doctis. vnde est, quod apparet in tertio; *admissum facinus miserabile esset patratum, &c.*

Quippe res humana ita se habent; in victoria &c.) breuitatis auceps scripsit et tantum; quippe *in victoria &c.* omnis ceteris.

Milites alius alium lati appellant, acta edocent, atq; audiunt: sua quisque fortia facta ad cælum fert) Venustius fert; *milites alius alium lati appellare, acta edocere atq; audire: sua quisq; fortia facta ad cælum ferre*. plane vltimum istud membrum, hac forma comparet in aliquot mss.

Aduersæ res etiam bonos detrectant) sic fere etiam mss. nostri, nisi quod seorsim abeat Nazarianus, cui hæc quidem lectio adpicta fuerat a nescio quo scriba, sed iterum deinde restituta ea quâ habebat initio; *etiam bono detrectant*. in Pal. tert. nusquam extat vox *bonos*; solumq; habet, *aduersæ res etiam decertant*.

CAP. LIV. ¶ *Metellus in iisdem castris quatri duo moratus*) notæ minus bonæ mss. *triduo*; aut, *quam triduo*.

Meritos in pralijs: more militia donat) non implet aures, *in pralijs malle* deleri, ceu otiosissimum; aut reformari in *meritos præmij donat*; electo, *more militia*.

Tamen interim transfugas &c.) aduerbium *tamen*, furcam ferre meretur, eicique historici nostri contubernio.

Idea gratia eueniebat, quod &c.) superfluunt item hoc loco, *ea gratia*.

Quo cuiusque animus fert, eo discedunt) sed & otiatu dictiunculo, *eo*.

Vbi videt etiam tum regis animum ferocem esse; bellum renouari &c.) mire variat verborum positura mss. primis. nam Pal. prim.

ac f. c. *ubi videt regis etiam tum animum ferocem.* Com. *ubi videt tū etiam regis animum ferocem.* tert. *ubi videt etiam regis animum tam ferocem esse.* Porquillet commode scribi. Igitur Metellus, *ubi videt, animo regis etiam tum feroci bellum renou.*

Præterea inimicum certamen cum hostibus; minore) nihil heic innouassem, nisi institissent mss. veterum; edd. qui ad vnum omnes vna cum Riuianis, præferunt, *inimicum*, damnato illo altero, quod libros hodie occupat, *iniquum*. & cur ita loqui, non posset auctor?

Non præliis, neq; in acie) & hoc est a mss. iisdem & olim culis. recentiores enim desistuntur præpositione, *in*: non male si iure nostro quiduis detrahi posset aut addi. Pal. tert. loco, *in acie*, refert, *marce*, quod forte propugnatores aliquem inueniet.

Puberes interfici iubet; alia omnia militum prædam esse) non malum filum orationis: sed alia tamen forma primitus impressi & mss. Pailat, *puberes interfici; iubet alia omnia militum prædam esse*, forte fuit: *puberes interficit: alia omnia, militum præda esse*.

Cuius spes omnis in fuga sita erat) ita mss. meliores. nam editi olim, *cui spes*, vt monuit Riuius. illa tamen *sita erat*, relectari poterant pro otiosis.

Nocturnis & auis itineribus) Naz. præterea seruat, *nocturnis itineribus & auis itineribus*, quod quid sibi velit, nondum diuino.

CAP. LV. ¶ *vt seq; & exercitum more maiorum gereret*) scio quid habeatur in Seruio. sed aliud loquuntur nostri mss. nullo dissensu & vero *gerere* heic notat *regere*, aut mutandum est in *eam vocem*; vt pluribus disserui in libellis suspicionum. vnde & infra cap. LXXV. habetur: *me, vosq; in omnibus rebus iuxta geram.*

In aduerso loco victor tamen virtute fuisset hostium) Commeliniano alia est distinctio, *in aduerso loco tamen victor fuisset; virtute hostium agro, &c* talisq; positura verborum, non etiam interpunctio in aliquot Vall.

Trepida antea & sollicita de belli, &c.) copulam immisi suasu mss. & olim editorum.

Igitur eo intentior ad victoriam niti) idem procederet sensus, remoto *niti*.

Ita quo clarior, eo magis anxius erat) sic antiquæ edd. & plures mss. verū Naz. ac Pal. sec. *ita quo clarior erat, eo magis animus anxius erat*, neq; secus Com. nisi quod is, loco *anxius*, representet, *intentus*.

Quo fuga ac formido latius cresceret, diuersi agebant) nescio deterior ne ducam, an melius quod est in Bong. codice *agitabant*. ei certe nullus accedit e nostris.

CAP. LVI. ¶ *Et in ea parte qua sita erat*) Comm. abest parte; vt suspicer fuisse prius, *& qua sita erat, arcem regni*.

Tanta mobilitate sese Nuzpida agunt) expressi quod erat in Nazarian. ac Comm. codicibus antiquitatis certæ; nam alii scripti ediditque: *Numide gerunt*, lectione vulgariore.

Paulisper ab rege sustentati, postquam, &c.) Bongarsiano codici aberat, *ab rege*; etiam Palat. nono. ceteris aderat. neque temere exclusim.

CAP. LVII. ¶ *Aut lapidibus pugnare: euadere alij, alij succedere*) sic Carrio, etiam Naz. nisi quod non iteret: vocem alij, ponatque ante *euadere*. ceteris omnibus tantum adest, *pugnare: alij succedere, &c.* neq; amplius inuenias in edd. primis, nisi quod *ex, pugnare; alij succedere, ac murum & modo suffodere.*

Cupere praelium in manibus, contra ea, &c.) secutus sum Palat. terr. in quo talis omnino scriptura. vulgati dudum, *cupere praelium, manibus facere.* sed praeter chirographos codices & vet. edd. nam haec, *in manibus fieri. illi, aggredi cupere; praelium in manibus facere; quod ipsum vix contempnibilem, nisi reperissem in Commelin. aggredi, praelium cupere in manibus facere.*

Praterea pice & sulphure tadam mixtam ardentia mittere) ita expressi. secutus ingenii mei iudicium, cui velificabatur aura aliqua membranaceorum codicum. quid ni enim mihi liceat in loco corrupto, quod editoribus aliis in sano & integro? habebat Naz. *praterea, picem, sulphure & tadam mixtam ardentia mittere.* Pall. tert. *praterea picem sulphure & tadam mixtam ardentia mittere.* neq; aliter quart. sext. oct. at nonus, *praterea picem sulphure & tadam permixtam ardentia mittere.* editio antiquiss. *sudes, pila praterea picem sulphure & tadam mixtam ardentia mittere.* Cui accidit Pall. sec. quint. sept. Comm. meus principio habebat, *praterea picem sulphurem, & tadam mixtam ardentia mittere:* sed reformatum deinde, *praterea pice & sulphure tadam mixtam ardentem mittere.* Carrionis editio habet; *praterea picem sulphure & tadam mixtam ardentia mittere.*

Parique periculo, sed fama impari boni atq; ignaui erant) si interrogaueris aures tuas, probarent magis, ignaui esse.

CAP. LVIII. ¶ *Castra hostium cum magna manu inuadit*) magna, abest Commeliniano.

Paullo quam alij editicrem) dictiones duae medicae, quam alij, breuitati minime conueniunt.

Pauci in pluribus minus frustrati) ita etiam mss. nostri, non ut publicati annis superioribus frustrari; cui lectioni repugnat etiam editio prima. quamuis eam tamen non omnino damnauerim.

Clamorem & tumultum hostilem a tergo accepit) Nazar. a manu prima, *accipit*, quod placet: nescio an etiam illud, ubi praefert *clamorem & tumultum.* videtur enim excluso *clamorem &* legendum, *tumultum hostilem a tergo accipit.* hinc inuenit in suo Bongarsius; *clamorem veluti tumultum hostilem a tergo accipit.*

Multis amissis in loca munita sese recepit) non videtur. sese, in Commel. extatq; *recepit* in mss. omnibus, non *recepit*; quomodo tamen impressio prim.

CAP. LIX. § *Equitatum omnem in ea parte, qua regis aduentus erat, &c.*) cōieci olim, *equitatum omnem ea parte qua regis aduentus &c.* excluso illo erat. neq; adhuc valde pœnitet. quamvis non negem sensum suum subesse illi regis.

Qui in proximo locati fuerant) idem maneret sensus, recisis vocibus aliquot: *in proximo locati paullisper &c.*

Hostis pœne victos dare) dictio hostis dicit Pal. tertio.

CAP. LX. § *Agere, oppugnare, aut parare omnibus locis.*) hæc etiam scriptura codd. nostrorum. neque in dubium vocanda vox *oppugnare*. de qua nos alibi in Suspicionibus.

Niti corporibus, & ea huc & illuc, quasi &c.) binas voces & ea, ad sui, iubentibus mss.

Et iam scalis adgressi milites, prope summa ceperant &c.) videor quidem intelligere cur Carrioni placuerit, *scalis egressi*, contra vert. edd. contra mss. sed tamen quid si legamus? *repente magna vimurum scalis adgressi milites, prope &c.* vel etiam: *repente magna vimurum adgreditur; & iam scalis milites prope summa &c.*

Qui supersteterant adflicti sunt: ceteri &c.) præfert Pal. sec. qui *supersteterant adflicti*, ceteri. neq; inter initio Pal. pr. sed statim ab eadem manu mutatum iuxta lectionem vulgatam. quid dicam? nisi non videri fatuam scripturam alteram membranarum.

Ceteri quoquo modo potuerunt) haud aliter Pall. nobiliores. nam de plebe, *ceteri quo modo pot.* vel, *ceteri quoquo ratio potuerunt*. vel, *quoque modo potuerunt*. est etiam in quo visas, *ceteri quoque quomodo potuerunt*. scias non assecutos generum locationis alterius. ceterum nihil periret sententiæ, quamvis iugularetur, *potuerunt*.

Deinde utrinque pralium nox diremit) sic notæ vetustioris mss. nonnulli alii *demq;*, quod receptum ab æui medi editoribus; neq; temere improben; cum supra præcesserit, *dein*.

CAP. LXI. § *Nisi ex insidijs, aut suo loco pugnam facere*) nihil mutandum contra consensum mss. optima ceteroquin sententia.

Qua ab se defecerant) ita belle Nazar. & Pal. secund. neque nimis recedit Commelin. in quo, *a se. deficit ab se*, qui vltro se dedit, magis quam vi subactus, aut metu. ita aliquoties vtitur Plautus meus; neque aliter iterum noster cap. LXVI. *Ciuitates abs se defecerant, formidine &c.* Vulgatæ edd. valde fluctuant; vt etiam calamo scripti. adolescentioribus enim adest: aut, *qua ad se defecerant*, aut, *qua ab Iugurta defecerant*. at olim impressi, *qua ab rege defecerant*.

In prouinciam qua proxima est Numidia) suffecisset, in prouinciâ Numidia proximam.

Et inde vadibus datis, clam Massiva de nece indicium fugerat) sic collocantur verba in Com & Pal. sec. neq; aliter reliqui, nisi quod ii, *clam de Massiva nece*. quod non ita perplacet.

CAP.

CAP. LXII. ¶ *Is, ubi primum opportunum fuit*) dictio vltima non comparet in Comeneliano, neq; ea opus erat.

Optime merenti provideat) sic etiam mss. Pall. potiores, sic editio princeps; non, *merita*.

Se se regnumque suum in illius fidem tradere) ita primā quoque impressio. at enm mss. meliores litera amplius, *traderet*; deteriores, *traderent*. solum Pal. sextus, septim. & oct. stare pro lectione vulgata.

Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur) mss. notæ selectæ habent fere *dum*; neque aliter olim cusi; vt fere suspicer legendū, *Igitur Iugurtha ubi, armis virisq; & pecunia spoliatus, ipse ad Imperatorem Tisidium vocaretur*. nam quicquid garriant Grammatici, nunquam mihi pertuadebunt, *imperare* poni palliue. nimirum initio fuit, *ad Imp.* inde factum ab rudibus librariis, non *imperatorem*, sed *imperandum*.

CAP. LXIII. ¶ *Et omnem pueritiam Arpini altus*) sic etiam Naz. Pal. tert. quart. Com. absque *per* quod in ceteris mss. vt etiam *alitus*.

Tribunatum militarem a populo petit) sic mss. ad vnum omnes, nec non vetuste editi. nam recentiores *militum*. sunt etiam qui totam vocem deleuerunt, sed sine libralicuius suffragio; & confusione historiæ. rudior enim quis hæc intelligeret de tribunatu plebis.

Tamen is ad id locorum talis vis) superabundat, vel *is*; vel, *talis vir*.

Consulatum adpetere non audebat) in Com Pal. sec. quarto, oct. nono, non est prima vox *consulatum*. quinto præterea abest *adpetere*. nam sextus; *consulatus honorem adpetere non audebat*.

Neq; tam egregijs factis erat) non ausus refragari auriquioribus membranis, in quibus hæc lectio; ideoque repudiaui illud tantopere Riui placitum, *egregijs factis*; quod etiam in Pal. quinto, nam inferiores, magis adhuc degenerarunt, præferuntque *egregius factus*.

CAP. LXIV. ¶ *Igitur, ubi Marius haruspici dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur.*) in Com. ac Pal. pr. sec. visitur voce amplius, *Igitur ubi Marius cum har. &c.* sed neq; erat initio in pr. *intendere videt*. margini adlitum est, a manu, nescias secunda, an prima. Palat. vero quartus refert: *Igitur, Marius ubi aruspici dicta eodem quo cupido animi intendere videt*. aliquid latet mali.

Itaque primum commotus insolita re, mirari eius consilium) mss. tres præstantiores Com. Naz. ac Pal. sec. *iterant illud primum; mirari primum eius &c.* equidem semel positum sullicit, & meo quidem, malim e loco priori transferri in alterum; quemadmodum aptatur Pal. quinto.

Ne festinaret abire) vox postrema tolli poterat, nec quicquam periret sententiæ.

Quæ res Marium, cum pro honore quem &c.) haud asseuerare auisum locum integrum. est in Com. *quæ res ubi Marium tum pro honore &c.* at Pal. tert. *quæ res Marium tum pro honore quæ adfectabat, contra Metellum &c.* nec aliter octauus. nam sextus. *quæ res Marium pro honore quem adfectabat tum contra Metellum.*

Ab imperatore consulto trahi) sic etiam mss. nostri omnes, abque voce bello, inserta ab impressoribus.

Eo firmiora videbantur) postrema dictio nihil habet quod agat.

Quod diuurnitate belli res familiaris corruperant) retinui lectionem vetuste editorum, nec non mss. omnium. Carrion inuexit *corruperat*, quem non vitupero, sed dico abire a libris chirographis.

CAP. LXV. (*Manastabilis filius*) libri quatuor notæ pretiosioris, *Mastanabilis*, alterum restat in lequioribus.

Morbis confectus, & ob ea mente paullum imminuta) sic iidem quatuor. reliqui: *paullulum*, ut habetur in editis. mihi videntur illa, nimirum *& ob ea mente paullum imminuta*, valde heic supe. flua, cum sequatur infra, *hominem ob morbos animo parum valido*. quid enim attinebat bis idem dici.

Quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani, satellites Numida traderentur) posset breuius *quod contumeliosum foret Equitibus Romanis, satellites Numida tradi*.

Ut contumeliarum in imperatorem) postremæ duæ voces abesse poterant. satis subintelliguntur; utque eodem etiam modo perscribuntur in mss. nam Com. ut & Pal. quint. sept. oct non. *contumeliarum imperatori*. Pal. tert. *contumeliarum imperatore*. quart. *contumeliarum ab imperatore*. sext. *contumeliarum in imperatore*. Nazar. adscriptum, alias legi *imperatorum*.

Petenti more regum ut sellam iuxta poneret) transposui interpunctionem, nam in aliis editionibus, *petenti more regum, ut sellam &c.* perperam. nec enim secutus est *morem regum in eo, quod petierit sellam iuxta Metellum*: non. sed voluit etiam sibi tribui, quod scierat datum Malinissæ, Micipsæ, tugurthæ aliisque sui & peregrini sanguinis regibus.

Custodia causa turmam equitum Romanorum) satis quidem fidenter ille qui notat ad hunc locum: solebat populus Romanus cōfederatis regibus turmam equitū præsidii causa adiungere: sed vnde hoc ille exuerit, qui nullum bonum auctorem legerit, qui omnia sua, minima maxima, ex huius æui Criticis cōsuevit lueuerit; scire admodum aueam. ego enim: d. nego, ac pernego.

Si ipse consul ad id bellum missus foret) iniurie omisit, hoc est contra omnes mss. & edd. Carrionis editio ceteræque, uoculam *id*. maluissent neglexissent voces duas aditas, *missus foret*, quæ honestius subintelligerentur.

Itaq;

Itaq; & illum & equites Romanos, milites & negotiatores &c.) nihil variant nisi quod excluderit Commel. noster illud *milites*, quæ vox item abest Pal. septimo. secundus immittit copulam, & *milites*. nonus etiam aufert aliis dictionibus, habuitq; initio, *itaq; & illum equites Rom. multos miles & negotiatores*. sed punctis subducta, ceu superuacua, *multos miles* Ego putarem nihil defaturū ad sensum, si eiectis ceteris retineremus: *Itaq; & illum, & milites, & negotiatores, alios ipse, plerosq; pacis spes &c.*

Per legem Mamiliam) ita libri incorruptiores. nam alii, vel *Mamilliam*, vel *Mamillam*.

CAP. LXVI. § *Igitur Vaccenses*) Naz. *Vagenses*, Commel. *Vatenses*, non repetita litera tertia; quam tamen ambo repræsentat, vii nunc vulgatur, capite sequenti.

Principes civitatis inter se coniurant) forsitan coniurare. nam est in Bongarsiano, *coniurauere*. in Pal. sept. *coniurauerant*.

Atque discordiosum erat) ferre possum deleri erat; utrique cum non conspiciatur in Bongars.

T. Turpilius Silanum) ita & Pall. nostri, nisi quod Naz. videatur prius habuisse *Sulanum*. aut *Sillanum*, quomodo item alii alii quot.

Quippe in tali die) non male Bong. *quippe tali die*. neglecta præpositione. Pal. quoque quintus *die sine imperio*, omissa copula.

Idem plebs facit) mss. meliores. *item*.

Studio talium rerum incitati) dictio vltima abesse poterat captatori breuitatis.

CAP. LXVII. § *Ignarique quid potissimum facerent, trepidare arcem oppidi, ubi signa &c.*) ad sensum sum potissimæ parti membranarum, nec non editionibus vetustis. nam alii, *trepidare ad arcem*, alia, *trepidare apud arcem*. nouissima vero, *ignariq; quid potissimum facerent, trepidare. arcem oppidi &c.* omnes inepte; ut pluribus demonstraui in Suspicionum libellis.

Puerique pro rectis adificiorum saxa, & alia &c.) non sunt cogenda in vnam dictionem illa, *pro rectis*. ignorat rationem adificiorū omnem, vsūque præpositionis *pro*, qui id mutat.

Neq; a fortissimis infirmissimo generi resisti posse) posset excludi vltima vox, salua sententia.

Strenui & imbelles multi obruncari) ita melius omnino Nazarius noster, quam alii, *multi obruncari*, aut *obtruncati*.

Id misericordiane hospitii, an pactione, an casu ita euenerit, parum comperimus.) rescribi queat breuius; *miseri cordiane hospitii, an pactione, an casu, parum comperimus*.

CAP. LXVIII. § *Vbi ira & agritudo permixta sunt*) dictio nouissima est ab oscitantia librari.

Et iam abruentis omnia) sic noster Naz.

Sic animis eorum arrectis) ita plane mss. & per placet. haud ita ta-

men, ut ideo aliis locis, ubi eadem exemplaria præferunt *erectis*, alterum istud statim substitui debeat.

Equites in primo latere, pedites quam arctissime &c.) *Latere* glossam respicit & additamentum libiani, nisi forte syllaba una tantum ab ipso est, fuitq; *late*, uti visum Palmatio.

CAP. LXIX. ¶ *Vaccenses ubi animaduvertere*) mss. incorruptiores, *animum aduortere*, a manu quidem primo.

Primo, uti res erat, Metellū esse rati) poterat tolli, *res*, & *esse*, tanto quidem magis, quod appareat in Naz. ac Com. *uti erat res*.

Et eos qui primi aderant, Numidas equites vident) Iustinus aliquis contentus fuisset diceret: *Numidas equites vident*. nam primos incessisse, plus satis constat e supra dictis.

Portas clausere) suavius foret, *claudere*.

Turpilius, quem præfectū oppidi unum ex omnibus profugisse, supra ostendimus) omnia superuacua præter vocem primam, *Turpilius*.

Nam is civis ex Latio erat) malle abesse *nam*. nec enim arbitror ideo seuerius punitum quod Latinus; ut placet viris clarissimis. quippe Porciæ Valeriæque leges non valebant in castris. imo cōtra, ibidem grauius animaduertum in Romanos, quam socios, aut auxiliares. pluribus ostēdi in libellis Suspicionum. ceterum, ne quid dissimulem, mss. ad vnum omnes repræsentāt, non, *ex Latio*, sed, *ex Collatio*, neq; aliter antiquitus cusi. nam deinceps, *Collatia*. male tamen. natusq; inde error, quod non putabant *civem* dici, nisi oppidi certi. at *Latinum* regio erat.

CAP. LXX. ¶ *Magnis opibus clarum*) mss. aliquot, *magis opibus*, tanquam clarior acceptiorque popularibus, propter opes quam nobilitatem. meliores tamen mss. præferunt lectionem alteram.

Ex quo illi gloria opesque inuenta) alius omisisset dictionem *postremam*, ceu abundantem.

Magnitudine facinoris percussus) ita mss. & editi ante Carrionē, a quo originem habuit illud *percussus*, quod deinceps libros perperam occupauit.

Simul cupidinibus incepta patrandi) sic quoque Naz. & superscriptum idem Pal. sec. alii tamen *cupiūtis*, quod non exclusisse, nisi me abripuissent mss. kluii.

Ne pramia Metelli in pestem conuerteret) ita mss. omnes, sine voce *suam*, interspartam a typographis nuperis. nam nec habent edd. prisca.

Primo cura, deinde &c.) ita etiam mss. & olim cusi. excluso pronominē *eum*, quod in editionibus ætatis mediæ.

CAP. LXX. ¶ *Erat ei Numida*) & hoc pronominē abest Naz. ac Pal. sec. habent tamen reliqui, nec videtur omnino superuacuum.

Ex consuetudine ratus &c.) mss. melioribus præmittitur dictio: *Ex consuet.* qua tamen minime opus.

In pul-

In puluino temere positam) haud aliter Pall. nostri, nullo rep. sentiant ante puluinari, quod in plerisque Riuianis, præter octauum.

Omnem rem uti acta erat, ex perfugis cognouit) sic quidem codd. antiquæ & Commelinianus, nam in Naz. habetur, *expertus cognouit*, sed litera t superpicta inter lineas. Pal. sec. folio heic mutilus. ac tert. *ex seruis cognouit*. ceteri *perfugis*. nono horum omnium nulla est litera, nisi a manu secunda & vero habuerim pro adulterino, illud *ex perfugis*, petitum ex capite LXXIII ubi de casu Bomilcaris & iudicio patefacto *ex perfugis cognouit*. nam quinam isti perfugi, aut cui bono intra horam a Iugurtha ad Nabdalsam peruolarent?

Primo indicem persequi conatus) vox ultima abesse poterat, sine labe sententiæ.

CAP. LXXII. (§ *Placide respondit*) nihil variant mss. nostri, itaque scire licet aliorum, *benigne*, esse a glossa.

Neq; post id locorum &c.) Commelinianus cancellauit illud, *id locorum*. & vero Laconi alicui superuacuum fuerit. Pal. sept. habet. *neq; id tempus post Iugurtha*.

Aut nox vlla quies fuit) postrema vox otiosa est.

Ciuis hostisq; iuxta metuere) Comm. absque copula, *ciuis, hostis, iuxta met*.

Arreptis armis tumultum facere) adest nostris omnibus, *arreptis armis*: adeo ut mirere eo destitit Riuianos codd.

CAP. LXXIII. (§ *Et inuitum & offensum*) ita mss. excepto Pal. quinto sept. nono, in quibus, *inuisum*, neq; id male.

Volentia de ambobus acceperat) nõ ausus sum inducere scripturam hæc Carrionis, q; valde animo adlubesceret. a mss. tamen nõ agnoscitur; in quibus summa concordia, *volenti animo de ambobus*.

In utroq; magis studia partium, quam bona aut mala moderata) sic mss. n si quod eis fere maius, loco *magis*. editiones præscæ, *moderatus; sequentes moderari*.

Magistratus vulgum exagitare) sic quoque fuit initio in Naz. ac Com. non vulgus.

Quorum res siue sique in manibus sita erant) dictio extrema, non est necessaria.

Mantio Mantino) Naz. *Manthino*. Com. ac Pal. septimus, *Mancino*. Iextus, *Mancio*.

Sed Senatus paulo ante Metello Numidiã decreuerat. ea res frustra fuit) ita quidẽ verus illa ed. quod interferat, *Numidiã* pro *uinciam*: verũ ea &c. nam Naz. a manu principis, *Sed paulo decreuerat. ea res frustra fuit*. supra citaturq; paulo illi, *Senatus decio pro*. est in Com. *sed Senatus paulo post decreuerat &c.* Pal. sec. capite isto & sequenti caret, ob folii exuuiam. ac tert. *Sed Senatus Paulo Marritino decreuerat. ea res &c.* quart. *Sed Senatus populo. d. decreuerat. ea res frustra erat*. quintus, octau. *Sed Senatus paulo ante Numidiã prouinciam Metello decreuerat. ea res &c.* Iextus, *Sed*

paullo ante Senatus decreuerat. ea res frustra fuit. neque aliter septimus. nam nonus: sed paulo decreuerat. ea res fr &c. Ego me his nō expedio, nisi quatuor arbitror omnia esse a glossa. a glossa in quā putidissima, nisi forte resectis nonnullis legatur *frequens Marium iussit; & Senatus paulo post decreuit. Eodem tempore &c.*

C A P. LXXIV. § *Novorumq; fidem*) sic mss. antiquiss. nam recentiores copula carent.

Varius incertusq; agitabatur) Naz. *vanus incertusq; agitabat* nec aliter Naz. nisi quod nihil variet in voce postrema. Pal. rect. *vagus incert.* nec aliter aliquot alii.

Numida ab Iugurtha parati instructique: dein &c.) sic mss. nostri fere omnes. nam hactenus cusi, dictione amplius, *instructiq; sunt.*

Ceteri omnes eius milites primo congressu) illa, *eius milites*, e paxillo si suspendantur; nihil auctori perierit.

Et aliquanto numero hostium potiti) editio princeps, vt & Naz. ac Com. alique mss. inter sertum habent *hostium paucorum*; vt videntur amputanda, *aliquanto hostium*, reuocato illo *paucorum*.

Magis pedes quam arma tuti sunt) sic Naz. & Com. & Pal. sec. nō, vt vulgati ante Carionem, *tutati sunt.*

C A P. LXXV. § *In oppidum magnum & opulentum*) quid si hæc a glossographis? si non, deleuerim præpositionem *in*, mutatam in nonnullis mss. in, *id.*

Multus pueritia cultus erat) vltima vox eradenda.

In spatio millium &c.) malle m & heic deleri voculam *in*.

Vasta esse cognouerat) dictiones duæ postremæ eiici poterant nullius sententiæ incommodo.

Si eius oppidi potitus foret) aut superuacuum est *oppidi* vox, aut mutanda in *oppido*, vt est in Commeliniano ac Pal. sexto. quo sit aduerbium, non nomen. breuitatis studiosus quatuor has voces omisisset.

Eoque imponit vasa) copula abest Naz.

Qui se post regis fugam Metello dederant) est *fa'satii* alicuius vox *Metello*.

Ipse ex flumine, quam proxumam oppido aquam esse supra diximus) dici poterat, otiosus alius recisis, *ipse ex flumine, proxima oppido aqua, iumenta onerat.*

Vbi ad id loci ventum, quod Numidis præceperat) sic Naz. sic Com. non, quo, vt antea legebarur.

Quia Numida, sicut plerique, in noua deditioe officia intenderant) locus minime contaminatus est, nedum vt alio modo corrigendus veniat. Est enim omnium, intendere officia a deditioe, non Numidarum tantum.

Milites religione pluuia magis vsi) sic incorruptissimi codd. neq; variant ceteri; nisi quod aliquot eorum, *pluuia*. itaque minime ambigendum de sinceritate lectionis. vult enim, milites arbitros,

iratos, imbrem illum, non casu excussum, sed munere Deorum, animis auctos &c.

Idem nostri facere &c.) Naz. *item.*

CAP. LXXVI. ¶ *Amplius una die*) Naz. ac Pall. aliquot alii, *uno die.*

Deinde iubet locis ex copia maxime idoneis vineas agere) posset tolli, abque iniuria sensus, verbum, *iubet.*

Et super aggerem impositis turribus &c.) Naz. *agger.*

Aurum, argentum, & alia &c.) sic mss. sine copula:

Eas ipsi volentes pendere) maluissent, *pendere.*

CAP. LXXVII. ¶ *Orantesque uti praesidium, praefectumque eò mitteret*) poterat *orantes praesidium, praefectumque*, tribus verbis aliis omittis

Hamilcarem quendam, hominem nobilem; factiosum) ausculto libris aliquot, *ciceroque nobilem.*

In summo periculo suam salutem, illorum socios fore) ita etiam a prima manu Commel. re. qui fere copula *mittis*, & *illorum.* est etiam in quibus videas & *illorum sociorum esse:* ut minime dubites, additamentum esse nugatoris alicuius, *illorum socios fore.*

Vbi ea impetrata, semper boni) ita Pall. pr. sec. sext. nec non Naz. ideoque expuncti voce, in qua amplius in vulgatis: *impetrata fuere, semper &c.* quam alioqui esse a librariis, arguit Pal. tert. in quo *impetrata sunt, semper;* quomodo item editiones exoletæ:

Metelloque imperata, naue fecerant) sic etiam meliores mss. Pall. nam reliquis; aut, *gnaviter,* aut, *grauiter;* Carrio edi curauit, *naui ecerant.*

CAP. LXXVIII. ¶ *Impares magnitudine, pares natura*) ita, reter edd. vert. mss. alicuius momenti. nam aliqui, *pari tractu,* liqui *pares natura.* quod ultimum iure exhibilauit Riuus.

Syrtes ab tractu nominata) cum supra dixerit, *Syrtibus nomen ex inditum,* non fit mihi dubium, quadriga horum verborum *plax*: exterminandam.

CAP. LXXIX. ¶ *Egregium atque mirabile facinus*) sic mss. o-nes & olim cusi. nam recentiores *memorable,* quod heic ineptum, ob verbum statim sequens, *memorare:* Pal. tertius indicat, alias, *miserabile.*

Eam rem nos locus admonuit) mera battologia videri queat, cum ra dixerit: *Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia imus:* itaque vel illa, vel haec, omnia resecanda sunt; me qui- censore.

Quibus nomen Philenis erat) editio antiqua, & mss. omnes, *Phi-*

atur auere iter pergere) vox postrema abundat.

uos fines populo suo petere) sic quidem fere mss. meliores; nam *uos fines,* v. t. etiam in vetulte editis. Com. habet, *qui fines.*

Q

CAP. LXXX. ¶ *Ad studium sui perducit*) sic mss. omnes, & æque efficax est, atq; aliorum *perlicit*.

Idea gratia facilius proniusq; fuit) ita rursus Pall. omnes, nec vi-
deo cur cedere debeat aliorum *procliuius*. mallem potius eici, ea
gratia; natum in officina interpretum, fortassis etiam illud *faci-*
litus.

Rem opportunissimam incepto belli) ita etiam mss. nostri, vt quisq;
est virtute melior deteriores enim *bello*.

CAP. LXXXI. ¶ *Ibi fide data*) Naz. *vbi fide data*.

Quam secū & cum alijs gentibus) Pall. aliquot, vt & Bong. *abest*
tum solitarium.

Vti quisque opulentissimus videatur) postrema vox, salua senten-
tia deleri poterat.

Aut capta vrbe, opera pretium fore) illud *opera* extat in omnibus
mss. nostris, ideoque nō ausus sum eicere quasi per vim posse ta-
men *abesse* certum est.

CAP. LXXXII. ¶ *Omnibus locis pugnandi copiam facit*) val-
de verisimile est scriptum Sallustii, *facere*.

Interim Roma per literas certior sit, prouinciam &c. acceperat, qui-
bus rebus supra bonum atq; honestum percussus &c.) minus superfluum
fuit. *Interim Roma per literas certior, prouinciam &c. acceperat, su-*
pra bonum atq; honestum percussus.

Supra bonum aut honestum) ita mss. nostri, non, vt in vulgatis,
atq; honestum.

Magis honore Marij q̄ sua iniuria excruciatum) sic quidem etiam
Palatinus Nazarianus aliique ac enim Commeliniano est *iniuria*
exercitum: quod ipsum germanum magis auctoris, meo quidem
iudicio.

CAP. LXXXIII. ¶ *Habere, eum magnam copiam societatis*) mi-
rum est, tam alte radices egisse scripturam falsam. nō etiam no-
stri omnes; *habere tum magnam &c.* aut, *habere tam magnam*.

Ceterum agerrime desinere) ita Pall. quint. sext. sept. nonus, non
acerrime, quomodo hactenus vulgatum: quod inuexit scriptura
prisca *acerrima*, quæ adhuc visitur in Nazariano.

Ad ea rex satis placide verba facit) non videntur a Sallustio, *ver-*
ba facit; sed libratio inepto.

Ille probare partim, alia abnuere) editio prima: *illa probare, partim*
abnuere; sine voce *aliam*: qua etiam destituti mss. aliquot; quorum
meliores *ille probare, partim abnuere*. æuo iuniores, *ille probare par-*
tim, partim abnuere.

CAP. LXXXIV. ¶ *At Marius, vt supra diximus*) tria illa ver-
ba, vt *supra diximus*, auferti possunt, sensu saluo.

Plerosq; militia, paucos fama cognitos) Naz. atq; aliquot alii, a ma-
nū prima *militia*. Commelinianus tatum modo habet, *plerosq; mi-*
litia, fama, cognitos, siue illo, *paucos*, cuiusque loco positū a scriba re-
cente, aut.

De villo

De illo negotio abnuere audebat) non admodum requiras istud audebat. si ablit.

Quia neq; plebi militiam volenti) sic fere omnes mss. pauci a manu recentu, plebe volente. Commelinianus interpolatus est, habetque; quia plebi militiam volenti, putabatur Marisus. Carrio edidit: quia neq; plebi militiam volenti.

Concionem populi aduocauit, deinde hoc modo differuit.) dixissem potius: concione populi aduocata hoc modo differuit.

CAP. LXXXV. (Sed mihi contra videtur) mss. pene omnes, addita voce, contra ea videtur: neq; secus edd. vett.

Mea beneficia reipubl. procedunt) nihil profus mutandum. nam & sic quoque mss. Pal. nisi quod vnus & alter, procedunt. & Commel. Rempubl. procedunt.

Num id mutari melius sit, si quem) maluissem, num melius sit, si quem; omittis id mutari.

At ego scio Quirites, qui) illud, Quirites, abest Naz. neque etiam compatet in editionum prima.

Nam gerere quam fieri &c. sic quoque mss. ad vnum omnes, sic antiquitus excusi, vt mirer unde originē duxerit, legere, quod substitutum loco gerere.

Fortissimum quemq; generosissimum) ita scripti meliores, sine esse, quod ali s subnequitur, expelleruntq; editiones.

Faciant idem maioribus suis) Naz. & a prima manu Pal. alter & quart. item; sicque alias legi subnotatum ad Pal. tert. nam quint. faciant idem de maioribus. Manutius multa heic commētatur præter rem. quis enim non videt, velle auctorem; nihilo magis se despici posse a globo nobilitatis, quam eorūdem maiores, homines æque nouos atque ipse.

Quam acceptam corrupisse) fuit prius in Naz. corruisse; sed commendatum ad nostram faciem, ab eadem manu. alias potuisset alicui placere alterum.

Ex animi mei sententia) ita scripti meliores, cum illo mei; quod male exclusum plerisque editionibus.

Num eorum poenitendum sit) sic mss. vno ore omnes; nec nō olim excusi. Carriōnis editio, num id poenitendum sit.

Parum placebat eas discere: quippe qua ad virtutem doctoribus nihil profuerant) mss. plerique profuerant. quidam etiam excludere illud quippe. vtrumque placet.

Hostes ferire) sic & nostri Pall præter Pall. quart quint. sext. sept. vnum; in quo hostem, quod æque mihi arridet ac Riuiō.

Id est dominum non imperatorem esse) sic optimi mss. nostri, nō, est dominum eodem quidem redit. sed legitimus partus vbiq; valet supposititio. si cui tamen vtraque vox eradenda videtur, eam suffragio meo accedam.

Et ex alijs sanctis viris) Comm haud adest, ex: neq; postulat sententia.

Plus gloria quam diuitiarum, arma) ita mss. absque intermedio, esse.

Arma non supellectilem decori esse) Naz. initio habuit, *decoram*, crasa deinde litera nouissima, factumque *decora*.

Iugurtham tutata sunt omnia) nolui recedere a consensu mss. Pall. etiam Bong & Comm. alias haud abhorrebat an: mus a Carionis, *tuta*.

Omnes bonos reip. subuenire decet) ita quidem primo Naz. sed factum a eadē manu, *deceret*. quod & in Pal. octauo. nam tert. habet, *decebat*; vt & quart. ac sept.

Magis uti boni honestiq; vitam exigerent) duæ voces postremae, absque interritamento sententiæ eradicari poterant.

C A P. LXXXVI. ¶ *Huiuscemodi oratione habitâ Marius*) an non abundat? *habita*.

Cui neq; sua cura) Commelinianus refert *cura*; additumque, *cara*. & vero *cara*, restat in omnibus item mss. hoc modo nempe; *cui neq; sua cura*: solū Pal. sextus, *cui neq; sua cura*; vt item editio prima.

Ne videret ea, quâ audita animus tolerare nequiuerat) Commel. & Pal. quint. *animis*.

C A P. LXXXVII. ¶ *Et alia omnia tegi*) vox, *alia*, non visitur in Commeliniano.

C A P. LXXXVIII. ¶ *Sape adgressos itinere fuderat*) antè *cusi*, in *itinere*. sed non visitur præpositio in membranis tribus melioribus.

Et aduersum se opportunissima erant) vox eē *opportunissima*, suspectam habeo, ac si esset inuecta ab librariis.

Quo improuisis grauior accederet) non improbem, *accideret*, quod est in Pal. Nazariano. vocis tamen huius nullum in nono vestigium.

C A P. LXXXIX. ¶ *Auartere ab hostibus*) sic Naz. pro *auertere*, vt passim antea editi.

Leui imperio, & ob ea fidelissimi habebantur) magis officit huic loco dictio postrema, quam profit.

Omnia vasta, inculta, egentia &c.) sic referūt membranæci nostri, malimq; quam *incultu*, quod nupere inculcatum editionibus nostris. nam *vastum est incultu*, q̄ cultu tamen fertilefcere potest. id non contingit locis sabulosis, locis ab aquis sterilibus, qualia ista.

Plerumq; lacte ac ferina carne vescebantur) haud aliter mss. Pall. addita voce *carne*, quam tamen, cum Riuto, mallet abesse.

C A P. XC. ¶ *Contra tales difficultates*) comparēt in omnibus mss. illud *contra*. itaque Fabriciano codici casu abesse putarim, non de industria.

Ager autem aridus & frugum vacuus ea tempestate, nam æstatis exirenum erat) illa, *ea tempestate*, videntur a glossa.

Dicitur

Dicitq; se pradabundum post paucos dies &c.) vox prima tolli posset, nisi eam retinerent mss. ad vnum omnes.

CAP. XCI. § *Simul & inopiam frumenti lenire*) copula & non habetur in Pal. pr. aut secundo.

Pars civium extra mœnia in hostium potestate) scribitur Pal. sexto inter lineas; sic, tanquã præcedere deberet vocem, *extra*; comprehensa. & veto, si ego Sallustius fuissẽ, scripissẽ potius tribus verbis, *pars civium comprehensa*, siue adeo, vt erat in Popmæ libris, *deprehensa*; quam alta illa omnia; quæ tamen ambigas, an sint ab auctore: nam Pal. tert. *pars civium extra mœnia in manibus hostiũ*, vt forte fuerit *pars civium hostium polita*; aut verbum aliud vulgo ignotius.

Coegere uti deditioem facerẽt) adblanditur magis lectio Commeliniani, *cogere*; quæ item extat in aliquot Pall. poterat quoque, recisus vocibus duabus, scribi, *cogere deditioem*.

Ante neq; beneficio, neq; metu coercitum) ita edd. etiam primæ: satis rotunde, sed contra mss. quorum insigniores ignorant illud *ante*: sed & eis fere adest illud *coercitum* ab Interpolatorum calamis, fuitque prius, aut *coherceretur*; aut aliud quid. certe Pal. primus clare præfert; *a neq; beneficio neq; metu coherceretur*; ac deinde factum, *ac neq;* sunt etiam codices, in quibus, *ante neq; benef. neque metu coerebatur*, item *coherceretur*. adeo vt liceat suspicari, forte fuisse prius; *mobile, insidum; neq; beneficio neq; metu coerendum*.

CAP. XCII. § *Postquam tantam rem Marius sine ullo suorum incommodo patrauit*) videtur quidem illud *patrauit*, in Pal. sec. sed tãtum inter lineas: Litera vero eius nulla in Nazariano aut Commeliniano; neque tamen eius loco aliud quid substitutum. at Pall. tert. ac quint. sext. sept. oct. habent: *Postquam tantam rem peregit Marius sine ullo suorum incommodo, magnus*. quart. *Postquam tantam rem egit sine &c.* ambigas, an fuerit: *Patrata tanta re sine ullo eorum incommodo; magnus &c.*

Maior atq; clarior haberi cœpit) illud *cœpit*, inuectum est ab insci-
o Grammaticello.

Omnia non bene consulta in virtutem trahabantur) aliquid esse iam heic minus integri, produnt membranæ Commel. in quibus *trahuntur*; forte fuit, *in virtutem trahi*. nam quæ hoc loco cit ex aliis editionibus Rivius, nititurq; emendare; sciamus licet, ra, post editiones primas, ab Pomponio Læto.

Omnes socij atq; hostes credere &c.) Naz. atq; *cohortes*, mihi *hostes* n displicet; sed *omnes* superuacuum videtur.

Vbi ea res bene evenit) non habetur illud *bene* in Commel. & potat sane abesse.

Aliam rem adgreditur) cum supra modo dixerit; *vbi ea res bene vit*; maluerim, *alia adgreditur*, & postea, *difficilia*.

Laud longe a flumine Mulucha) ita hæc dictio scripta in Nazar.

neque recedit Pal. sec. nisi quod is *Mulucha*; quomodo & ceteri mss. Pall. excepto, quod eis alius casus, *Mulucha* nempe. at Com. seruat *Mulcha*.

Satis patens, in immensum editus) non extat *editus*, in Pal. tert. ceterum omnibus adest præpositio, *in*.

Nam omnis natura, velut opere &c.) sic quidem *Commelinianus*; sed prius ei fuerat, *omnia*, quod & in Naz. ac Pal. sec. quippe tertius ac sextus, *nam per omnia natura*; quod & occupat edd. primas.

Virorū atq; armorū satis magna vis, & frumenti, & fons aqua) sic & mss. Pall. sine *erat*, post *vis*; q̄ inuasit editiones ætatis mediæ, nō primæ. ego præterea adhuc delibero, an non possit distingui; *virorum atq; armorum satis; magna vis & frumenti; & fons aqua*.

Nam cum ea paullo processerant) pronomen supernacaneum est.

CA P. XCIII. ¶ *Anxius trahere cum animo suo*) qui appeteret brevis esse, omitteret omnia hæc præter vocem primam.

Qua sæpe prospere usus fuerat) illud fuerat, *adscititium* correctoris. eiusque loco mss. aliquot referunt *erat*.

Quæ cum multos dies noctesque astuans agitaret.) & septem istas voces eodem iure neglexisset.

A latere castella quod aduersum praliantibus erat) suspecta iterū vox erat: dixissetque alius, *latere castelli aduerso praliantibus*. porro illud *aduersum* visitur in mss. omnibus melioribus. Comm. Bong. Naz. Pal. sec. quart. quint. sext. sept. oct. neq; debermutari in *auersum*, nisi summam vim inferamus menti auctoris.

Anim: aduertit inter saxa) Naz. quidem ac Com. *animum aduertit*: sed cum idem mox repeteretur, malui alterum, quod item in plerisque Riuianis, vt & Pall.

More humana cupidinis, ignara visendi) debemus locū istū Nonio Marcello, a cuius scriptura immelium abeunt, membranæ nostræ, aliæq; edd. nā primæ: *more ingenij humani cupido difficilia faciundi animū inuadit*. neq; secus sequentes, nisi q̄ meliores, *animū vertit*, vel *aduertit*: deteriores, *faciundi intendit*.

Intenti praliantibus aderant) sic mss. potiores, non *aberat*; quod irrepit quidem in editiones plerasque; sed non etiam vetustiores. ego neutram desiderauerim si abfuerit.

Nō temere vti escenderat) sic fuit a prima manu in Nazariano, ideoq; reuocandū duxi, ciccto hactenus vulgato, *adscenderat*.

Ea parte, quæ escenderat, castellum tentet) *descenderat* est in plerisque membranis, & quidem cum litura in Naz. adeo vt heic iterum id vocis restituere ausus fuerim; vulgato repugnante menti auctoris.

Polliectur sese itineris periculiq; ducē) ita editiones primæ, ita mss. meliores, Com. Pal. pr. sec. tert. quart. degenerarūt primū sequentes, quint. sext. sept. oct. nam reliqui nonus, decim. vnd. duodecim.

us, paullo prius defecerunt. itaq; non est q; quis eorū testimonia
einceps requirat. quatuor ergo illi, habent vel, *pollicetur sese itine-*
ris, periculiq; nihil esse docet, ducem: vel pollicetur sese ducem itineris;
ericuliq; nihil esse docet. vel: pollicetur se itineris ducē, periculique ni-
l esse. quam mediam scripturā cum affirmet Popma hæzere cō-
uiditer in omnibus codd. prodit manuscriptos illos, haud di-
nos nuce casta: certe, primitus impressis inquinatiores.

Ita rem difficilem aut facilem nuntiauerunt) ita mss. omnes; at
na etiam quasi lingua, editi, *reruntiauerunt.* maluissent ego, *nun-*
arunt; infinitiue.

Paullum arrectus) ita etiam mss. non *paullulum*, quod in edd.

Numero quinque quam velocissimos) Comm. l. *quinque numero,*
al. tert. delitatur illo *quinque;* quod alius arripet cum tripu-
lio; non ego.

Et ei negotio proximum diem constituit) ita. mss. minorum gen-
um. nam maiorum desunt tuuntur illo *ei,* aut id habent a manu
cunda. Naz. initio habuit, *Et se in negotio:* forte *eice negotio,* de-
ro *Et.*

C. A. P. X C I V. ¶ *Sed ubi ex precepto tempus* *Et c.*) exturbari pos-
t *sed,* tanquam superuacuum.

illi qui centurijs præerant edocti) ita editio Aldi vetus. nec non
il. sextus septimus, octauus. : am primitus natæ, partim *illi qui*
assensuri erant edocti, partim, *illi qui* *Et ascensuri erant.* q; ipsam
illo negotio mutari possit: *in escensuri,* de quo ita paratragædi-
ur Carrio, sed præter rem & scripturam mss. meliorum. Ligus e-
m mutauit arma centurionibus solis, non etiam tubicinibus;
pote quibus ore utendum erat, non manibus, nisi quatenus eis
litterent tubam. præterea membranæ potiores habent Naz.
videm ac Pal. *sec illi qui* *Et centuria præerant;* neque aliter Com-
melinianus, nisi quod illud *Et,* repræsentet notam, qua in inscri-
tionibus antiquis designatur aut *centuria* aut *centurio;* ut vix mi-
dubiam sit, expressum primitus illud *centurijs,* siue adeo *centu-*
; non omnibus literis, sed nota sua peculiari: quod ipsum ta-
en errorum causa. nam in Pal. tert. visas; *illi qui ex centurijs præ-*
erant. quart. *illi qui* *Et centurijs præerant.* quint. *illi qui ascensuri*
erant.

Arma ornatumq; mutauerant) ita mss. selectiores, non, *mutaue-*
erant, ut nouissime cusi.

Simul *Et offensa quo lenius streperent*) sic chirographi, præ-
Commelinian. in quo prius *offensa;* ut respiciat ad *gratia:* sed
ale.

Laqueis vinciebant) suauius fuisset, meis quidem auribus, *vin-*
erant.

Milites facilius escenderent) ita rursus fuit in membranibus Palati-
primi Nazarianis; non *ascenderent.*

Quaquam toto die intentos pralio Numidas habuerat) sic quidem edd. antiquiores, & mss. recentis æui; sed tamen præter fidē membranarum situ fere excusarum, in quibus partim *intentus pralio inuidias habuerat*; partim, *intentus pralio insidias habuerat*: hoc in Comel. meo, illud in Pal. pr. ac sec. nam in Pal. octauo visas *quaquam toto die intentos pralio suos habuerat*. equidem quamuis in procliuē esset nouam hinc eruere lectionem, teneo me, & ad quicquid vulgata.

Plerosq; tantum non sauciare) illud, *tantum non*, exulat mss. haud ita vetustis: sed insidet sane antiquissimos.

Sic forte correctā Marij temeritas) Comel. nihilo iniucundiore sono, *sic forte Marij correctā, temeritas*.

C A P. X C V. ¶ *Vti ex Latio & a socijs cogeret*) ita & mss. nostri, nam vulgaris fere abest voeula a.

Igitur Sulla gentis patritia, familia prope iam extincta) fere secutus sum exemplar Seruii; nisi quod non aulus etiam detrudere, *prope*: interim in nobilissimis item exemplaribus visere est, putida illa, *nobilis fuit*.

Literis Græcis atq; Latinis iuxta, atq; doctissime eruditus) ita etiā mss. meliores, nam vulgatiōres *iuste atque*, quomodo item editionum primæ. prorsus stulte.

Callidus & amicitia facilis) sic omnes mss. præter Pal. tert. in quo, *callidus, aditu & amicitia facilis*; quod aliquis statim inuaderet, amplexutus pro auctoris legitimo; sed perperam.

Atq; felicissimo omnium) ita mss. tres notæ primariæ. ceteri cōsuadent vulgaris, quibus est, *atq; illi felicissimo &c.* Comm. habet, *atq; felicissimus omnium*.

Multisq; dubitauerit &c.) in elogio isto Sullano, subodoror emblemata aliquot sciolorum, certe, nonne hoc loco præstitisset, *multis dubitantibus*; aut solummodo, *dubium fortior an felicior*.

C A P. X C V I. ¶ *Igitur Sulla, uti supra dictum est*) illa postrema, *ut supra dictum est*, sunt ab homine mire obliuioſo; non a Sallustio.

Atque ad vigilias multus adesse) nihilo peius Commelinianus, *multus esse*. melius fortasse, qui utrumque excluderet pro superuacuo.

Quibus rebus & artibus) mallem aliter utrum, *quibus artibus*, vel *quibus rebus*. utrumq; nimis superfluit.

C A P. X C V I I. ¶ *Quam primum in Numidiam copias adduceret*) Naz. ac Pal. sec. & s. pt. *copias adducere*. Commel. *duceret*. Pal. quint. *abducere*.

Quem ubi cunctari accepit, dubium belli atque pacis rationes trahere) sic ite n. nost. i. sine præmissa copula, & *dubium*. bene. melius fortasse si item eiceretur *atque*; ut fieret, *accepit dubium belli, pacis rationes trahere*. eodemq; modo ex iam pollet vox *cunctari*.

Rur. s. s.

Rursus, uti antea, proximos &c.) satis subintelligerentur, quamvis non exprimerentur ullis literis, illa, *uti antea.*

Donis corruptis) sic posterioris ævi mss. nam prioris, *corruptis, Vix decima parte die reliqua*) adhæsi Gellianis codicibus. nam mss. nostri omnes, *dici.*

Vtrumque casum in tenebris difficiliorem fore) sine damno sententiæ exini possit fore.

Ac tamen virtutis memores) sic mss. non, *at tamen.* leuiculum idem & istud: sed optimam faciem, etiam navi umbra destruit. *Paræ equos descendere*) ita fuisse initio in Pal. pr. Nazariano, paræ itura. Commelinianus meus heic deficit, sine later.

Obuiam ire hostibus) hic ordo in Pall. item edd. primis. aliter eam procuravit Carrio.

Multos contra aduersos acerrime pugnantes a tergo circumvenire) vno consensu edd. vet. & Pall. præter primum. is enim vocali habet, *multa, vltima, circumueniri.* itaque nescio quid sibi sit Ciacconii editio, in qua; *multi contra auersos &c.* neq; enim eum statum imaginari mihi possum, quo aucti pugnēt aut circumueniantur a tergo.

Et undique circumfusi erant) superfluit meo iudicio, *erant.*

Romani veteres nouique, & obca scientes belli) bona lectio. interxi erant veteribus noui, exercitiisque iisdem habiti; ideoque am gnari prætorū. respicit ad ea quæ dixit cap. LXXXVII *Sic breuipatio noui veteresq; coaluere, & virtus omnium aequalis facta.* Eundationes aliorum, nauici non sunt.

Orbes facere) mss. præstantiores, *fecere.* aliud quid latet vlcerris li.

Hostium vim sustentabant) maluissem sustentare.

CAP. XCVIII. ¶ *Magna parte editus & præceps, pauca munimento egebat*) adhæsi Pal. tert. cui alludebant ceteri, quippe *Nazica munimento regebat; alias vero gerebat; quod vtrumq; quod* in Pal. sec. at quartus *pauco munimento egebat.* quint. sext. *o u pauca munimenta gerebat.* sept. *pauca munimenta accipiebat.* octio edi iussit, *pauca munimenta egebat.* prior enim editio, *pauca munimenta querebat.* ex quo facile fieret *pauca munimento quarebat:* quod nesciam an præferri debeat lectioni quam repræsentamus hac editione nostra.

Dein cunctos pleno gradu in collem subducit) sic quidem omnes præter Naz. in quo, *subductis.*

Quia non fugere, ut pro victoribus agere) non abii a vetuste editio aut mss. antiq. nisi q̄ eorum *aut* characterim, litera abiecta: est quidem ea vox tota Pal. quarto, sed soli absque eo fuisse, literis etiam exturbassem: codd. infimæ ætatis, habent eius loco *at* & aliaque adhuc sensui supplendo quem non capiebant. at non scriptura hoc vultu, gessisse reges se tanquam vicissent, quod

non etiam fugissent, vt solent homines, mentis abrepti vœcordiæ, vt pluribus ostendo in Dissertatiunculis ad Tacitum. mediæ edd. habent; quod non fugere ac pro victoribus agere.

Sed ea cuncta) crucem impreccari quis posset voci *sed*, adeo hoc loco est importuna.

C A P. X C I X. ¶ *Magnoq; hortamento erant*) concinnitati sententiæ officit copula *que*.

Simul omnes signa canere) haud aliter mss. Pall. *tuba*; aliorum; est gloss. graphi.

Cunctos strepitu, clamore) Nazar. *cunctis*, vt & a prima manu Pal sec.

Portis erumpere iubet) deleri malle postremâ vocem. & vero non comparer in Pal, octauo.

Tumultu, terrore, formidine quasi vœcordia ceperat) Pal. tert. *cum tumultu terrore formido quasi vœcordia acceperat.* & ita fere locutus sup a cap. LXXII. ita formidine quasi vœcordia exagitari. quart. *tumultu terrore, quasi vœcordia ceperat*, sine illo formidine. Bong. liber: *tumultu, formidine terror quasi vœcordia ceperat.* prima editio & Naz non abit a vulgato, quam quod habeant *vœcordia*. ple-raq; pars verborum est a glossa.

C A P. C. ¶ *Dein Marius vti ceperat in hyberna proficiscitur, qua propter commeatum &c.*) illud *qua*, non est in vet. edd. vt nec in mss. qui præterea fere refugiunt vocem *proficiscitur*. recte Pal. pr. secundo, neque est in sexto, nisi inter lineas. nam Pal. tert. *Dein Marius profectus vti ceperat in hiberna propter commeatum in oppidis.* quart. *quint.* *Dein Marius vti ceperat hiberna, propter commeatum in oppidis maritis agere decreuerat.* sept. *Dein Marius vti ceperat proficiscitur; in hibernaq; propter comm. &c.* oct. *Dein Marius, vti ceperat, in hiberna proficiscitur, propter com. in op. mar. age. decreuit.* vt appareat restituendum: *Dein Marius, vti ceperat, hiberna propter commeatum, in oppidis maritumis agere. neq; &c.*

Sulla cum equitatu apud dextimos) sic quidem mss. æui minus solidioris: robusti enim illi, *apud extremos*; neque aliter Bongarf.

Perfuga minime cari & regionum scientissimi) monstro simile est, tres illas voces, *minime cari*, &, exulasse libris nostris iam supra sæculum; cum tot interim iactant collatum a se Sallustium cum veteribus codicibus. neque enim solum editiones principes, sed mss. ad vnum omnes, voces illas discrete exprefferunt. sustulit autem primum Pomponius Lætus. prorsus iniurie. sunt enim auctoris genuina; ac volunt periculosissima quæque mandata fuisse perfugis, vili damno si periissent. valde enim falluntur perfugæ, si se alicui esse putant caros, nisi quatenus expedit.

Laudare, increpare merentes) mss. antiqq. immissa copula, *laudare*

dare & increpare; quomodo item editiones primæ.

Neq; secus atq; iter facere, castra &c.) hæc est scriptura codicum meliorum; cui accedit item auctoritas edd. primarum. deteriores enim addita litera *faceret;* quod tamen arripuit Carrio. Amicus meus, verbis binis abiectis coniciebat; *neque secus, iter, castra munire &c.*

Excubitus in porta) sic primæ quoque edd. & mss. omnes, nullus, *portis.*

Equites auxilios mittere) vocem postremam fere expunxerim, ut lubaudiatur mox sequens *locare.*

Non dissidentia futuri, quæ imperasset, quam uti &c.) sic mss. meliores, nam alii, *non tam dissidentia futuri, aut futurorum quæ imperasset.* suspicor ab auctore nostro tantum fuisse, *non dissidentia, quæ uti &c.* cerera ad futura a librariis.

Et sane Marius illoq; alijsq; temporibus) Naz. illo & alijs.

Bello Iugurthino) hæreo, an non & istam vocum copulam habere possim pro spuria.

Quod multi per ambitionem fieri aiebant; pars, quod a pueritia) sic eleganter locum restitui, ex membranis Bongartianis adst. pulanæ Pal. tertio. duplex enim opinio huius facti: quæ vna tantum in ulgatis; quibus erat: *fieri aiebant, quod a pueritia.*

Nisi tamen Respubl. pariter &c.) sic manuscript. meliores a prima manu. viliores enim, *mibi tamen respubl. vel adhuc peius, mihi tamen videtur Resp. &c.* sunt etiam; in quibus est, *nisi tamen Reip. viter &c.*

C A P. C I. ¶ *Sed quia diuersi redeuntes, alius ab alia parte, atque nnes idem significabant)* non dubito verum esse, quod margini iudicis sui alleuerat Bongartius noster, glossam redolere illa, *alius in alia parte, atque.*

Ita Iugurtham spem frustrata) Hactenus perperam editum, *igitur Iugurtham.* est id quidem in mss. etiam nostris, sed notæ posteris. nam primæ notæ alterum habent; aut, *item.*

Interim Sulla quem primum hostes adtigerant) vix est, ut non deat expungi vox *hostes,* cum non adpareat in Bongartiano.

Ipse alijque Mauros inuadunt) amplexus sum, quod erat in aculatissimis codd. prius quod legebatur, *ipse alijque Mauros.* vulnerat aures; neque visitur in editionibus Pomponianis prioribus: interim notandum primitus fuisse in Nazar. *ipse a-*
ue.

Neque in priori pugna, in itinere morati adfuerat.) non possit displicere quod est in Palat. quinto a manu prima, in primo a iunda, *pugna, itinere morati,* nisi malimus *remorati,* ut habet atin. tert. velitque non venisse temporis, ob itineris difficultatem.

Tum Marius apud primos erat, quod ibi Iugurtha cum pluribus instabat) belia emendatio, suppeditabatque Pall. tert. nam plerique quid: m habebant prius, *erat*; sed non vltimum, *instabat*; repetierant vocem *erat*. antea editi; *tum Marius apud primos agebat, quod ibi Iugurtha cum plurimis erat*; quomodo tantum mss. ævo postiores.

Sanguine oblitum ostendere) ita mss. Pall. omnes, non *ostendens*, aut *ostentans*, quod nostro ævo inuictum editionibus.

In percussos Romanos acrius incedere) annotatū Pall. sec. alias *legi, intendere*. sed sic nullæ præterea membrana.

Paullum a fuga aberat) præpositio adfuit quidem initio Naz. sed statim expuncta, & videri a librario, inde colligas, quod habeat Pal. sept. *ex fuga*.

Marius fugatis equitibus, adcurrit) est in Pal. pr. *fugatis*. vnde factū putem, vt in nonnullis membranis, inueniatur *fatigatis*: male, loquitur enim de Numidis, non de Romanis: quod vel satis indicat membrum sequens, *adcurrit auxilio suis*.

CAP. CII. ¶ *Quo initio profectus intenderat*) alius quis dixisset, *quo initio intenderat* &c.

Legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petiuere, duos &c.) æque fuerit neruofum & dissolutum minus, *legati a Boccho, regis verbis ab Mario petere, duos* &c.

Facere, ut ingenium aut auersum flecterent, aut cupidum &c.) sic quidem mss. ætatis mediæ; aut quidem, *facere, ingenium auersum flecterent*. seniculi namque; Nazarianus quidem a calamo alieno, *facere, ingenium aut auersum flecterent, aut* &c. videtur autem fuisse prius, *facerent ingenium*: Pal. sec. initio habuit; *facere, ingenium aut auersum flecterent, aut*: sed mox erasa litera, factumque, *ingenium ut auersum*, quæ lectio minime displicet: nisi aliter labes in hæsit verbis auctoris; quod vereor. Carrio publicauit, *facere, ingenium auersum ut flecterent aut cupidum* &c.

Neu te optimum, cum pessimo) Naz. *neu te primum*; quod aliquis queri posset, nisi vno tantum sustineretur codicis fide.

Simul nobis demeres acerbam necessitudinem) Naz. idem, *dempserat*. emendatumque deinde, *dempseras*.

Pariter te errantem &c.) Riuius intulerat copulam &, quæ etiā in aliquot mss. notæ non bonæ, haud item in aliis, neq; est hercle ornatui; mea quidem pronuntiatione.

Ad hoc populo Rom. iam a principio inopi, melius visum amicos quam seruos) lectio clara, & sustentata editionibus antiquis, nec non Pal. sexto, sept. octauo, cui tamen nebulas adspargunt mss. ceteri, nam Naz. *Ad hoc utinam a principio tibi melius visum amicos* &c. neque secus fuit initio in Pal. sec. qui tamen deinde reformatus est ad lectionem vulgatā, at tertius habet; *Ad hoc P. R. nam a principio melius inopi visum fuit amicos*, quart. *Ad hoc populo Rom.*

iam a principio melius est visum &c. quint. *Adhuc populo Rom. inopi a principio melius est visum amicis &c.* quæ vltima scriptura nō ita fatua. superuacuum tamen etiamnum ibidem, illud *a principio.*

Neque cuiquam omnium satis fuit) ita mss. nostri omnes, excepto octauo, in quo *hominum*, tantopere placitum Riuio. per me, vtrumque abesse poterat, vt abesse membranarum suis, quas contulit, notatum solertissimo Bongarsio.

Plura bona accepisses, quam mala perpeffus esses) produxi scripturam meliorum codd. in ist editionumque vet. nam ab incude adhuc recentiores, *perpeffus es*, cui proxime accedit Pal. quarrus, in quo *perpeffus est*. fere suspicer illud *accepisses*, esse a librario; non a Sallustio. dicebant enim antiqui, *pāi bonum, pāi malum.*

Cui scilicet placuisse & vim & gratiam nostram experiri) sic nullo apice minus Pal. pr. nisi quod destituatur priore &. *perperam* hactenus editum; *cui scilicet placuit, & vim & gratiam nostram te experiri.* at vel pueris notum, *scilicet coniungi infinitiue.*

Nunc quando per illam licet,) Pall. aliquot, *nunc quoniam &c.* tert. nec hoc nec illud agnoscit, scribiturque solum inter lineas, *quandoquidem.*

Multa atque opportuna habes) mss. fere omnes excludere copulam atque. neque est etiam in Bong.

Errata officijs superes) *officij*, abest Naz. agnoscunt tamen mss. et ceteri.

Se non hostili animo, sed ob regnum tutandum) Naz. non adest vōcula ob. vt forte fuerit initio, *sed regnum tutandi*, aut sane *sed regnum tutando*. nam aperte Pal. tert. *sed ob regnum tutādo*. at quart. *ad regnum* siue *tutandum*. quomodo item Pal. octauus, minime recluso illo *tutandum*.

Vnde vi Iugurtham expulerit) sic mss. Pall. meliores. vōcula *vi* hactenus vulgati, male caruerunt.

Eam vastari a Mario) Pal. sec. *ea vastari.*

Missis ante ea Romam legatis) sic etiam mss. nostri, non ante, quod em Carrioni displicuit.

C A P. C I I I. § *Tum rursus Bocchus feliciter seu reputando*) non est Carrio, qui vulgato excludit binas voces, quæ in mss. atque titis omnibus, fecitque, *tum rursus, seu reputando*. nam quod reperi extat in editis ante annos centum viginti posteriores enim, *in rursus Bocchus, scilicet seu rep.* quod solum inueni in Pal. octauo. ceteri omnes ostentant lectionem illam aliam, & Pal. quidem in tus ac sext. cum augmento tali: *tum Bocchus feliciter egit erga manos*. ego me his non expedio. posset quidē illud *feliciter* nullo negotio mutari in *velociter*, sed aliud quid latet. itaque satis est ea sentasse scripturam membranarum meliorum.

Qua sibi duobus pralijs euenerant) Naz. nec non Pal. quintus actus, *uenerant*. neque temere consenserim.

Quinque deligit &c.) hæc & sequentia omnia, vsque ad illa ca-

pitis cxi*x* pacem vellet; daret operam, absunt Pal. Nazariano. itaq; non est quod interim ipsum laudemus.

Romam legatos ire iubet) Pal. sec. *Romam ire legatos iubet*. tert. *Romam legatos iubet ire*. sept. *Romã illi legatos ire iubet*. quæ diuersitas inducit vt suspicer *legatos*, spurium esse.

Licentiam ipsis permittit) sic quidem editio prima. at in mss. visitur *illis*, vt arbitret hoc atque illud pronomen, esse ab exscriptoribus, nisi forte ita vna cum prioribus resingenda sunt: eos ad *Marium*, ac deinde. *si placeat, Roman: cum rerum agendarum & quocunque modo belli componendi licentia, permittit*; vt nimirum alia omnia infarferint homines, ignotantia vocis *permittit*, de qua nos multa in Suspicionibus, & nõnulla ad Senecam Philosophũ.

Ad Sullam pergunt) hæctenus edicti, *profugiunt*. quo quid opus nudos vltro dimittant latrones, qui vestem solum amant, nõ eius faretum. in posterioris aui mss. extat *perfugiunt*; in prioris, *pergunt*, nostrum.

Simul ab eo petunt) Pal. sec. *simul petunt ab eo*. forsan abundant, ab eo. imo vero abundant.

Dein, Sulla omnia pollicito, docti quomodo) Palat. quintus ac sextus, *doctiq; quomodo*. oct. *Dein Sulla omnia pollicitus, doctiq;*. Bong. *omnia pollicitus, docuit*. sincerius Pal. sec. *Dein, a Sulla omnia pollicito, docti*, quod recepisse in contextum, si subuenisset alius adhuc liber, ad testimonium iustum.

C A P. C I V. ¶ *Marius postquam infecto negotio*) ita bene Carrio; neq; aliter editio vetustiss. nam Lætus aliq; obtruserant nobis, *Marius ubi confecto negotio*.

Negotio quo intenderat) Pal. sec. quod. tert. cui. ceteri stant a vulgatis.

Illosq; & Sullam venire iubet) sic mss. Riuii. nam edd. primæ & nouissimæ, *Sullam ab Vtica venire iubet*; quibus item accedunt Pall. omnes præter octauum. quod falsissimũ est. Cyrtæ enim relictus Sulla, vt supra auditum, non Vticæ.

Itemq; L. Bellionum prætorem Vtica) sic Pal. sec. nam tert. quint. sextus ea voce destituuntur. sept. *Vtica*, quod placuit Carrioni. nõ necessario. nam nostrum potius esse, liquet ex Pal. octauo, qui habet, *ab Vtica*. quod nimirum scriba vidisset ea esse terminatione dictionem, quæ requireret præpositionem.

Et a Consule) abest quide postemice editionibus vocula &, sed seruant tamen primitus cusi, tum mss. omnes.

Pauci ferocius) ita mss. omnes & olim editi, absq; quibus fuisset, retinuisse lectionem aui medi, *pauci vero ferocius*; vt vero esset non aduerbium, sed nomen; pro, *a quo ferocius*.

Semper in aduersa mutantur) sic rursus octo mss. non *sapius in aduersa*, q; extat in vulgatis patrum aui exemplaribus; non, *mutant*, quomodo nouissime cusi. adblanditur tamen animo *sapius*, aut *sape*, vt est in Bongarsiano.

Tres

Tres Romam praefecti cum) sic mss. meliores, eiecto sunt, quod neq; in editionibus primis.

Cn Octauio Rufone) ita Pal. quart. nam alii aut *Ruffone*, aut *Rufone*, vel *Ruso*.

Qui Quasstor stipendium adportauerat) sic Pal. sec. quippe reliqui adiectis vocibus binis: *stipendium in Africam portauerat*. superflue.

Studium Sulla libens accepit) abest quidem Pal. sec. vox *libens*, sed seruatur a ceteris. & agnoscit praeterea editio priusca; habetque suam ueterem; ideoq; rediit, in exilio pulsam a Carrione eiusq; satellitibus.

Iugurtha scelere lapsus, deprecatus sunt) ita plane Pall. septem; non deplorati, quod erat in ueterite editis & Pal. octauo.

Potentibus hoc modo respondetur: Senatus & pop. Rom. beneficij & iniuria memor esse solet; ceterum &c.) maluisse, *potentibus respondetur, Senatum populumq; Rom beneficij atq; iniuria memorem esse: ceterum Boecho poenitenti, facere delicti gratiam: foedus & amicitiam laturum, cum meruerit.*

CAP. CV. ¶ *Funditorum Baleariorum*) sic proxime mss. nempe *Baleatorum*; quemadmodum & olim impressi. *Balearium*, *Carrionis*, in nullo inuenitur exemplari.

Cum uelitaribus armis) Pal. sec. *uelitarijs*.

Aduorsum tela hostium munitus) ita mss. editioque prima; non, *duorsus*: quod eodem quidem redit: sed redonanda auctori sua lingua, quantum potest.

Alijsq; omnibus numerum ampliozem) Pal. antiquior, addita uocibus: *omnibus nostris*. & uero eam malim heic conspici, qua alteram, *omnibus*.

CAP. CVI. ¶ *Et diei uesper erat*) haud aliter mss. non tamen fugerim die.

Pauens Sullam occurrit) ita Pal. sec. eiecta praepositione *ad*. & acuit. editio prima, *pauens ad Sullam occurrit*, quod etiam in Pal. et sept. octauo.

Dicitque sibi ex speculatoribus cognitum) ita mss. omnes; non; *speculatoribus*, ut habent editi. *Carrio exclusit sibi*. alii etiam, *dique*, tam heic quam capitis huius initio. nec reprehendo. mihi non non libet esse tam licentioso; non iubentibus, non permittentibus ullis libris.

Forstian paullo post morbo) ita mss. estque elegantius ad aures, atq; *post paullo*, ut editum alius.

ignesq; creberrimos fieri) ita quidem Aldi editio & sequentes. at illud *non* magis patet in olim cultis, quam mli. Pall. primoribus. non posteriores, nonnulli quoque, *ignes quam creberr.*

Circiter duum millium interuallo ante consedisse) ita Pall. sec. alii *non aduentantur* uulgatae editioni, *ante eos consedisse*.

Quod postquam auditum est) videtur frustum inepti glossationis.

CAP. CVII. ¶ *At Sulla quanquam eadem existimabat*) est in Pal. sec. quarto. sexto. *estumabat*.

Nec quenquam decere, qui manus) sic mss. non, vt ferè publicati; nec decere quem manus, aut, nec quemquam decere quem manus, vt habet editio princeps.

Ex castris abire iubet) adieci ex, quod haberent mss. editionibus omnibus hætenus male absuit.

Nihil dolo factum, ac magis calliditate Iugurthæ) aliquot mss. at: mallet & hoc & illud abiiceretur.

Credere illum nihil palam aiusurum) Pal. quint. vt crederet illum; sext. crederet illum. sept. crederet illum.

Quare optimū factum videri) Pal. sec. alia positura: *quare videri optimum factum*: adeo vt videri, forsan sit superuacuum.

CAP. CVIII. ¶ *Orator & subdole speculatum Boechi consilia*) ita omnes mss. sed voce adhuc auctiores, Pal. quidem sec. *consilia venerat*. tert. quart. sext. sept. *consilia ierat*: quint. *cōsilia audierat*: quæ discrepantia ipsam facile conuineat mendacii.

Impar; nam pater eius ex concubina ortus erat) sic Pal. seq. tert. octauus. quippe quartus, *quia pater eius ex concubina natus erat*. quintus ac sextus; *nam mater ex concubina nata erat*. sept. *nam mater eius ex concubina orta est*: hæc varietas inducit suspicionem, scripsisse Sallustium, tribus vocibus minus; *nam pater ex concubina*.

Multis ante tempestatibus) ita mss. septem. octauus enim, hoc est cui scriptura omnium recentissima, *antea*; quomodo hætenus editi.

Illico ad Sullam nuntiatū mittit, paratum &c.) Pal. sec. *mittit nuntiatum paratum*. quæ transpositio, facit arbitrer, *nuntiatum*, esse a calamo extraneo.

Ipsè deligeret) Pal. sec. *deligeret ipse*. quod nescio quomodo fortius est.

Consulta sese omnia cum &c.) mss. *consulto*, præter Palat. quint. sept. octauum, in quibus scriptura vulgata.

Neū Iugurthæ legatum pertimesceret, quo res communis) sic mss. omnes, præter duos. nam sept. *pertimesceret, illum acitum quo res com.* &c. octauus vero, *pertimesceret, quod eo aduocatus esset, quo res &c.* hinc nata illa patrum æuo: *pertimesceret, accitum esse quo*: quæ ipsa tamen absunt editionibus primis.

Aliiter caueri nequiuisset) sic quidem mss. æui posterioris. at priores. *cauere*.

Spe pacis attinuisse) ita mss. ferè omnes. nam quart. *acciuisset*. sext. *obtinuisse*. sept. *abstinuisse*. octauus, vt & edd. *præter, dei inuisse*. Bong. *liber accersisset*.

CAP. CIX. ¶ *Postquã sicut voluerant congressi*) mss. omnes præter vnum, *voluerat*. Dicit

Dicit se missum a Consule venisse) ei: *cerim se missum, ceu spiritum.*

Præterea Dabar internuntius, sanctus vir, ex sententia iurat ambobus) nimis aperte adulterium respicit, *sanctus vir*: quod etiam utcumque produnt mss. nam Pal. sec. *præterea internuntius sanctus vir Dabar.* quart. *præterea Dabar internuntius factus vir & ex sententia ambobus, ac statim.* quint. *præterea Dabar internuntius sanctus iurat ex sententia ambobus.* sext. *præterea Dabar internuntius ex sententia ambobus, ac statim.* sept. *præterea Dabar internuntius sanctus intrat & ex sententia ambobus, ac statim &c.* octauus: *præterea Dabar internuntius sanctus vir iurat ex sententia amborum, statim &c. &c.* Locus inquinatus; & qui dubium reddit, an non alia quoque rapi queant in controuersiam; ac si tantum essent auctoris, ab utroque tantum modo fidei interpretes adhibentur, *præterea Dabar internuntius, ex sententia ambobus, ac statim. hæreo, hæreo.*

CAP. CX. ¶ *Vti rex maximus in hac terra, & omnium quos vni opulentissimus priuato &c.* glossæ matris & isthæc obstita. de mss. nim octo nullus omnino est, in quo visitur verbum *opulentissimus*, quod tamen in editionibus primis. itaque abiiciendum in squilibris inter cadauera: forsitan etiam alia nonnulla eiusdem contubernii, retentis tantum; *vti rex omnium in hac terra maximus, priuato.*

Fuerit mihi pretium eguisse aliquando tua amicitia) edd. *præterea & all. sec. tert. sept. fuerit mihi eguisse aliquando pretium tua amicitia.* am quart. *fuerit mihi pretium aliquando eguisse. id adeo &c.* octauus vero: *fuerit mihi eguisse aliquando tua amicitia, qua &c.* solum stat scriptura prima, in Pal. quinto & sexto; quorum tamē prior æposuit vocem; *sed fuerit. alter vero seruat, fuerit mihi pretij aliquando eguisse tua am.* at nihil innouandum est. omnia sunt composita, omnia sana.

Cuius curator huc missus es.) magis putarim, initio fuisse cuius *missa huc missus es*; eiq; adiectum deinde, *orator*; ac deinde utramque vocem mutatam in *curator*. id quo nunc magis sentiam, est quod inuenerim pridem in Bongarsianis notis, fuisse in mss. quem contulerat; *cuius gratia orator.* Palatini octo tamen nulla lixa variant.

Quod inter me & Micipsam) Pal. sec. quod *ante me.*

Neq; Iugurtham id intrare sinam) sic collocantur verba in Pall. in quibus poterat adhuc auferri pronomen *id*.

CAP. CXI. ¶ *Adeæ Sulla pro se breuiter, & modeste; de pace & communibus rebus multis disseruit*) valde hallucinatur heic Veris, quod minus adsequeretur mentem historici; quæ hæc: *rendisse bifariam Boccho Sullam; ei parti orationis qua de se t, breuiter & modeste; qua de pace & rebus populi Rom. diffuse compositæ.* Imitatus est Tacitus lib. II. *Annal. Ad ea Germa-*

nicus, de societate Romanorum Parthorumq; magnifice, de aduentu regis & cultus sui, cum decoro ac modestia respondit.

Rex primo regitare) ita mss. non primum. Pal. etiam sec. cogitare. ceteri negare.

Queis & Iugurtha carus & Romani inuisi essent) non ambigo quin illud essent, sit a mangonibus. certe eius loco est in Pal. sec. quint. sext. sept. erant, qui præterea secundus nullam agnoscit copulam &, nedum geminatam. itaque deleatur & illa.

Deniq; sapius fatigatus; lenitur. & ex voluntate) Pal. sec. sape, item lenitus ex voluntate, & vero connexio aliis etiam abest.

CAP. CXII. ¶ *At rex postero die) mss. aliquot.*

Et rex. Asparcm, Iugurtha legatum appellat) Pal. quart. Asparum nuntium Iugurtha app. sext. Asparem Iugurtha appellat legatum. nimirum dictio legatum notha est.

Posse conditionibus bellum poni) ita optime Pal. sec. quint. sext. non componi; vt editi nupere. nam & primi sane agnoscunt illud simplex. hinc in Bong. annotatum, deponi.

In castra Iugurtha proficiscitur) sic etiam mss. ætate iuniores. at Pal. sec. in Iugurtha castra venit; quomodo & edd. primæ.

Et ei nunciat) Pal. sec. quart. sept. & enunciat. quint. sext. & ei denuntiat.

Omnia cupere qua imperarentur facere) vox vltima eliminari potest; pro glossa.

Pacem conuentam frustra fuisse.) mss. meliores pacem confectam. remanet tamen alterum in edd. omnibus, alluditque Pal. tert. cui superscriptum alias legi, cruentam. forsitan litigiosa illa dictio, librarii est.

Ceterum Bocchus si ambobus consultum) Pal. tert. abest Bocchus.

Cum talem virum in potestate haberet) ita rescripti, fide Pal. sec. ceteri habuisset, minus recte.

Tum fore vt iussu Senati populiq; Rom. fœdus fieret.) Naz. ac Pal. quint. sexti. Senati aut populi fœdus &c. neq; fecus Pal. sec. nisi quod is, & populi, absq; illo Romani. medium placet.

Non sua ignauia, sed ob Rempubl.) Pal. pr. initio habuit, non signauia, delectaque indelitera prima; vnde factum vt habeat Pal. tert. non ignauia. agnoscunt tamen pronomen mss. reliqui. est in texto; non sua ignauia captum, sed ob Remp. & ita quoque editio prima. octauus præfert; non sua ignauia captum, sed ob rem populi Rom. Pal. sec. non agnoscit vocem relictum. adeo vt appareat latere heic aliquod monstrum. forte fuit, non sua ignauia, sed ob Remp. hostium potitum &c.

CAP. CXIII. ¶ *Dolo an vere cunctatus) vero Bong. ac Pal. octauus. videtur dictio vltima habere aliquid spurii.*

Tempore & loco constituto) copula abest Naz. nã Pal. sec. quint. tempore locoque. probem mediam scripturam.

De pace

(*pe pace veniretur*) Ita meliores mss. habet tamen Naz. super scri-
n illud *conueniretur*, quod in deterioribus.

(*taurus adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remo-*
teris dicitur) non temere monuit solertissima diligentia Ful-
Vrsinus, locum videri maculosum, nam illud *ceteris* non est in
sed eius loco fuit initio, *sceleris*, cui deinde erasa litera prin-
præterea pro *amicis* præfert *amisso*. posset quidem fingi; *Mau-*
adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis; sceleris
n ipse multum agitare. nisi forte eradicandum adhuc illud *sce-*
nam non comparat *ceteris*, vlla litera in Pal. quarto; qui ta-
largiter acceptus a glossographis; habetque: *Maurus adhibi-*
micis, omisso priori consilio, ac statim in mutata voluntate, remo-
licitur ipse &c.

(*ultu corporis pariter atq; animo varius*) sic quidem Naz. & Pal.
& sext. nam illud *pariter* non adest Pal. sec. & vero illud *cor-*
est a Commentatoribus, forsan & *pariter*. putida multa heic
rciunt nostri mss. quæ & in libris aliorum extare discimus. id-
ue haud pretium fuit, producere.

(*qua scilicet tacente ipso occulta oris patefecisse*) ita quidem Car-
is editio; neque male, nisi quatenus arbitrer adhuc eiciendū,
i oris. verū ne quid dissimulem; habeo isthæc omnia pro spu-
atque irreptitiis. certe minime hoc loco requiruntur. nemo
n aliquo iudicio præditus nō a se colligat, animi mētem præ-
ipso vultu; nedum vt id tam ambitiose inculcate necesse Sal-
o. & vt huius nihil esset, vel varietas membranarū prodire fu-
nam Pal. pr. habet; *qua scilicet ita tacente ipso occultare & oris*
fecissent. ad oram vero ponitur; *ore patefecit.* secund. *qua scili-*
ta tacente ipso occulta cordis & oris patefecissent. tert. *qua scilicet*
acente ipso occultare specie oris patefecisse. quart. *qua scilicet ita*
nte ipso, occulta pectoris, patefecissent. quint. *qua scilicet tacente*
occulta peccatoris dicitur patefecisse. sext. *qua scilicet ita tacente*
occulta cordis & oris immutationem patefecisse. octauus; *qua sci-*
ipso tacente occulta pectoris oris mutatione patefecit. at septimus
etert omnino apicibus: Q. S. *ita tacente ipso occulta pectoris im-*
atione oris dicitur patefecisse.

(*ullam postremo arcessi iubet*) ita Naz. ac Pal. tert. nam reliqui
rsiri, vt est in vulgatis.

A P. CXIV. ¶ *Quinto Capione & Marco Manlio*) pessime
rionis editio, Q. *Scipione.* certe contra mss. meliores & fa-

(*non pro salute, nō pro gloria*) ita mss. omnes & antiquitus impres-
on de gloria, vt inuexit Carrio, aut alius quis.

(*ugurtham vinctum adduci Romam nuntiatum*) sic collocant
a Pall. aliquot; melius, meis auribus, quam vt hæctenus, *Is-*
ham Romam.

Consul absens factus est) Naz. esset, Palat. tert. abest id vocis. & recte.

Ex ea tempestate) ita miss. potentioris fidei: nam quibus minor auctoritas, excludere ille *ex*, vel mutarunt in *et*. sunt etiam qui præferant, *et ex ea temp.*

Spes atq; opes civitatis in illo sita) eieci Carrionis, asseclarumque, *sita erant*; quod non compareret, in plerisque miss. arcereturque alioquin editionibus obsoletis; denique proderent id falsi miss. aliquid in quibus, *sita sunt*.

HENRICI GLAREANI ANNOTATIONES IN SAL- LUSTII CATILINAM

editæ Anno clō clō xxxviii.

C A P U T V.

L. *Catilina nobili genere natus*) Quo genere, quæ familia natus sit Lucius Catilina ambigi, idque inter doctos; admodum miror. Ex Sallustio hercle certum deprehendi non potest. Florus eum Patricium fuisse perhibet. idem ait Commentarius ille in Sallustii Catilinam, qui Laurentio Vallæ a quibusdam ascribitur: ubi etiã additur, de gente Cornelia eum fuisse. Arqui si Catilina de gente fuit Cornelia, qui fieri potuit, ut L. Lentulus, sine omni ambiguitate de ea gente, sibi imperium populi Rom. deberi dicat? sermonem ipsius Lentuli postea Sallustius refert his verbis: *At Lentulum dissimulantem coarguunt, præter literas, sermonibus, quos ille habere solitus erat ex libris Sibyllinis, regnum Roma tribus Corneliiis portendis: Cinnam atq; Syllam antea, se tertium esse, cui fatum foret orbis potiri.* Hæc ille. Certe in Ciceronis orationibus nunquam de Cornelia (nisi memoria nos sefellerit) perhibetur. Quæ autem ipsius Catilinæ orationes feruntur, abs quopiam confictæ videntur: quarum prior etiam stolidæ, nec bene latinæ, egregie scilicet probat Catilinam de gente fuisse Cornelia. Itaque ego facile adducor, quod aliis codicibus adscriptum legimus, Catilinam Sergium fuisse, quæ familia & ipsa antiquissima esse perhibetur, nempe a Troiano illo Sergeſto, si canenti Virg. l. 5. *Aneid* credere libet,

Sergeſtusque domus tenet a quo Sergia nomen.

Verum de hoc lectori liberam est iudicium.

Ut paulatim immutata, ex pulcherrima pessima) Alii legunt, *ex pulcherrima et optima, pessima ac flagitiosissima facta sit*; quæ lectio placet, ut sit ad ætiorum collatio huic auctori haud infrequens, etiam si non perpetuo obleruata.

C A P. VI. ¶ *Atq; augenda reipublica fuerat.*) Legendum: *atq; augenda*

enda reipublica causa fuerat: atq; ita habet vetustum Exemplar
 ii Gothi adolescentis eximæ spei, quod ipse e Biturigibus, cum
 e subAlciato iurispergentiæ studeret, huc attulit, ex Italia tamē
 ea in Galliam delatum. Nec verbum *causa*, omitti debet, vt in
 lino codice omiffum videmus: male meo quidē iudicatu. Edi-
 quidem eius ftem, si ad prioris seculi exempla. *ia edita* confera-
 ; laudāda certe. verū si peritius introspereris, Dii boni, quantū
 e reperias errorum! Eam tamē nostræ ætatis librarii centurim,
 equam Simiæ, a viginti nunc annis imitati, ne latum quidem
 ritum ab ea discesserunt. Vnde factum est, si quis secus, quam ea
 bebar, legeret, vt identidem audiret impudenter obgannientes,
iter atq; tu legis, habet litera Aldina, quasi piaculum commiffi-
 qui non statim illi acquiescisset.

C A P. IX. ¶ *Quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo*)
 nsiderandum etiam atque lectori est, quam hæc præcedenti-
 s verbis congruant exempla: *Duabus his artibus, inquit audacia*
ello, vbi pax euenerat aequitate, seque re. ique publicam curabant.
 o modo audacia se curabant, si, qui aut contra impetium in-
 tem pugnasset, aut non in tempore se recepisset, occidebatur?
 le T. Manlii filio norum est. Ego sane hic me non explico. Mi-
 n vero, Gellianum illum Phauorinum, aut Phauorinensem
 llium potius, hæc quoque non in dubium vocasse, qui locum
 ilo post de auaricia, initio libri tertii Næctium tam anxie, ne-
 am frigide, tractat.

C A P. XI. ¶ *Sed ille vera via nititur, huic quia bona artes.*) Pro,
quia, alii legunt, *hic quod*: maxime cum præcelleret ille, & le-
 atur verbum *contendit*, quod vique nominandi casum requi-
 Quamquam vtrum legeris, in altero nominatiuum intelligas
 ortet, in altero datiuum.

C A P. XIV. ¶ *Omnium flagitiosorum atq; facinorosorum.*) Alii
 itiorum atq; facinorum, legunt: ad eam formā qua *seruitia, im-*
ia, pro *seruis ac imperatoribus* dicimus: & *scelus pro scelesto*, apud
 rentium. Sallustius etiam ipse, fugisse videri poterat longilli-
 rum verborum monstrosam illam enunciationem, nempe *fla-*
osorum ac facinorosorum. Exemplar tamen Gothi ita habebat,
 giore illo syllabarum tractu. Sed iudicet Lector.

Nam quicumq; impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, ventre, pene
a patria dissipauerat) Quidam omittūt verbum *alea*, vt tria tri-
 respondeant: quainquam haud scio, obseruarit, ne perpetuo
 : Sallustius. & antiquum exemplar habebat *alea*.

C A P. XVI. ¶ *Scilicet ne per ocium torpesceret manus aut ani-*
) Post *animus* distinguendum, ac deinde inferendum, *gratui-*
otius malus atque crudelis erat. quasi diceret: Scire licet, cur
 nteis sicut fontes iugularet: ne per orium aut manus, aut ani-
 s torpesceret. tum causa militiae subnectitur: Erat enim, in-

quit, gratuito potius malus, atque crudelis. mirum quam hic quidam sudarunt, nec tamen sese explicant.

CAP. XVII. ¶ *L. Cæsare, C. Figulo COSS.*) Cicero prima ad Atticum epistola *C. Martium Figulum*, sequentem vocat COS. quidam etiam *Q. Martium*. Hi COSS. fuere ab Urb. Cond. anno 690. proximo ante Ciceronem anno.

Adhoc multi ex colonijs & municipijs.) *Adhoc*, particula est cōtinationis, quæ etiã *adhac* dicitur. nec debet mutari in *ad hos*. Ceterum illud mirũ videri potest, hoc in auctore, vt in nullo alio, tot ac tantas subinde esse contextus variationes in omnibus fere exemplaribus. hic quædam ita legunt: *Adhoc multi ex colonijs & municipijs, qui domi & militia nobiles erant.* quidam hoc modo: *Adhac multi ex colonijs & municipijs domi nobiles;* & verbum *erant* ad sequentia referunt, vt Gothi exemplar.

CAP. XVIII. ¶ *L. Tullio, M Lepido*) COSS. fuere ab Urb. cond. anno 688. quo quidẽ anno designati erant, quamquã ad futurũ annũ, si recte petissent, P. Antronius & P. Sylla. Suetonius in Cæsare *L. Antroniu* vocat, si codex non errat, non P. Eorum aut in locum COSS. creati sunt L. Cotta, & L. Torquatus: quos Catilina & Antronius occidere parabant, quemadmodũ mox referet Sallustius.

Quod ni Catilina maturasset.) Considerandum, seruarit ne Sallustius illud *arsũdẽ begũdẽs* in verbo *maturare*, quo de tam anxie ac subtiliter disputat Gellius ex Nigidio. Certe historici Latini, *maturare* pro *properare* ac *festinare* idemtidem dicunt, quicquid dicat Gellius.

Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea.) Vide hic verbum *Quia*, inceptiuum esse. nam quæ sequuntur verba, *ea res consilium diremit*, ad priora sunt iungenda, nempe ad *Quia nondum, &c.*

CAP. XIX. ¶ *Postea Piso in ceteriorem Hispan. quaestor pro pratore*) Verbum *Quaestor* nõ est in omnibus codicibus. est plane ambiguum, prius ne *Quaestor*, & iam factus *Proprætor*, ac sic missus; an nunc *Quaestor* recens factus, & vt *Quaestor* missus, sed pro *Prætor*, id est loco *Prætoris*. verum iudicet *Lector*.

CAP. XX. ¶ *Spes magna dominationis in manibus fuisset.*) Ita verus codex: at Aldinus habet, *Spes magna, dominatio in manibus fuisset*: quã lectionem ego non probo. neque enim *dominatio* in manibus fuit, sed *dominationis spes*.

Postremo omnibus modis pecuniam trahunt vexant.) Post *vexant*, distinguendum: quamquam *Lectori* considerãdum, quid hic *vexant* proprie significet: videtur enim a *vexo* hic etiam significatio, ne frequentatiuum esse, vt respondeat ad *trahio*.

Mala res, spes multo deterior) Vide vt acceperit *spes* pro *timore* ne, an *reuera* pro *spe sine effectu*: vt vere a Philosophis dubitetur, plusne boni, an mali adferat *spes* mortalibus.

C A P. XXI. § *Sed neq; res, neq; spes bona ulla.*) Commentarius ponit: *Nihil habebant, & nihil sperabant, quod deterius est.* Idque ihi placet. Sed quod alii, *quietam rempubl. mutarunt in quietam,* & Lectori iudicandum. Exemplar vetustum habebat: *tamet si is quietam rempubl. mouere mag. mer. vid.*

C A P. XXII. § *Atq; eo dictare quo inter se magis fidi foret*) Conces alii habebant, *atq; eo dictare fecisse, quo inter se, &c.* alii *fecisse* verbum sustulerunt, quando intelligi possit. Badius legit: *Atque eo tam rem fecisse quo inter se magis fidi foret,* quæ lectio planior est, modo sit auctoris, quod ego neutiquâ affirmarim. Vetustus cox habet: *Atq; eo dictare fecisse, quo inter se, &c.*

C A P. XXIII. § *At Fulvia insolentia Curij caussa cognita*) Idem dius *insolentia,* in g'nèdi casu legit. & codex quoq; vetustus: quod licet propter compositionem, etiam si alii ablatiuû exponat, *propter insolentiam.* Illud autem, *sublato auctore* varie Commentarii explicat: alius, id est, *discedete:* alius *sublato,* i. tracto vel alienato. Ego promodû ausim verâ expositionem dicere, *sublato,* id est, *nô nominato.*

C A P. XXIV. § *Fasulas ad Manliû quemdã portare.*) *Quemdã* ait, in quâ obscurum, ut quæ neq; superius inter insignis cõiuratos merarit. *C. Manlium* paulo post vocat. Mirû vero, illû exercitum electum. Verum oportuit præcipuæ audaciæ fuisse hominem. Commentarius qui Vallæ adscribitur, ait, *Fasulæ principem esse:* sed errat, ex Sallustii verbis non intellectis.

C A P. XXIX. § *Ea potestas per Senatû more Rom.*) *Ea potestate,* lectore malim, hoc sensu: *Ea maxima potestate per Senatû more Romano data, magistratu permittitur exercitû parare, bellû gerere,* & quâquâ alterâ lectionem per nominandi casum nequaquâ reicio.

C A P. XXX. § *Post paucos dies L. Senius senator.*) Alii, *L. Seruius,* legendum: fortassis, *L. Sergius* legendû. at id parui momèti. illud potius gitandû, cû mox subiungit: *Ante diem sextû Calend. Nouembreis unliû cepisse arma:* nû ipsû sextû Calendas, an septimû, hoc est, in vicessimû Octob. diem, an vicessimû sextû intelligamus. In prima Ciceronis duersus Catilinâ oratione, similis dicendi modus est:

ante diem viii Calendas Nouembreis. quamquâ codices variant: nisi diceret, *In diè q̄ vocatur octauus ante Calèdas.* Cõmentarii tunc hoc exponû. Item cõtinuo post: *Arma parari, Capua atq; in Apulia seruire bellû moueri.* Quidã *parari* legunt, pro verbo *portari,* post *Capua* distinguû hoc modo: *Arma parari Capua: ut intelligimus. Capuæ parari arma, ceterû seruire bellû in Apulia moueri.*

Pramiû seruis libertatem & H-S centû) In aliis codicibus. adicitur *bû decreuerunt,* ad hûc modû: *Pramiû decreuerunt seruis libertatẽ.* nescio num consultius intelligatur, an ponatur. Vetustus certe lex habet, *Pramiû decreuere.* In Liuiò aut non vno dũtaxat *lo-* *Seruis pramiû est 25. milliû aris, liberi C. millium:* hoc est Budæana computatione serui 250 Coronati, liberi mille. Hic igit serui pmiû

decuplo maius, liberi quintuplo. Nam centum HS faciunt Coronatos 2500. Ducenta vero 5000. Coronatos. Vtrum quia seculū hoc ditius illis apud Liuium, an periculum reipubl. hoc maius visum magistratibus ac senatu?

Vti gladiatoria familia Capuam.) Hic Commentatores nihil ad rem dicunt. Alius quidam ita exponit, *vti gladiatoria familia, id est, ipsi gladiatores in familias distributi, per municipia distribueretur, ne non tumultum mouerent, vt antea sub Sparraco factum est, atq; hoc pro cuiusque municipii opibus, quæ sententia non multum abest a vero. Illud cuiusq; Badius exponit, scilicet familia. Sed C. Cæsaris verba in oratione, quæ postea sequitur, ostendit de municipiis intelligendum. Ea ita habent ad finem eius orationis, vbi de captiuis sententiam definit: *Sed ita censeo, inquit, publicandas eorum pecunias, & ipsos in vinculis habendos per municipia quæ maxime opibus valent.* hæc ille.*

CAP. XXXI. § *Quibus pro reipubl. magnitudine belli timor.*) Hoc a quibusdam & inuerse legitur, & peruerse exponitur, nō est dubium Sallustium dicere velle, cum tam magnum ac tam potens esset Romanum imperium, vt non facile quisquam Romanis bellum inferret, insuetum ac insolitum fuisse omnibus, maxime vero mulieribus belli timorem. Paulo post, *rogitare Deos*: quidam accusatiuum *Deos* sustulerunt. ceterum cum sui cuique verbo eo in loco fiat casus, ego *Deos* non tollorem, etiam si admirationem gesticulantium mulierum habeat.

Et ipse lege Plautia) *Legem Plautiam* exponunt, qua coniurati accusati respondere cogentur ad omnia apud Tribunos: quod equidem lectori discutiendum relinquo. nam ego originem eius non memini me legere. Itaq; ne hoc quidem mihi planum, num recte hic expositū in Commentario, cum Sallustius ait, *a L. Paulo*, id est, vt Commentarius exponit, a Tribuno plebis. *

M. Tullius inquilinus ciuis urbis Roma.) Ita habent Aldi & Gothi codices. alii vero pro quatuor vltimis verbis habebant duo hæc: *nouus homo.* Sed vtrumque legi potest.

Incendium meum ruina extinguam) Alii codices, & nominatim Gothi, habent: *ruina vestra extinguam.* q; quibusdam, nimis audax dictum apud Senatū Romanum videri volunt. Verum quid pudit desperatum hominem? ideoque nihil definitio.

CAP. XXXIII. § *More maiorum lege vti.*) Quæ sit hæc lex, varie a Commentatoribus narratur, sed nihil explicatur. nec ego quicquam certius adferre possum. Notæ sunt *leges nexus ac vindictiarum*, si fortassis illas non seruatas in ipsis conqueruntur. Sed & quæ de *Pratore* loquuntur, non est certum quem velint. Quod vero continuo sequitur de *Vestrum* pro *Vestri*, a Gellio reprehensum, lib. II. cap. V. sed a L. Valla vindicatum, lubens transeo. Illud autem quod rursus mox sequitur: *Argentum cōmuni are solutū est.* quare

tare verbum *communi*, sustulerint plerique codices, adhuc duos quæro. certe vetustus codex habet.

C A P. XXXIV. ¶ *Vt nemo umquam ab eo frustra auxilium peter.*) De duobus, nempe Senatu ac Populo Romano locutus subingit, Eo. fortassis quia omnis penes populum potestas esset iando a Senatu ad Populum prouocare licebat.

C A P. XXXV. ¶ *Non quod es alienum meis sumptum nominis.*) Pro quod, alii *quin* legunt, & negationem sequente versu ante verbum *possunt*, sustulerunt. *quin* enim cum subiunctiuo, pro *ut* non offerri solet, ut in hoc 3. Æncidos:

Hic tibi ne qua mora fuerint dispendia tanti,

Quin adeas vatem, precibusque oracula poscas.

annotauit hoc Valla quoque. Caterum illud *sumptum*, non habent omnia exemplaria. Vetustus codex ita habet: *Non quia es alienum meis nominibus sumptum, ex possessionibus soluere non possim. Sed quod non dignos homines honore honestos vid.*) Alii, ut Gothi codex, *honore honestatos* legunt, quod item placet.

Meque falsa suspitione alienatum esse sentiebam, hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conseruanda sum secutus.) Appido obscurus hic est sensus, Commentatoribus autem facilis. Ciceronem hercle vehemēter notat Catilina de falsa criminatione ad Populum, per quam videri vult repulsam passus, non conscientia de culpa, ut paulo ante ipse loquitur. Ergo innocenti sibi id a inimico factum Catulo conqueritur, ea spe, si quando populus resciscet ea innocenti facta, restitutus sit eum in integrum. Hoc dicitur nomine honestas spes secutus sum, inquit, reliquæ dignitatis conseruandæ.

C A P. XXXVII. ¶ *Quoniam egestas facile habetur sine damno.*) Et hanc sententiā facile omnes putant: mihi haud quaquā intellecta, nisi distinguamus post *habetur*, ac postea inferamus *donatus sine damno*; qualia multa sunt, præcipue apud hunc auctore.

Sibi quisque, si victoria in armis foret, talia sperabat.) Vetustiores codices, & nominatim Gothi habebant: *sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat.* quæ lectio reprehendi non potest: quamquam ego neutram reiicio.

Malis moribus, maxima spe) Et hic distinguendum post *spe*, deinde inferendum, *Reipub iuxta ac sibi consuluisse.* quoniam & sibi, & reip. male consuluerunt.

Quorum victoria Sylla parentes proscripti) Non est distinguendum post *Victoria*, ut plerique errant codices. Genitiuus enim Syllæ, referatur ab ablatiuo *victoria*.

Conturbari rempub. q̄ minus ipsi valere mal.) Quidā pro *minus* egit *nimis*, diuersa sane sententia: quod haud scio quam probem.

Ideo malum id adeo multos post anos.) In aliis simplicius compositiusque legitur: *Id adeo malum multos post annos.*

CAP. XXVIII. ¶ *Senatus sub specie, pro sua magnitudine.*) Alibi erat *sub senatus specie*. & distinguendum post *specie*. Deinde inferendū *pro sua magnitudine*. Porro vtriusq; expositio post sequitur. Pars, inquit, quo *Senatus auctoritas maxima foret, bonum publicum: simulantes, pro sua quisq; potentia certabant.*

CAP. XLIII. ¶ *Paratis, ut videbatur, magnis copijs constituerat.*) Commentarius qui Vallæ adscribitur, supplet, *paratis a Carilina*. Sed ego ambigue tamen id dictum existimo. Lector iudicet.

Bellique grauissimi inuidia optimo Consuli imponeret.) Alii codices, & nominatim Gothi, habent *inuidiam*, in accusandi casu. quasi diceret, in eius humeros imponeret belli grauissimi inuidiam. Sane non video, quomodo *impono* pro *decipio* hic locum habeat.

Natura ferox, vehemens animo.) Illud *animo*, omissum fuerat quibusdā in codicibus: sed cum alia adiectiua suos habeant ablatiuos, videtur hic quoque ponendus.

CAP. XLIV. ¶ *Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces*) Mirū in omnibus codicibus hæc verba alia atque alia inueniri. Aldinus codex, & Gothi nostri habēt, vt vulgo legitur. at in aliis quibusdā vetustioribus, ita leguntur: *Qui sim scies ex eo, quem ad te misi: cura vt vir sis, & cogita quem in locum sis progressus: & vide quid iam tibi sit necesse: cura, vt omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum.* Qui hæc in Aldino codice emendarunt, in tertia Ciceronis Inuentiua non mutarunt, vbi ea verba haud aliter atque hic præscripti (excepta prima periodo, *Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces*) leguntur. verum ita nostra ætate emaculantur codices. Ceterum hæc vltima verba: *Cura vt omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum:* plane ostendunt proxime dein sequentia, hæc verba, *quo consilio seruitia repudiet?* interrogatiue legenda, non enuntiatue, quod tamen fere in codicibus neglectum videmus.

CAP. XLV. ¶ *Permittit illis homines militares sine tumultu præsidijs colloc.*) Illud, *sine tumultu*, ambiguae distinctionis est, ad priora ne referas, an ad posteriora. Vetustiores paulo codices ad priora referunt, & a *præsidijs collocatis*, nouam ordiuntur lectionē. Alii malunt ad posteriora referre. Iudicet Lector, mihi ambiguum relinquatur.

CAP. XLVI. ¶ *Impunitatem perdunda reipubl. fore credebat.*) Quidam codices, *produnda reipubl.* habebant. Sane *prodere rempubl.* tam in vsu est atque *perdere* apud disertos. nihil tamen definio.

Itemque quemdam Caparium Tarracivensem.) Aldinus codex murauit in *Q. Caparium*, cum in Ciceronis Oratione tertia omnes codices atque adeo ipsius Aldi, *M. Caparium* habeant. Verum ia propriis nominibus hæc omnia prosequi, in Liuianis Decadi-

adibus expertus sum, quam sit prope impossibile, maxime in Romana historia.

CAP. XLVII. ¶ *Quid aut qua de causa consilij habuisset.*) Orinem puto, *quid consilij, aut qua de causa habuisset.* vetus codex orthi habebat: *Postremo quid consilij, aut qua de causa abijisset.* Est tamen dicendi hoc genus notandum. Et *fide publica*, hoc est, *immitate promissa Vulturcio*, recte expositum est; quippe cui pau post præmia decernuntur. Cum vero inquit: *nihil amplius sci quam legatos; tantummodo audire solitum &c.* Hic quamquam utingui potest, illud tamen *ex Gabinio*, etiam *ex legatis* auditum intelligi vult. Idem vetus codex distinguit post *legatos*. Sed vide, ut oppido eleganter voluerit Sallustius impostoris tergiuersationem Lectori ob oculos ponere. Nam ita facere solent, qui omnia simulant & dissimulant. Puto autem *P. Antronium*, r litera post legendum, non, *P. Antonium*.

CAP. XLVIII. ¶ *Quippe cui omnes copia in usu quotidiano & cultu corporis erant.*) Sensus præcedens manifestus est: ratio autem uæ subiungitur, non item. Quidam exponunt, *omneis copias in usu quotidiano*, de supellectili: *cultum autē corporis*, quod illis nullæ lux essent diuitiæ. Quæ expositio nō displicet, maxime quod neciam meliorem.

Neque amplius potestatem sui faciundam.) Ita habet codex Alinus. verum ut ingenue fatear, ego verba hæc non intelligo. ieri potest, ut sit ex aliquo vetusto auctore, e quibus Sallustius pleraque habet: unde & furti accusatus est, haud absque causa, ut putant. Vetustatis indicium colligo, quod nemo hæc verba integre habet, quin aliquid suppleat. Vetus codex habet: *neque amplius potestatem faciundam, nisi de eo, &c.* Statim post, *P. Antronio*, legendum: non, *P. Antonio*, quod antea etiam admo- uimus.

CAP. L. ¶ *In sententiam Tiberij Neronis.*) Suetonius in Cæsare, ubi de Prætura eius, aliquanto hæc variat. nam periculum Cæsaris, quod ab equitibus immuniebat, longe maius facit. verum & alia variat. inuenies enim in plerisque codicibus eius, *L. Antronium*: non, *Publium*. *Decium vero Syllanum* ait non piguisse sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut grauius atque ipse sensisset exceptam. Sallustius in Tiberii sententiam ille ait.

CAP. LI. ¶ *Neque quisquam omnium libidini simul & usui paruit.*) Alibi ita legitur: *neque hominum quisquam libidini simul & usui pareret.* quæ lectio mihi non displicet. nec scire possum, quid variare voluerit, quisquis hæc nobis nuper emendauit. Idem paulo post coniunctiuum *consuluerint*, mutauit in *consuluerunt*, præteritum indicatiui.

Nam si digna pœna pro factis eorum reperiretur.) *Reperitur*, habent

alii codices in indicatiuo, quod displicere nō potest: cum *approbo*, quod proxime sequitur verbum, eiusdem sit modi. Codex Gothi habebat *si digna pœna pro factis eorum reperiretur, nouum consilium approbabo*. quam lectiōnem ego nōn approbo.

Aut alia leges: item condemnatis ciuibus non animam.) Hoc loco & incerta distinctio est, & quid hæc verba sibi velint, minus certū: tum quid ad hanc arguētionem faciant, haud equidem scio. Lector ipse iudicet. Quidam putant, *aut alia leges*, interrogatiue legendum: ac deinde inferendum, *item condemnatis ciuibus, &c.* quod rursus de lege Porcia intelligi volūt, & de aliis item legibus. Statim post: *Quid autem acerbum, aut nimis graue est in homines tanti facinoris conuictos?* Aldinus codex bis *aut legit*, *aut acerbum, aut nimis graue: & conuictos*, pro *conuictos*: quorum neutrum mihi placet. certe Gothi nostri codex habet, *conuictos*; non *coniunctos*.

Arma atque tela militaria a Samnitibus.) Hoc notatu dignum, nam non temere apud alios reperias auctores: nisi quis hunc locum corruptum putet, & pro *Samnitibus, Sabinis* legendum, aut alium quempiam populum, ab Roma non nimium distantem.

A. Manlius Torquatus bello Gallico.) Liuius libro 8. ac Cicero 3. Officiorum satis concorditer hunc *Titum*, non *Aulum* nomināt: & bello Latino id factum, nō Gallico. Vetus codex omiserat prænomen. quamquam libro quarto, de Aulo Postumio Tuberto tale quiddam memoriæ proditum ait, cui tamen ipse non subscribit. Valerius Maximus libro 2. de *Disciplina militari*, de utroque eadem scribit historiam. Ideo hoc ab auctoribus varie traditum videmus, q̄ nos ea de causa admonendum duximus, ne in his codices temere, vt fieri solet, emendantur.

Catilina cum exercitu in faucibus vrget.) Risum hoc loco mouerunt mihi ieiuni illi Commentatores in hunc auctorem: quorum alius exponit *in faucibus*; scilicet, *ad deuorandum*: alius, *in faucibus*, id est *introitu ciuitatis*: tertius, *in faucibus Italia*, id est, in Alpibus. ceterum non omnes codices habent *Italia*. ideoque malim, quādo hoc tempore Catilina cum exercitu in Hetruria erat, exponere, *in faucibus Apennini*, quæ ipsæ tamen sunt Italia.

CAP. LIII. ¶ *Veluti effœta parentum.*) *effœta parente*, legit Bladius in auferendi casu vtrumque. quæ lectiō quidem placet: nam alteram per genitiuum *parentum*, ego sane non intelligo; etiam si & vetus codex ita habeat.

CAP. LV. ¶ *Triumuiros quæ ad supplicium postulabat, parare iubet.*) Oppido obscurus est hic sermo, cū sensus sit satis manifestus. quidam putarūt plurali numero legendū *postulabant*, quod etiam vetus codex habet: sed æque in obscuro manente sensu. Ego quid certo dicam non habeo, coniecturas illibenter adfero.

Vbi paululum ascenderit ad leuam circiter duodecim pedes humi depre(sus)

pressus) Dubium est, utrum, *ubi ascenderis, duodecim pedes*, intelligamus: an *locus humi depressus duodecim pedes*. Sed posterius malim, propter reliquam loci descriptionem. Quidam codices, *Fornicibus vincit*: legunt paulo post, a *vincio*: quod alii *iuncta*, a *iungo*. & vetus codex *ascenderis* habet, non *descenderis*. Sed iudicet Lector.

CAP. LVI. ¶ *Interea seruitia repudiabat, cuius initio &c.*) Quidam adiecerant *rei*, ut sit sensus, *cuius rei*. quidam putant per syllepsin relatiuum ad intellectum genus relatum, hoc sensu, *cuius generis initio ad eum magna copia concurrebant*. Sed hercle relatiuum saepe numerum mutat cum antecedente, ut hic singularem plurali. Contrarium est hoc Boetii: *Quid vero si corpus species, imbecillius homine reperire queas? quos saepe muscularum quoque morsus necat*. qualia multa similia apud auctores repeias. Vetus codex habet: *Interea seruitia repudiabat, quorum initio ad eum magna copia concurrebant*. quæ si vera est lectio, nullam prius habet difficultatem.

CAP. LVII. ¶ *Occulte persuzerent in Galliam transalpinam.*) Haud dubie ab sciolo aliquo additum est illud, *transalpinam*: quàm & Gothi habet codex, nimis enim ea distabat. & cum ante & post ter fiat huius in Galliam secessionis, siue fugæ potius mentio, nuncquam tamen additur, *transalpinam*. Sane Sallustius, nisi paulo ante agri Pistoriensis fasset mentionem, ignotum reliquisset nobis locum in quo facta hæc est pugna. Quod autem Commentarii hæc Sallustii verba: *Sub ipsis radicibus montium confedit, qua illi descensus erat in Galliam*; in faucibus Alpium exponunt: id vero est insanite, quasi in Cisalpina Gallia hæc fuisset pugna, cum in Hetrurix extremis ad Apenninum sinibus sic facta: ideoque exponendam hoc de Apennino, non de Alpihus. Verum Sallustius hoc cum Lilio habet commune in locorum indiligenti descriptione, secus certe quam C. Cæsar.

CAP. LVIII. ¶ *Timor animi auribus officit.*) Amphibolen in *inimi*, dicere ne velit *timor animi*: an, *auribus animi*, per metaphoram: sed prior sensus magis aridet.

Illis superuacaneum est pugnare pro pauc. pop.) Hoc cum irrisione amquam in ociosos, vel in stolidos potius ac stupidos, ab homine Thrasone dictum videtur.

Quia illa fœda, &c. hæc sequi decreuistis.) Ingens hic difficultas est, quid per *illa* & *hæc* intelligendum. quidam *illa* exponunt, in silium fugere: & *hæc*, arma, alterum *hæc*, quæ inceptimus item, *linquere*, id est, ab iis ceptis desistere. Atqui haud scio, num satis sciant studioso lectori. Hoc etiam apud me maxime dubium, videt hæc sibi verba velint: *Audacia opus est*: si quidem recte expositum est, *relinquere*, id est ab iis inceptis desistere, quæ nullus commentatorum attingit. Lector ipse dispiciat. Codex vetus pro *se sequi*, legit *hoc sequi*

Cum arma quibus corpus tegitur ab hostibus auerteris.) Si auerte-

ris, pro abieceris dixit, vt quidam exponunt, distinguendum videtur post *ab hostibus*: vt sit sensus, cum arma auerteris, quibus corpus tegitur ab hostibus.

CAP. LIX. ¶ *(Et ab dextra rupes aspera.)* Ita vetus codex. quidam nominatiuum *rupes*, in ablatiuum *rupe*, mutarunt. sed temere, meo quidem iudicio, cum ante copulā, &, alter præcedat nominatiuus *planicies*. Scio etiā alterum esse apud auctores loquendi modum, at hic non habet locum.

Reliqua signa in subsidijs arctius collocat.) Codices quidam habent, *reliquarum signa*, vt ad cohortes reliquas referatur. Vetus codex, *reliquorum*. At id haud magni momenti.

Ipse cum liberis & colonis.) Dubium, liberis ne suis, an liberis, quia seruitia repudiavit, intelligendum. Vetus codex *libertis* habet. Quid si *municipes* intellexerit, cum *colonorum* proxime subiunxerit mentionem?

Ille cohortes veteranas &c. ipse equo circuiens.) Mirum quam hic hæsitent Commentatores, ac contraria & sentiant, & exponāt in re non admodum difficili. Ego per *ille* Petreium, intelligo: per *ipse*, Antonium: quod Lector ipse, simul atque priora cum sequētibz conferet, facile intelliget,

IN IVGVRTHAM.

CAPVT III.

Decus atque libertatem suam gratificari.) Illud *gratificari*, varie exponunt Commentarii. Soldus coniungit, *libido gratificari*, & exponit, *libido gratificandi*. Badius addit in expositione sua verbum *velint*, quod nulli contextus habent. sed subiungit: *Si ordo hic est, Libido tenet gratificari, ponitur more Græcorum pro gratificandi. Sin, libido tenet gratificari, tenet ponitur quasi pro cogit.* Hæc ille. Ego puto ordinem esse: *Nisi forte quem inhonesta & pernicioſa libido tenet gratificari, id est, gratis donare, decus atq; libertatem suam potentia paucorum.* quasi diceret: quos iuuat fieri mancipia.

CAP. IV. ¶ *(Neq; prius sedari quā virtus eorum famam atq; gloriam adequauerint.)* Et hoc loco illud, *eorum*, non omnes legunt. Sane ambiguum est, quo referendum; *Virtus* ne eorum, an famā atq; gloriam eorum coniungendum: potest enim ad vtrumq; referri. Badius etiam ita dubitauit, vt bis legeret *eorum*, quippe qui exponat: *Neq; flammam illam sedari prius quam virtus eorum, scilicet, virorum præclarorum adequauerit famam atque gloriam eorum, scilicet, maiorum suorum.* Quod non leuemur. Lector iudicet, & inueniet nos non temere dubitasse.

Etiā homines noui, &c. furtim & per latrocinia.) Quidam Ciceronem notari putant. Sed quomodo de eo; quantumuis inimicus

us diceret, *per latrocinia*, qui in Catilina sua cum laude nō priua-
uit? Soldus *per latrocinia* exponit, per ambitionem. Badius vero;
occulta largitione. Ego quid certo dicam, plane hæsito: fieri autem
potest, ut de aliis quibusdam loquatur sceleratis inquam, quorum
ea tempestate magna erat natio.

C A P. V. § *Iugurthamq; Manastabilis fratris filium, quem Masi-*
nissa.) Illud quem, non Iugurtham, sed Manastabilem referre qui-
dam putant: ideoque alteram lectionem quam habent vetu-
stiores codices, non putant reiiciendam, quæ ita habet: *Iugur-*
thamque filium Manastabilis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex
concubina erat, priuatum reliquerat. intelligamus Manastabilem
Micipsæ fratrem ex concubina ortum, non Iugurtham, neque ob-
stare quod postea dicit auctor, *Hiempsalem etiam antea Iugurtham*
despexisse, quia materno genere impar erat. id enim intelligi de gene-
re, quod a matre traxerat parens Iugurthæ, & in ipsum deinde Iu-
gurtham etiam deriuatum. nam qua, inquirunt, alioqui ratione
Masinissa Iugurtham in imperium posuisset, nepotem cum filiis?
Commentatores vero de Iugurthâ intelligunt. Ipse Lector iudi-
cet, nam ego me hęc non profus explico.

C A P. VIII. § *Qui Iugurtha non mediocrem animum pollici-*
ando.) *Non mediocrem*, dixisse mihi quidem videretur, pro *non me-*
liocriter: quod quia Commentatores præterierant, nobis anno-
andum fuit.

C A P. XI. § *Dextra Adherbalē adsedit, ne medius ex trib.*) Qui-
am codices habebant, *ante Adherbalem adsedit*. sane illud *dextra*
ambiguum est: nihil enim refert, siue dextra Adherbalis, siue
Hiempsalis intelligas, modo Hiempsal Adherbali proxime adse-
derit. Sic enim vel ipse Hiempsal, qua iuuenili erat audacia, fie-
at medius, vel Adherbal, quod iure poterat. Si itaque *in medio*
dere, plus erat quam superiore alioqui loco, nihil refert in v-
ram Adherbalis partem assederit Hiempsal. Nullo enim pacto
eri potuit medius Iugurtha, siquidem duo hi contigui sedebant.
quare paulo post verbum; *in partem alteram*, Iugurthæ scilicet
ponendum est. alioqui Adherbal se fecisset medium, vnde Iu-
rtha nihil honoris habuisset, frustra que fatigasset fratrem, ut
iati concederet.

C A P. XII. § *Sed Hiempsalin oppido Thirmida forte eius uteba-*
r domo.) Aldinus codex hæc verba, *forte eius utebatur domo*. pa-
ratheseos signis incluserat, cum nominatiuus Hiempsal ad uteba-
r verbum construatur. Soldus hæc domum Hiempsalis esse cre-
dit, cum sit lictoris; & ipse auctor statim de Iugurtha, atque ad-
de lictore subiungit: *Impellitq; uti tamquam suam domum visens*
. Soldum Badius in hoc recte redarguit, ut cum qui auctoris
sum non intellexerit.

C A P. XIII. § *Facinus suum cum animo reputans.*) Alii codices

habent, *in animo reputans, cum in præpositione: quod & simplicius est, & apud auctores frequentius.*

CAP. XIV. ¶ *Secundum ea si desideranda erant, uti debitis viderer*) Obscurissime hoc dictum est. Vetusiores codices habebat: *Sed si ea desideranda erant, &c.* Ceterum verba, quæ per duos deinde sequuntur versus, etsi luculenta sunt, sensus tamen ad præcedentia nullam facit fidem. Nam *probitas*, quid ad præcedentia? quid deinde hæc verba, *Neq; mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret?* Hæc ideo mihi annotantur, ut eo diligentius codices antiqui inspiciantur. Nam non est mihi dubium multis in locis, temporū potissimum iniuria, ac sciorum quorundam audacia hunc auctorem mutilum, cuius exemplaria tam varia leguntur. Multa etiam dissimulo, quia annotationes scribimus, non commentum.

Ne viuere contemptus viderer.) Omnes codices habent, *contemptus*, atq; ita etiam Soldus legit: quippe qui exponat. *Contemptus, id est, neglectus, spretus.* Badius autem putat, *contentus* legendum esse. quid illum mouerit, non hercle intelligo. sed admonendus erat Lector, si forte alii aliud succurrerit, quod me fugerit. Idem Badius non ita multo post, de *L. Opimio*, cum alii legant: *Eum Iugurtha, tametsi Romæ in amicis habuerat; ipse in inimicis*, pro *in amicis* legit, propter illud *tamen*, quod proxime sequitur; *tamen accuratissime accepit: & habet sane veri speciem, sed lector iudicet.*

CAP. XVII. ¶ *Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris & Oceani.*) *Fretum Herculeum* intelligit, quod vocat *Fretum nostri maris & Oceani*; quod inter nostrum mare & Oceanum est. Propius ad Geographicam veritatem dixisset: *Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris & Oceani.* Verum hic auctor, quemadmodum & Liuius, parum pensi hæc habuit. C. autem Cæsar apud Latinos, & Herodotus apud Græcos haudquaquam hæc neglexissent. *Catabathmon* vero Affricæ limitem ab ortu solis vetuste scilicet ponit, cum quidam etiam Nilum, quos Ptolemæus recte reprehendit lib. II. cap. L. Hæc autem verba, *Mare sanum & importuosum, & ager frugum fertilis, &c.* de tota *Africa*, nō de *Catabathmo* intelligenda. Verum hoc quoque lectori considerandum; quo sensu ad finem huius descriptiunculæ, antequam narret qui mortales initio Africam habuerint, subnectat: *ad hoc malefici generis plurima animalia: sit ne adhuc, pro præterea positum, ut sæpe alias; an ad hoc, id est, ut homines non veniant ad extremam senectutem.*

Interpretatum nobis est, utiq; rem sese habere.) Interpretatum passue usurpauit. nam ea deponentia olim erant communi: ut apud Græcos sunt *μίσω*, auctore Prisciano. & *utique* duæ sunt dictiones, pro *& uti*, id est, *& quemadmodum* Gothi codex habebat, *utque: quod placet, propter viandam ambiguitatem.*

CAP. XVIII. ¶ *Sed Persæ intra Oceanum magis.*) Hoc, *intra*
Ocea-

canum, Badius & recte & erudite exponit *introrsus ad Oceanum*,
 e Saliustius Oceanum post Atlantes ad occasum, siue post Ge-
 os ad meridiem crediderit. nam sequentes loci complures ita
 ponendi, & intelligendi. Persarum enim & Gerulorū commer-
 cum cum Hispanis, tum Oceanus, tum Libyes incedit. qui ad fre-
 uentem Herculeum agitabant, prohibebant. itaque illos, hoc est Per-
mare magnum, id est Oceanus, & *ignara lingua* prohibebant,
 o minus cum Hispanis commercia haberent. Ac Libyes, etsi
 qua diuersi, propinquitate tamen locorum facile cum Hispa-
 res commutare poterant. Et vide, num *ignara lingua* dictum
 pro *ignorata*, ut infra, ad finem pugnae Metelli cum Iugurtha,
 Numidis loquens: *Fletisque*, inquit, *velocitas & regio hostibus*
ara tutata sunt. *Ignoratus* tamen apud eundem hanc auctorem
 ubi de Iugurtha victo ac vagante ait: *Ipse cum delectis equitibus*
bellū sequitur, nocturnis auis inuicibus ignoratus Romanos palan-
tepe e aggreditur. Nam quod Badius exponit, *Et lingua Persa-*
ignara lingua, scilicet Hispanorum, nō facit facit mihi, cum au-
 ori verba addat, quæ in nullis inuenimus ut codicibus.

Medis autem & Armenijs accessere Libyes.) Ita vulgata habet le-
 o. atque, ut Persarū aduenæ accessere Getulis, ita Medis ac Arme-
 externi Libyibus accessere; non Libyes Medis ac Armeniis.
 are magis placet vetusta lectio, quæ ita habebat *Medis ac Arme-*
accessere Libyibus: quod quidam temere mutarūt, horrentes da-
 um *Libyibus*, rarius apud Latinos auditum, quamquam taleis a-
 uando inuenimus. Quidam codices etiam habebant *Libyas* ac-
 factuum Græcum. hoc sensu: *Medi ac Armenij accessere Libyas*,
 epositione ad verbum lata. quam lectionem ego neuiquam
 cio, & eam secutus est Badius. Porro quæ proxime sequuntur
 ba, (*Nam hi propius mare Africum agitabant, Getuli subsolo ma-*
haud procul ab ardoribus;) in parenthesi legit Soldus, recte. Et
 ad, *hi*, autē *propius Libyas* refert, qui Getulis conferuntur: at il-
 alterum, *hique*, quod post parenthesin ponitur, refert *Medos*
que Armenios: quod Badius, qui post Soldum scripsit, non aduer-
 . Quamquam illud lector fortassis magis mitetur, cum *Persa-*
n nomen in *Numidarum*, *Medorum* in *Maurorum* commuta-
 an fuerit, in quid *Armeniorum* sic mutatum nomen. Sed eiden-
 m est, vel abiecta prima syllaba, cum *Medis* in *Mauros* conce-
 se *Armenios*; aut non admodum certum hoc, quod & auctor as-
 it esse historiam. Varia huiusmodi nostra etiamnum ætate in
 entium nominibus inuenimus, ut id nullo pacto mirum videri
 potest.

Magis hi qui ad nostrum mare processerant.) Puto legendum esse,
magis quam hi: aut, *magis his*. priorem lectionem habet Sol-
 us. Sed iudicet Lector.

Denique Africa pars inferior pleraque a Numidis possessa est) Illud

inferior, Soldus exponit de parte quæ magis in plagam Australem descendens, meridiem respicit. ego vero puto referendum esse ad cursum fluminum Africæ, quæ fere a meridie in Septentrionem currunt, vt Bagrada, Ampsaga, Mulucha & reliqua. quamquã potest & inferior intelligi, quæ ad occasum est, vt Cæsarientem quoque Mauritaniam complectatur. nam eo Syphacis regio pertinebat, quæ Masinissa a Romanis postea habuit: & ipse Sallustius paulo post dicturus est: *Et Numida usq; ad flumen Mulucham, sub Iugurtha erant*, Mala autem flumen prope Mulucham, apud Ptolemaum duas separat Mauritanias. Sane quamquã Sallustius prætor in Africa fuerit, multa tamen negligenter de ea scripsisse videtur, quæ ad loca attinent, q̄ in posterioribus ostendemus; ipsamque & de Licio in Annotationibus nostris, maxime in tertia Decada non semel conquesti sumus.

CAP. XIX. § *Secundo mari prima Cyrene est, Colonia Theraon.*)

Hic vero Commentatores nostri egregie cœcutiūt. *Colonia, Therae*, inquit Soldus, *nomina ciuitatum sunt*. Bagius vero, *Cyrene Colonia, Theraon urbes*, inquit, *illa sic dicta*. Haud dubie Bagius iunctis scripsit. Nam dum ego illum noui, alius erat. Soldum non noui, qui meam præcessit ætatem. Herodotus libro quarto ostendit *Cyrenen* Coloniam esse. *Theraon*, id est, populi *Therae* in insula. *Theraon* vero genitiuus Græcus, et paulo post *Philanon*, poterat alienus videri ab historico Latino, qui *Theraorum* & *Philanorum* magis amaret. ceterum & diphthongo penultima scribenda, vt vt alia ceciderint.

Deinde ara Philanon.) *Deinde*, inquit, quasi post Syrtis ac Leptim occasum versa sunt *Philanorum* aræ: quod nullo pacto verum est. Ipse sane ab ortu incipit, ac post *Catabathmon* occasum versus *Cyrenen* nominat. deinde *Syrtim* magnam, ad cuius intimum sinum, si Ptolemæo credimus, *Philanorum* sunt aræ, non post duas *Syrtis* ac *Leptim*. Ceterum cum ait. *Cetera loca usque ad Mauritaniam Numida tenent*. Vides *Tingitanam* solam, *Sallustio* *Mauritaniam* dictam, *Cæsarientem* vero sub *Iugurtha* fuisse, *Syphacis* quondam regnum quippe *Mulucham* flumen eius facit finem, quem *Straboni* ac *Ptolemæo* *Molochath* dictum existimo, Addit *Strabo*, *Molochath* *Mauritanicæ* ac *Mossæyolorum* fuisse terminum, cum *Ptolemæus* *Malua* collocet terminum, aliquanto magis ad orientem quam *Molochath*. Porro cum ait, *Super Numidiam Getulos accepimus*, ad fluminem lapsum reuertit, & mōtana illa quæ *Africæ* secundum *Canceri* *Tropicum* imminet. Quare non bene *Soldus* exponit, *supra, id est, ultra*. Denique cum ait: *Post eos Æthiops esse, deinde loca exusta Solis ardoribus*: perinde loquitur, atque si *Æthiops* citra *Torridam* zonam esse crediderit: cū *Ptolemæus*, alique *Geographi* intra *Tropicos* sub æquatore; ac nostra demum ætas ibi esse, certo deprehenderit.

CAP.

CA P. XX. ¶ *Iniurias suas manu vindicaturum.*) Vide anclpitē re-
 rocationē in verbo, *suas*, Iugurthamne referat, qui intulerat, a
 herbalem, cui illata erat. *Ipsius*, quod medium verbū inter *suas*
et Grammatici ponunt, fuit uli let hanc dubitationem.
Urbes, agros, vastare.) Duo nomina absq; coniunctione ad vnū
 bum conuera sunt, cum apud auctores sæpius tria, duo rarius.
 hęc alius committenda.

CA P. XXI. ¶ *Ad Cirtam oppidum.*) Strabonis codex libro vi-
 no Geographiæ habet, Ad herbalem & obicillum, & occisum ad
 eam: vbi plane mendam puro. Vtica enim hoc tempore in pro-
 uincia erat Romanorum, qua legati paulo post Iugurtham iteris
 sciant. Nemo igitur hunc locum ex Strabonis libro, sed contra
 im ex hoc, qui bene habet, emendare conetur.

CA P. XXI. ¶ *Virtute, nõ malitia P. Scipioni summo viro plac.*) In-
 ta est distinctio, sit ne dictū, *virtute & malitia*, ad priora referē-
 m, an ad posteriora. Badius ad posteriora retulit, fortassis quod
 quis malitia placet q̄ probetur: at ego puto æque malitia
 minem placere, atq; neminem probari. Ideoq; ambiguum est.

CA P. XXIV. ¶ *Nisi tamen intelligo illum supra quam ego sum. pe-*
e) Alii *tantum* pro *tamen* legunt, quod magis placet. quam quā
 is adhuc obscurus manet sentus, quē ego non profus intelligo,
 idus exponit: *Supra quam ego sum*, id est, *Numidia regnum siue im-*
ium quod vestrum est. Lector cogitet quid maite.

CA P. XXV. ¶ *Sed ab iisdem illis fautoribus reg. summa ope eri-*
n est.) *enifum est*, dixit passiuē, tamquam *enitor* ellet passiuum, vt
 ora interpretatum ab interpreto.

Triduo nauim ascendere.) idem Soldus *triduo* exponit, id est,
bus diebus. Rectius Badius, *triduo*, id est, *intra treis dies* postquā
 legationem designati erant. Deinde vero breui Vticam venete-
 ica igitur in Romana erat prouincia, quam accedere postea Iu-
 rtham iusserunt legati.

CA P. XXVII. ¶ *Lege Sempronia.*) Quæ sit illa lex, mihi non cõ-
 ti nec satis faciunt Commentarii, quorum alter ait: *Sempronius*
acchus legem tulerat, vt Italia & Numidia prouincia per COSS re-
rentur. Badius autē *Sempronium legem tulisse*, inquit, *vt si quando-*
illum timeretur, COSS. futuri in prouincias destinarentur. hęc illic.
 qui magis sollicitum me tenet, quomodo Memmius, designatus
 num tribunus, populum edocuerit, per nobilium auaritiā
 gurthæ scelus condonari. num concione aduocata, an per alias
 chnas? At idem illud cum ait, *COSSq; declarati*: quid illud *decla-*
ri, p̄prie hoc loco significet. nam *designati*, id est, in futurum
 inum pronuntiat. quod Badius exponit, non placet, cum statim
 e Consul in Africam proficiscatur: neque vero ante initum ma-
 stratum in prouincias ire consueuerunt. Et ipse Calpurnius
 in ita multo post Romam ad magistratus rogandos p̄ficiscitur,

S 2

Fieri potest, vt non in regnis annis, sed dimidiatis (quod quidam scriptis prodidere) ante designarentur, quam inirent magistratus.

CAP. XXIX. ¶ *Deinde postero die quasi per saturam legem sententijs exquisitis.*) Neque hanc legem apud quempiam alium meminisse legere auctorem. Soldus, *Lex saturata*, inquit, *est, quæ uno rogatu plura continet.* Badius autem; *quæ uno rogatu priusquam respondetur, multa simul & varia comprehendit: vt, vultis ne, iubetis ne, cum Iugurtha bellum componatur, Elephantos tradat? &c.* quæ vnde aut quibus auctoribus doceant, haud scire possum. Eadem Perottus, & alii nostræ tempestatis auctorum expositores idem idem inculcant sed auctorum testimonia videre vellem.

CAP. XXXI. ¶ *Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim.*) Haud dubie de eo loquitur tempore, quo post Gracchos occisos, nobiles victoria elati in plebem immodice sauebant. Ceterum a Tyberii Gracchi cæde hic vicesimus tertius decurrit annus, a Cæii autem: vndecimus. Quare quid sibi hoc in loco numerus xv, annorum velit, non satis intelligo. corruptum esse valde vereor, sed iudicet Lector.

Quamque multi perierint.) Quidam codices habebant *inulti*, trisyllabon: tantum momenti adfert tenuissimum punctum, tertiæ Romanæ vocali vel apposita vel adempta. neutram lectiorem affirmo. neutram reiicio: quam vero præferam, non habeo quod certum dicam.

Et illa quam hæc tempora magis placent, cum regna, &c.) Badius legisse videtur, & *illa tempora magis placent, cum regna, &c.* omis- sis verbis, *quam hæc.* & planior multo est sensus abique illis comparat enim illa tempora, quando regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella atque pacæ, postremo diuina & humana omnia, penes paucos erant, (quod certe factum est post Gracchorum cædem.) ad ea tempora quæ olim fuerunt, quando plebs in vera fuit libertate. Nisi quod malim legas: *& quam illa, hæc tempora magis placent:* ita vt illa referatur ad pristinam libertatem & hæc ad præsentia, post Gracchorum mortem. nec multum ambigo ab Sallustio ita scriptum, sed ab Scio quoque, vt fieri solet, temere mutatum.

Tametsi virum flagitiosissimum existimo impune iniuriam accepisse.) Miris modis obtectus est hic sermo neccias enim male ne precetur Iugurthæ, quod impunita sint eius flagitia; an non precetur, sed conqueratur impunita. dem quomodo intelligendum accepisse eum iniuriam, qui intulerat. Quapropter, si verum auctoris sensum eruere hoc loco velimus, necesse puto, vt omisso verbo, *virum* (quod haud dubie, vt pleræque huic auctori, abs temerario aliquo adpositum est, qui existimauit eum de Iugurtha loqui, cum de corruptis ciuibus hic fiat sermo) flagitiosissimum factum

fa Num dici a Memmio credimus si plebs iniuriam impune accepit, ita ut non puniat, ad quod ipse hortator aderat, sceleratos illos. quod paulo post dicturus est *Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripiatur.* quamquam etiam hæc verba non eodem modo apud omnes leguntur. quidam per admirationem legunt: *nam & illi quantum importunitatis habent:* atque hic interquiescunt. quasi diceret: Dei boni, quantum illi importunitatis habent. Alii hæc ipsa verba, *quantum importunitatis habent,* in parenthesi legunt, mutato precedente nominatio illi, in accusatiuum illos, ut sit sensus: *nam & illos, qua sunt importunitate, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripiatur.* Verum cum hæc omnia profequi conor, parum memor, haud abs re fortasse, videbor cordato Lectori me non commentarium, sed annotationes scribere. Itaque ad alia progredior.

Neque ego vos Quirites hortor, ut iam malitis ciues vestros perpetram quam recte fecisset.) Ego hunc sensum hercule non probe intelligo, neque vilis Commentatorum explicat, nisi intelligamus fuisse lætam plebem, si qui ex magnatibus peccarint, ut ipsi occasio esset pœnæ ex inimicis sumendæ. Vltimam porro orationis huius periodum quam frigidè tractant! Badius ad proxime præcedentem confert sententiam de memoria vel præstiti beneficii, vel perpetrati sceleris. Ego autem puto hoc eum dicere velle: *Si puniantur scelerati,* quod tota oratione, ut licet, egit, *non toties egebitis auxilio tribunitio,* quippe non tot iniuriæ erunt.

CAP. XXXII. § *Quo se populo Romano dedidisset.)* Soldus exponit, ut se populo Romano daret. ac ab eo veniam peteret, quasi Iugurtha non antea iam se dedidisset. quare rectius Badius *quoniam,* pro quo legisset, videtur, hoc sensu *quoniam se populo Romano dedidisset.* potest & quando, legi pro quo

Postremo confirmare si dem publ. per sese iniuolatam fore.) Vide num necesse sit geminare verbum *se*. Si Memmii refer, ut Soldus exposuit, non videtur geminandum: *sin reipub.* ut Badius effert, fortassis videbitur, quod omnes codices ita habent.

CAP. XXXV. § *Terrebat eum clamore vultuque, saepe impetu.)* Badius, eum, putat exponendum *Iugurtham,* non *Babium:* quia alioqui diceret, *terrebat Babium,* vicit tamen impudentiæ eius. sed errat, deceptus malo exemplari, quod *Babij* habebat ante, *impudentia.* Nam quomodo rex loqueretur dediditius, cum Tribunus, Populi Romani magistratus prohibebat? aut quare rex Tribunum corruerat, si is nihil pro eo facere voluisset? Denique quorsum attinebat *Babium* imperare, si regi licebat contra *Babii* iustum loqui? clamabant igitur in *Babium,* non in regem. at ille qua fuit impudentia, nauici fecit, tanta vis pecuniæ erat.

Erat ea tempestate Romæ Numida quidam.) Numida, verbum

omittit Aldinus codex. quod alii omnes habent, nec ego omit-
tendum puto.

Sed ipse deprehensus multis hortantibus.) Vide ut acceperit illud
hortantibus; certe pro *subentibus ac cogentibus*. verum id publicum.
Quod continuo sequitur, ingentem habet difficultatem, cum in-
quit: *Fit reus magis ex aequo & bono, quam ex iure gentium Bomilcar*
comes eius, qui Romam fide publica venerat. Commentatores ex-
ponūt: ius gentium esse, propter fidem publicam datam, ut Iugur-
tha cum suis non violaretur: ergo eum puniri non debere, sed in
locum suum reuertetur, ac deinde iuri listeretur. quæ expositio
mihi prorsus displicet. puto enim auctorem hoc dicere velle, quā-
do Bomilcar contra ius gentium peccauerat, & fidem publicam fa-
cto irritam fecerat, quippe qui perfugam occiderat, & prorsus ho-
stilia fecerat; tamen clementia ac benignitate Romanorum, ex
æquo & bono, hoc est, æquitatis cōsuetudine magis fit reus quam
iure gentium, qui iam iudicatus erat: quod regem haud laruit.
Ideoque eum in Numidiam remisit, ne iudicio damnatus occide-
reretur, regno in hoc magis quam vadibus consulens rex. Vades au-
tem a rege pro Bomilcare datos intelligendum, quod postea au-
ctor, vbi Metellus Bomilcarem de regis prodicione sollicitat, fate-
tur his verbis: *Igitur Bomilcarem, qui Roma cum Iugurtha fuerat, &*
inde vadibus datis de Massina nece clam iudicium fugerat, quod ei per
maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicita-
tionibus aggreditur. quæ ideo adduximus, quod hic non satis li-
quet quid referat illud *qui*, cum inquit: *qui Romam fide publica ve-*
nerat: Iugurthamne an Bomilcarem? Badius ad Iugurtham re-
fert. Verum propter quid ea verba posuerit auctor, aut quo refe-
rantur, id vero haud satis constat, nisi intelligamus & Bomilcarem
fuisse in fide publica, quam tamen facto hostili, ut dictum est,
violauerat. Nec enim minus quibus datur, quam qui dant, eam
irritam facere possunt, quod etiamnum nostra ætate seruatur. Ve-
rum ne hoc quidem satis perspicuum, vadesne Numidæ fuerint,
an Romani. *Ex amicis*, inquit, *quingenta vades dederat.* Dein il-
lud obscurissimum est quod ait: *Igitur quamquam in priore actione*
ex amicis &c. Nam si de Memmii actione, qua Iugurtham in iudi-
cium traxit, intelligit, quid ad Bomilcarem, pro quo, non pro Iu-
gurtha, vades dati sunt, ea attinet? Totus igitur hic locus cum iu-
dicio legendus, quo ego me nondum explico.

CAP. XXXVII. § *Ad op. Suthul, ubi regis thesauri erant.*)
Strabo libro ultimo *Capsam* ait vocatam, vbi regis Iugurthæ fue-
rint thesauri: sed puto errorem esse qualem paulo ante de *Vtica*
indicauius. Nam Sallustius postea de Capia differens, nihil de
regis thesauris meminit, verum locum quemdam alium ad flumē
Mulucham. Hæc nobis ideo referuntur, ut locorum nomina dili-
gentius emendentur, maxime locorum facta diligenti compara-
tione.

CAP.

CAP. XXXVIII. § *Tamen quia mortis metu multabantur.)* Pro *multabantur*, alii codices habent *nutabant*. in vetusto codice *urgebantur*, marginibus adscriptum reperi, quæ lectio placet, nam ita loqui solet hic auctor, ut paulo post: *Populus militia atque inopia urgebatur.*

CAP. XLII. § *Deinde paucos post annos ingredientem eadem Caium.)* Post *Caium*, distinguendum, atque deinde diuisim inferendum: *Tribunum pl. alterum* (nempe *Tiberium*) *alterum Triumuirum* (nempe *Caium*) *Colonijs deducendis*. M. enim *Fulvius Flaccus* non cum *Tiberio*, sed *Caius* occisus est, ut auctor est *Florus* in altera *Epitome* lib. *LXI.* quod admonendum duximus; quoniam hic locus in plerisque codicibus corrupte legitur, & a Commentatoribus misere tractatur.

CAP. XLIV. § *Quamquam & astiuorum tempus comitorum mora imminuerat)* *Mora* nominandi casu dictum est, ut recte exp. s. *Badius Soidus* putauit auferendi casum esse, ideoque hunc locum mire, ut solet pleraque, exponit.

CAP. XLVI. § *Omnia illa deditiois signa ostentui esse credere, & insidijs locum tentare.)* *Vetustus* codex *vetbum*, *omnia*, ad super ora nequit, *late explorari omnia*. idem fore pro esse legit. *Aldinus* codex utrumque sustulit, quod placet. At illud, *Et insidijs locum tentare*, ita subiungitur, quasi *Metellus* *insidijs* locum tenter, cum ad regem referatur. non dubitauit enim *Metellus* *Iugurtham* his technis locum *insidijs* quaerere.

CAP. XLVII. § *Huic COS. simul tentandi gratia si paterentur)* Hic locus mirum in modum corruptus est, neque in vltimo codice mihi recte emendatus. iuuant tamen Lectorem aliqua parte ex diuersis, quamquam corruptis, codicibus collatioci. *Badius* conatus est hunc emendare, sed non potuit: existinauit enim *Metellum* præcepisse præsidia militibus importare *oppidanis* frumentum, quod numquam facerent *Romani*, nisi alia causa urgeret. Ceterum pro *huic*, etiam putat legitisse *huic*, & pro *paratis rebus*, *pacatis rebus*, quod non renicio. einde quod *comportare* pro *preparare* quidam codices habent, nihil refert, cum neutrum requirit lenius & ego utrumque place supposititium existimo. *Imperare frumentum, & qua bello vsu vent*, cum *Latiæ*, tum frequenter dicitur. Quare hunc locum ita legendum existimo: *Huic COS. simul tentandi gratia, paterentur, simul propter opportunitates loci, præsidium importare. Præterea imperauit frumentum, & alia, qua bello vsui forent: tus, id quod res monebat, frequentia negotiatorum, & comatum inuaturum exercitum, etiam pacatis rebus, munimento*

CAP. XLIX. § *Cum interim Metellus ignarus hostiũ, monte digre-*

diens cum exercitu confpicit) Mirè miratum dicendi genus. Cum enim dicere vellet, Iugurtham ante abscōditum, nunc Metello vitum, sic: *Metellus cum exercitu confpicitur*. Omnia enim in cōtinuo sequentia indicant, Iugurtham nunc primum Metello videri, qui in eo colle, quem transuerso itinere portectum auctor docuit, cōsederat. Metellus dubius erat, non Iugurtha. Verum id magis mirandum, quomodo Metellus monte digrediens hic dicatur, quem nusquam ascendente descripsit. Sed neque semel hoc dixisse contentus auctor, bis paulo post repetit, ut hunc locum non dubitem profus corruptum. Prima quidem verba, si non bis postea descendisse repetisset, ita legi poterant: *Cum interim Metello ignaro hostium monte digrediens cum exercitu confpicitur*, scilicet Iugurtha. Inde enim dubius primum Metellus, statim deinde agmen constituit. Plura dicere nolo. Commentatores nihil ad rem dicunt & nos coniecturas nostras referre nolumus, Lector ipse sibi iudicium suum referuet. Adiuvat iudicium nostrum, quod quidam codices habent paulo post, *incerti cum natura loci, tum dolo is si*. Vbi alii habent *incertum*, ut non sit mihi dubium locum esse mutilum.

C A P. L. § *Non confertim, in unum sese recipiebant.*) Verustus Gothi codex habebat: *non confertim, neque in unum sese recipiebant*: quæ lectio placet. Continuo post, *numero priores*, habent plerique libri. quidam tamen illud *priores* in *plures* mutarunt, male, moti raritate sermonis.

C A P. LI. § *Denique omnibus labore, & astu languidis.*) In solo Aldi codice inuenio additum verbum, *modis*: *Deniq, omnibus modis labore, & astu languidis*. quod displicet; pendet enim oratio a sequentibus, non a præcedentibus: item paulo post: *Neu paterentur hosteis fugientes vintere*. Soldus fugientes nominatiui casus existimauit, & supplet *Rom*. Badius accusandi, & coniungit ad *hosteis*. sed magis placet soldus hoc loco, vehementer enim timuit Metellus, ne sui succumberet. Mox etiam illud obscure dictum: *Quos firmos cognouerat eminus pugnando retinere*. Soldus tamquam clarum, pulere trāsilit Badius, *retineret*, inquit, ne ad suos accederet, pugnando eminus. Badius igitur verbum *quos*, ad Romanos retulit, ut *dubijs*, verbum, quod præcedit, idque mihi placere debet, donec melius vel inuenero, vel edoctus fuero.

C A P. LIII. § *Aduersa res etiam bonos detractant.*) Ita plerique habent codices, *detractant*, per a in secunda syllaba: Aldinus vero *decretant* legit, quod verbi non intelligo. Soldus more suo trāsilit, in expositione tamen ait: *Apud victos etiam, qui fortes, tamquam ignaui vituperantur*. Badius, *Res aduersa*, inquit, *detractant*, id est, *deprimunt & vituperant etiam bonos*. Ego (si modo recte legitur *detractant*) exponam eam: *Res aduersa bonos detractant, hoc est, bonis derogant*. Nam inde Detractores, qui famæ alicuius

derogant, dicti videntur. Fuisse tamen priscum aliquod verbum per sciolos amotum valde veretur.

C A P. LIV. ¶ *Nemo omnium Numidarū ex fuga sequitur.*) Quidam codices habebant *sequēbatur*, & ita legisse videtur Badius. sed verba sequentia optime indicant legendū esse *sequitur*, in præsenti, non *sequēbatur* in præterito imperfecto. Paulo post: *Minore detrimento illos vinci*; minore damno Numidarum intelligendum, vt recte exponit Badius. & inde legendum, *quam suos vincere*: vbi verbum *suos*, in quibusdā exemplaribus male omissum est.

In alienis bellum gerere.) Illud *alienis*, vt exponendum, vix equidem scire possum. Soldus, vt notum, transiit. Badius exponit, *In alienis, id est, non a se delectis ad pugnam locis*: quæ verba ego sane non intelligo. Tu vide si *alienis* exponendum sit pro *alienatis*.

C A P. LV. ¶ *Vt in aduerso loco, tamen victor fuisset, virtute host. a. p.*) Aldinus & Gothi codices habent: *Vt in aduerso loco victor tantum virtute fuisset, hostium agro potiretur.* Quæ verba ego non intelligo. mihi placet, vt post loco distinguatur, item vt *tamē*, non *tantū* legatur, & ante *virtute* distinguatur. nec tamen *hostium virtute* construendum, sed *virtute* potiretur *hostium agro*.

C A P. LVI. ¶ *Cum paucis cohortibus Sicca missum.*) Duæ sunt *Sicca*, altera Syphacis quondam regia, ad duarum Mauritaniarum fincis, de qua hic non loquitur. altera *Sicca Veneria*, cuius Ptolemæus in Africæ minoris descriptione meminit, de qua hic eum loqui puto, nam altera nimium abest. *Zamam* porro Lilius ultimo de secundo bello Punico libro v. dierum itinere esse a Carthagine ait, ad quam Hannibal diuertit, postea quam ex Italia in Africam cum Scipione ultimo depugnaturus venerat. Ptolemæus (ni fallor) *ἡμὴν μὲν ζοῦα ζαιῦλω* vocat. quamquam quidam putant, ablata prima litera *α*, *Αζαῦλω* ab eodem in eodem loco vocatam.

C A P. LVII. ¶ *Praterea picem & sulphure & tada mixtam.*) Ita Aldinus & Gothi codices habent. Atqui, vt ingenue quod sentio fateor, *picem mixtam tada*, vix abs quoquam intelligi puto. Veteres alii codices habebant: *Praterea pice & sulphure tadam mixtā. & mixtam*, id est, illitam, recte exponit Badius, qui ad hunc modum legisse videtur. Soldus rursus trāsiliit, vt solet. Lector sequatur quod placuerit.

C A P. LXII. ¶ *Dum ipse ad imperandum Thisidium vocaretur.*) Si hic locus bene habet, certe *imperandum* pro *imperatorem* dixit, vt *Imperia & Seruitia* pro *Imperatores & Servi*, quamquam id nusquam alibi legisse me scio. Ceterum *Thisidium* oppidum puto, quod Ptolemæus vocat *Thisicam*, inter *Thabracam* ciuitatem & *Bagrada* flumen, medium inter *Viticam* & *Carthaginem* in provincia Romanorum: ad quam urbem verisimile est Metellum Iugurtham vocasse, vt in suum nidum.

CAP. LXIII. ¶ *Sed is natus & per omnem pueritiam.* Aldinus codex habet *his*, aspiratum, quod non probamus. Is enim Marius ut erat natus, nec Romæ, sed Arpini per omnem pueritiam alitus, fecit quæ deinde sequuntur reliqua. Commentatores meo quidem iudicatu hoc rectè exposuerunt.

CAP. LXIV. ¶ *Ab Metello Consulatu petendi gratia missionem rogat.* Illud *Consulatum*, omissum est temere in Aldino codice, quasi Marius ob alias causas missionem petierit ac Consulatum dissimularit. cum aperte postea Metellus ad hunc ipsum Marium dicat, *factis mature illum cum filio suo Consulatum petiturum.*

Dimidia pars exercitus sibi permitteretur. Quidam codices legunt *si sibi*, Gothi *sibi si*, alii coniunctionem omittunt, ut intellectu facilem. sed res haud magni momenti.

CAP. LXV. ¶ *Quod contumeliosum in eos foret, si equites Rom.* Vide ut eos dixerit, tamquam notos, nampe de quibus iam. itaque cum omittere potuisset, nihilominus repetiit, propter sentum indignitatis explicandum.

CAP. LXVI. ¶ *Seditiosum ac discordiosum.* *Discordiosum*, rarum apud auctores vocabulum, sed bona analogia dictum, ut quidam putant Ego suspectum habeo, nisi sit a veteri aliquo.

CAP. LXVII. ¶ *Trepidare arcem oppidi.* Hic locus varie legitur, & ni fallor, etiam corrupte. ex Aldini codicis lectione nullus sensus est, Gothi codex ita habebat: *Trepidare arcem oppidi, ubi signa & scuta erant* (hic quidam adscripserat, *petere*) *presidium hostium; porta antea clausa fugam prohibebant.* Ego in alio quodam codice hanc reperi lectionem: *trepidare: Ad arcem oppidi, ubi signa & scuta erant, presidium hostium, & porta ante clausa fugam prohibebant.* hoc sensu, *Milites Romanos trepidabant, quia hostium presidium prohibebat fugam ad arcem, sed porta clausa omnem fugam prohibebant:* ut zeugma a fine cum tullepti numerorum. Paulo post videndum: *Strenui & imbelles multi obruncari. num inulti trisyllabon* potius, quam *multi* disyllabon legendum: quod sæpe puncti omissione in tertia vocali Latinorum accidit, quemadmodum superius alicubi admonuimus.

Improbis intestabilisq; videtur. Badius *instabilis* legisse videtur, non rectè mea quidem sententia. Soldus *intestabilem* exponit *valde sceleratum.* Acron in tertiam Horatii Satyram libr. II. Sermone ubi de Seruii Oppidii testamento fit mentio, ita ait: *Intestabiles appellabantur, quorum testimonium non valebat.* Porphyrio autem. *Antiqui eos, inquit, quos in testimonium diuitti nolebant, intestabileis vocabant.* Badius eo in loco Horatii, exponit, *Intestabilis, id est, testamenti expers* quod propius vero puto. hoc autem Sallustii in loco Perroti expositio accipi potest, qui *intestabilis* pro *detestabilis* positum putat; ad hoc Gellium citans auctorem, qui eadem significatione vsurpauerit.

CAP.

CAP. LXVIII. § *Metellus postquam de rebus Vacca*.) Aldinus codex habet, *Metellus ubi postquam*: sed alterum abuadat, hoc saltem loco.

Vaccam non amplius mille passuum abesse.) Mirum vero, si non amplius mille passuum aberant Romani, Vaccenses non rescivisse. Ego numerum ante millia desiderari valde vereor, ut, duo vel tria. Badius adiecit, *mille esse ablativi casus*, quod mihi non videtur: substantivum tamen est: necesse est, siquidem lectio bene habet. Sed idem Badius paulo post *ciues per concivies* exponit, quasi quisquam veterum *concivis* dixerit: cum Cicero, Sallustius, ac veteres omnes perpetuo *ciues* proulerint, numquam *concivies*, Vallæ temporibus natum. Illud etiam quod ibidem auctor ait, *Equites in primo latere*, plane non intelligo. Badius autem exponit, *In primo latere, quia ex transverso agebatur agmen*.

CAP. LXIX. § *Nam is civis ex Latio erat.*) Aldinus codex *Collatia* habet, quæ lectio verior videtur. Erat igitur Collatinus civis, non Romanus, alioqui lex Portia vetuisset eum mori. Verum de ea lege, in quibus servanda, & quibus non, multa dicenda erant, si huius nostri negotii ea esset materia.

CAP. LXX. § *Suspectus regi, & ipse eum suspiciens.*) Idem Badius exponit *suspiciens, id est, clam eius conatus inspiciens*. at ego relative, de eodem tamen Bomilcare dictum intelligo. *Bomilcar erat suspectus regi, & ipse eum suspiciens, id est, in suspicione habens*; quippe de cuius erga se inde dubitabat. Uterque igitur alteri suspectus erat, ut vulgo loquimur. Paulo post: *Magnis operibus clarum. Quidam opibus legunt*. Nam non ita multo post legitur: *Ex quo illi gloria, opesque inuenta*. sed nihil mutem.

Iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur.) Quomodo iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur, qui tot homines interfecerit? an quia Nabdalsæ pepercit, quem dixit *acceptum popularibus suis & magnis opibus clarum*? quod videtur verisimile, alioqui hic locus vix intelligetur.

CAP. LXXIII. § *Ceterum in utroque magis studia partium, quam mala aut bona sua moderari.*) Moderari Aldinus codex mutavit in *moderantur*. Gothi codex habebat *moderata*, cui & Badius & Soldus adiecerunt verbum *sunt*. Et Badius quidem exponit, *moderata sunt, id est, gubernationem tenuerunt*. Soldus vero, *moderata sunt, id est, valuerunt*. nam *moderari* (subdit) *est imperio ac potestate regere*. Lector iudicet. Paulo post. *L. Manlio Mancino, per e non per e legendum puto*.

CAP. LXXV. § *Quamquam inter Thalam flumenque proximum.*) Quam vellem, flumen hoc nominasset auctor. sic enim

Thala situs clarior esset. Ptolemæus nō ita longe a Bagrada *Thab-*
bam ponit, quam quidam *Thalam* putant. quippe paulo post,
Legati ab Lepri ad Metellum veniunt. Qui quidem situs non ita
longus est, atque sunt Mauritaniz Cæsariensis loca, sub Iugurthæ
etiam imperio.

Tamen spe patrandi belli) Badius *committendi* exponit, *Soldus*
finiendi, quod magis placet. nam & postea de Mario in Africam
recens profecto dicitur est. *Neque belli parandi copiam cognouit,*
pro finiendi dixit, ut puto.

C A P. LXXVI. ¶ *Vineas agere, superq; eas aggerem iacere.*) Il-
lud *eas*, Aldinus codex iustulit, *territus* fortassis, quod non sit veri-
simile aggerem supra vineas institui: quippe apud nullum aucto-
rem, quod sciam, lectum. Atqui nisi ita legerimus, nō est clarum,
quid sibi velit illud, *superq; aggerem iacere*. Badius, ut illud *eas* de-
fenderet, dicit fortissimo fundamento fuisse stabilitas vineas.
Verum locus totus male habet præsertim in Aldino, atque adeo
in aliis codicibus multis. Si quid diuinationi meæ tribuendum,
certe suspicor ita ab auctore scriptum: *Insuper aggerem iacere, su-*
perq; aggerem impositis turribus opus ministros tutari. quæ lectio e-
gregie sensum elicit, & auctoris stylo est conformis. Illud vero
quod præcedit, *ex copia*, quid referat, mihi non satis clarum est.
Soldus de locorum multitudine intellexit, quibus vineæ admoueri
poterant mœnibus. quod in alim quam de *militum copia*, ut quod-
dam exposuisse refert Badius. Denique *Administros* pro *Ministros*
quare substituerit Aldinus codex, mihi non liquet. Quod si in fini-
tios per præterita imperfecta exponemus, nō erit opus verbo *iubet*,
nec verbo *duobus*, quæ habet quidam codices: & sane ad eum-
dem modum infinitiui sequuntur. *festinare, parare, fieri.*

C A P. LXXIX. ¶ *Quibus nomen Philanis erat.*) *Philanis* dati-
uum in *Philanes* idem Aldinus codex mutauit, temere meo qui-
dem iudicio. nam ad finem huius historiz ipsemet auctor in secū-
da, non in tertia Latinorum declinatione *Philani* inclinat. quod
& alii secuti sunt auctores Latini, nominatim Valerius Max. lib.
v. & Pomponius Mela lib. i. apud quem tamen locus mutilus est.
quare hic legendum, *quibus nomen Philanis*, per tertiam vocalem
in vltima syllaba.

C A P. LXXXI ¶ *Et cum alijs gentibus libidinem imperandi*) *Libi-*
dinem in accusandi casu malim, etiamsi in auferendi quoque in-
telligitur. Item paulo post: *Vti quisq; opulentissimus videatur.* Ver-
bum *videatur* in *videbatur*, non recte idem Aldinus codex muta-
uit: magis placet, quod quidam legunt, *videbitur.*

Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando aliud quam bellū mal-
let.) *Imminuere* pro *interrumpere* accepisse videtur. Sed pro *Ne mo-*
ras, idem Aldinus codex habet, *ne mox agitando*: quæ lectio melior
est, si *agitando* pro *cogitando* acceperis.

C A P.

CAP. LXXXIV. ¶ *Dictitare sese consulatum ex victis illis quasi spolia cepisse.*) Quidam codices illud *quasi*, habebant ante verbum *illis*. Aldinus codex prorsus omittit. Ego post *illis*, ponendam puto: atque ita habebat vetustus codex.

Quia neque plebe militiam volente.) Vide ut mire vitur coniectione *neque*, nam, *neque volente*, pro *nolente* accipitur, & verbum *putabatur*, manet affirmativum: Statim post: *Sese quisq; prada locupletem fore, victorem domum rediturum*. Vetustus codex habebat *q;*, post *fore*, quod placet: ne quis verbum *fore*, cum participio *rediturum* connectat. Vide etiam num *aliaque*, cum conjunctione legendum, quod necesse non existimamus.

CAP. LXXXV. ¶ *Quippe beneficia mea reipub. procedunt.*) Si hæc verba prorsus abessent, sensus huiusce periodi clarior esset. Cur autem Aldinus codex *Reipub.* dandi casum in accusandi *Rempubl.* mutauerit, non equidem intelligo. Et verbum *procedunt*, Soldus *utilia sunt*, exponit. alii *procedunt* exponunt, *prosperere cedunt*, ut Terentius in *Andria*:

Nisi id putas, quia primo processit parum,

Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.

Itaque post *procedunt*, distinguendum, ac inferendum: *Nobilitatem locum inuadendi querere*. Et mox: *ut neq; vos capiamini*. rursus verbum *neque*, usurpat suo more, non cum socio, non ut sequentia neget. *Et illi* (inquit) *frustrati sint*. vbi Aldinus codex *frustra*, legit pro *frustrari*.

Etiam atq; etiam animis reputate.) Illud *animis*, non habent alii codices. Sed cum superius idem Marius dicat: *Quaso reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit*; existit. o, quemadmodum illic cum præpositione, ita hic absq; præpositione cum verbo *reputate*, posse legi. Mox, *Præsidia agitare*, ambigue dictum. si de hostium præsidii intelligere placet, *agitare* acceptum est pro *vexare*; vel, ut Badius exponit, *urbibus expellere*.

Neque pluris pretij coquum quam villicum habeo.) Illud *pretij*, non omnes habent codices, nec ego quid hic eo opus sit, video. Quidam pro *pretij*, *petij* legendum putarunt, pro *emi*. certe *Lau. Valla* tolleret, ut puto, *pretij*. Paulo post *Ibi senectutem agant in conuiujs, dediti ventri*: incertum est, vbi distinguendum, ante *ne*, an post, *in conuiujs*.

CAP. LXXXIX. ¶ *Oppidum magnum atq; valens, nomine Casæ.*) Ptolemæus *Capsa* meminit ad occasum Tritonidis paludis. Strabo libro ultimo ait, Iugurthæ thesauros fuisse in eo oppido: vbi hic noster auctor in oppido Sathul eos fuisse supra dixerit. Veri autem potuit, ut in diuersis locis, firmis ac munitis thesauros habuerit Iugurtha. ut de Thala quoq; supra dicit, plerosque eos thesauros ibidem fuisse. Sed mirum est Commentatores notos, ne vnius quidem loci meminisse quem explicarent, vnde lex

auctori maior accederet. Sæpe est si dicant, fuisse ciuitatem Numidia: Mox: *Nam præter oppido loca propinqua: tenere hæc in Ald. no. eo i. e. mutata sunt, nempe in hanc le. sioue. n. Nam præter oppida propinqua.* Neque enim verisimile est oppida illi oppido propinqua fuisse, sed loca quædam, vt villas, vicôs. &c.

CAP. XC. ¶ *Ad oppidum Laris.*) Laris Cirthesiorum oppidum ponit Ptolemæus aliquanto magis ad meridiem quam Vaccam (ipse *Vagam* appellat) ac Iuliam Cirtham. Ceterum cum paulo anteretulit auctor, Marii cum duobus regibus pugnam ante Cirtham interea verò aliquot oppida castellaque capta, denique venisse in mentem ei. vt Capsam tentaret, quæ satis longe a Cirtha abest, atq; a Laribus; Commentatoribus venia dari potest, etiam si ea ne verbo quidem attingunt, cum auctor ipse tam negligens in re serua fuerit; ipse, inquam, Africæ prouinciæ Prætor, quam non absque nominis sui infamia spoliasse fertur. Vix enim *Tanam flumen*, quod hic subiungit, fuisse existimemus? Itinere a Cirtha Capsam, flumina duo sunt a Ptolemæo descripta, Rubricatus, & Bagrada, præterea paludum Sifara & Hipponitidos flumen. Fieri tamen potest & plura alia interfuisse, sed dubiter Lector mecum. Nam, vt antea conquestus sum, ex Africæ topographia non temere apud hunc auctorem & Liuium re explices.

CAP. XCI. ¶ *Ceterum in itinere pecus exercitui per centurias.*) Præpositio *per*, ante *centurias* omitti non debet. illud autem quod statim deinde sequitur: *Simul & inopiam frumenti lenire.* quomodo lenierit, non satis clarum.

CAP. XCII. ¶ *Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur.*) His verbis quidam codices hæc addunt verba, *verum etiam casu data in virtutem trahebantur.* sed siue ea legamus, siue omitamus, intelligenda videtur coniunctio *etiam*; vt sit sensus. *Omnia etiam non bene consulta.* Soldus ad *bestias* retulit. *Si hostes, inquit, non bene consulebant, & Marius ita vinceret, laudabatur a plerisque.* Badius addit *solum: Omnia non solum bene consulta, verum etiam casu data, in virtutem trahebantur.* ita copiosa est ignorantia nostra, quoties hæremus; quemadmodum non ita multo post quod sequitur, *aut Deorum nutu cuncta portendi*: vbi Badius exponit significari & addici, scilicet, *illi.* Soldus *Dijs auctoribus fieri*: quod magis placet.

Namq; haud longe a flumine Mulucha.) Vide vt saltum facit auctor, a Capsa ad Mulucham quæ tam longe distant inuicem loca; nisi exculemus, quod ait: *Multis locis potius.*

Neque inter vineas sine periculo administrare.) Etiam atque etiam considerandum, num *intra vineas*, legendum potius, quamquam ego nihil alleuero. item non ita longe post cap. 93. vbi de Ligure: *Haud procul, inquit, ab latere castelli, quod aduersum prælian-*
tibus

us erat. ego reclamantibus omnibus exemplaribus, legendum ito, *auersum*: non, *aduersum*. *Auersa* enim pars anterior erat, & primum sic bat, *Auersa* autem posterior, vbi solitudo ac securitas. Lector ipse huius totius loci verba sequentia secum perperit, & videbit nos non temere id attulisse.

CAP. XCIII. ¶ *More ingenij humani cupido diff. facium. animuvertit.*) Aldinus codex breui accentu mediam de *cupido* nouerat, ferunde atque adiectiuum esset, nam substantiuum meum producit. quod nulli Commentatorum visum est, neque mihi vetam videtur. Vetus item codex habebat, *animu accedit*: alii *animu uertit*: Aldinus, *animaduertit*, quod vltimum mihi displicet.

CAP. XCIV. ¶ *Magna vi vtrinq.*) Post hæc verba distinguendum, ac deinde inferendum: *pro gloria atq; imperio his, illis pro salutem tantibus*. Codex vetustus. in uel paululum ordine legit, *magna ring, vi*, quod placet. quidam omiserunt *vis & magna ad gloria* tulerunt. at hi auctoris sensum non perceperunt.

CAP. XCVI. ¶ *Vt illi quamplurimi deberent.*) Illi pro *ipsis* caur. *sibi* noluit dicere, ne in debitores reciprocaret. est autem notandum hoc locutionis genus.

CAP. XCVII. ¶ *Equites peditesq; permixti.*) *Equites peditesq;*. Num dis taturam intelligi, sed verbum *alios*, de Romanis, deciait verba quæ paulo post sequuntur; *quod hostes*, inquit, *numero res*. Igitur cum iudicio locus legendus est.

Deniq; Romani veteres nouiq;, & *ob ea scientes belli, &c.*) Illud *ob* vel *veteres* refert, remotius adiectiuum: vel exponendum cum idio, *ob ea, id est, ob eas res, quod veterani quoque adessent*.

CAP. XCVIII. ¶ *Inuadere manu, consulere militibus.*) Ita distinctio. quidam post *manu*, distinguunt, ut sit sensus, *Inlebat manu*, id est, *turma sua, quam ex fortissimis habebat*. ita dicitur Alcinius. alii, ut Badius, ante *manu*, quali diceret: *Manu inuatum debet militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus noterat*; ut ait auctor. idque intelligendum, donec dies erat. in mox sequitur: *Iamque dies consumtus erat*, quæ est heptemeres Heroica, & syllaba longa, hoc est, carminis Heroici atuo primis pedes. catene an studio ab auctore factum, in tum Linius tamen ita ortus est historiam Romanam, Quintiliano, auctori in primis gaudi, quicquam credimus. & tesquitheroicum carmen apud auctorem Lium libro secundo decados tertia, ostendimus in annotationibus in eum editis.

¶ *Quia magna parte editus. & præcepit pauca munimento gerebat.*) *Magna parte edita & præcepit*, legit Aldinus codex item *gerebat, quarebat*, pro deluerebat. posterius non displicet, prius.

non probo. Paulo post, *Vtroq; colle*, legendum, non *colli*, quod Aldus habet. Rursus statim post: *Quod non fugere: vbi non fugere*, pro *non fugerent aut non fugissent*, positum videtur. Badius tamen *fugere* præteriti perfecti temporis existimat.

CAP. XCIX. ¶ *De improviso vectigales*) Soldus *vectigales* exponit, id est, *a vectigalibus missos*, hoc est, *a tributarijs*. Badius *Vectigales tubicines* exponit, qui *pracinere solent vectigalibus*, id est, *tributarijs*, aut qui ipsi *vectigales* erant. Ego cum Soldo hæreo. nam neque illi sua satis facit expositio, & neque id verbi ita positum alibi me legere memini.

CAP. C. ¶ *Dein Marius, vti cæperat, in hyberna profisciscitur propter comæatum.*) Hic locus in plerisque exemplaribus corrupte legitur. vetustus ille codex, de quo nunc toties dixi, ita habet: *Deinde Marius, vti cæperat, in hyberna it, qua propter comæatum in oppidis maritimis agere decreuerat.* Siue igitur *it*, siue *profisciscitur* legatur, certe, *qua*, relatiuum omitti non debet. nam sine eo sensus non procedit: quod non animaduertisse Commentatores, admodum miror.

Sulla cum equitatu apud dextimos.) Post *dextimos*, distinguendū, vt Sullā cum equitatu in dextra parte, A. vero Manlium cum funditoribus, & sagittarijs, præterea cohorte Ligurū in sinistra fuisse intelligamus. Paulo post: *Perfuga minime cari*. Duo verba, *minime cari*, non sunt in omnibus codicibus, nec Badius legit. at vetustus ille codex habebat, præterea Aldinus. Soldus retulit *carum*, ad animum: *Quia, inquit, proditores & perfuga semper suspecti sunt*, Mihi vero videtur dicere velle, *minime cari*, id est, *minime in magno numero*. Mox: *Laudare fortes, & increpare mœrentes*. Quidam sustulerunt *forteis, & merentes*, absque diphthongo legunt: quod tamen et si intelligatur, prior tamen lectio, quæ singulis verbis singulos dat casus, planior est. Aldinus codex & *forteis* sustulit, & *mœrentes* cum diphthongo legit: quod displicet. Item quod continuo sequitur, *Ipse armatus intentusq; item milites cogebat*, Badius distinguit ante verbum *item*; quod *perconsimiliter* exponit. Quæ vero sequuntur, duplicem habent lectionem. alii enim *facere* legunt, vt Aldinus codex: alii *faceret*, vt Badius & vetustus ille codex. Prior lectio hunc habet sensum: *Non secus Marius cogebat milites castra munire atq; iter facere*. atq; pro *quam* videlicet, vt sensus a verbo *cogebat* pendeat. Atqui tum verbum *item*, puto exponendum pro eodem modo, vt totius periodi sit hic sensus: *Ipse Marius armatus intentusque eodem modo & milites cogebat esse armatos intentosque, nec minus muniebat castra, atq; iter faciebat: cohortes ex legionibus in porta, equites auxiliares pro castris excubitum mittebat, &c.* Altera lectione quid sensus colligatur, haud equidem scio.

Quod multi per ambitionem fieri aiebant, quod a pueritia.) Hic locus egregie corruptus est. Commentatores verum sensum magis somnia-

lominarunt, quam explicuerunt. Radius tamen propius vero est. Sed notandum, S. Iustitiam duas opiniones de Mario iudicantium adferre: alteram æmuloꝝ, qui id a ambitionis gratia a Mario factam interpretabantur: alteram amicorum, qui laus dabant hoc in Mario, optimæque educationi adserbebant. Ceterum auctor suam iudicium non interponit. hoc tamen dicere videtur; *utrumq; id interpretemur; certe hoc Marij pudore quo de re tulit; respubl. non minus quam sanctissimo aliorum imperio, bene atq; decore gesta est.* Al. linus codex bis habet *omnia*, veratius nelemel quidem: alter codex semel habebat, at non est eo verbo hic opus. & *respubl.* legendum in nominando, non in gignendi aut dandi casu. Item illud *nisi*, quod quidam habent codices, tollendum est, ut totus locus ita legatur: *Et sane Marius, illoq; alijsq; omnibus temporibus, Jugurthini belli pudore magis quam malo exercitū coercerat, quod multi per ambitionem fieri aiebant, alij, quod a pueritia consuetum duriciam; spolia quæ ceteri miserias vocant, voluptati habuisset; & tamē respubl. ariter ac sanctissimo imperio, bene ac decore gesta est.*

CAP. CI. ¶ *Ratus ex omnibus aque aliquos ab tergo hostib. venturos.*) Vide ut accepit verbum *aque*, Radius exponit, *Aque, id est, æquiformiter.* ego exponerem, *aque venturos, id est, æquali fortitudine restituros:* sed iudicet Lector.

Deinde Numida cognito Bocchi aduentu) Hic locus duas habet difficultates; alteram, Jugurthane locutus hoc sit, an alius quispiã Numida; alteram, apud quosnam locutus sit. Soldus aliū quemam, non Jugurtham locutum censet. Radius hæret. Ego Jugurtham locutum existimo: nam de eo etiam supra dixerat, *sub Scimæ Aemiliano apud Numantiam militasse; ubi Latine loqui didicet.* Et est sane hoc unum ex strategematis illius. Porro & ad Romanos locutum cōtendo, quod & Radius existimavit: Nam quid inebat Numidis Latine loqui? Verum hoc additum oportuit, o in latere hoc factum: cum Jugurthæ oppositus esset Marius, paulo ante dixit auctor ut hercle nō posset regis strategema de isto Mario eo latere obscurum esse: Verum quia auctor, *clam egit,* verisimile videtur ciamantem Jugurtham non ad primos istitisse, sed concessisse ad latus sinistram Romanorum, ubi A. nlius erat. Porro in dextro latere Sylla erat cum equitatu, apud nos Marius, postremam aciem inuaserat Bocchus. Ergo a sinistro latere Jugurtha inuasit Romanos: ubi & hoc strategema, quænantulum aberat Marius, locum habet.

Incūm: ventus ab equitibus dextrā sinistraq; omnibus occisis.) Si equitibus Romanis loquitur, distinguendum post verbum, *equitibus.* sin de Jugurthæ loquitur equitibus, pro *ab* præpositio necesse est, & quod miror in Aldino codice neglectum.

CAP. CII. ¶ *Quo initio profectus intenderat.*) Soldus putat *profectus* participium esse, ut sit *seusus*, quo profectus initio in-

tenderat. Badius putat esse verbale nomen, & *initio profectus* dictum, pro *initio profectioris*.

Amicorum neq; nolis, neq; cuiquam hominū satis fuit.) Illud prius, neque, sustulit Aldinus codex, nō recte meo quidem iudicio. Ceterum quomodo Sylla Boccho vere dicere poterat: *Atq; hoc utinam a principio tibi placuisset?* cum superius auctor ita scribat: *Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat, foedus & amicitiam petiit: quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediuerāt, cæci auaritia quæ omnia honesta atq; inhonesta vendere mos erat,*

Animus barbari ab amicis flexus) Quomodo flexus non narratur, credo Parasceuen esse ad sequentem, q̄ ad finem huius historie est, Bocchi vacillationem. Deinde non ita multo post cap. 103. *Belli componendi licentiam*, Badius pro *libera auctoritate* exponit, quæ etiam licentia dici aliquo pacto potuit.

CAP. CIII. § *Eos ille non pro vanis hostib. uti. meriti erant.*) Quid vero meruere Legati a rege missi, apud quē ipse Sulla paulo ante locutus, placidum ab eo responsum accepit? Continuo post: *Quare*, separatis dictionibus, non vna legendū. Rursus paulo post: *Nam etiam tum largitio multis ignota erat.* Aldinus codex pro *tum* habet *non*: quod ego haud intelligo, nec alii codices habent. Ceterum Sullam *Quæstorē* semper vocat, etiam si paulo ante pro *Præstore*, a Mario relictus dicatur.

Dein Sulla omnia pollicitus.) *Pollicitus* in *pollicito* mutauit codex Aldinus, quod placet. *Mex: Marius ubi confecto negotio: alii infecto* legunt, q̄ contrarietas ex hoc auctore solu: nō potest. Atqui aliud hic Lectorē merito moratur, vbi nam Sulla fuerit, quando Bocchi regis Legati a Numidis circumuenti, spoliariq; ad eum venerunt, Vtica ne an Cirta? Mihi quidem videtur Cirta fuisse, quippe Marius cum illic pro Præstore reliquerat. Verum quo pacto Marius sic Sullam ad se Vticam vocat? Quapropter malim *τὸ σικαντικῶν* intelligere, Sullam interea, dum Marius profectus est obsessum regiam turtim, a Cirra Vticam concessisse, Marium autē Cirram rediisse, ac omneis quibus cum concilium habere cōstituerit, Cirrā ad se vocasse. Itaq; & Sallustii locum ita legendū: *Marius ubi confecto negotio, quo intenderat, Cirtam redijt: de aduentu Legatorū certior factus, illos & Sullam ad se venire iubet, itemq; L. Bellicenū Prætorē ab Vtica.* nam ita alter vetustus codex habebat. Rursus, sequētia ita legenda censeo: *Præterea omnes vndiq; Senatorij ordinis, quibus cum mandata Bocchi cognoscit. Legatis potestas eundi Romam fit ab COS. Interea inducia postulabantur.* Ita habet codices, quamquā non omnes omnia, sed singuli tamen aliquid ad plenam lectionē eruendam profaerunt. Duo itaq; regis erant postulata, alterū de legatis mittendis Romā, alterū de induciis interea dāndis, de quibus nūc consultatur. Siue igitur ea, siue ex legas, nihil refert. ea enim referret *postulata: ea, inducia.* nam Legatis potestas eundi Romam iam facta erat.

CA P. CIV. ¶ C. Octavio *in fine.*) Cui habent veteres codices: Paulo post: *Studium Sulla libens accepit.* Mirum quare *libens*, omittitur Aldino codice. Mox *Ceterum Boccho, quoniam poenitent, delicti gratiam facit:* incerta distinctio est in *delicti*, ad utrumque enim referri est, *poenitent delicti, & gratiam delicti facit.* plusculum gratiae habet ad sequens relatum, nisi iudicio fallor.

missus cum praesidio equitum atque peditum.) Mirum hic Sullam praesidio mitti, qui antea cum A. Manlio apud eundem regem erat, nulla praesidii facta mentione. An quia tum recens facta res Iugurtham cohibebat, quae nunc non cohibet? Sed & illud *Aldorum Baleariorum, & τ' ἐπιβήτων* dictum est Continuo post: *crea iere sagittarum.* Aldinus codex omittit *iere* verbum, temere quidem iudicio.

CA P. CVI. ¶ *Mansurum potius quam perditis.*) *Proditis*, veteres omittunt codices, & magis quadrat. Paulo post vero cum ait, *Iugurtham ante eos confedisit, ante* loci est, non temporis: & significat ita eos confedisit, qui eos praevenerit in itinere, quae iter ad re- Bocchum praedicturus. Illud vero mirum, quod scire cupiam, quomodo lectori persuadere velit auctor, ut credat Sullam cum suis tam longe Iugurthae castra penetrasse, Iugurthamque dubium haesitasse, usum quicquam aduersum eos, qui nihil non audebat, mihi est verisimile. Rursus: *Ea res vti in tali negotio probata.* Alii legunt, *Ea res, vti in tali negotio solet probata est.* Mirum vero & illud, quod non verbum quidem meminissem loci vel superius, vel in loco, ubi Bocchus ac Sylla conuenerint.

CA P. CVIII. ¶ *Quem Bocchus fidum Romanis.*) Illud *Romanis*, habent omnes codices: nec ad regis commodum quicquam attinet Romanis fidum esse, sed potius gratum Romanis, ac fidum regi. Aldius etiam omisit. Paulo post: *Quo res communis licentius gereretur.* *licentius*, Badius exponit *audentius, & cum permissione maiore.* Solent notum transit. Ego sane quid sibi velit, non clare admodum argo. Nec illud planum est, cum Bocchus potentior esset Iugurthae comodo, nisi per Asparis legati praesentiam ab eius iniuriis se potuerit. Mox, *Comperior & Comperio* habent codices. Verus est *Comperior.* Rutilus, *Multumque cum animo suo voluere solent.* Quidam codicis, *multa pro multum.* Alius item codicem habet *com pro cum.* Idemque quidam non addunt *suo.*

CA P. CIX. ¶ *Igitur Sulla respondit se parca coram Aspa.*) Hic locus praeter in plerisque exemplaribus legitur, atque adeo in Aldino. Ceterum auctor hic aperit, quid Sulla respondente Bocchi legatis, & eisdem docuerit, quo facto Iugurthae Legato illudant, quod in sententia ad Sullae petitiones ab rege respondeat. Huc sensum Bagregie explicuit, nec tacuit Solanus, & sequentia omnia haec codicis. Mox: *Quae sibi responderentur.* Sibi omittit codex Aldinus. atque habet, & placet. Proximo ite versu, distinguendum post a *Cōsule.*

ac deinde inferendum. *venisse questum*. Id admonemus, quod in plerisque codicibus neglectum videbamus, præferim in Aldino, quem cæteruatim deinceps librarii temere lunt imitati.

Deinde ambo in sua castra digi.) Si Sulla ad amicū venit, ad quid indigebat castris? Si ad inimicum, ut quem dubiæ fidei censebat, quid iuissent tantula castra in tanto regno? Sed magis mirum, quid Bocchus castris in suo regno indiguerit. Hoc est æquare Thurydiden. Mex: *Flerumq; noctis processit*. hæc verba in parenthesi satis inepte posuit Aldi codex.

CAP. CX. § *Fuerit mihi pretium aliq. eguisse tuā amic.*) Quæso bone Lector, quid sententia aut omnino sensus ex his verbis elici queat? At ita Labet codex Aldinus, quem fere indocti ac mali iudicii homines sequuntur. Badius propius vero exposuit, sed tamē perpetam in genitiuo legit, *tua amicitia*. cum locus ita sit legendus: *Fuerit mihi eguisse aliquando pretium tua amicitia*. ut *tua amicitia* in nominandi casu inel ligatur hoc sensu; *Aliquando eguisse fuerit mihi pretium amicitia tua*: quasi diceret, pro damno quod egerim, amicitia tua est mihi pretium: quod adulandi gratia dixisse viderur.

CAP. CXI. § *Non in gratia habituros.*) Codex vetustus habet, *in gratiam*: quod quia vetustum est, & hic auctor antiquitatis imitator, talia quæpiam affectasse videri poterit, non est omnino reiciendum. *habituros* autem puto a sciolis introductum, pro *habiturum*. Soldus inepte legit, *ingratos abituros*, adeo decipit non attentum asp rationis omillio.

Amicitiam, fœdus. Numid. partem, &c.) Fortassis *aduentura*, plurali numero, genere neutro legendum, habet enim hoc peculiare hic auctor, ut in Catilina: *Huic ab adolescentia bella intestina, cades; rapinæ, discordia ciuili gratia fuere*; sed iudicet lector. Paulo post, *leniter, & ex voluntate Sulla*; legit vetustus codex: Aldinus conjunctionem & susulit. alius autem codex habebat, *lenitur, & ex voluntate Sulla omnia se facturum promittit*: atque ita legit Badius: ego nihil definio.

CAP. CXII. § *Neque hominem nob. non sua ignauia captum.*) Extremum verbum neque vetustus, neque Aldinus codices habet: sed siue ponatur, siue omittatur, certe *captum*, vel quid simile desideratur ad plenum sensum.

CAP. CXIII. § *Ac statim immutata voluntate, &c.*) Hoc *immutata voluntate*, referendū est ad illud superius dictū: *Hæc Maurus secum ipse diu voluens, tandem promissit*: nam habebat tunc in animo, ut *sullæ* iugurthæ traderet. hic contra in animo habet iugurthæ tradere Sullæ, ideoq; *adhibitis amicis*, non hercle quibuslibet, sed quibus fidebat *ac remotis ceteris*, quibus non fidebat. haud scio intellexerit ne quisquā Commentatorū huic locū. Paulo post: *patefecit*, quidā habent codices, vbi alii *patefecisse* legunt, repetito a superioribus verbo, *dicitur*.

CAP.

CAP. CX. V. ¶ *Per idem tempus aduer. Gall. &c.*) L. Florus
 ui tacemtor, libr. LXVII. ex eodem ait, bello aduersus Cimbro-
 de ab his ducibus pugnatum esse, non autem aduersus Gallos, vs
 Sallustius p. thidei. Sane Cimbri Germani sunt, quorū Cher-
 nefus est in extremo Germaniæ angulo Septentrionem versus,
 præter alios auctores etiam Ptolemæus meminit. Videtur ita-
 e Sallustius Liuius contrarius in historia. Sed id sciendum, Liui-
 i per totam Romanam historiam iniquum Gallis fuisse haud
 qua de causa, cum esset homo ipse in Gallia natus. Sed hercle
 Antenorē maluit referre Parauinorum originem, quam ad
 regiam omni hominum memoria Galliæ gentem; Venetosque
 n ex Aremoriciis illis ciuitatibus, sed ex Paphlogonibus Hene-
 si Diis placet, sumisse exordiū. Verum pro Sallustio est auctor
 æcus Strabo, in historiæ veritate, atq; adeo in rerum omnium
 criptione eminentissimus, qui vnus externorum auctorum res
 loca Alpinarum gentium & vetissime & diligentissime descri-
 . Nam quid ego Plinium ac Cornelium Tacitum commemo-
 i, nostrarum regionum oculatos testes, vt ipsi iactant? cum in
 am Germanicarum descriptione Rheni maximum illum *Brit-*
tinum lacum vel ignoratunt, vel negligenter omiserunt: vt ni-
 dicam de tot *Heluetiorum lacubus* & *Rheni cataraclis*. Strabo
 em Græcus scriptor, et si *cataraclerum* non meminit, lacum ta-
 illum ita depinxit, vt etiam populorum circa habitantiū cer-
 mam fecerit nomenclaturam. Verum de his alias. De hoc bel-
 cuius hic meminit auctor, sciat lector Liuium ideo scripsisse,
ibrorum bellum fuisse, quod Cimbri eius concitatores fuerant,
 ellatorum multitudo & principes eius expeditionis, nō Cim-
 tantum, sed maiori ex parte Galli, fuere, & ex Gallis potissimū
 luctii, eorumque complices. deniq; ex Heluetiis maxime Ti-
 ini atq; Tugini. cuius rei locupletissimus testis est idem Stra-
 lib. v. l. i. Porro locus apud Strabonem cum in Latinis, tum in
 etis exemplaribus corrupte legitur. Interpret malo exemplari
 eptus, *Luetios* pro *Heluetios* traduxit, quasi aliam quandam ab
 ueris græcā, cum de eisdem Heluetiis loquatur Strabo. Ver-
 psius ex Posidonio, quia Sallustii dictum aduersus Liuium plu-
 um adiuuant, atq; adeo ipsam veritatem, adponere placuit,
 mul ab errore hic locus emaculetur. Ea ita habent: *Φησὶ δὲ καὶ*
ὁ Ἰ. Ἐρεκώων ὄρνυδὸν οἰκεῖν πρὸς τὴν τῆς ἢ Κίμβρος ὀρνύσαντες
πταπαν τῆτον ἀποκροθέντες ἀπὸ τῆ Βρίαν, ἐπὶ τῆ Ἰπρον καὶ τοὺς Ζηγορ-
ουα Γαλάτας καὶ τῶν ἰωγ. εἶτ' ἐπὶ τῶν εἰσὶ καὶ τῶν εἰσὶ καὶ τῶν εἰσὶ
έτας. εἶτ' ἐπὶ Ἐλλητίαις πολυχρύστους καὶ ἀέρας εἰρῶναις δὲ ὀρνύ-
τ ἐκ τῶν ληθηρίων πηλοδίων, ὑπερὸ ἀδαντα ἔπαρ' ἐκὼν τῆς
ηπίους ἐπαρ' ἰνικ' ἐβόλιστα δ' αὐτῶν Τημελίους π. καὶ Των γηύς,
καὶ σμυξομῆσση Πεντες μέν ται καπι ληθησαν ὑπὸ τῆ Ταρμῶν. Quæ
ripres ita vertit. Boios vero prius Hercyniam habitasse sibi nam as-

ferit, & Cimbros agmine facto, hunc inuasisse locum, a Boiisque eiectionem
 Isirum & Scordiscos gentem Gallicam petentes descendisse. Mox Teu-
 ristas & Tauriscos, & hos nationis Gallica, Luetios adiisse, viros quidē
 plurimo locupletes auro, ceterum in pace vitam agentes: cumque con-
 flatas latrocinij opes longe suis ampliores esse viderent, in Heluetios sese
 contulisse, & ex eis præcipue Tigyrenos & Toygenos, eosq; secum sollici-
 tasse. vniuersos vero deleuere Romani. Hæc ille. atqui ex his verbis
 nullus sensus colligetur. quare ab hoc loco, Mox Teuristas, &c. ea
 vero ita vertenda erant: Dein in Teuristas & Tauriscos, & hos Galli-
 ca gentis, mox in Heluetios, auro quidem abundantes viros, ceterum in
 pace degentes. Porro cum Heluetij, illorum, nempe Cimbrorum, ex
 latrocinij conflatas opes suis longe ampliores vidissent, ipsos commo-
 tos, maxime vero ex eis Tigyrinos ac Tuginos, simul cum illis, scilicet
 Cimbris (in expeditionem aduersus Romanos) excitos esse. Vniuersi
 vero deleti sunt a Romanis, &c. Interpretem decepit (ut
 dixi) exemplar, quod pro Ἐλευπίους habuit Λαυηπίους, quos duos
 populos esse credidit. Præterea illud ἐρῶντες idem existimauit re-
 ferre Cimbrorum, cum referat Heluetios. quod luculenter ex libro
 eiusdem Strabonis quarto patet: Φασὶ δὲ (inquit) πολυεῦστος τὰς
 Ἐλευπίους εἶναι, μηδὲν μίνοι ἤτιον ἐπὶ ληστείᾳ τραπέδιον, ὡς τῶν Κίμ-
 βρων ὁμοειδῶς ἰδοῦντες. Quæ verba interpretis ita vertit: Heluetios ma-
 gnæ auri vim possidere traditur: qui cum Cimbrorum opes cernant,
 nihilominus ad latrocinandorum studia conuerterunt. Hic ἀόρατον ἰδοῦ-
 ντες, ut antea ἐρῶντες, non recte vertit. sed cum ita interpretari o-
 portuit hæc verba: Fama est auro locupletes Heluetios esse, nihilomi-
 nus tamen ad latrocinia versos, posteaquam Cimbrorum opes vidis-
 sent. Hæc contra, atque nostra fert consuetudo, diffusius tracta-
 uimus: partim ut Lectori ostenderetur, quam incorrectus hic opti-
 mus auctor in manibus hominum versetur: partim, ut notum fie-
 ret, quam non omnia oraculi vice sint, quæ apud Liuium descripta
 leguntur. Pluris facio Strabonis Sallustiique quam Liuii in veri-
 tate historiarum auctoritatem. Nam qualis qualis alioqui fuerit Sal-
 lustius, certe in rerum gestarum narratione veritatem veritus est,
 quod in hoste Cicerone satis aperte ostēdit. Liuius odium in Gal-
 los per totam historiam nusquam non prodit, nusquam non idem-
 tidem eis vitia odiosissime obiectat: cum nulla alia gens Roma-
 nis terribilior fuerit; quorum aduentum non bellum, sed tumultum
 vocabant. contra quem, quicquid Romæ arma ferre pote-
 rat, conciebatur. ut si fortuna pro Gallis ita steteret, atque pro
 Romanis, facile Galli Romanos domuissent. Nec ratione caruit,
 quod C. Cæsar ærarium effregerit, execratione liberatam urbem
 asserens, quod ipse Celtas vicisset, ut est apud Appianum. Veteris
 Galliæ veram imaginem habent hodie Heluetii libertate & po-
 pulati dominio, præterea linguam veterem Gallicam & mores.
 Deinde Sequani, Rhenani, & ferre Rhenus, nisi quod aliquot ex

Germanis populi littoribus vtraq; ex parte Rheni occupatis, linguam suam cum nostra Celtica miscuerit? quæ Germanorum lingua in thematis a Celtica non admodum distat, pronuntiatione vero & diphthongis multum. Verum qui de his copiosius scitu dignissima legere volet, videat volumen D. Ægidii Tschudi Claronensis. V. C. apud Helucios, quod de antiquitate hæreticæ inscriptum est, vbi Plinii, a'iorumque auctorum loca de gentibus Alpina & vere, & eleganter, vt nemo hac ætate melius, explicauit.

IN ORATIONEM SAL-
LVSI III CONTRA CICE-
RONEM.

Nihil dicturus eram in hæc, non tam amaras (quamquam vix quicquam amarius fingi possit) quam pudendas orationes, nisi Quintilianns, in primis grauis auctor, eas citasset, nominatim libr. i. v. Institutionum Orato. capite *de exordio*. De quibus hoc verum non satis mirari possum, fuerit ne Senarum illi, qui tum orbis imperium habuit tantum otii, vt vel voluerit, vel potuerit tam friuolas audire accusationes: cum nostra ætate apud nos, Barbaros illorum opinione, nullus adeo humilis sit viculus, qui meretriculas duas ita concertanteis audire dignetur tantum abest, vt alicuius dignitatis viros; omnes cruce a signem clamarent Multos sæpe audiui, qui putarent ab eis scriptas quidem, sed non pronuntiatas coram Senatu, quod equidem nescio. Sed audiamus priorem Sallustium.

Pag. 129. *Vbi M. Tull. leges. iud. populi R.*) Populo Rom. in dandis casu habet codex Ald. nus. sed veritus in g. gnendi, quod malim. Illud autem, *in or. lib. 6.* quod proxime sequitur, quid sibi velit, apud me non admodum planum est.

Pag. 130. *Cum legis Plancia.*) Plancia cum n, non cum diphthongo *an* habebat codex Ald. nus hoc in loco. at in Catilina cum diphthongo, vt al. libri. *Plancia*, leg. bat. Diximus autem in Catilina de hac lege nobis nihil certi constare.

Pag. ibid. *Homonœus Arpinas ex M. Crassi fam.*) Ita fere habent codices, at ego non dubito ita a Sallustio scriptum *Homonœus Arpinas ex C. Marij familia;* non ex M. Crassi. Fuerat enim & Marius Arpinas, & homo nœus. Ergo subiungi *eigenmâs, eius virtutem imitatur:* cum ille summus bellator, Cretetanusque victor: ille manu hie lingua promissus.

Pag. ibid. *Illud vero amicitia tentat ac virt. effem.*) Illud vero amicitia tentat ac virt. effem. de u. amicitia non potest nos ad. ut. V. C. est. debet: *aliud vero amicitia, tantum ac virt. effem.*

neutro sensus clarus est, nec ego clare expedit. Non est mihi dubium, cum confutat: omnis huius duæ sint partes, prior per quaestio-
nem, altera per inficiationem: prioris esse hanc particulam, et al-
tera pars incipiat ibi: *Imo vero homo leuissimus*, Lectori hæc innuo-
duntaxat, ut occasionem deus altius cogitandi ac exemplaria di-
ligentiù inspiciendi.

Pag. 111. *ἔχθρῳ, licet oīliuisci pijs seruitur sua*.) Codex vetustus ha-
bebat *bis pro pijs*. Aldinus utriusq; emisit. et ego alterū, vel quid
simile adesse debere puto. Paulo post *Iupiter Opt. Mus. in conciliū
Deorum admisit*: in accusandi casu *concilium*, non *concilio*, præter
Aldinum codicem omnes alioqui legunt.

Pag. 121. *Quem amicum, quem in hac ciuit. obt.*) Ingenue fa-
teor, me hæc verba, ut in Aldino sunt codice, atque adeo etiam in
vetusto, ac cunctis aliis, quæ sibi mihi videre contigit, non intellige-
re. ideoque mutito, admonito tamen lectore, ut mecum ipse du-
biter, aut felicius, si queat, eruat. Transire, ut notum, facile erat,
si quosdam imitari velim, quos pudet fateri se non omnia vel sci-
re, vel intelligere.

IN ORATIONEM CICERONIS IN SALLVSTIVM.

Vel in hac oratione videre licet, quantum differat Cicero a Sal-
lustio: quanta breuitas in hoc, quanta in Cicerone copia. Sed
frustra hæc apud doctos, qui melius hæc norunt, apud indoctos
profus operam perdiderimus, si hæc indicare velimus. Ideoque
ad rem statim.

Pag. 131. *Quod si aut de mea vita, atq; act. nos.*) Ita habēt omnes
codices, quos ego vidi quod si recte legitur, non omnino poeti-
cum id fuerit, *actus* pro *gestis* ponere, ut Lucanus: *Licet ingentis
abruperit actus*. Nam Cicero quos hic *actus* vocat, postea *gesta* ac
res gestas nominat, imò postremum *actiones*. & ipse D. Erasmus
περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων, Apostolorum gesta maluit dicere, quam vel
Actus, quod vulgaris interpret, vel *Acta*, quod D. Cyprianus ver-
terat.

Pag. 132 *De eo quod falsum crimen bon. obieci.*) Pro quod, vetustus
codex habet *qui*, atq; ita legendum puto. Continuo post: *Quod si
vita istius memoriam vicerit, aliam. P. C. non ex oratione, sed ex mo-
ribus suis spectare debetis*. Badius, *vita*, putauit auferendi casus, at
ita verbum *istius*, omittit. Ego vero puto, *vita* in nominandi casu
positum, ac *alium*, masculino genere: non, *aliam* fœminino legē-
dum: atque ita reciprocatio in *suis*, locum quoque habebit: & *a-
lium*, in vniuersum dictum est, quasi diceret, *unumquemq; alium*.
nec sic Sallustius exclusus est. Continuo post, rursus vetusti codicis
lectio secus, quam vel Aldinus, vel alii habent codices, ita legit:
*Iam dabo operam quam maxime potero, breue ut faciam, neq; hæc al-
terca-*

tercatione *stra* vobis inuicilis erit, P.G.) Quamquã simplicius est, q̄
habet codex Aldinus, *vt breue id factum*. sed illud *neg*, non est po-
nendum post hæc verba, *altercatio hac*, vt idem codex male, meo
quidem iudicio, habet. Ceterum quod Cicero Scipionis ac Me-
tellos introducit, cum Sallustius, Paulos Fabios, ac item Scipiones
nominasset, puto factum propter C. Marium, & historiam Iugur-
thinam, nisi quis pro Metellos, aut Fabios, aut Paulos reponen-
dum existimet.

Pag. ibid. *Sed si fuer. aut in hon. per. nim. amb.*) Post *ambitosus*
distinguendum, imo omnia verba vsque vel alteram coniunctio-
nem *aut*, in parenthesi concluderem, oppido elegantem compa-
rationem duarum ambitionum continentia. Quatuor autem
enumerat falso obiecta: quæ si vera, inquit, erunt, tui similes plu-
rimi corruissent. Hic locus in Aldino codice pessime distinctus
est, & partim corruptus. nam pro, *in hac urbe vixissent*, reposuit,
in urbem venissent. Et nota dicendi genus per relatiuum ad postea-
riora genere conformatum, *quam in proscriptionem vocas*. item il-
lud: *Credo quod non omnes tui similes vixissent*. Continuo post idem
codex legit: *At quanto migliore loco respubl. tuenda staret*. Sed nemo
habet illud *tuenda*. nec ego quid ad sensum faciat intelligo. Item:
Fortunata natam illud *natam*, non omnes habent codices, Badius
etiam deinde putat. Paulo post: *Quid enim mentiri turpe du-
ces*. Idem Aldi codex falso, *dicis*, reposuit.

Pag. 133. *In uxorem & in filiam meam inuasisti.*) Quidam co-
dices non habent *meam*. Sed nota illud dicendi genus, *in filiam
inuasisti*. Item paulo post, *Mutuam gratiam relaturum*, in malam
partem.

Pag. ib. *Ego fugax Crispe Sallusti?*) Hæc hæc tenus verba inter-
rogaturæ legenda, sequentia non item. quod vtrunque codex Al-
dinus neglexit. item *Vnus experiri*, habent vetusti cod. melius quã
unus, quod Aldinus. Mox: *Qui postquam ille suum animum, &c.*
Longum hyperbaton vsque ad reuert. *Qui reuert. postquam ille su-
um animum perbacchatus est*. De P. Clodio loquitur. De die autem
reditus sui ab exilio, ipse Cicero copiose disserit lib. v. ad articulum
epistola prima. *Aduentu item meo*, vel intelligitur *in*, ait Badius,
vel ablatiuus pro datiuo est positus.

Pag. ib. *Muli arma sua timere voluerunt.*) Aldinus codex *ti-
mere* legit, sed non recte vt puto. Videntur autem vel ex hoc loco
hæc orationes habitæ post C. Cæsaris eadem. Nam haud scio, vi-
uente illo ausus ne fuisset ita libere loqui Cicero.

Pag. 134. *Sed hab in sod. sacrilegy Nigidiani.*) Et hisce verbis er-
re autus elenur sentis. in alio codice legitur: *Sed abijt in so. li-
tium sacrilegy Nigidiani*. Accuratigitur Sallustium Cicero scilicet
Nigidium, qui cum sacrilegy sodalium habuerit. De Nigidiano
autem quod scribit, adhuc cogita.

Pag. 134. *Secutus hunc locum & hunc ord. desp.*) Verustus codex non habuit, *secutus est*. sed absque eo non est ullus sensus, nisi aliud quippiam adponatur. Illud *despectum*, ambigue dictum. Continuo post: *Itaque timens, ne facinora eius clara vobis essent.* Aldinus codex, *clam vos*, habet, ut accusatiuum casum habeat præpositio, quæ alioqui ablatiuum poscit, ut Virg. in *Post* fecit:

En unquam patrios longo post tempore fines.

Verustus tamen codex habet: *Itaque timens ne facinora eius clam vobis essent.* quæ lectio placet. Paulo post mire experrecti positum pro *vigilantes*: *Sed ita experrecti non sumus, ut a te cauere possimus.*

Pag. ib. *Quo usus est quisque eorum, pro lege.*) Illud *eorum*, quæ ratione dictum sit, haud equidem intelligo, etiam si ad Censores quidam referunt. Lectori iudicandum relinquo, num locus bene habeat.

Pag. ibid. *Et idem victor, qui exsules reduxit.*) Puto eum de C. Cæsare loqui iam caeso, qui rempubl. oppressit; cuius partibus adhæsit Sallustius. nam de C. Sulpicio apud Florum libr. **LXXVII.** qui infeliciter id tentauerat, intelligere velle, plane ineptum est. Verum quos exsules reduerit Cæsar, nisi quod omnes eius partibus adhærentes, hostes a Senatu iudicati erant, mihi non liquet. Ego locum corruptum puto, & aliquot desiderari verba. quod cur toties Lectorem adme neam, ratio a nobis sæpius nunc dicta est.

Pag. ibid. *Neque aliter vexauit ac debuit.*) Non puto facile quemquam hanc locum intelligere: *vexantur* homines, non magistratus ipse prædæ loco acceptus. Paulo post: *Quod tantum in unam voraginem cæus omnium vitiorum excefferat.* Pro *quod*, alibi est *quo*, & *excefferant*, verbum pluraliuo numero. Vnde ego suspicor pro, *quod tantum*, legendum, *quo tamquam*: & optime procedit sensus ad sequentia verba. De numero, quando *cæus* vtriusque esse potest, non magni refert: ego tamen & pluraliter legerem, & *concefferant*: non, *excefferant*. *Cinadum* autem pro *Cillonum* legendum est. non enim Festi Pomp. expositio hic locum habet: prætereā *debitorum* magis, quam *deditorum*: & *notatissimi* plus, quam *notissimi* placet.

Pag. 135. *Sestertio duod. cum Cæsa. paciscitur.*) Et hic locus ostendit post Cæsaris mortem has orationes habitas. Ceterum, & *sestertio* in auferendi casu, & *sestertium* in gignendi legitur: idque licere, multis elegantibus auctorum exemplis ostendit libro primo de asse Budæus. *Duodecies* autem *H-S* faciunt triginta milia coronatorum. Mox: *Vnde qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris.* Vetus est lectio. Nec *quo* elegantum, nec *quidem* omittendum, quod, utrumque fecit Aldinus codex.

des. Porro *Villam Tiburi* legendum potius quam *Tiburii*, vt ego existimo.

Pag. ibid. *Quod bis Consularem & bis triumph.*) Vbi Cicero *bis COS.* fuerit, nisi vel alicui iuffectus, vel *Procos.* factus bello in Syria gesto, scire non possum. Minus vero vbi *bis triumphauerit*, quem ne semel quidem triumphasse legi. Bello ciuili impeditus cum e Cilicia rediisset, ad Atticum longam ducit querelam. Ergo *bis triumphalem* ait, non autem triumphasse: quasi diceret, qui triumphum merueram, si fortuna non inuidisset. Igitur non ab eo quod fuit, sed ab eo quod esse vel potuit, vel iure debuit, sese laudat: vt verum sit, quod de eo dicit Seneca:

*Cicero se laudat non absque causa, sed
absque modo.*

IOANNIS RIVII CASTIGATIONES

IN SALLVSTIVM,

excusæ clō Io xxxviii.

Liber I.

IN CATILINAM.

CAPVT I.



Mneis homines, qui student sese prestare ceteris animantibus.) In manuscriptis aliis. *ue* *u*erustis est ordo verborum immutatus, *qui sese student prestare.* pro, *qui dant operam, uti prestent ipsi & antecollant.* id lenius & asperum minus esse videtur, nec aliter a veteribus citatur, velut Prisciano lib. vii. quo loco de accusatio tertie declinationis agit. ubi & *Omnis* hic legendum esse docet, pro *omnes.* Terentianus diphthongo *e* scribi vult in plurali cum hoc, tū similia nomina, quomodo fere & in vetustis inscriptionibus reperitur. Iam quod ad loquēdi rationem attinet, norit lector & Cicronem eodem modo locutum, nam II. *Officiorum, Gratum se videri studet,* inquit. & in *Eunuchi* prologo Terent. *Qui placere se studeat bonis quam plurimis.* Vbi interim miror quid ubi, quidam velint, qui & omisso accusatio *se,* versus constare arbitrentur, id quod secus habet & ab imitatore quopiam pronomen adscriptum putent, quod hoc modo Sallustius *Catilinæ* historiam ordiatur, quasi vero non eodem modo sit, ita uti ostendimus, & Cicero ipse locutus. Sed & alias Terentius haud dissimili modo loquitur, velut in *Eunucho,* *Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt.* Eodem modo II. *Tuscul.* Cicero *Est enim quoddam genus eorum qui se philosophos appellari volunt.* pro, *qui appellari philosophi volunt.* nam sic vsitatus dicitur. Terent. in *Andria,* *Vxorem detrerat dare sese mihi hodie.* Et, *Quæ sese inhoneste optavit parare hic diuitias potius, quam in patria honeste pauper viuere.* ubi etiā pronomine *sese* omisso, tamen sensus constat. quomodo & in illo *Liuii* II. *Decadis tertiz,* *Qui se bene mori, quam turpiter viuere maluit.*

Ne vitam silentio transeant.) Ita fere & impressa & calamo descripta exemplaria. nec male, ut opinor, verum in manuscripto quodam reperi, *transfigant.* ut in *Beroaldino* quoque licet eodem sensu, pro *traducant.*

Sed

Sed omnis nostra vis in animo & corpore sita est) Exemplaria manuscripta, *Sed nostra omnis vis.* quomodo & Seruius in Georgica 111 citat. quæ quæ & mollior & suauior, atq. adæventor innotq; lectio sit, dubitari minime debet. Consule autiũ iudiciũ, statim senties, quam & duriter & asperè concurrant, *vis no,* in *omnis nostra* quanto vero numerosius est, quãto aptius sonans; etborum ordinem immutes. nostra omnis vis. vel, vt in Mericægenfi quodam est, nostra vis omnis. nam sic ibi reperit. Ac nec, tanquã leue quid nec vilius momen i contempnas, nõ dabitur vero inuersione interdũ pãne poetica vt ad effluen- tum asperetam concursum literarum. Velut cum ait, *Q. Mucius augur Scauola.* nam illud alterum, *Q. Mucius Scauola augur,* cum propter si- um, quem literã efficere sentimus S, in altera voce extremam, altera primam, tum ob vastum & inam cõnunihiatum vocaliũ recurrentium paullo durius ei atque insuauius videbatur ita vt r. Ergo si naturalẽm ordinem Cicero ppter euphoniã & iudicioris sonitus gratia inuerrere non dubitauit, apparet nimis, anti referat qua quis in ordine arbitrario verborum collatio- ferieque vratur. Quod eo dico, ne quis hanc rem, ceu pãne fri- lam ac nullius ponderis, contempndam esse deat. Quam- am, ne quid dissimulem, in exemplari quodam manuscripto non est additum hoc loco *Scauola.*

Nam diuitiarum & forma gloria, fluxa atque fragilis est. virtus aeternaq; habetur.) In Fabriciano volumine *non est* non reperi- quod nili iniuria est librarii omisum, tunc *habetur est* ad pri- quoque referendum.

CAP. 11. ¶ *Quod si regum atq; imperatorũ animi virtus in pace et bello valeret.*) Legendũ, *ita vti bello valeret.* id cum suauius um Sallustianũ magis. Etenim fere semper apud hunc aucto- inuenias *sicuti* potius, quam *sicut,* *vti* quam *vt,* *veluti* quam *ut.* ipse quidem certe haud temere vniquã secus in vetustis co- libus reperi, licet excusi typis varient. Sic apud illos antiquissi- s, quos libenter Sallustius facit, vt imitetur, fere semper *vti* re- ras. velut apud Catonem de re Rustica, atque alios, quorum ymenta quãdam supersunt, vnde id conicere licet.

ita imperium semper ab optimo quoque ad minus bonum transfer-) In manuscriptis omnibus est, *ad optimum quemque ab minus o transfertur.* quomodo & sensus ipse exposcere mihi videtur; n fortunam dicit simul cum moribus immutari. ostendens vi- cer, imperia alio transferri propter vitia regnantium. nec se- interpret, quisquis is fait, legisse atque intellexisse hunc lo- n viderur.

itam sicuti peregrinantes transfegere.) Ita quidem Gymnicus. sed *transfere,* quomodo & exemplaria duo manuscripta habent, & n. Marcellus citat. licet aliter in Terentium Donatus, si modo non sunt mendosi cõdices. aliter itẽm duo ex mss.

pres, aut a Prisciano, si quid vetustissimis exemplaribus credendū, aliter citetur, tamen vulgaram hodie lectionem sequor. Aul. Gellius l. 1. statur, Valeriū Probū, id quod ipse ex familiari eius docto viro comperit, sic a Sallustio relictum affirmasse, *satis loquentia, sapientia parum*, quod *loquentia* nouatori verborum Sallustio maximo congrueret: *eloquentia* cum insipientia minime conueniret. Sed & Plinius in Epistolis huc respexisse videtur potest. *Itaque Iulius Candidus* inquit non inuenisse selet dicere, aliud esse *eloquentiam*, aliud *loquentiam*: nam *eloquentia* vix vni aut alicui, imo, si M. Antonio credimus, nemini: hęc vero quam Candidus *loquentiam* appellat, multis, atq; etiam impudentissimo cuius maxime contingit.

CAP. VI. (Ex pulcherrima & optima, pessima ac flagitiosissima facta sit.) *non optima* cum illa copula &, non est in vllq; manu scripto, quę quidem ipse viderim, nec Beroaldinum ea volumen habet.

Qui *Ænea duce profugit, incertis sedibus vagabantur.* Manuscripta *sedibus incertis*. vt adiectiuum sequatur, quomodo & Rodolphus Agricola citat.

Ita breui multitudo diuersa ac vaga, cōcordia ciuitas facta est. Hęc non sunt in manuscriptis, nec in impressis vetustioribus, nec in illo denique Parisiensi quod excudit Badius, castigauit Alexander.

Alij alio more viuētes, incredibile est memorari q̄ facile coaluerint. Manuscripti codices habent *alius alio more viuētes*, quemadmodum postea, *Alius alij tanti facinoris cōscij*. Et in Oratione Catonis, *Alius alij expectantes cunctamini*. Nec lecus in Oratione Lepidi, *Me alius alij principem expectantes ante capiamini*. Et ad Casarem de rep. ordinada, *Alius alij quasi prudentiorem secuti* Sic & Curtius V. *Alius alium leuantes conabantur ascendere*. Idem, *Nisi mutuo essemus miseri olim alius alij potuissemus esse fastidio*. & v. 11. *Aliusque alium adhortati in hostem salutis immemores ruere cœperunt* Sed & 11. *Alius alij occurrentes inuicem suspecti & solliciti ferebantur*.

Sed, postquam res eorum ciuibus, moribus, agris, aucta Hęc lectio in omnibus codicibus, quotquot ipse viderim, reperitur, verum Aul. Augustinus in 11. de ciuitate Dei sic citat, *postquam res eorum legibus*. vbi hodie *ciuibus*, nec male, vt opinor. in Augustino librato in eundem esse iulpicor.

Nam ceteri, metu percussi, a periculis aberant. Augustinus, quo dixi loco, habet, *longe a periculis aberant*: verum dissentientibus cunctis fere exemplaribus, in qua ipse inciderim.

Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validū erat, reip. consultabant Sic & in omnibus manuscriptis, at sunt qui *leuant, reip. consulebant*, quomodo Rodolphus idem citat, memoriane lapsus, au quod sic legendum iudicaret. Sensus autem est, *consilium reip. penes senes fuisse, qui ex auctoritate patres, ob atatem senatus vocarentur*. vt inquit Florus.

Pest, ubi regium imperium, quod initio conseruanda libertatis, atq;

CAP. X. ¶ *Carthago amula imperij Romani, a stirpe interijt.*) in manu scriptis est, *ab stirpe*, idque rectius, ut opinor.

Namque auaritia fidem, probitatem, ceterasq; bonas artes subuertit.) Legendum, *ceterasq; artes bonas*: ut sequatur adiectiuum, atq; ita fere codices habent in membrana descripti nec non vetustissimas quisque ex impressis.

Deos negligere.) *Manu scriptum negligere*, veteri more:

Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.) Legendum; *multos mortales*. *Subegit* autem, pro *coegit* positum est. Sic Tacitus saepe, *vi amoris subactus*. Et *Operas arena promittere subegit*. Sed & Liuius. *Qua subactus iniuria*, inquit, *contra P.R. bellum tam infesto animo suscepisset*. Virg. vi.

Castigatque auditque dolos, subigitque fateri.

Ciuitas est imputata.) *non est*, non habet exemplar Fabricianum, & elegantius abest, praesertim cum paulo post sequatur, atq; huc idem referri possit, tamen in manu scripto quodam neutrobi ponitur est.

CAP. XI. ¶ *Sed primo magis ambitio, q̄ auaritia, animos hominū exercebat: q̄ tamen vitium propius virtuti erat.*) in manu scriptis duobus est, *propius virtutem erat*. Sic Liuius iv. ab V. C. *Propius est fidem, obstringi Fidenatum populū conscientia tanti sceleris voluisse*. pro *verisimilius est*. Sensus autem hic est, ambitionem minus esse a virtute remotam (nam est in bonis etiā studium & cupiditas honorum) quā auaritiam. Sed & prior lectio bene sane habet *propius virtuti*. pro, cum virtute iunctius, vel affine virtuti. nam sic in Officiis Cicero, *Quae virtuti propiores sunt*, inquit, *verum Priscianus lib. xviii. propius virtutem legit*. & subdit ibidem hoc ex Iugurtha exemplum *propius mare Africum agitabant*. Aur. Augustinus in v. de Ciuitate Dei, *propius virtuti legit*, nec id esse librarii vitium, ex insequentibus ibidem intelligi potest.

Nam gloriam, honorem, imperium, bonus & ignauis aequae sibi exoptant.) Quanto melius in vetustis quibusdam, *bonus, ignauis*, omiſsa copula. id quod breuiloquentiae Sallustianae magis hic conuenit. Leue hoc, sed non ideo praetereundum.

Sed ille vera via nititur.) In quibusdam, *vera nititur via*. Id mihi rectius esse videtur.

Huic quia bona artes desunt, dolis atq; fallacijs contendit) In mss. quodam, ex bibliotheca Merseburgensi, legitur, *Hic quin, &c.* ut ad verbum *contendit* referatur. sed prior lectio melior.

Corpus virile animumq; effeminat.) In vetustis, *corpus animumq; virilem*, quomodo & Gellius citat, nec secus manuscripta. estque haec collocatio verborum melior.

Quo suo fidum acceptumq; faceret.) *non acceptum*, non est in manuscriptis, neque impressis paulo vetustioribus. Sed nec sensus ipse postulat, atque adeo potius, si quid est in me iudicii, prorsus

respuit ac repudiat. Nam exercitum Sylla, quod luxuriose nimisq; liberaliter haberet, fidum sibi fecit, seq; ipse militum animis carū acceptumque, non exercitum sibi reddidit. Quis enim est ita vinctum locutus, nisi abusum hac voce Sallustium dicere ausis. pro eo quod est *obnoxium*?

Quippe secunda res sapientium animos fatigant: nōdum illi, corruptis moribus, victoria temperarent.) In mil. atq; ali. & rectius, *ne illi corruptis moribus*. pro. tantum abest, vt illi corruptis moribus victoriæ temperarent, hoc est, victoriæ moderentur, neq; uimis eam crudeliter exerceant. Eodē modo & illi veteres citant, velut Priscianus xvi. de cōiunctione agens, licet is vim huiusce partiæ Ne. patū intellexerit, qua Sallust est peregrīter vsus, quo modo & Plautus, *Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existumes.* L. Iulius III. ab V. C. *Nonam inexperiamq; eam potestatem eripere patribus nostris ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderii.* pro. tantū abest, vt nunc desiderium ferant. Idē tamen Priscianus, velut oblitus eorum quæ semel dixerat, super xii. versus Æn. *Ne dum hic legit*, quo loco docet *Dum* pro cōiunctione repletiva accipi, subiciens hoc exemplū Terentii, *Solia edes dum*, & mox Sallustii, *Nedum illi corruptis moribus*. & quæ sequuntur. Didymum, quē quatuor in illa librorū scripsisse fecerit, vt alicubi testatur Seneca, certe quo nemo plura scripsit, si quid Fabio credimus, hunc memoria lapsū alicubi esse. & historiæ cuidam quam suis ipse libris inferuisset, tamquam vanæ repugnasse: quid iam mirum, cum Priscianus paucis in libris, quid ante dixerit, non commemorerit satis? iam quamuis quibusdam in exemplaribus, vt & Metseburgenfi *sapientum* legatur, sublata per syncopam e medio littera, tamen Augustinus *sapientium* legisse videtur, ni sint mendosi codices. Nam libro xvii. de ciuitate Dei de solomone loquens, & hunc Sallustii locum imitans, *Hic* (inquit) *bonis inijs, malos exitus habuit, quippe secunda res, quæ sapientium animos fatigant, magis huic obfuerit, quam profuit ipsa sapientia.* Nec aliter a veteribus citatur. & in tribus mss. eodem modo reperit. Quæ etiā in vita Claudii Trébelli Pollio, eodē modo reperit *Pleriq;*, inquit, *militēs Claudij secūdis rebus elati, quæ sapientium quoq; animos fatigant, ita in pradam versi sunt &c.* Sed & perperam quidam *obtemperarent* h. e. legunt, contra & exemplarium fidem, & sententiam. Tamen eodē modo Metseburgense, & Florentinum quorūdam. Corn. Tacitus xix. *Qui nuper Bibracii victoria temperassent*, inquit.

CAP. XII. § *Nihil pensi neque moderati habere*) In manuscriptis duobus, *atque moderati*. sed eodem omnino sentu. Est in Argenteratenū, *nihil pensi, nihil moderati habere*, quæ & ipsa nihillectio probatur, non mehercule minus, ac veravis superiorum. In Veneto legitur, *nihilque moderati*. quomodo in aliis quoque non nullis. Quid multa? vt codicum fidem in pergamen-

his descriptorum libenter sequor, ita lectionem etiam comprobato peruiulgatam, quam & Badianum & Gymnici exemplar habet. ubi illud obseruandum tamen, negationem plane superesse, ea- que detracta eundem manere sensum, ita ut & alia saepe. Sallustius in Iugurthino, *Nihil pensi, inquit, neque sancti habet.* Hic ut nulla sit in posteriore loco negatio, tamen sensus integer erit. Idem eodem in libro, *Nam dolus Numidarum nihil larguidi, neq; remissi patiebatur.*

Cum domos atque villas cognoueris in urbium modum adificatas.) Manuscripta volumina, *exadificatas:* nec secus exemplar Beroaldinum. utraque lectio probe quadrat. ut verbo *exadificare* non semel Cicero vitur.

At hi contra ignauissimi homines, per summum scelus ea omnia socijs alimere, que fortissimi viri victores reliquerant.) in vetustioribus quibusdam est *hostibus reliquerat.* Est enim perperam hic Dat. uis in recentioribus omissus. ni fallor. nam hostes opposuit socijs, fortissimos viros ignauissimis hominibus, relinquere denique non adimere, salutem victoriam.

Perinde quasi iniuriã facere, id demum esset imperio uti.) Legendum e manuscriptis, *proinde quasi.* nam ita fere veteres, ut est in Terentio Plautoque videre nec raro apud Cicronem, atque alios.

CAP. XIII. *(Non famem aut lassitudinẽ, non sitim, neq; frigus operiri, sed ea omnia luxu antecapere.)* Legitur ex manuscriptis, *non famẽ aut sitim, neq; frigus, neq; lassitudinem operiri.* quomodo item Aldinum exemplar. Est in duobus tamen manuscriptis, *non famem, non sitim &c.* quomodo codex quoque Beroaldinus.

Omnium flagitiorum atq; facinorum circum se, tanquam stipatorum caternas habebat.) Quamuis eodem modo & Fabricianum volumen, tamen est in manuscriptis quibusdam, ut & Merseburgeris, *omnium flagitiosorum & facinorosorum.* id quod sensus quoque postulat. Porro spectatum mox recenset istos flagitios & facinoribus cooptos, ut erant *impudici, adulteri, ganeones, decoctores, aleatores, parricidæ, sacrilegi, periuri, conuicti iudicijs,* atque id genus alii. mit quis forte *et q; saluã* locutum Sallustium puter, vel auxilium usum; cum colluuiem inuere hominum pessimorum veller. Facit cum Merseburgeris Florentianum.

Alea manu, ventre &c.) non alea non est in mss.

Bona patria dissipauerat.) In mss. est, *lacerauerat.* sicut & in impressis vetustioribus. pro *patrimonium confecerat* Quod ad sensum tamen attinet, prior lectio bene habet. nam & apud Cicronem est, *dissipare fortunas, dissipare & dissipare patrimonium.*

Periuriosam ciuili sanguine atebat.) Legendum *sanguine ciuili.* ut sequitur adiectiuum ex manuscriptis.

Sed maxime ad lascentiũ familiaritates appetebat.) Hæc vera lectio, contra quam est in recentioribus libris, ubi supersunt quæ-

dam. Sic autem codices habent in pergamenis descripti, & ex impressis plerique.

Nam ut cuiusq; studium ex atate flagrabat.) Est quidē in plerisque, *ut cuiusq; ingenium*, sed perperam, ut opinor. nam & *studium* est in manuscriptis & eodem modo Felicius Durandinus legit. Namq; hunc sententiam reddens, ut eorum diuersa studia perspexerat, inquit, sic dissimili ratione in suam familiaritatem illexerat.

C A P. XV. ¶ *Ita conscientia mentem exagitatam vastabat.*) In mss. duobus reperi *excitam*, ac sic, ni fallor, exemplar Aldinum habet. Sed & *vexabat* in quibusdam est, pro *vastabat*. velut in duobus calamo descriptis, & Florentino. quomodo & Riccius Lugienfis alicubi se legisse testatur. Mox,

Igitur color eius ex sanguis fædi oculi.) Probus grammaticus legit, *color ex sanguis*. Eius verba subiiciam: *Lor*, inquit, *tertia sunt declinationis, o in nominatiuo correpta, in genitiuo producta, vis syllaba terminato hic calor pallor, coloris palloris, color coloris. quamuis Sallustius, Igitur colos ex sanguis; sicut labos & labor. meminit huius & alias idem. Ex manuscripto legendum suspicor, colos ei ex sanguis, quomodo & Parisiense. non, eius. Porro fædos oculos dixit. pro eo quod est, sæuitiam & immanitatem præ se feretes. quomodo hic accipi fædum, cum in Eunuchum Donatus, tum Seruius in II. Æneid. adnotauit. nam alias fere turpe significat & flagitiosum.*

C A P. XVI. ¶ *In Italia nullus exercitus erat.*) In manuscriptis atq; aliis vetustioribus non reperitur, *erat*, & maiore cum gratia abesse poterit, nullo sensus detrimento. Ac, ni fallor, ex addita glossa in contextum irrepsit, ut alia multa, quomodo paullo post, ubi hodie fere, *sed ea prorsus opportuna Catilina videbantur*. verbum *videbantur* ex glossa irrepsit. nam in antiquioribus non est. intelligitur enim *erant*, uti sæpe alias.

C A P. XVII. ¶ *Eo omnes conuenere senatorij ordinis P. Lentulus, &c.*) omnes, omittendum esse duco. neq; enim in manuscriptis, aliisq; vetustioribus reperitur. neq; sententia postulat.

Ad hoc multi ex colonijs & municipijs quidam nobiles erant. præterea cōplures &c.) qui, non est in mss. nec in impressis quibusdam. itaq; mihi sic legendū videtur, *Ad hoc multi ex colonijs & municipijs domi nobiles. erant præterea cōplures paullo occultius consilij huiusce participes nobiles. &c. erant*, ad sequentia pertinet, & sic est in manuscriptis hic distinctus locus: contra quam in recentioribus. Sed & huiusce, non huiuscemodi, codices habent antiqui.

C A P. XVIII. ¶ *Sed antea item coniurauere pauci contra rem. in quibus Catilina fuit. de qua quam verissime potero dicam.*) Hæc vera lectio. Ceterum in Argentoratensi, quod est a Schurrerio excusum, reperi, de quo. perperam videlicet. nam præter exemplarium & in his manuscriptorum fidenter atq; consensum legit eodem modo libro II. Diomedes, ac subaudiendum mouet coniuratione. quomodo item interpres.

L. Lulic,

L. Iulio, M. Lepido consulibus, P. Antronius, & P. Sylla designati cōsules, &c.) Volumen Fabricianum Tullio, quæ verior lectio; licet in duobus calamo descriptis L. Tullio repererim. Cicero pro Sylla hunc L. Volcatium appellat, quemadmodum Asconius quoq; Pedianus: tamen hic alicubi L. Volcatium Tullium vocat. His igitur Coss. cœpta prior coniuratio est. Post hos L. Torquatus & L. Cotta fuere cōsules, quos consulatum iacientes interficere in Capitolio P. Antronius & L. Catilina parabant. sicuti paullo post restatur Sallustius. Hi autē in P. Syllæ & Antronii locum, quos ambitus ipsi damnarant, creati fuerant. Dein fuere L. Iulius Cæsar, & C. Martius Figulus quorum supra Sallustius meminit. His Coss. altera coniuratio cœpta est. Post hoc M. Cicero cum C. Antonio. His Coss. mense Octobri patefacta coniuratio est, & de coniuratis supplicium sumtum. Quod in Horatium Glareanus L. Iulium Tullum vocat, quem nos L. Volcatium Tullum, est haud dubie memoria lapsus, nisi quis incuriæ adscribere malit. Sed & Haloander hunc ipsum in catalogo consulum L. Torquatium Tullum appellat, quam recte alii viderint.

Sunt qui ita dicunt, imperia eius iniusta.) In Fabriciano atq; alio quodam est, *dicant*. idque rectius atque Latinius nisi qua *irregis* modi esse velit. Paullo post,

C A P. XIX. ¶ *Ex voluntate eius Pisonem aggressos.*) Illa ex præpositio non est in manuscriptis, licet in aliis fere sit. nec exemplar eam Beroaldinum habet.

Nec eam rem in medio relinquemus.) Hic perperam quidam derelinquemus. Cicero pro Cælio, *Neminem nominabo, tantum in medio relinquam.*

De superiore coniuratione satis est dictum.) *no est*, nō reperi in manuscriptis; ac elegantius abesse poterit.

In abditam partem adiū secessit.) Manuscripta duo, *secedit*. quomodo & alia pleraque.

Nisi virtus atque fides vestra satis spectata mihi forent.) Legendum e vetustis, *Ni virtus fidesque vestra spectata mihi forent*. omittit particula illa *satis*, quam nec Fabricianus habet codex, nec requirit magnopere sensus. Si quis tamen eam adiectam velit, non admodum repugnabo. est enim in Meiseburgensi. Sed & Terent. *Satis iam Simo, satis spectata erga te amicitia est mea.* Beroaldinum exemplar eam non habet. *Ni*, pro *nisi* ponitur. & sic numerus ipse exigit, cuius est obseruantissimus Sallustius. Nec vero aliter Seruius in Georgica Virgilio citat. tam illud, *virtus atque fides vestra*, vastum quid nescio atque immane sonat. quanto modulatus, *virtus fidesque vestra.*

Spes magna, dominatio, in manibus frustra fuissent.) Ita & manuscripte fere, quæ ipse viderim. in recentioribus, *spes magna dominationis*, legitur.

Simul quia vobis eadē qua mihi bona malaq; esse intellexi.) id est non est in Merseburgensi, neq; in Venet. o, aut aliis impressis vetustioribus. ac elegantius & maiore cum gratia abell. videtur.

Nam idem velle atq; idem nolle, ea demum firma amicitia est.) sic & in Hecyram Donatus. in Fabriciano Venet. o, idem velle atq; nolle. Perperam autē est in exemplari Coloniensi additum *res*. nec enim in vetustis reperitur.

Qua ratio vita futura sit, nisi nosmetipsos vindicemus in libertatem, se geodū arbitror, ni nosmetipsi. & etiam praterquā q̄ elegantius est, etiam veterum consensu codicum magis comprobatur.

Ceteri omnes strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate.) Quamvis eodem modo codices manuscripti, est in plerisque tamen, ut & Beroaldino, *vulgus sumus*, tempore praesenti. pro nullo numero habemur, hoc est, contemnimur & despicimur. sed & *fuimus*, non sane displicet, quod exemplaria fere habent

Nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem.) In vetustis est, *repulsas nobis reliquere, pericula, iniuria, egestatem*. Vera verborum series concinnior esse videatur, alii iudicant.

Qua quousq; tandem patienti o fortissimi viri) In Fabriciano & Beroaldino non est, o. ac mihi sane ab interdatore insulso additum videtur. est tamen in Merseburgensi & aliis.

Nonne emori per virtutem praestat, quam vitam miseram, atq; inhonestam, ubi aliena superbia ludibrio fueritis, per aedecus amittere?) Volumen Fabricianum habet, *ubi aliena superbia ludibrio fueris*. id haud dubie cum rectius, tum elegantius esse videtur. & talis temporis numeri, incredibilem quandam gratiam & venustatem habet.

Verum enimvero per deum atque hominum fidem, victoria in manu nobis est.) Priscianus legit, *Pro Deum acque hominum fidem. x i v. Pro, inquit, etiam interiectionis loco ponitur, & circumflectitur. Ut Sallust. in Catil. Pro Deum atque hominum fidem.* Neque secus interpret, quicumque is, legisse videtur. In vetustis inscriptionibus fere *proh* reperitur, contra quam vel Priscianus ipse, vel alii quidam velint. nam & Festus cum Prisciano facit. Inter alias enim significationes huiuscē particulae *pro*, quas multas lib. x i v. recenset, etiam admirationi seruire eam docet. ut, *Pro Iuppiter*. nam hoc ipse exemplum subdit.

Nisi forte animus me fallit.) Manuscriptum habet, *ni forte animus fallit.*

C A P. XXI. ¶ *Tametsi illis quietam mouere magna merces videbatur)* Est in aliis, *quietam remp. mouere*. sed manuscriptorum fere cū priorē lectione faciunt. & illud, *quietam remp. ex glossa irrepsisse suspicor*. nam *quietam mouere*, hic est *quietum & tranquillum statum civitatis turbare.*

Tamen

Tamen postulauere plerique, uti proponeret.) In Fabriciano est, *tamen postulare plerique. pro postulabant. ut sit εναντιον modi, vilitata historicis.*

Qua pramia armis peterent.) Manuscriptum, *qua armis pramia peterent.*

Tum Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptionem locupletum.) Manuscripta, ut & impressa quaedam, *proscriptionem locupletium.* id mihi rectius numerosiusque esse videtur. sed & Cicero utitur hoc genitiuo ad Atticum, *Nec moderatiorem quam Sulla, in pecunijs locupletium.* nam in ablatiuo dici *locuplete* & *locupleti*, docet Q. Rheuanius Palaeon. vnde genitiuus existit *locupletum* & *locupletium.* quamquam idem Cicero ne quid d.lli muleret, *proscriptiones locupletum* dicit in Paradoxis; ut in vulgatis est exemplaribus: nam in manuscripto *locupletium* reperit. Porro *tabulae nouae* Latinis dicuntur, quae Graecis *γενεις διαγραφαι.* quomodo & Cicero appellat v. l. ad Atticum. Est autem publica quaedam acria alieni abolitio, & pecuniarum creditarum quasi condonatio. Meminit harum Cicero l. l. Officiorum, & Lilius l. l. belli Macedonici. ut interpretis uolentiam iure mireris, qui hic *admirandas tabulas, & artificiose pictas,* intelligit per *tabulas nouas*. Proscriptionis uero nomen a bellis civilibus initium ducit. nam in tumultu & dissensione ciuili, cuiusmodi existere Marii & Sullae, Caesaris & Pompeii, qui consecuti uictoriam erant, si nomina eorum, qui fuisse diuersarum partium putabantur, in tabulis descripta proponebant, constitutis praemijs, si quis eorum quemquam occidisset, bonis etiam proscriptionum publicatis atque hastae subiectis. Porro Sulla proscriptionis tabulas prius proposuit, isq; non contentus in eos struere qui armis a se differant, etiam quicquid animi ciues, propter pecuniae magnitudinem, proscriptionum numero adiecit, quemadmodum Valerius inquit. Postea obtinuit consuetudo, ut in exilium eiectioni, *proscripti* dicebantur. Ergo *polliceri Catilina proscriptionem locupletum,* uimirum ut illis in effectis, impetus in eorum bona fieret.

Magistratus, sacerdotia, rapinas, & alia omnia qua bellum atque libido uictorum fert) In manuscriptis est, *alia omnia,* omilla illa & copula.

Praterea esse in Hispania citeriore Pisonem dicebat, in Mauritania cum exercitu &c.) In manuscriptis atque alijs uerustioribus non est *dicebat.* & maiore cum gratia abesse poterit. irrepsit autem ex glossa addita.

Cum eo se consule initium agendi belli facturum.) Sic & Aldinum exemplar. Merseburgense habet in spatio, *agendi, supple bellum.* Verum in ceteris manuscriptis non est *belli.* ac neque lenis ipse, neque Latinitatis ratio patitur, ut addatur, nisi quis legere ualuit, *initium belli facturum,* ut omittatur, *agendi.* quomodo exem-

plar habet Beroaldinum. nam inferius quoque, *Qui initium belli facerent*, inquit. *sed & Caesar, Omnibus pollicitationibus ac premijs deposeunt, qui belli initium faciant.* Hoc loco etiam se *consulem* habent codices in membrana descripti, casu accusatiuo, consentientibus impressis quibusdam. quod non saue displicet.

(Hæc maledictis increpabat omnes bonos.) Quamquam eodem modo Aldinum quoque exemplar, tamen rectius in manuscriptis, *Ad hoc*. nam sic fere Sallustius alias, nec aliter Tacitus.

Suorum nunquamq; nominans laudare, admonere aliū egestatis, alium cupiditatis ius.) Perperam Gymnicus, *admonebat*: quamquam sic in aliis quoque est. irrepsit autem ex glossa. Mecum facit exemplar Venerum, Schurrerianum, alia pleraque.

Multos Syllanæ victoria.) Manuscripta, *multos victoria Sullanæ*, ut adiectiuum sequatur. Paulo post, *conuentum dimisit*. nam ita codices in membrana descripti.

CAP. XXII. ¶ *Inde, cum post execrationem omnes degustassent, fieri in sollempnibus sacris fieri consuevit, dicitur aperuisse consilium senatum.*) *et dicitur*, ex glossa irrepsisse videtur: neque enim est in veteritis. & elegantius, citraque detrimentum sensus abest. Meiseburg: *inse fieri consuetum*; sed eodem sensu.

Atq; eo dictare, quo inter se magis fidi forent.) Hic mire variant exemplaria vetusta. Quid si legas *atque id ea re*, siue, *eo fecisse*, tamen si hoc verbum cum in manuscripto sit, in recentioribus desideratur. vel, *atque eo id ante fecisse, quo inter se &c.* quomodo legendum esse, coniectura quadam ducor ad suspicandum. Hæc iam adnotaram, cum ecce in duobus manuscriptis reperio, *atq; eo dictam rem fecisse*. quæ mihi lectio maxime omnium probatur. & habet eandem exemplar Beroaldinum.

Non nulli ficta & hæc & multa præterea existimabant esse ab his qui Ciceronis inuidiam, &c.) *et esse* non est in mss. neq; in impressis vetustioribus, ac solet interdum per ellipsin abesse; summa cum venustate orationis, ut est ab aliis quoque adnotatum.

Nobis autem ea res.) *et autem* non habent exemplaria manuscripta, ac rectius abest.

CAP. XXIII. ¶ *Quæ censores senatu probri gratia amouerant.*) Quid si legas, *mouerant*. nã sic fere dicimus, *mouere senatu*, pro *eicere*. Alterù illud, haud scio, an sit vsipiam lectũ, aut si est, rarum certe est. Fortasse illa vocalis *e*, in antecedente dictione extrema, eademque in *amouerant* prima, locum erroris fecit. Hæc iam scripseram, cum ecce inspecto codice Fabriciano, *mouerant* ibidẽ reperi. licet in aliis *amouerant*. Ceterũ, ut hoc quoque obiter addam, censores ut in amplissimũ ordinem plerumque, quos commodum foret, legendi ius habebant, ita & senatu mouere solebant, si quos honore amplissimo indignos iudicassent. itaq; & hic Sallustius *Q* Curiũ hominem flagitiis atq; facinoribus coopertum, senatu a censoribus motum dicit.

Neq; reuicere qua audierat, neq; sua & ipse scelera occultare.) Est in quibusdam, vt & Merseburgenti, neque suametipse scelera. Quomodo Liuius v 11. ab V. C. Epoto medicamento, suametipse fraude interierunt. Sed & prior lectio placet. nam idem Liuius v 11. belli Punicici secundi, Ita inde Annibal, inquit, sua & ipse fraude captus abiit. & prorsus quod mox sequitur, ad sequentia pertinet, ac perperam est a Gymnico superioribus additum. vt sit, prorsus neq; dicere, neque facere quidquam pensis habebat. pro, nihil curabat. Liuius, Quis neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam vquam pensis fuisset.

Erant ei cum Fulvia nobili mulieri stupri vetus cōsuetudo.) In aliis, muliere nobili, quomodo & in manuscriptis. elegantius autem sequitur adiectiuum.

Maria montisq; polliceri cœpit, minari interdum ferro.) Perperam est in recentioribus addita illa & copula, ad verbum minari. quod vt ad sensum nihil, tamen ad orationis venustatem facere haud parum videtur. Ferrum pro gladio dixit per metonymiam, vt ex materia intelligas rem confectam. Et quamquã hæc figura poetis familiarior sit, vtur eã tamen & Cicero nonnumquam, velut pro Cæcinnia, In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. & homines instructi & certis locis cum ferro collocati.

At Fulvia insolentia Curij causa cognita.) Legendū e vetustis, insolentia. pro, vbi causam cognouit insolentiæ Curii. nam apiculus ille, quo fit diphthongus, perperam est in impressis omissus.

Quæ & quomodo audierat, compluribus narrauit.) Legendū, qua quomodo audierat. nam est illa & copula ab insulso fortan litteratore addita. neq; enim in manuscriptis reperitur. nisi quis legere malit, quæ & quomodo audierat. nam sic quoque legendū, coniecturis quibusdam adducor vt suspicer.

Si eum quamuis egregius, nouus homo adeptus foret.) In manuscriptis est, homo nouus. quæ collocatio verborum melior. qua & Cicero fere vitur. Dicitur autem homo nouus, quī nulla generis & prosapix nobilitate commendetur, & qui propter ignobilitatem a se ortus videatur; hoc est, qui nulla adiuuetur in adipiscēdis honoribus cōmendatione maiorum, quiq; nullas horum ostentare imagines, nec res gestas virtutesque iactare possit. Cicero Philippica v 1 Quid enim non debeo vobis Quirites, quem vos a se ortum nominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis. Idem in Sall Ego, inquit, maioribus meis virtute meã præluxi, vt si prius noti nō fuerint, a me accipiant initium memoria sua. vtrouique significat, se esse hominem nouum. Testatur & Plutarchus in vita M. Cætonis, homine appellari nouos ab Romanis ἑὸς δὲ πρῶτος δὲ ζῶν ἄνθρωπος, ὁμοῦ δὲ πρῶτος ὁ πρῶτος δὲ αὐτῶν vt ipse inquit, Huic in uerbis Sallustius opponit hominem veteris prosapix, ac multarum imaginum, quem vno verbo nobilem dicimus.

CA P. XXXI. ¶ *Neq; loco, neq; cuiquam homini satis credere.*) Legendum, *neq; homini cuiquam.* ut est in mss. atq; hic in hisce vocabulis ordo fere semper apud alios quoque reperitur.

Et ipse Plantia lege interrogatus erat.) Manuscripta, *lege Plantia,* ut sequatur ad eum, ita ut in talibus fere solet. nam dicimus, *lex Julia, lex Manilia, &c.*

Sicuti iurgio laceffitus foret, in senatum venit.) In aliis est ordo verborum mutatus, licet manente sensu. Sed ad hæc & similia est nobis conueniendum, ne minutis in rebus occupari, & *videamur.*

Catilina ut erat paratus ad simulanda omnia.) Manuscripta, *ad dissimulanda omnia.* & sic item ex impressis quedam, velut Beroaldinum & Venetum. *dissimulamus* autem quæ sunt; *simulamus* quæ non sunt. sed & paulo ante de eodem Sallustius: *Postremo dissimulandi causa &c.* quamquam vulgatam lectionem non reuicio, quam & Merseburgense habet.

Ita ab adolescentia vitam instituisse, uti omnia bona in spe haberet.) Alii, *haberent,* pro, ut omnia bona de ipso speranda & expectanda forent. Perperam & Gymnicus & alii, *dicebat vitam instituisse.* quod verbum ex glossa addita, ut opinor, irrepit in contextum. nam maiore cum gratia & venustate abest. Ita Cicero, *Habendas esse quam laxissimas habenas. caput enim esse ad bene viuendum securitatem,* & Virgilius *ix Æneid.*

— tunc Nisus & vna

Euryalus confestim alacres admittier orant,

Rem magnam pretiumque mora fore. supple, *dicunt.*

Tale illud quoq; in Iugurtha: *Postero die cū Aulo in colloquio verba facit. tamen se ipsum cum exercitu fame ferroq; clausum teneat, tamē se verum humanarū memorem, si secum fœdus faceret, incolumes omnes sub iugum missurum vbi perperam est in Veneto quodam, tamen se dicit memorem.* quod verbum ex glossa addita irrepit.

Ne existimarent) Perperam Gymnicus *neq;*

Cuius ipsius atq; maiorum plurima beneficia in plebem R erant.)

Legendum, *essent,* quomodo est in vetustis. atque ita & sensus ipse postulat, & elocutionis ratio.

Ad hæc maledicta vilia cum adderet.) In mss. ceterisq; vetustioribus est, *Ad hoc.* atq; ita fere Sallustius, numquam aliter.

Incendium meum ruina restinguam.) In manuscriptis est, *extinguam.* quomodo & in aliis quibudā. nec secus legit Felicius Durātinus, hæc verba citans. verum mihi prior lectio magis arridet. nam & Cicero pro L. Murena, Catilinam ait Catoni iudiciū minitanti respondisse *si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum.* Sed & Florus eodē modo: nam Sallustii verbis utens, *Cōsul, inquit, habito senatu in presentem parricidā reum. Cicero perorauit. sed nō amplius profectum q̄ v;*

hostis euaderet, seq; palam professo incendiū suum restincturū ruina minaretur. Val. Maximus verbo *extinguere* utitur: *L. vero Catilina inquit, in senatu M. Cicerone incendium ab ipso excitatum dicente, Sertio, inquit, & quidem illud si aqua non potuero, ruina extinguam.* lib. IX. cap. de dictis improbis aut factis sceleratis.

C A P. XXXII ¶ *Deinde se ex curia domum proripuit.*) In quibusdam est, *e templo proripuit.* priorem lectionem in Aldino quoque reperias & in manuscripto. sed est idem sensus, utroqueq; modo legas. Cicero in Catilinam obiter ostendit senatum ab se fuisse in aedem Iouis Statoris vocatum, reinq; omnem ibi ad P. C. delatam, eodemq; Catilinam venisse, sui, ut hic Sallustius ait, purgandi causa. Sed & Plutarchus in vita Ciceronis vocatum ab eo senatū ait, εἰς τὴν ἑστῆσαν διὸς ἱερόν, ὅτι τοιοῦτα βουλευόμενοι καλεῖσθαι, ut ipse inquit, E quibus liquet, nō inepte legi posse, *ex templo.* Sed hoc in medio relinquimus.

Et ab incendio intelligebat urbem vigilijs esse munitam.) τὸ esse non habet codex Merseburgēsis neq; manuscriptus ille, cuius plerumque fidem sequor. nisi quod in spatio ipso quod versus dirimit, idē adiectum est. nec est in impressis paullo emendatioribus.

Multa antecapere qua bello vsui forent.) Perperā Gymnicus, *multa loco antecapere.*

In Manliana castra profectus est.) Hanc lectionē probo. nō dissimulabo tamē, qui me scrupulus male habeat. Merseburg. codex, vnus ex omnib. habet, *Maliana*, simplic. *l.* sed & *Malius* ibidem fere semper, contra quā in alijs, reperitur. eodem modo apud Plutarchum in vita Ciceronis, *Μάλιον*. Interpretem miror, cur *Maniliū* verterit, vbi Plutarchus, ἀποὶ τοῦ ἡγεμόνα Μάλιον ἔγοντες. Sed & post, *αὐτὸς τὸ Μάλιον*, semel atq; iterum *ad Manilium* vertit interpres, is qui vitam Ciceronis ex Græco in Latinum sermonem transtulit. nō auter fortasse, ac nos hodie, suo is in codice habuit. nam potest ille locus mendosus, quod ad hanc vocem attinet.

Mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmet.) In quibusdam est, *ut confirmet.* sed prior mihi lectio magis aridet, quam & codices manuscripti habent.

C A P. XXXIII. ¶ *Sæpe maiores nostri miseri plebis R.*) In Merseburgensi est, *miseri*. quod participium apud Terentium atque alios reperitur. nec secus exemplat Fabricii nostri.

Te atq; senatum obtestamur, ut consulatis miseris civibus.) τὸ *ut*, non est in manuscriptis, & rectius abesse poterit, facit nobiscum exemplar Berœaldinum.

Nunc nobis eam necessitudinē imponatis.) Merseburgense volumē habet *necessitatem*, sed perperam. nam fere & Sallustius & alii vetustiores *necessitudinē*. pro necessitate posuerunt. quæ est, ut ille ait, vis quæ etiam premens & vrgens. quamquam alias necessitudo est ius quoddam vinculumque religiose coniunctionis.

CAP. XXXIV. ¶ *Ad hæc Q. Marcius respondit, si quid a senatu petere vellent.*) Melius in vetustis ab *senatu*.

Ea mansuetudine atq; misericordia senatum & populum Romanum semper fuisse.) Legendum ex vetustis, *senatum populumq;* R. quod & illa verus ser. ben. di. ratio, quam quodã in exemplari reperi, declarat. S. P. Q. R. Ita enim hoc loco Fabricianũ voluſnen. ac vetuſtissimum quodq; ex impressis. licet codex Beroaldinus *senatum populi Romani* habeat. duo e manuscriptis, *senatum P. R.* vt videlicet coniunctio illa *ϩϩϩϩϩϩ* desit.

CAP. XXXV. ¶ *Quam mediis fidius licet veram cognoscas.*) Est hoc modo in cunctis fere quæ ipse viderim exemplaribus: nec male, vt opinor. Ceterum Seruius in *iv. Æneid. recognoscas* legit, nisi sint mendosi codices. sed memoriane lapsus, an quod sic legẽdum putarit, haud equidem scio. Porro si sic legas, innuit hoc verbo Catilina, Catulum quoque aliquid ea de re sciuisse, de qua ipse sese purgat. nam *recognoscimus* ea fere quæ scimus. Cicero, *Non videtur hæc multitudo cognoscere ex me causam voluisse, sed ea que scit. mecum recognoscere.* Idem, *Declarat se non tum illa didicisse, sed reminiscendo cognoscere.* sic alias læpe. Vtra lectio verior, iudicent alii. ego vulgatam hodie magis probo, quamquam Felicius Durantinus, *agnoscas* legiſſe videtur.

Non quis as alienum meis sumtum nominibus.) *τὸ sumtum* non est in vlllo manuscripto, quod sciam. nec id sententia magnopere expolcit. nam *meis nominibus* ad verbum *soluere* pertinet. pro, quibus ipse debet, non satisfacere.

Sed quod non dignos homines honore honestos videbam.) Ita fere in recentioribus, & in Merseburgensi, quibus cum facit Felicius Durantinus. sed Fabricii codex habet, consentientibus manuscriptis duobus, *honore honestatos. pro decoratos & amplificatos*, nec est in impressis quibusdam *secus*. verum hoc lectoris iudicio, vt & alia fere, petmittimus.

Dum civitas ante a sollicitatã armis exornat.) Codices in pergamenis descripti, *dum vicinitatẽ*. illud, ab eo, q; Gymnicus habet, nõ reperitur in manuscriptis, ac ne in codice quidem Beroaldiano.

Namque ex duobus senatus decretis.) In mil. atque aliis vetustis est illa præpositio *ex omnia*. id quod rectius esse puto. Sed & *senatus* habet voluſnen ipsa Fabricianum, qui est gentilis antiquus. Est inscriptio quædam in agro Veronensi, quæ in inscriptione gentilis hic reperitur: *Sex. Attilius M. F. Sarranus Procos. ex senati consilio inter Atteſtinos & Vecetinos finis terminosque status iussit.* pro, ex *senatus consilio*. bisenna *rem* apud Nonium, ex *senatu consilio* dixit h. Florianum 111.

Neq; ex castris Catilina quisquam hominum discesserat.) In manuscriptis est, *quisquam omnium*.

Tanta vis modo, atque vii tales plerosque civium animos inua-

ferat) Sic fere in vetustis. *ne atque non est in eo quod Gymnicus excudit.*

CAP. XXXVII. ¶ *Sed omnino cuncta plebs, nouarum rerū studio, Catilina incepta probabat.)* Legendum. *cuncta plebes.* quomodo & postea sit eum. *Sed urbana plebes.* nec est aliter in vetustis.

Item alij, qui per dedecora patrimonijs amissis vagabantur.) In manuscriptis neque relatiuum *qui*, neque verbum *vagabantur* reperitur: utrumque si quid est in me iudicij, ab inepto literatore peiperam est adiectum.

Sibi quisque, si victoria in armis foret, talia sperabat.) Quanto in manuscriptis rectius, *sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat.* ita nimirum sentius ipse postulat. Valde mehercule miror otiositatem impressorum, quia talia non aduertant. Ego hic fidem antiquorum codicum, contra consensum recentiorum, sequendam nobis puto.

Ideo malum id adeo multos post annos in ciuitatem reuerterat.) Legendum. *Id adeo malum.* ex vetustis. Ita Lilius 11. ab V. C. *Id adeo malum ex prouocatione natum.*

CAP. XXXVIII. ¶ *Deinde largiendo.)* Manuscripta *diu.*

Contra eos summa ope mitebatur pleraque notilitas senatus sub specie pro sua magnitudine.) in Florē. ino Venetoq; est, *sub senatus specie.* pro eo quod est, quasi dignitatem senatus tueretur, quam esse quam amplissimam ē rep. foret. in manuscriptis non est *sub.* id forsitan in spatio quispiam, quod versus dirimit, annotarat super hac dictione *specie.* dein irrepsit, ut sit, in contextum. atque inde forsitan est legi cœptum, *senatus sub specie, pro sua magnitudine;* id est, *pro sua potentia.* Aur. Augustus in 111. de ciuitate Dei; quædam & Sallustio citat, quæ hunc locum mirifice declarent: *Plurima, inquit, turbe, seditiones, & ad postremum bella ciuilia orta sunt. dum pauci potentes, quorum in gratiam plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationem affectabant, boniq; & mali riuus appellati, non ob merita in reip. omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissimus & iniuria validior, quia presentia defendebat, pro bono dicebatur.*

CAP. XL. ¶ *Præterea quod natura Gallica gens bellicosa esset.)* Codices in membrana detcripti *gens Gallica:* ut adiectiuum postponatur. & sic exemplar quoque Heroaldinum.

Miserijs suis remedium morte expectare.) in Fabriciano est *mortem sperare.* in ceteris *mortem expectare.*

Allobroges in maxima spem aduicti.) Merseburgense in speciem maximam: ut sequatur adiectiuum, quomodo & in alijs mu.

Nihil tam asperum, neq; tam difficile esse, quod non cupidissime facturi essent.) Legendum e Veneto, *quin cupidissime &c.* pro, quod non. irrepsit ex glossa addita, ni fallor.

Nam in Brutus ab Roma aberat.) In miss. est, *Roma aberat,* ommissa

pra-

præpositione. sed prior lectio verior, id quod e Prisciano colligi lib. xv potest. *Inueniuntur tamen, inquit, & cum præpositionibus nomina civitatum sæpe prolata, & maxime apud historicos. Linius in VIII, ab V. C. Venerant & ab L. Lavinio Antioque auxilia. Sallustius in Catil. Nam tum Brutus ab Roma aberat. Cicero modo omittit præpositionem, ut in epistolis. Quod video omnes bonos abesse Roma. modo addit, ut in Verrem. Abesse a domo paullisper maluit.*

Præterea Gabinium accersit.) in vetustis arcessit: sed eodem sensu. nam est ut. inq; in veterum scriptis frequens.

CAP. XLII. ¶ *Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor, ex Senatusconsulto, cognita causa, in vincula coniecerat.) Sic Gymnicus, ac recte. Ceterum est in quibusdam, ut & Merseburgensi, & Florentino, ex socijs causa cognita. quæ res misere interpretem roasit. compendiosa illa per notas scribendi ratio, ansam errori præbuit.*

Item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei puincia legatus præerat.) Felicitus Durantinus putat I. bratioiu culpa hic mendose legi, C. Murenam citeriori Gallia legatum præfuisse, quod ea tempestate Gallia transalpina Cicero Murenâ præfuisse tradat. Fuit autem C. Murena legatus, frater L. Murenæ consulis designati.

CAP. XLIII. ¶ *Eo signo dato, proxima nocte (pro) dato, non est in mss. nec in impressis vetustioribus; sed nec Felicitus Durantinus addit; addit tamen Aretinus.*

Cetera multitudo coniurationis, suum quisq; negotium exsequeretur.) Est quidem in mss. duobus. suum quaque negotium, sed in meo quisque legitur. refertur enim ad sentum, non ad vocem. estque id apud histor. eos frequens.

Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim simul oportuna loca urbis incenderent.) Cicero in III. inuectiva in L. Catilinam, testatur L. Cassium, quem Sallustius infra in Galliam profectum scribit, sibi procurationem incendia urbis depoposcisse. & in IV. trucidandi senatus partes a Lentulo datas Cethego, ceteros ciues interficiendi Gabinio, quem incendiis præponit Sallustius, vrb. inflammanda Cassio, totius Italiae vastanda diripiendæque Catilinæ. itaq; non per omnia consentiunt Cicero ac Sallustius. Sed & pro Sulla Cicero, Cum Catilina, inquit, egredere- tur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Cassius incendijs Cethegus cadi præponeretur, Antronio ut occuparet Etruriam præscriberetur. & reliqua.

CAP. XLIV. ¶ *Quarum exemplum infra scriptum est.) Exemplum litterarum ad Catilinam Lentuli, sic est in vetustis quibusdam, ut apud Ciceronem Oratione III. in Catilinam: Quis sim, ex eo quem ad te misi cognosces. Cura, ut vir sis; & cogita quem in locum sis progressus, & vide, quid iam tibi sit necesse. Cura, uti omnium tibi auxiliis adiungas, etiam infimorum. in manu-*

scriptis tamē idem reperitur litterarum exemplum. quod in hisce recentioribus, nimirum hoc: *Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognoscēs. Fac cogites, in quanta calamitate sis, & memineris te virum esse; Consideres, quid tua rationes postulent; auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.*

Ad haec mandata verbis dat.) Legendum, *ad hoc*, ex vetustis. quomodo semper Sallustius, pro, praeterea idem idem Tacitus.

In urbe parata esse qua iusserat.) Melius in vetustus, *qua iusserit*. sic enim eloquendi ratio postulat.

C A P. XLV. ¶ *Rem omnem aperit, cuius rei gratia mittebatur.*) Codices in membrana descripti, *cuius gratia mittebantur.* & eodē modo Badianus. Sed in aliis ita fere est, ut hodie legitur. Quamvis autem Hieronymus hoc in Rufino carpat, tamen, pace viri dicam, saepenumero apud optimos quosq; ac primę notę scriptores reperitur antecedēs, iungiturq; cum relativo ipso. Terent; in Heaut; *Habet bonorum exemplū, quo exemplo sibi licere id facere quod illi fecerunt, putat.* Caesar, *Ultra eum locū, quo in loco Germani consecerat.* & *Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent.* & *Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant.* & *Diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.* Ita sexcenties fere apud eundem reperias. Sed & Cicero in Verrem, *Advenit dies, quo die ex instituto, &c.*

Occulte pontem obsident.) In manuscriptis *obsidunt*, coniugatione tertia.

Postquam ad id loci legati cum Volturcio venerunt.) In codice Fabriciano est, *venerē.*

C A P. XLVI. ¶ *Pœnam illorum sibi oneri, immunitatem perdun- da reip. causam fore credebat.*) In impressis vetustioribus non reperi *causam*, nec in ipsis manuscriptis, quorum plerumque fidem sequor. sed nec magnopere sensus id requirit. quare tollendum censeo.

Consul Lentulum, quod prator erat, ipse manu tenens perducit.) Sic in quibusdam, ubi Gymnicus, consentientibus manuscriptis *in senatum perducit.* quamvis autem nec Aretinus hoc addit, mihi tamen relinquendum esse videtur.

C A P. XLVII. ¶ *Volturcius interrogatus de itinere, & de litteris.*) In manuscriptis & aliis antiquioribus est illa copula & ommissa, maiore cum gratia & venustate, quam si addatur.

Primo fingere alia omnia, dissimulare de coniuratione.) In hunc modum est hic distinguendus locus, contra quem in recentioribus habetur. nam, *alia omnia*, prioribus addes, non sequentibus.

Senatus decrevit, uti abdicato magistratu Lentulus.) Manuscriptum, *decernit*, tempore praesenti, quomodo & alias saepe.

C A P. XLVIII. ¶ *Alique de coniuratione deprehensi.*) Exemplaria

plaria calamo descripta *ex coniuratione*. sed est idem utrobiq; sensus, & utrumque Latine dicitur.

Quo & ceterorū animos resceret, & illi facilius e periculo eriperentur.) Sic est e codice Fabriciano legendum, quibus in verbis hæc a vulgata lectiōe discrepent, facile est videre. primum addendū est *Quo & ceterorum*. dein *e periculo*, legendum. Paulo post.

Magis lenienda.) In manuscriptis *leniunda*.

Fleriq; Crasso ex priuatis negotijs obnoxij.) Legendum, *ex negotijs priuatis*, vt ad ceterum sequatur. sic enim est in manuscriptis, & in impressis vetustioribus.

Frequens senatus decreuit) In iisdem, *decernit*.

Tantum illam contumeliam sibi a Cicerone paratam) Sic & Aldus. In antiquis rectius, *ab Cicerone impositam*. sic enim codices in membrana descripti. Tam contumeliam imponere est alicubi apud Ciceronem. Quibus tu, inquit, priuatim iniurias plurimas contumeliasque imposuisti. Eodem modo Florentinum.

C A P. XLIX. ¶ *Neq; precibus, neq; gratia, neq; pretio Ciceronem impellere quicere.*) Manuscriptum, *neq; gratia, neque precibus, neque pretio*.

Vt per Allobroges aut per alium indicem.) in mss. non est illa repetitio præpositionis *per*. nisi quod in Fabriciano ea se est in spatio addita, quod versus dirimit.

Nam uterq; cum illo graues inimicitias exercebāt.) Hic ordo verborū & hæc collocatio est in manuscriptis. porro, *uterque exercebant*, peccoliaris est loquendi ratio historicorum.

Piso oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarū.) Quamuis & descripti calamo libri sic habeant, non est in pleriq; tamen, *pecuniarum*. & melius atq; elegātius subauditur. irreplicat aut ex glossa. Ascon. Fuit, inquit, Catilina patricius, & eodem illo tempore erat reus repetundarum. Idem, Nam iudicium quoque secutum repetundarum. Non negauerim tamen apud Ciceronem addi solere, vt. Clamantes te lege pecuniarum repetundarum non teneri. &. Piso Frugi legem de pecuniis repetundis tulit,

Magnam illi inuidiam confluxerant, usq; adeo vt illi equites Rom.) Manuscripta *usq; eo* sed eodem sensu, quod iptum frequens apud Ciceronem est,

Qui praesidij causa cum telis erant circum adem Concordia.) in Merleburgensi est, *circum Concordia*. vt subandias *adem*, quomodo in similibus. velut *ad Iturna* apud Ciceronem. *ante Castoris*; apud eundem. Sic Plautus *in Veneris* inquit, pro *in fanum Veneris*, restatur autem Porphyrio alicubi, libenter ficere auctores, vt hæc ellipsi vtantur, cum de locis sacris loquantur. in ceteris manuscriptis est vulgata lectio.

C A P. L. ¶ *Quod de eare praesidijs additis, referendū esse censuerat.*) In Fabriciano ceteriq; vetustioribus est, *praesidijs abastis*. quomo-

do interpretis quoque. in iisdem, *referendum censuerat.* omisso illo verbo esse, quod nec Merseburgense volumen habet.

CAP. LI. (*Qui reges, aut qui populi, ira aut misericordia impulsii, male consuluerunt*) Manuscripta *consuluerint.* quo modo & Latinitatis ratio postulat, nisi si quis *ἐπιγώνυ* esse modi velit. sed & codex Badianus eodem modo habet, & ceteri vetustiores.

Infida atq; aduersa nobis fuit.) in Fabriciano est, *aduorsa.* quod etiam si leue, non tamen orare eundem esse duxi.

Sed postquam bello confecto de Rhodijs cōsultum est) Fabricianum, *consultatum est.* sed dissentientibus fere ceteris.

Ne quis diuitiarum magis quam iniuria causa bellum inceptum diceret.) in impressis quæ ultimam est, *ceptum.* Idem,

Impunitos eos dimiserunt.) Manuscripta, *dimiserunt.*

Cum sepe Carthaginenses & in pace & per iniurias.) Perperam est in recentioribus alterum & omnium, non quidem vlio cum detrimento sensus sed elegantur orationis tamen.

Multa nefaria facinora fecissent.) in Merseburgensi est, *nefanda.* sed eodē sentu. Est & apud Ciceronē *nefandum scelus.* idem alicubi *scelus nefarium facere* dixit. Item *sclestum & nefarium facinus.*

Neue magis ira vestra, quam fama consulatis.) in illa atq; aliis antiquioribus, *neu,* pro *neue* legitur.

Nam si digna pœna profactis eorum reperiretur, nouum consilium approbo.) Manuscripta, *reperitur,* indicandi modo, tempore præsentii. quo quidem & tempore & modo in statim subsequentibus cumque his coherentibus vitur, *Sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat &c.*

An ut vos infestos coniurationi faceret?) Manuscripta, *an uti vos.* quomodo & ex impressis quædam.

Scilicet quem res tanta atq; tam atrox nō permouit, cum oratio accendere?) in vetustis *accendet.* quomodo & Badianum exemplar. Quoddam e manuscriptis, *accendat,* & *δυνάμεις* ponatur, seu modo potentiali, ut vocant. pro *accendere possit.*

Sed alijs alia licentia.) Manuscriptum, *alijs alijs.* sed hoc quidem nimis quam leue.

Omnes cruciatus) Legendum *omneis* quomodo & alias fere.

D. Silanum virum fortem atq; strenuum certe scio qua dixerit studio reip. dixisse.) Voluimus Fabricianum, certo scio, quomodo & Cicerone ipse loquitur. nam is *τῷ* certo fere vitur, quæties quid sine dubio scire se significat.

Verum sententia eius non videtur mihi crudelis (quid enim in tales homines crudele fieri potest?) sed aliena a rep. nostra videtur) Manuscripta, *Verum sententia eius mihi non crudelis.* omisso verbo illo *videtur.* id quod breuitati Sallustianæ magis conuenit. nam postea *τὸ* videtur sequitur.

An quia lex Porcia vetat, aut alia leges? Item condemnatis ciuslibet

non animam eripi, & qua sequuntur.) Legendum ex antiquis, *At: quia lex Porcia vetat? At alie leges item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exsilium permitti iubent.* Sic & manuscripta habent, & sensus ipse postulat, modo & sequentia spectes, & locum accurate totum excutias.

Qui conuenit in minori negotio legem timere, cum eam in maiori neglexerit, in mlt. ceterisq; vetustioribus est, minore, maiore. id rectius esse puto. Quod in Merseburgensi obseruare legitur, vbi nos timere, librarij mendum esse suspicor.

At enim quis reprehendet, id quod in paricidas reip. decretum erit?) In non nullis est, *reprehendat.* idq; melius, vt mihi videtur. pro, *reprehendere possit.* Perperam in Badiano, *At tu dices, quis reprehendet?* &c. vò dices in spatio forsàn q̄ versus dirimit, adscripserat quāspiam. id postea irrepfit in contextum, incuria, ni fallor, librarij. Legendum igitur ita vt hodie fere est in exemplaribus; vt sit hypophora, cui mox idem per anthyphoram. *Tempus, dies, fortuna, cuius libidq; gentibus moderatur.*

Sed vbi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit.) ciues, non reperi in vetustis. in Fabriciano est, *ad ignaros eius.* id est, imperij. nam hoc supra scriptum erat in spatio ipso quod versus dirimit.

Qui temp. eorum tractarent.) Sic & manuscriptum volumen. In impressis vetustioribus; non est eorum, ac omitti citra detrimentum sensus potest.

Ea populus latari, & merito dicere fieri.) Merseburgense, *Ea re populus latari.* sed perperam nam nec aliter Priscianus citat quam habet vulgata lectio. quamvis non ignorem, hoc verbum pereleganter cum ablatiuo iungi.

Iuxta bonos & malos liuidinose interficere.) Quid si legas, *iuxta bonos ac malos?* Ego tamen, dulcentente manuscripto, nihil mutare ausim.

Stulta laticia graues pœnas dedit.) Manuscriptum *grauas.*

Homines scelestos & factiosos.) in impressis vetustioribus est illa & copula omnia. idque Salustianum magis

Postremo vas, aut vestimentum alicuius concupiuerat.) Manuscripta, *postremo aut vas, aut vestimentum.* geminata videlicet coniunctione disiunctiua.

Dabat operam, ut is in proscriptorum numero esset.) Manuscriptum, *uti is.* quomodo & alias fere.

Quam Sylla omnes suos diuitijs expleuit.) Legendum, *omnes suos,* ex vetustis.

Aliquid falsum pro vero credi.) Codices in membrana descripti, consentientibus impressis quibusdam, *falsum aliquid.* verborum ordine mutato.

At Tusci plerique sumserunt.) In iisdem, *ab Tusci.*

Tunc lex Porcia, alique leges paratae sunt, quibus legibus exsilium damnatis permittitur est.) *to legibus in quibusdam non est, sed quia id codex habet Fabricianus, nihil immuto. sæpe enim veteres antecessores reperunt, ipsique relatio ad unguunt, id quod alias quocumque est a nobis aueratum. Sed & tum lex Porcia, pro tunc, manuscriptum habet.*

Quo minus novum consilium capiamus.) Merseburgense, consilium novum, ut adiectionum sequatur.

CAP. LII. § *Ceteri verbo, aliter alij varie assentiebatur.)* In quibusdam antiquioribus est assentiebatur, sed eodem sensu, nam quamvis hodie se assentior dicimus, veteres tamen & assentio dicebant, ut est a Gelio annotatum, sed & Cicero sæpe est hac terminatione usus. Diomedes tamen assentiebantur hic legit lib. I. quo loco restatur non assentio solum, sed & assentior dici.

Et cum sententias non nullorum ipse mecum reputo.) Duo e manuscriptis, mecum ipse reputo, nec aliter Florentinum,

Non nunc agitur de vectigalibus, neq; de sociorum iniurijs.) Codex Fabricianus, non de sociorum iniurijs, id quod & actius est & lepidius, eodem modo ex iis pressis quidam.

Multosq; mortales ob eam causam aduersos habeo.) in mss. est, ut & impressis vetustioribus, multosq; mortales ea causa &c. pro, ob eam causam quomodo Terent. Nec tu ea causa, minueris hac que facis, Idem, Et ex me hic restitisse gentia, pro eius rei gratia.

Aut quam magnificum imperium R. populi sit.) Manuscripta, populi R. ut sequatur adiectionum, id quod sonantius est.

Sed hac, cuiuscumq; modi videntur.) in manuscripto quodam est, sed cuius hac cumq; modi videntur, ut sit τῶν, quomodo & exemplar habet Beroaldinum,

Paullo ante in hoc ordine de vita & morte differuit.) in hoc ordine, non est in impressis quibusdam, licet in manuscripto sit.

Quasi vero mali atq; scelesti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam sint.) In Fabriciano omissa illa & copula non per totam Italiam, legitur, quamvis secus in aliis.

Si ita res esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus.) Volumen Fabricianum Si ita esset, nec additur ibi res, atque hoc modo etiam Aur. Augustinus in v. de Civitate Dei citat, utrumque autem recte dicitur, sic est, & sic res est & τῶν &c. & utroque Terentius in Andria utitur.

Inter bonos & malos nullum discrimen est.) In manuscriptis, discrimen nullum, omisso verba substantiuo, nec aliter Augustinus v. de Civitate Dei, cap. XII.

Gallorum gentem infestissimam Romano nomine ad bellum accersunt.) Codices in pergamenis descripti, nomine Romano, ac sic rectius legitur. Sed & accersunt ibidem, non accersunt, quam is eodem sensu.

Misereamini confes, deliquere homines adolescentuli per ambitionē.) Sic & manuscriptum & alia fere. Sed Metseburgense & Schurreria- num, *Miseremini.* perperā v. delictet. *id confes,* hic ad ironiam facit. neque enim hoc vult Cato, misericordiam esse deprehensis intra mœnia hostibus impertiendum. sed grauius in eos animaduertendum, & seuerè vindicandum. propterea & ironicam extenuationem criminis addit, quò nullum atrocius esse poterat.

Na ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertetur.) Hic exemplar Fabricianū in miseriam vertet. idque cum vetius multo, tum elegantius. pro, *vertetur & commutabitur.* Tacitus, *Astusque hostium in perniciem ipsis vertebat.* Idem, *Seu temere lapsa vox in presagium vertit.* Lilius, *Verteratque Scipionum inuidia in pratorum.* Idem, *In perniciem adolescenti vertentur.* Sic Cn. Velleius in annaibus apud Gellum, *Postquam tempestas sedauit, inquit. pro sedata est.* Pro passiuo enim actiuum posuit. & Varro apud eundem, *In priore verbo graues prosodia quae fuerant manent: reliqua mutant.* inquit, pro, *mutantur.* Lilius IX. Dec. IV. *Mores quidem populi R. quantum mutauerint, vel hic dies argumento erit idē VII. belli Punici II. Nō septies die, sicuti fama fert, temporibus statutis reciprocatur.* pro, *reciprocatur.* ductonius, *Quoties terra in urbe mouisset, pro, mota fuisset.* Talia apud Virgilium, *Nox humida calo praecipitat.* & *Ingeminant Austri.* pro, *praecipitatur, ingeminantur.* Nisi quis esse malit pronominis se, quomodo, ni fallor, in illo, *Accingunt omnes operi.* &, *Tum proa auertit.* Lilius II. ab V. C. *Secuti dedita opera passim ad illecebras propulsa peccora, praecipitauerunt in insidias.* hic *praecipitare* passiuè positum videtur: quauis Hadrianus fere semper veteres ita fuisse locutos adnotauit, maxime quoties de sideribus aut temporibus mentio incidere. Cæsar, *Hiems iam praecipitauerat,* inquit. Est & apud Ciceronem, *Soliam praecipitans.* Sed & aliis de rebus loquentes hoc verbo in hunc modum utimur. ut Cicero, *Fibrentis ex eo loco praecipitat in Lirem.* &, *Loca ubi Nilus praecipitat ex altissimis montibus.* Idem, *Praecipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus.* Sic apud eundem, *Praecipitantem retinere, praecipitanti reip. subuenire, &c.* quæ omnia passiuè intelligenda esse vides. Sed ad institutum. Est in quibusdam perperam, *Vereor ne ista mansuetudo, &c.* qua in re lapsus est Felicius quoque Durantius. nam ut exemplarium consensum omittam. Donatus in Aedriam hunc locum ita citat, ut nunc vulgo legitur. Est autem *Na* diphthongo scribendum, idemque omnino est quod Latinis *profecto*, & illa iurandi particula *Medius fidius.* Cicero, *Na isti vehementer errant.* Idem, *Na tu si id fecisses, melius fama tua consulisses.* Interdum idem coniungit *Na* & *Medius fidius*, velut ad Atticum alicubi, & in quaestio- nibus Iulianis.

Vbi scordia te atque ignavia tradideris, nequicquam deus im- p-

res) Servius in 111. Georg. sic citat, *Vbi socordia tete &c.* quod vti mihi quidem valde placet, sic nullo in exemplari, quod sciam, reperitur.

Nisi iterum iam patria bellum fecit.) in mss. est, *nisi alterum iam patria &c.* sensu tamen eodem. quod in quibusdam in *intulit* legitur, id ex glossa irrepsisse suspicor.

Facile paterer vos ipsa re corrigi, quoniam verba contempnit.) ita codices in membrana descripti. perperam in Gymnico & aliis. *verba mea.* nam *verba* in genere, opponit ipsi rei. sed & Badianum exemplar sic habet, & Beroaldinum.

Quare ita tenseso.) in manuscripto additur ego, haud male, ut opinor.

Cadem, incendia, aliaq; se foeda atq; crudelia &c.) in mss. est, *aliaque foeda*, omisso pronomine *se*, idque melius.

C A P. LIII. ¶ *Senatus decretū sit, sicut illē consuevit.*) Exemplar Fabricianū *scuti ille consuevit.* sed & crasa ibi cultello erat ultima in *senat.* ut suspicor ibi fuisse *senati decretum.* quomodo & alias ferre Sallustius. Priscianus quidē certe hic legit *senati*, ut sit genitiuus antiquus. Eodem modo Donatus in *Pecyram Terentii*, vbi adnotat veteres tumulti & senati dicere solitos. Sic supra Sallustius: *Igitur senati decreto Q. Marcius Rex, &c.* pro *senatus decreto*, quod ipsum & Nonius obseruauit. Illud hic obiter addam ex Cicerone ad Atticum, non dixisse Catonem primum sententiam de animaduersione, sed omnes ante eum praeter Caesarem. Cur ergo in sententia iam Catonis? Quia verbis, inquit, luculenter dicitur, & pluribus, rem eandem comprehenderat. *Mox*, vbi leuiter innuit, non se retulisse solum, sed & patefecisse, & cohortatum esse, & ante praeterea quam consuleret, ipsum iudicasse, *Quae omnia*, inquit, quia Cato laudibus extulerat in caelum, perscribendaq; consuevit, idcirco in eius sententiam est facta discessio.

Sed mihi multa legenti, multaq; audienti.) in mss. duobus est, omissa illa *que coniunctio* *επιληπτή*, sicut in Beroaldino quoque. id Sallustianum magis esse videtur.

Adhoc saepe fortuna violentiam tolerauisse.) Merseburgense, *tolerasse*, sublata e medio syllaba per syncopam.

Ac veluti esset a parente multis tempestatibus, haud sane quisquam Roma virtute magnus fuit.) Hic perperam alii, *parentum*, quomodo quidem & manuscripti codices, & alii vetustiores. Quamuis autē & Marinus quispiam Scodrensis hoc modo legendum contendat, tamen, quod bona eius venia dictum velim, nequaquam probo interpretationem eius, ut quae totum mihi Sallustiani loci corrumpere sensum videatur. nam & perperam per *tempestatibus*, ipse *calamitates* intelligit, & per *parentes*, *minores*; quamuis adit pulatorem habeat iacobum quendam Bononicensem. Ego vero *parente* legendum arbitror, ut Beroaldinum habet exemplar. & hoc Sallustium

dicitur

dicere velle puto, neminē iam multo tempore Romæ virtute præstantem & egregiū existisse. idq; *velut effeta parente*, hoc est, *tamquam iam exhausta & defecta viribus vrbe Roma, qua quasi parens est cuius Romanorum*. Est autē elegans metaphora a feminis, quæ frequenti aut ægro partu non amplius pariant. qua translatione & Virgilius *effetos agros* dixit, quasi cōtinua fertilitate lassatos. & Columella *Ubertate nimia prioris aui defatigatū & effectū solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta*. iam *tempestatibus* Sallustium pro temporibus vsū esse, nihil mirum, cum id sæpe alias faciat, cuius & Seruius in 1. Georg. meminit. neque Sallustius modo, sed & Cicero & alii. Sic poeta quispiam apud Ciceronem, *Qua tempestate Pænus in Italiā venit*. pro quo tempore. Ac si quid est in me iudicii maxime hac voce Sallustium, vt antiquariū, vt decuit. Iam *tempestatem* pro tempore apud Sallustium accipi oportere, indicio sunt ea quæ mox ibidem sequuntur. *Sed mea memoria ingenti virtute, diuersis moribus, fuere viri duo, M. Cato, & C. Casar.* nam multis illis antea temporibus, opponit memoriā suā, hoc est, seculum & ætatem suā. Hoc modo & Augustinus intellexisse hunc locum videtur. cum inquit, *Laudat idem Sallustius temporibus suis magnos & præclaros viros, M. Catonem & C. Casarem dicens quod diu illa res non habuit quemquam virtute magnum sed sua memoria fuisse illos duos ingenti virtute, diuersis moribus*. Hæc Augustinus v. de ciuitate Dei. Quod Sallustius ait, *multis tempestatibus*, id nimirum Augustinus diu interpretatur. Sed de hoc satis. Illud quoque non prætereundum, in manuscriptis ipsis reperiri. *ac sicuti effeta*, pro *veluti*, quod hodie legitur. nec secus in Veneto atq; aliis quibusdam. vtitur autem & alias Sallustius *quasi sicuti*, pro *tamquam* seu *veluti*. ne quem insolentia vocis in hoc significato offendat. vt, *Nihilominus insontes, sicuti fontes circumuenire*. & *Constitueret ea nocte passillo post cum armatis hominibus, sicuti salutatam introire ad Ciceronem*. & *Sicuti iurgio laceffitus foret*. pro, *tamquam foret laceffitus*. & *Alii sicuti iura populi defenderent*. pro, *quasi defenderent*.

CAP. LIV. ¶ *Sed mea memoria ingenti virtute.*) Est in cunctis manuscriptis, atque item impressis quibusdam, *memoria mea*. vt pronomen sequatur.

Diuersis moribus fuere viri duo.) Sic in manuscriptis. nec aliter ab Hadriano citatur de modis Latine loquendi. eodem modo codex Beroaldinus.

Ille mansuetudino & misericordia clarus factus est.) *et est* non reperi in manuscriptis, ac maiore cum gratia abest. nec est in omnibus impressis.

In altero miseris profugium erat.) In quibusdam, *perfugium*. vtrumq; apud Ciceronem reperitur. *et erat*, nō est in manuscriptis, nec in impressis quibusdam. ac rectius abest.

Nihil denegare quod dono dignum esset.) In vno Fabriciano est, *bono dignum*, ceteris reclamantibus. Sed hic nihil pronuntio. tantum duetiam lectionem in d. co. non iudicium interponens meum, se hanc gram relinquens lectori suum.

Vbi virtus eius enitescere possit.) eius non est in manuscriptis, nec impressis vetustioribus. ne Augustinus quidem a dicit, ubi hunc locum erat libro v. de ciuitate Dei.

Itaq; quominus petebat gloriam, eo magis illam assequabatur.) *illam*, non recte in quibusdam, nec in Merseburgensi. & omitti potest citra detrimentum sensus. Augustinus haud scio an memoria lapsus ita curat, *eo magis illum sequabatur*. nempe gloria Catonem. Forte non fuit ad manum liber, itaq; memoriae fuit, vsq; perperam hoc modo citauit: In manuscriptis præterea non *Itaque*, sed *Ita* legitur, cōsentientibus exemplaribus Badiano & Beroaldino. ac si quid est in me iudicii, rectius hoc modo legitur.

C A P. LV. ¶ *Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fringere.*) in vetustis est, *Vindices rerum capitalium*, pro, triumviri capitales, quorum interuentu supplicium de facinorosis sumebatur. De his autem historicum loqui, cum per se facile liquet, tum auctor libelli de magistratibus Romanis, quem Fenestellam vocant, testatur: nam quo loco capitales dictos ostendit, quod capitalibus quæstionibus præsent, mox ibidem, *Eorundem, inquit, interuentu triumuirorum, in eos qui cum L. Catilina coniurauerant, animaduersum est. ut meminit Sallustius.* Ut autem Sallustius hic *vindices capitalium rerum*, sic alicubi Cicero *vindices facinorum & sceleris* dixit. Est apud eundem *peccatorum vindex, vindex scelerum*.

Dignum moribus factisque suis exitum vitæ inuenit.) Sic & volumen Fabricianum. & alia duo. in Merseburgensi vero ceterisque vetustioribus, *exitum vitæ* quomodo Linius, *Quod nemo eorum satis dignum splendore vitæ exitum habuit. mihi vitæ lectio verior, haud dum liquet.*

C A P. LVI. ¶ *Cohortes pro numero militum complet.*) In vetustis, *cohortes*.

Catilina per montes iter facere.) Sic mss. hodie fere, *montes*. Et paullo inferius, *reliquos Catilina p montes asperos*. Nec multo post, *octo cohortes*. & *cohortes paullatim incedere iubet*. Aduotauit autem libro v. Priscianus, quæ in *ns* & *rs* desinant, horum accusatiuū pluralem fere in *eis* exire: Hinc *fontes* apud Virgilium, *partes* & *videntes* apud eundem, *parentes* apud Terentium.

Ceteri ut quemq; casses armauerat, sparos, aut lanceas, alij præcutas fudes portabant.) Seru us in x i. Æn. *portare* legit, nisi sint mendaci codices. ut sit enallage modi; quæ figura propria historicorū est. sicut eundem in i i. Æn. annotauit.

Modo ad urbem, modo Galliam versus castra mouere.) Priscianus super

super xii. versus Virgilii legit, *in Galliam versus*. Eius verba sunt: *Versus quoq; suppositum*, inquit, *localibus nominibus, aduerbium esse inuenitur. ut; Italiam versus, Galliam versus. Sallustius tamen etiam praepositionem ei anteposuit in Catilina, In Galliam versus*. Hæc Priscianus. quem mehercule ipse memoria lapsus putarem, nisi eodem modo, atq; ille citat, in codice manuscripto reperissem. Sed & Velleius Paterculus i. *Ante triennium*, inquit, *quam Crassus censor a Lupericali in palatium versus theatrum facere instituit, Caesar v. i. castra ex Biturigiis mouet in Auernos versus*. Idem vi. T. Labienum cum legionibus tribus, *ad Oceanum versus in eas partes qua Menapios attingunt, proficisci iubent*. Non dissimile illud Hirrii v. de bello Africo: *Ad Cercinnam insulam versus ire iubet. & Classem ad insulas Baleares versus conuertit*. Corn. Tacitus in Germania; *Modico flexu*, inquit, *in occidentem versus*. Tale forsan videri possit illud Ciceronis in Lælio: *Atque is primum instituit in forum versus agere cum populo*, nisi quis participium esse malit *in versus*. ut intellegas eum primum concionati cœpisse conuersum non ad senatum & comitium, ita uti alii fecerint, sed ad forum. Ut iure hic mireris ruditatem & inscitiam eorum; qui, si diis placet, *versus agere*, pro habere orationem metro constantem interpretantur. nec minus illius, qui in editione Heruagiana operum Iulianorum hæc in Indicem coniecit. *C. Licinius Crassus versibus cum populo primus agere instituit*. Strenuos & industrios homines, qui hæc in Indice auctorant.

Interea seruitia repudiabat, cuius rei initio ad eum magna copia cœrrebant.) Legendum, *cuius initio*. ut est in manuscriptis, nam perperam additur *rei*, in libris recentioribus. Tu vide, si lubet, Priscianum libro xvi. vbi docet illud *cuius* singulare, ad rem & sensum potius esse, quam ad vocem referendum.

Causam civium cum seruis fugitiuis communicasse.) *in seruis*, notum est in vetustis quibusdam, neq; id addit Felicius Durantinus. forte ex glossa itreplit. nam & apud Ciceronem sæpe sic reperitur. *ut, Habet legionem, habet fugitiuos. &, Vnebat cum fugitiuis, & Arsenio princeps fugitiuorum*. in epistola tamen Vatini ad eundem additur *seruus*, *Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardaci esse*. Est in Pandectis libro xi. titulus *de fugitiuis*. ut subaudias, *seruis*.

CAP. LVII. § *In agrum Pistoriensem adducit.*) Manuscripta, & item illud a Badio excusum, consentiente Beroaldino, *abducit*. vtrum rectius, alii iudicent.

Profugeret in Galliam transalpinam.) In quodam e manuscriptis repeti *cisalpinam*.

Montibus atq; copijs hostium sese clausum.) Sic in manuscriptis, & quidem melius.

CAP. LVIII. § *Comperit habeo milites.*) In manuscriptis

& impressis antiquioribus est additum, ego. quod perperam in nostris deest.

Verba virtutē vris non addere.) *to vris*, non est in exemplaribus calamo descriptis, neq. item in impressis paullo correctioribus.

Nunc vero quo loco res nostra sint.) Manuscripta fere, quo in loco, addita præpositione. Cicero haud scio an vsquam præpositionem addat. nam ad Atticum, per bono loco res fuit, inquit. & Quoad perspiciamus, quo loco sit res. & Meliore loco res erant nostræ. Paulo inferius,

Si animus maxime ferat) in manuscriptis est, *si maxime animus ferat*, ordine vocum immutato. id, ni fallor, mollius est.

Cum arma, quibus corpus tegitur, ab hoste auerteris.) in Merseburgensi est, *quis corpus tegitur*. id rectius esse iuro.

Semper in prælio ijs est maximum periculū, qui maxime timent) in prælio, non est in codice Fabriciano. verum in spatio ipso tamen quod versus dirimit, adscriptum est, *S, in prælio*. quo significatur id subaudiri, quod nos in contextu habemus. ego relinquendum arbitror, propterea quod in ceteris manuscriptis sit.

Nam multitudo hostium ne nos circumuenire queat.) nos, manuscripta non habet, nec in impressis vetustioribus additur. ac ticuti ego existimo, abesse maiore cum gratia poterit. sed nec Felicius Durantinus addit.

C A P. LIX. ¶ *Deinde remotis omnium equis, quo militibus ex equato periculo animus amplior esset.*) Manuscriptū. *dein*. idq. rectius. Venetum, *remotis omnibus equis*. id perperam. nam & Hirtius eodem fere modo quo Sallustius: *Cæsar*, inquit, *primum suo, deinde omnium conspectu remotis equis, ut equato omnium periculo &c*. Est & in quibusdam, *quo peditibus*. velut in Veneto, Argentoratensi, aliis plerisque. Nos hoc in medio relinquemus.

Ille cohortes veteranas, quas tumultus causa conscripserat.) Legendum, *quas tumulti causa*, idq. Sallustianum magis, nec aliter Nonius Marcellus. sic apud eundem Ennius: *Quid hoc tumulti est* pro tumultus. sic Terentius, *Nihil ornati, nihil tumulti*. Sic Sallustius ante, *Senati decreto pro senatus*.

In subsidijs locat) Hanc lectionem ipse probo, quamuis in quibusdam sic collocat. sed eodem sensu.

C A P. LX. ¶ *Interea Catilina cum expeditis militibus in prima acie versari.*) *to militibus* non est in manuscriptis, & impressis antiquioribus.

Paullo diuersius iacebant, sed omnes tamen aduersis vulnibus ceciderant.) In manuscriptis non est *iacebant*, & citra detrimentum sensus abesse poterit.

Paullulum adhuc etiam spirans.) Fabricianum, *paullum etiam spirans*. nec veto secus in impressis vetustioribus. nisi quod *paullulum* in his reperitur. Forſan aliquis *etiam*, pro *adhuc* posuim: um an-

nota-

notarat. id postea irrepfit in cōtextum. quamuis non negem, hæc cōiungi simul posse, velut apud Ciceronem, *Facinus fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum.*

Nam strenuissimus quisq; aut occiderat in prælio, aut grauius vulneratus discesserat.) Quamuis Laurent. Valla in quibusdam repererit, *strenuus quisque*, tamen exemplar manuscriptum quod penes nos est cum vulgata hodiè lectione facit. Sed & Cato de re rustica; *At ex agricolis, inquit, & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur & Corn. Tacitus lib. x. Sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cuiusq; periculo geri.*

IOANNIS RIVII CASTIGATIONVM LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Sorte potius quam virtute regatur.) Manuscripta, quæcumq; ipse viderim, *Forte potius*, pro, fortuito euentu. nam Fors pro fortuna sæpe ponitur. Cicero ad Atticum, Sed hæc fors viderit, quæ talibus in rebus plus quam ratio potest. Idem, *Quemcumque fors tulerit casum.* sed & impressa quædã sic habent. neq; tamen priorem lectionem repudio, quæ & ipsa bene habet.

Nam cōtra reputando, neq; maius aliud, neq; prestabilius inuenies.) Manuscripta, *inuenias*. pro inuenite aliquis possit, *δωμηκός*, ac per *επίγνωσις* modi. quomodo & ex impressis quædam. est autem multo elegantius, quam quod Gymnicus habet.

Qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur.) Est in manuscripto quodam, *vi grassatur*. quomodo & Calepinus quispiam citat. vetum priorem lectionem probãdam magis esse duco. *grassatur*, pro toto impetu ferrur, & quasi pleno gradu contendit.

Neque fortuna eget; quæppe qua probitatem, industriam, aliasq; bonas artes, neq; dare neque eripere potest.) Est in aliis *perperam*, vt *capinor*, *neque fortuna eget*. nam & idem alibi, *Maiores nostri P. C. neque consilij, neque audacia umquam egere*. Cicero tamen ablatiuum fere huic verbo addit. sicuti & Sallustius interdum. quamquam ad Atticum Cicero, *Egeo consilij*, inquit. M. Cato apud Gelium, *Vitio vertunt*, inquit, *quia multa egeo*. Accusatiuum huic verbo *deperio* *μὴ* addidit. Ne quid dissimulem tamen, est in manuscriptis vno excepto, *fortuna*, casu ablatiuo. & haud scio, an apiculus ille quo fit diphthongus *perperam* sit ibidem omissus. Illud quamuis leue, non tamen prætereundũ esse duxi, *artes* hic habere vetustos codices, non *artes*. idque Sallustianum magis. Sic postea,

*quascumq; vrbes & agros manu ceperat. pro vrbes, quod in per-
uulgatis exemplaribus est. Habet & Ascensianus codex, ceterasque
artis bonas. vbi hodie fere, aliasque bonas artes in manuscriptis rō
bonas adiectiuum, post substantiuum ponitur.*

*Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam & voluptates corporis
pessundatus est.)* In Fabriciano atq; aliis quibusdam, diuisioni legi-
tur, *pessum datus. quomodo Tacitus i. Postquam hic socordia senue-
rit, ille per libidines pessum datus sit.*

Vbi per socordiam vires, tempus, ingenium disfluxere.) Sic in ma-
nuscriptis. vbi hodie fere, *defluxere.* id recte, an secus, aliorum esto
iudicium.

Neque regerentur magis, quam regerent casus.) Ita manuscripta
volumina, contra quam hodie legitur. vt *subaudias, casibus.* idque
magis breuitati Sallustianæ conuenit. quale propemodum est il-
lud apud Plinium libr. v i i. de Ciceroe, *Omniū triumphorum
lauream ad apte maiorum.* nam subauditur, *laurea.* quod quidam
non attendentes, neque rationem breuiloquentiæ Plinianæ ha-
bentes, triumphorum pro omni triumpho positum per enallagen
existimarunt. In Merseburgensi est, *neq; regerentur magis quam ipse
regerent casus.*

C A P. II. ¶ *Cum presentim tam multa & variaque artes sint ani-
mi.)* Est in manuscriptis & impressis vetustioribus, *tam multa va-
riaque sint artes animi.* id mollius est, alioquit sibilum efficit ina-
mœnum & insuauem rō s in priore voce extremum, in insequente
primum.

C A P. III. ¶ *Quoniam neque virtuti honos datur, neque illi qui-
bus per fraudem ius fuit, utique tui aut eo magis honesti sunt.)* in
manuscriptis duobus est, *quibus per fraudem ius fuit.* pro, quibus ho-
nos per fraudem contigit. Exemplar Ascensianum & Beroaldi-
num, *quibus per fraudem concessum ius fuit.* nisi quis pro imperio
potestateque publica, ius accipere velit. rō utique non habent codi-
ces in pergamenis descripti tamen non me fugit, apud Cicero-
nem aliquoties hanc particulam reperiri, cum primis ad Atticum.
sed & Merseburgense exemplar eam habet, & impressa cuncta
quotquot ipse viderim.

C A P. IV. ¶ *Certe quibus maxima industria videtur, salutare ple-
bem, & conuiujs gloria quarere.)* in illi est *conuiujs gratiam quare-
re.* pro *colligere gratiam, & captare atq; aucupari fauorem & bene-
uolentiam multitudinis, apparandis conuiujs.* sed nec gloriam repu-
dio. etenim apte sane quadrat. Quod si *gratiam* legere malis, id
quod mihi magis arridet, ad liberalitatem & benignitatem opu-
lentorum: sin *gloriam,* ad magnificentiam & splendorem spectabis.
nam & qui conuiuia libenter exhibent, aut epulum vulgo dant,
gratiam: qui laute & sumtuoso apparatu, *gloriam* consequi solent.
Intelliges autem hunc locum de publicis conuiujs, quibus mul-
titudi-

ritudinis studium & amorem sibi homines ambitiosi conciliabāt, qua de re Cicero in oratione pro L. Murena.

At contra, quis omnium est his moribus, qui non de vitijs & sumptibus, non probitate, neq; industria cum maioribus suis contendat?) in manuscriptis est *quin diuitijs & sumptibus, pro qui non.* & sic identidem in Cicero hæc particula vitur. Iam nō vitijs, sed diuitijs & sumptibus esse legendum, præter antiquorum fidem, etiam Ascensianus codex indicat. conturxit autem hæc Sallustius alibi quoq; nimirum ad Cæsarem de reo, ordinanda: *Iuuentus, inquit, probitati & industrie, non sumptibus neque diuitijs studeat.*

Perinde quasi pratura & consulatus.) Legendum proinde quasi, ut in manuscriptis est. quomodo fere semper apud Sallust.

Nunc ad inceptum opus redeo) In manuscriptis non est opus, sed & postea Sallustius, *Quamobrem ad inceptum redeo, inquit.*

CAP. V § *Deinde quia tum primum superbia nobilitatis obuiatum est*) in quibusdā est, *dehinc*, velut in manuscriptis, qua particula Cicero quoque vitur. In Veneto, quod est a Pincio excusum, *obuiatum* legitur, pro *obuiatum*, sed perperam videlicet. quamuis eodem modo & Merseburgense habeat, & Florentinum.

Sed prius quam huiuscemodi rei initium expediam.) Manuscripta quædam, *expedio*. quomodo Cicero quoque interdum, velut de Or, *Sed prius quam illa conor attingere, proponam breuiter, &c.* & in Ph. lipp. *Cui prius quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicamus.*

Quo dux Carthaginensium Annibal.) in mss. est, *Carthaginensium*. quomodo & alius fere in iisdem. Vult autē & Priscianus *Carthaginensium* dici lib. i v. Sed & Ennianus ille versiculus quem Cicero alicubi citat, cum Prisciano facit.

Hostem qui seriet mihi erit Carthaginensis.) nisi quis hoc metri ratione excusatum velit Sic infra Sallustius *Victis Carthaginensibus.* &, *Bello Carthaginensi* Item, *Syphacem & Carthaginenses.* Eodem modo in Catil. *Cum sæpe Carthaginenses in pace, &c.*

Quascumq; vrbes & agros manu ceperat) Legendum, *vrbes*, quomodo in impressis quoq; vetustioribus *manu ceperat*, pro *pugnando ceperat*. ut alibi idem loquitur. T. L. iuius i i i. ab V. C. *Quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce qua una posset vindicaret,*

Deinde Micipsa filius eius regnum solus obtinuit.) id eius non est in vetustis, nec in manuscriptis ipsis; & ex glossa inepisse videtur. In eisdem, *Dein* legitur. in Merseburgensi *Dehinc*.

Quem Masinissa, quia ortus ex concubina erat.) in mss. alijsq; vetustioribus, *quod ortus*. tamen tñ eodem sensu.

CAP. VI. § *Non se luxuria, inertia, corrumpendū dedit*) Volumē Fabriciana *non se luxu neq; inertia*, pro *luxu*. quomodo veteres loqui consueverunt. notat in lib. iv. Gellius cap. xvi. Hinc Terent. *Ve-*

Huiuscemodi verba cum Iugurtha fertur habuisse.) Manuscripta, dicitur huiuscemodi verba &c. sed eodem sensu. nec secus exemplar Merseburgense, & ex impressis Badianum & Florent.

C A P. X. ¶ *Facta omittam.*) Manuscriptum, *facinora.*

Me regnumq; meum gloria decorasti.) Quanto rectius in *miss. meque, regnumq; meum:* geminata coniunctione. hic est enim peculiaris mos loquendi historicorum. exempla pæne sexcenta apud Luuium, Curtium, reliquos.

Moneo obtestorq; te, ut hos qui genere tibi propinqui.) Legendū *ut hos.* nam sic fere Sallustius. *te,* volumen Fabricianū habebat alterius manu additum in spatio, quod versus dirimit. neq; est in alio præterea quodam, nec in exemplari denique Beroaldino.

Verum amici, quos neq; armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide patiuntur.) Sic in manuscriptis atq; aliis vetustis: non, *parantur.* quomodo in Eunuchō Terentius, *Cupio aliquos parere amicos beneficio meo.* & in Andria, *Obsequium amicos, veritas odium parit.* sic alicubi *amicitias parere* dixit Cicero. vocum affinitas auferat error: præbuit.

Qui aetate & sapientia priores.) In Merseburgensi & impressis vetustioribus, *quia aetate* &c. sed eodem sensu. forte aliquo in exemplari scriptum erat, *qui aetate,* ut in initio posterioris dictionis foret *diph. hongus a.* id aliquis nō intelligens, illam *a* vocalem particulæ præcedenti addidit. atque ita forsitan legi ceptum *quia, pro qui.* verum hic nihil admodum pronuntio. tantum diuersam lectionem est annotare visum.

Colite & obseruate talem hunc virum) *ro &*, non est in *miss.* nec aliis vetustioribus & sic est Sallustianum magis.

Ne ego meliores liberos sumsisse, quam videar genuisse.) Leger. *si* Fabriciano *sumsisse videar, quam genuisse.* porro *sumsisse, pro adoptasse* dixit.

C A P. XI. ¶ *Etiam ante ignobilitatem Iugurtha.*) Legendum, *antid* & plenius est & sonauit. Quid si diuisim legas, *& iam antea?* ubi nos coniuicim *etiam.*

Deinde tamen ut aetati concederet.) Manuscripta, *Dein tamen,* quæ particula sane est in veterum scriptis frequens. ita postea, *Dein loca exusta solis ardoribus.* nam sic exemplar manuscriptum, ubi *Deinde* fere, *Deinde.* Merseburgensis codex, *Dehinc tamen ut aetati,* &c.

Vix in alteram partem traductus est.) in manuscriptis est, *transductus.* quod antiquitatem magis redoler, & apud Icrentium & Galicem reperitur.

Ibi cum multa de administrando imperio differerent, Iugurtha inter alias res ait, oportere quinquennij consilia & decreta omnia rescindi.) Manuscriptum, *inter alias res ait.* pro, inter alia hoc significat & innuit, oportere quinquennij consilia, &c. nam sic inter-

dum hoc verbo utitur Cicero ad Atticum 11. *Sed illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscure, iam etiam ex istis quinguentis loqui quosdam. Quidnam id est?* pro, quod obscure & t. etc. significas. T. 1.1. uius v. 1. ab V. C. *Ad hoc domi concionantis in modum sermones plerumque eriminum in patres, inter quos cum omisso discrimine vera an vana iaceret, thesauros Gallici auri occultari a patribus iecit.* pro, significavit. quomodo & alias idem. Sed & verbo *iactare* Livius in eodem significato utitur. Ut v. ab V. C. *Iactantibus non obscure Gallis, haud magna mercede se adduci posse, ut obsidionem relinquunt.* Est apud Tacitum: *Iacere fortuitos sermones.* lib. v. idem. *Si qua discordes iecissent,* inquit, Fuit credo qui quid sibi nam vellet *no iacit*, minus intellexerit. is igitur deceptus specie recti, ut est in scitia, substituendum putavit, *Ait, Quod si cui vulgata lectio magis atridet, is persuasum sibi habeat, animum errore & vana specie atque imagine veri preoccupatum in causa esse, cur ei minus castigatio nostra placeat.* Hæc iam annotaram, cum ecce affertur & aliud manu scriptum, in quo ipso idem reperi: ut iam nullus scrupulus relinquatur. Ceterum *decretum rescindi* Sallustius, pro *irrita infectaque fieri*, siue pro *irritis haberi* dixit: quomodo & Cicero, *Cæsaris acta rescindere, constituta ab alio rescindere, iudicium vel res iudicatas rescindere*, atq; hoc genus alia. pro *infirmare, dissolvere, labefactare*, nam his verbis interdum eodem modo est usus.

Quod verbum in pectus Iugurtha altius, quam quisquam ratus erat, descendit.) Legendum *quam quisquam ratus*, om. illo illo verbo *erat*: quod ex gloria inepti alicuius & intulsi litteratoris irreputabile credo in contextum.

C A P. XII. ¶ *Sed Hiempsal opido Thirmida*) Manuscripta cuncta, *in opido*, addita præpositione: quomodo & Badianum, & alia quædam. Exemplar Florentinum, Venerum, atq; ex his derivata, *in opidum Thirmida*: quasi ad verbum *concessere* referatur. sed perperam meo iudicio.

Occultans se in tugurio mulieris ancilla.) Manuscripta non habent additam præpositionem *in*. Servius in 1. Æneidos hunc locum citans, præpositionem addit; nisi sint mendosi codices. Idem in v. 111. At Donatus in Andriam quidem *in* omittit, consentientibus ad unum quotquot ipse viderim exemplaribus; in Phormionem vero, addit. præterquam in codice Romano, ubi hic locus contra quam in aliis fere est omissus. Mihi vulgata lectio hæud sane displicet. pro, *delitescens in tugurio, abdensque sese*. nisi quis legendum forte putet, *cum interim Hiempsal reperitur occultans in tugurio* &c. accusatio omisso. quomodo ad Atticum Cicero *Inventus est vix in hortis suis occultans*, ut videlicet absolute actiuum ponatur. Tamen in Merseburgensi est, *occultans sese*. ut nihil certi quis affirmare queat.

C A P. XIII. ¶ *Quæ maximas potest copias armat*) in Merseburgensi

genſi & impreſſis vetuſtioribus, *copias parat*. pro comparat. In ceteris manu ſcriptis eſt vulgata lectio, conſentiente Beroaldino.

Verbs partem vi, alias voluntate imperio ſi iungit.) Legendum *urbes.* & *adiungit.* ex manu ſcriptis, & impreſſis quibuſdam.

De eadeſſe fratris, & ſuis fortunis) Manu ſcripta, & *fortuna ſuis*, vt pronomen ſequatur. id quod elegantius eſt. nec ſecus ex impreſſis quædam.

Ac deinde Romam contendit) In vetuſtis eſt, *dehinc*. qua voce perſæpe & alias vtitur.

Tum Iugurtha paratis conſiliis, poſtquam omni Numidia potiebatur) In quibuſdã eſt, *peractis cõſiliis*. in manu ſcripto, *paratis*. pro *perfectis* qua in animo habuerat. idque verbi maxime omnium placet. Sic dicimus, *parare incepta*, *parare facinus*, pro *peragere*, *perficere*.

In otio facinus ſuum cum animo reputans) Sic & Fabricianum, & cetera manu ſcripta. quomodo Cicero alicubi. *Multa mecum ipſe reputauit*, inquit. verum in quibuſdam tamen eſt, *in animo*. *perperam*, vt opinor.

Romam legatos mittit, quibus præcipit) Manu ſcripta, *quis præcipit*. quomodo & alias sæpe.

Vt primũ veteres amicos magnis muneribus explant) In manu ſcriptis & aliis quibuſdam non eſt, *magnis*.

Deinde novos acquirant) Eſt quidem in Merſeburgeniſi atque aliis vetuſtis *exquirant*: ſed in Fabriciano. cuius nos plerumque fidem ſequimur *adquirant*. pro *comparent*, *conciſient*, *adiungant*. id enim proprie hoc loco ſignificat. Habent eodem modo cetera manu ſcripta.

Sed vti legati Romam venire, & ex præcepto Regis) Perperam eſt in recentioribus omiſſa copula &, quæ eſt in antiquioribus addita.

Vt ex maxima inuidia & malevolentia, in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha veniat) In vetuſtioribus quibuſdam eſt *malevolentia* additum: cui *fauorem* ſtatim opponat, ſicut *inuidia gratiam*. In manu ſcriptis tamen & recentioribus non eſt idem additum, ac citra detrimentum ſeuſus abeſſe poterit.

Singulos ex ſeratu ambiendo) Fabricianum, *ambiundo*. nec aliter Merſeburgeniſe.

CAP. XIV. ¶ *Ceterum ius & imperium eius penes vos eſt*) *eius*, non eſt in omnibus vetuſtis: nec leuiſus magno opere requirit. nam genitiuus ille *regni Numidia*, huc eſt referendus qui anteaſſit.

Quæ præcepta patris mei cum agitarẽ) *Me*, non eſt in omnibus vetuſtis: & eſt ab litteratore forſan aliquo adiectum, qui voluerit explicare, quo de patre loqueretur. proinde ac ſi non id factis eſt ſuperioribus planum perſpicuumque foret. Talia per multa paſſim ſunt cum in Saluſtio, tum in ceteris fore omnibus adie-

Et id quod facile sentit, qui scripta veterum diligenter evoluit. Ne quid tamen dissimulem, est in manuscriptis duobus hoc loco *parentis mi.*

Contempto vestro imperio) Manuscripta, *contempto imperio vestro.* vt pronomen sequatur, quomodo & Badianus codex.

Etiam a Serpeio ium atque amicum populi R.) Manuscriptum, *ab h. serpe.* Hoc autem ideo Adherbal. quod Malinissæ nepos esset, qui rex, locustique & amicus fuerat ab senatu appellatus. cuius nominis honorem & patris admodum, & pro magis erga se regum meritis atque officiis dare populus R. consuevit.

Quibus vitinam non egerem) Non est in illo vsquam manuscripto quod sciam, illa optandi particula *vitinam*: ac mea quidem sententia rectius eadem abest. qui locum expendit, si cuius modo est in litteris iudicium, mecum haud dubie faciet. nec exemplar eam Beroldinum habet.

Secundum ea si desideranda erant, uti debitis uterer) Codices quidem in pergamenis descripti, consentientibus & impressis nonnullis: interque hos eo, qui a Plinio est Veneris excusus, *sed ea si desideranda erant.* verum priorem lectionem esse veritorem, e Prisciano liquet. is enim lib. x. c. l. de præpositione agens, Secundum inquit, quando pro *ut* & *ut* accipitur, loco præpositionis est. Sallustius in linguæ tibio, *Secundum ea, uti debitis uterer.* Lucan. v. 111. *secundam Emathiam lis tanta datur.* Ita Priscianus. videlicet hoc docet, *Secundam* in Sallusti exemplo, *post* vel *proxime* significare: in Lucani, *pro.* vt mirari satis non queam, quid ille sibi velit, qui *post* *per* accipi adnotauit. que in scopulam tamen & Thomas Linæer impegar.

Sed si ad impetrandum nihil causa haberem) Illa particula *Sed*, non est in codicibus manuscriptis, nec in ceteris impressis.

Nunc aformatus arumnis, inops, alienas opes expecto) in aliis est, *expecto.* verumque mea quidem sententia sic quadrat, vix vt noris, verum alteri præferas. nisi quod prius illud in codicibus manuscriptis. Cicero ad Atticum Cæsariam opes meas, non vt antea opem expectat. Idem alibi, auxilium expetere dixit. quomodo & Terentius in Andria, auxilium expetens.

Hon me miserum) In tribus manuscriptis est, *Eheu.* nec aliter citare Probus videtur. quo loco docet hanc interiectionem etiam liberæ a numeris orationi, & cum primis historię conuenire. Quamquam autem Valla hanc particulam nulli casui seruire docet, est tamen inuenire vbi cum accusatiuo iuncta sit. Terentius in Phormione, *Eheu me miserum,* inquit. Et Cicero in oratione antequam iret in exilium, *Eheu conditionem huius temporu.* Sed Virgilius nullum ei addit casum in Buc. *Eheu quid vultis misero mihi.* & iterum, *Eheu quam pinguis macer est mihi taurus in aruo.* Sed nec Tibullus, *Eheu diuitibus video gaudere puellas.*
Idem,

Idem, *Ferrens est heu. quisquis in urbe manet.* Sunt qui & hoc & similibus locis, *heu heu* legere malint. Sane codex Merseburg. hic habet, *Heu heu me miserum.* & eodem modo Florentinus. verum, ne quid diffimulem, & *heu* sine casu saepe numero ponitur. ut apud Cicronem, *Heu quam dispersi domino dominari.* Virgilius *Heu fuge nata dea.* &, *Heu nihil insitis fas quemquam fidere diuis.* sic saepe alias. velut i. i. *Aeneid. Heu qua nunc tellus,* inquit, *qua me aquora possunt Accipere?* & i. i. i. *Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat assatu?* &, *Heu fursu incensa feror.*

Semper ne in sanguine, ferro, fuga versabimur?) Manuscripti codices & impressi quidam, *versabimur* habent. id mihi quidem magis arridet.

Hostes a latere, vos amici procul) In manuscriptis est, *hostis ab latere.* idque melius.

Lati pacem agitabamus. quippe quibus nullus hostis erat) In manuscriptis est, *quis hostis nullus erat.* pro, *quibus.* Ita in Officiis Cicero, *A quis male pugnatum est,* inquit. pro, *a quibus.* Sallustius paulo ante, *Legatos Romam mittit, quis praecipit.* Sic postea alicubi, *Quis adiutoribus regem aggressus, impellit ut aduersum Romanos bellum incipiat.* Rufus, *Quis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat.* &, *Quis omnia regna aduersa sint.*

Ecce autem ex improviso Iugurtha intoleranda audacia) Haec vera lectio. ceterum est in Merseburgensi, *de improviso:* sed eodem plane sensu. dicimus enim, *improviso, ex improviso, de improviso.* Cicero pro Murena, *Syracusani improviso in castra Hamilcaris irrumpunt.* Idem in Verrem, *Ex improviso si qua res nata essent.* sic & *de improviso* alicubi dixit.

Sicut videtis, extorrem patria) Fabricianum, *sicuti videtis.* quomodo & alias fere.

Vt in omnibus bellis adesset vobis) Manuscripta, *vti in omnibus bellis.* Mersebutgense, *adessent vobis,* numero plurali.

Alter eorum necatus est) In Merseburgensi & alio quodam manuscripto non est verbum substantiuum.

Alium ab a clade oppressi:) Manuscriptum Fabricii, *clades,* consentientibus & aliis duobus. verum Merseburgense, *clade* auferendi casu.

Iniurias omnes) Legendum ex vetustis, *omnes.*

Nunc vero exsul patria, domo, solus, atque omnium verum honestarum egens, quo accedam, aut quo appellent?) Manuscriptum, *atque omnium honestarum ege s verum?* Est qui *accidam* hoc loco, non, *accedam* legat: idque ex commentariis in Terentium Donati. Accitat quidem in Heeyr. in Donato Iohann. Sallustii quendam,

vbi is dixerit, *Qua accedam, aut quo*, sed non hunc opinor e bello Iugurthino. itaque lectionem vulgaram relinquendam puto. Ceterum *appellare* hic eo plane modo accipitur, quo apud Cicero- nem, cū ait, *Quē enim alium appellem? quem obtester? quem implo- rem?* & *Vos etiam atq; etiam imploro atque appello sanctissima dea.* Item, *Quid agendum est? qui Deus appellandus? cuius hominis fides imploranda?* Ergo quos appellem Sallustius, pro, quos inuocem? quo- rum fidem & misericordiam implorem atque exposcam? a quibus o- pem auxiliūque petam.

Postremo Masinissa ita nos instituit) In nonnullis est, *Micipsa*; vt de patre suo, non auo loquatur. & sic quoque Florentinum, licet aliter codices in membrana descripti.

Quos ego audio summa ope niti) Manuscripta, *maxima ope niti*. quomodo & Badianum exemplar & Beroaldinum, sed eodem sen- su, pro, summis viribus.

Omnibus malis excruciatus) In quibusdam additur, *ipse*.

Graues pœnas reddat) Legendum, *grauis*.

Tamen latandum magis quam dolendum casum tuum puto) Ma- nuscripta, *quam dolendum puto casum tuum*.

Cuius vita necisque potestas ex alien. opibus pendet) Manu scri- pta, *ex opibus alienis*. vt adiectiuum sequatur.

Oro vos per liberos atque parentes vestros) In manu scriptis non est oro, neque in Beroaldino, sed tantummodo *per vos, per libe- ros, &c.* quæ lectio haud dubium quin melior sit: nec aliter fere Liuius ix. secundi belli Punici, *Quibus per vos fidemque vestram P. C. prius quam eorum scelus expretis, neque in Italia, neque in Afri- ca quidquam rei gesseritis.*

CA P. XV. § *Legatis Iugurtha largitione magis quam caussa freti*) Melius *legati*; casu nominatiuo. id operarum est incuria com- missum.

A Numidia interfectum) Codex Fabricianus, *ab Numidia*.

Sua quasi pro gloria nitentur) In manuscriptis atque item im- pressis vetustioribus, *nitentur*, numero plurali. id rectius esse puto.

Subueniendum Adherbali) Manuscriptum, *subueniundum*. Iam constat ita fere antiquos loqui solitos, vt in gerundiis loco *e*, vocalem *u* frequenter ponerent: id quod passim in fabulis Teren- tii Plautique occurrit. sic apud Iureconsultos *familia herciscunda, finium regundorum, communi diuidundo*. pro, *herciscunda, regendo- rum, diuidendo*. Annotauit hoc i. libro Priscianus. quamquam autem is hoc fieri dicat in his verbis, quæ a tertia coniugatione nascantur, tamen in quarta etiam fieri constat. nec est Priscianus male locutus. nam apud veteres vna eademque coniugatio erat tertia & quarta. id quod vel e Donati methodo liquet. nam is so- lum tres coniugationes ponit. vt omittam Probum, Diomedem,
Victo-

istorinum, Seruium, qui idem faciunt. Quartam ipsi tertiam productam vocant, cuius & Phocas meminit.

Is postquam vidit regni largitionem famosam imprudentemque) ege, imprudentemque. affinitas verborum, locum errori fecit. est utem in manu scriptis videt, tempore presentis: contra quam iymnicus habet.

Veritatem, quod in talis fieri solet, ne polluta licentia inuidiam accenderet) & fieri, non est in aliis. ac si quid ego iudico, maiore cum cuncta abesse poterit. nec in manu scriptis voluminibus reperi. sed in Calibi Sallustius, Simulque id quod in talis re solet, alii portentosa atque prodigia nuntiabant. deest fieri.

C A P. XVI. ¶ *Tamen accuratissima accepit) Manu scripta cuncta recipit. rectene an secus, aliorum esto iudicium. quamquam um his & Beroaldinum facit.*

In diuisione regni, qua pars Numidia) & regni manu scripta non habent & ex glossa forte irrepserit.

Agris virisque opulentior) Manu scripta quidem, agro virisque, quomodo & in impressis quibusdam est, & in ipso Merseburgensi.

Et eas gentes, quibus cum nobis bellum) Legendum ex vetustis, gentis.

Sed qua loca & nationes, ob calorem & asperitatem, item ob solitudines, minus frequentata sunt) In manu scriptis atque aliis vetustioribus est omissa prepositio, item solitudines. id rectius esse puto.

C A P. XVII. ¶ *Quam locum Catabathmum incolae appellant) M. Antonius Sabellicus in caput Plinii quintum libr. v. mendose plerisque cum in Plinio, tum in hoc etiam Sallustii loco Catabathmum legere, in eoque insigniter illos errare censet. ipse Catabathmum legit, si dis placet. verum Sabellicum virum alio. qui longe doctissimum, & de rep. litteraria prolixè meritum, vehementer hic hallucinatum esse cum res ipsa indicat, tum Hermolaus pluribus ostendit, qui & secum facere testatur Plinium, Strabonem, Pomponium, Diodorum Eustathium, Stephanum, Dionysium, Martianum, Antoninum, Solinum. dicitur autem καταβαθμὸς, ἄνω ἔρχεται καὶ ἵκει, quod est, descendere. ut iure eos rideas, qui vocem esse Punicam adnotarant.*

Mare seuum & importuosum) τὸ &, non est in manu scriptis, nec impressis vetustioribus.

Et ager frugum fertilis) Ne hic quidem copula additur in manu scriptis in duobus frugum sterilis legitur, sed perperam.

Arboribus infecundis) Manu scripta arbori, numero singulari. Africam habere in initio Gatalis & Libyes) manu scripta in initio habere, prepositione omissa, quomodo paulo ante, Sed qui mortales initio Africam habuerint.

Vagi, palantes qua nex corgerat, sedes habebant) Codices in

membrana descripti præter unum *quasi nox coegerat*, ut subaudias *habere*. hoc est, ubi cum nox eos opprimeret, ibi commorabantur, cum alioqui sedem stabilem & domicilium certum non haberent. Exemplar a Pincio Venetiis exculum, ut & alia pleraque, *quo nox coegerat*. quomodo fere a doctis citatur, pro, quem in locum nox compulerat, ibi manebant.

Amisso duce, ac passim multum sibi imperium petentibus) Manuscripta, *multum sibi quisque imperium petentibus*: verum perperam, nisi quis malit *quisque*, pro quibusque, positum. facie cum manuscriptis Florentinum, atque item Beroaldinum.

Hipaulatim per connubia Getulos sibi miscuere) Manuscripta, *secum miscuere*. pro *coniungere sibi*. additur enim huic verbo interdum illa *Cum* præpositio cum suo casu. Cicero, *Cum quibus tamquam purpuram misceri oporteat*. Idem, *Parentalia cum supplicationibus misceri*. Liuius datiuum I X dec. IV. *Cum conciliis nostri eam fecerimus, & nobis miscuerimus*. Idem I I I. belli Punici secundi, *Quod connubium vetustum multas familias claras ac potentes Romanis miscuerat*.

C A P. XIX. ¶ *Et alii novarum rerum avidi*) Manuscripta quædam, & *alii novarum rerum avidi*. quomodo & Badianum. ut fiat duo ablativi absolute positi. Beroaldinum, *cupidi* habet, pro *avidis*. verum id ex glossa, ni fallor, irrepsit.

Hæc, brevis multum aucta) Manuscriptum, *eaque brevis*, &c.

Post eos Æthiopes esse) in manuscriptis legimus, *Æthiopiae*. & sic rectius, ut sit accusativus *Gæcus* *αἰθιοπας*.

Deinde loca exusta solis ardoribus) Manuscripta, *dein*. atque ita rectius.

Vsque ad flumen Mulucham) Fabricianum, *ad flumen usque Mulucham*.

Satis dictum est) *quod est* manuscripta non habent, ac rectius abest. Sed & statim ante, *De Africa & de eius incolis*. in manuscriptis non repetitur illa præpositio *De*, nec in Ascensiano, aut Beroaldino.

C A P. XX. ¶ *Postquam diuiso regno legati Africa discessere*) Sic & manuscripta. perperam in quibusdam est, *ab Africa*. nam & inferius, *ubi eos Africa discessisse ratus est*, inquit.

Certum esse ratus quod ex amicis apud Numantiam acceperat) Sic & manuscripta. in aliis, *ad Numantiam*. quomodo per frequenter Cicero loqui consuevit. Sic Virgilius *ad Troiam* dixit; pro *apud Troiam*, & Liuius, *dum hæc ad Veios agebantur*. pro *apud Veios*. Hoc ni fallor, e glossa nimirum irrepsit. nam annotarat forte aliquis, *ad pro apud esse positum. id esse ibidem*, non est in manuscriptis, ac citra detrimentum sensus abesse poterit.

Multos mortales cum pecora) Legendum, *mortales*.

In regnum suum se convertit) *et sic*. non reperitur in Beroaldino, neque in vilo manuscripto: quali absolute ponatur hoc verbum. Sic alibi, *etiam cum paucis ad pedetes convertit*, inquit, & Corn. Tacitus

tus III. Postquam ex libus scultum, & magnitudo famæ exitio
ar, ceteri ad sapientiora conuertere. hic quæq; sine casu ponitur.

*Exst mans Adherbalem uolare permotum, uoluerat sua mans
ad. caturum*) Manuscripta, *uolare permotum Adherbalem*. quæ
locutio uerborum melior.

CAP. XXI. ¶ *Et quis dei extremam erat. praelium non est ince-
m, Gist*, in manuscriptis non est.

Que Numidas insequentes a. uentibus prohibuit) In manuscriptis
impressis quibusdam omiſſa præpositio est, *u. uentibus prohibuit*.
umque mihi placet & utroque modo Cicero loqui consuevit.
An. I. belli Gallici, finibus *prohibere* dixit sine addita præposi-
tione.

Iugurtha epidum circumfudit) In manuscriptis est, *Igitur Iugur-
tha* nec aliter in impressis quibusdam.

CAP. XXII. ¶ *Sed is rumor clemens erat*) Perperam in Meſſe-
ngensi & aliis plerisque, *his rumor*. Porro *cl. mens*, pro non *namus*
uitur. cuius & Priscianus meminit.

Ob easdem artes a M. dipſa) Legendum, *artem*.

*Adherbalem dolis uita sua infasatum, quod ubi comperisset, eius
eri obuiam esse*) *to eius*, non est in omnibus uetustis, & additi-
um mihi uidetur, ut & alia pleraque. sed in manuscriptis qui-
dam est tamen. Porro obuiam ire, hic est iſtere: sic Cicero,
lorum conatibus obuiam ire dixit.

Postremo de omnibus rebus legatos Romam breuise esse missurum)
manuscriptis hæc duæ voces, *se esse*, deſunt. an autem elegantius
int. aliorum esto iudicium.

CAP. XXIII. ¶ *Neque propter naturam loci*) Manuscriptum
ue propter loci naturam. quomodo & ex impressis quædam
iseburgense uero. *neque per loci naturam*. ut sit sentus, Loci na-
a obſtabat, quo minus expugnare Cirtham poſſet.

uos hortando ad uirtutem arrigere) In manuscriptis est, *erigere*.
& prælectio mihi placet. nam & alibi Sallustius, *Eos non paul-
inquit, oratione sua Marius arrexerat*.

Bellum non posse trahi) In manuscriptis & aliis, *bellum trahi non*

ittera Adherbalis in senatu recitata sunt) *sunt*, non est in ma-
riptis neque ceteris uetustioribus.

CAP. XXIV. ¶ *Quem tanta libido exstinguendi me inuasit*) Sic
antictis. alioqui iſpicari poſſis, *exstinguendi mei* legendū ut ui-
bet uocales cōcurrētes locū error fecerint. sed nihil inmuto.
lura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea) *to me*, li-
n Fabriciano sit, non reperi tamen in aliis uetustioribus. ac e-
ntius abesse poterit, nullo sensus detrimento.

quam in serua mea fidem uerbis faceret) In nonnullis est, *vobis
et*. sed alterum quod in manuscriptis quoque est, *magis*

membrana descripti præter vnum *quas nox coegerat*, vt subaudias *habere*. hoc est, vbi cumque nox eos oppresserat, ibi commorabantur, cum alioqui sedem stabilem & domicilium certum non haberent. Exemplar a Pincio Venetiis excusum, vt & alia pleraque, *quo nox coegerat*. quomodo fere a doctis citatur, pro, quem in locum nox compulerat, ibi manebant.

Amisso duce, ac passim multum sibi imperium petentibus) Manuscripta, *multum sibi quisque impersum petentibus*: verum perperam, nisi quis malit *quisque*, pro *quibusque*, positum. facie cum manuscriptis Florentinum, atque item Beroaldinum.

Hipaulatim per connubia Getulos sibi miscuere) Manuscripta, *secum miscuere*. pro *coniungere sibi*. additur enim huic verbo interdum illa *Cum* præpositio cum suo casu. Cicero, *Cum quibus tamquam purpuram misceri oporteat*. Idem, *Parentalia cum supplicationibus misceri*. Liuius datiuum IX dec. IV. *Cum concilio nostri eam fecerimus, & nobis miscuerimus*. Idē III. belli Punici secūdi, *Quod connubiū vetustū multas familias claras ac potentes Romanis miscuerat*.

C A P. XIX. ¶ *Et alii nouarum rerum auidi*) Manuscripta *quædam, & alii nouarum rerum auidi*. quomodo & Badianum. vt sint duo ablatiui absolute positi. Beroaldinum, *cupidi* habet, pro *auidi*. verum id ex glossa, ni fallor, irrepsit.

Hæc breui multum aucta) Manuscriptum, *eaque breui, &c.*

Post eos Æthiopes esse) in manuscriptis legimus, *Æthiops*. & sic rectius, vt sit accusatiuus Græcus *αιθιοπας*.

Deinde loca exusta solis ardoribus) Manuscripta, *dein*. atque ita rectius.

Vsque ad flumen Mulucham) Fabricianum, *ad flumen vsque Mulucham*.

Satis dictum est) *quod est* manuscripta nō habent, ac rectius abest. Sed & statim ante, *De Africa & de eius incolis*. in manuscriptis non repetitur illa præpositio *De*, nec in Ascensiano, aut Beroaldino.

C A P. XX. ¶ *Postquam diuiso regno legati Africa discesserunt*) Sic & manuscripta. perperam in quibusdam est, *ab Africa*. nam & inferius, *vbi eos Africa discessisse ratum est*, inquit.

Certum esse ratum quod ex amicis apud Numantiam acceperat) Sic & manuscripta. in aliis, *ad Numantiam*. quomodo per frequenter Cicero loqui consuevit. Sic Virgilius *ad Troiam* dixit; pro *apud Troiam*, & Liuius, *dum hæc ad Vesios agebantur*. pro *apud Vesios*. Hoc ni fallor, e glossa nimirum irrepsit. nam annotarat forte aliquis, *ad pro apud esse positum. rō esse ibidem*, non est in manuscriptis, ac citra detrimentum sensus abesse poterit.

Multos mortales cum pecore) Legendum, *mortales*.

In regnum suum se conuertit) *se*. non reperitur in Beroaldino, neque in vilo manuscripto: quasi absolute ponatur hoc verbum. Sic alibi, *etiam cum paucis ad pedites conuertit*, inquit, & Corn. Tacitus

citus: II. Postquam ex libus scuitum, & magnitudo famæ exitio
 eiaa, ceteri ad sapientiora conuertere. hæc queq; sine casu ponitur.

*Exist mans Adherbalem uolera permerem, inuicias sua mans
 vindicaturam*) Manuscripta, de lore permerem Adherbalem. quæ
 collocatio verborum melior.

CAP. XX). ¶ *Et quis diei extremam erat, prælium non est ince-
 ptum* C. M. in manuscriptis non est.

Qui Numidas insequentis a. censuram prohibuit) In manuscriptis
 & impressis quibusdam omissa præpositio est, n. censuram prohibuit.
 utrumque mihi placet & utroque modo Cicero loqui consuevit.
 Casar. I. belli Gallici, sinibus *prohibere* dixit sine addita præposi-
 tione.

Iugurtha opidum circumfedit) In manuscriptis est, *Igitur Iugur-
 tha*. nec aliter in impressis quibusdam.

CAP. XXII. ¶ *Sed in rumor clemens erat*) Perperam in Merse-
 burgensi & aliis plerisque, *hæc rumor*. Porro *cl. mens*, pro *non nimis*
 ponitur, cuius & Priscianus meminit.

Ob eas: martes a M. cipia) Legendum, *artem*.

*Adherbalem dolis uita sua insidiatum, quod ubi comperisset, eius
 festi obuiam esse*) *de eius*, non est in omnibus uetustis, & additi-
 cium mihi uidetur, ut & alia pleraque. sed in manuscriptis qui-
 busdam est tamen. Porro obuiam ire. hic est resistere: sic Cicero,
 malorum conatibus obuiam ire dixit.

Postremo de omnibus rebus legatos Romam breuise esse missurum)
 In manuscriptis hæc duæ voces, *se esse*, defunt. an autem elegantius
 absint, aliorum esto iudicium.

CAP. XXIII. ¶ *Neque propter naturam loci*) Manuscriptum
neque propter loci naturam. quomodo & ex impressis quædam
 Merseburgense uero. *neque per loci naturam*. ut sit sensus, Loci na-
 tura obstabat, quo minus expugnare Cirtham pelleret.

Suos hortando ad uirtutem arrigere) In manuscriptis est, *erigere*.
 sed & prælectio mihi placet. nam & abibi Sallustius, *Eos non paul-
 lum*, inquit, *oratione sua Marius arrixerat*.

Bellum non posse trahi) In manuscriptis & aliis, *bellum trahi non
 posse*.

Littera Adherbalis in senatu recitata sunt) *sunt*, non est in ma-
 nuscriptis neque ceteris uetustioribus.

CAP. XXIV. ¶ *Quem tanta libido extinguendi me inuasit*) Sic
 in cunctis. alioqui suspicari possis, *extinguendi me* legendum ut ui-
 delicet uocales cōcurrētes locū error fecerint. sed nihil inmutato.

Plura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea) *de me*, li-
 cet in Fabriciano sit, non reperi tamen in aliis uetustioribus. ac e-
 legantius abesse poterit, nullo sensus detrimento.

Quam miseria mea fidem uerbis faceret) In nonnullis est, *vobis
 faceret*. sed alterum quod in manuscriptis quoque est, magis

probarim. pro. ad credendum mihi vos impelleret; seu, ad habendam fidem verbis meis induceret.

Tantummodo inimici imperium & cruciatus corporis deprecor) Hæc nimirum vera lectio est. quam si in Beroaldino sit, *cruciatus corporis ut euadam deprecor*. Fuit credo qui non intellexerit elegantem usum verbi *deprecor*, is ea quæ supersunt adiecit de suo: atque hoc deinde forte e spatio irrepfit in contextum.

Et quam primum Adherbali subueniendum) *re &*, in duobus manu scriptis non erat.

Interim de Iugurtha consul retur) Sic in manuscriptis. nisi quod in Fabriciano *re vis*, quod Gymnicus habet, additum in spatio erat

Summa ope enisum est, ne tale decretum fieret) In aliis, *summa ope enisum*, omisso verbo substantiuo & sic cõdices in membrana descripti.

Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplius honoribus usi) Legendum *amplius honoribus*. id quod frequens est apud Ciceronem. Operarum incuria hoc mendum irrepfit. quamvis eodem modo codex Basilienfis.

In qua fuit M. Scaurus) In aliis, *M. Æmilius Scaurus*. In quibus, pro *inter quos* dixit: est enim Græcistros quomodo in Lælio Tullius, nisi in bonis amicitiam esse non possit. pro *inter bonos*.

Et tum in senatu princeps) Manuscripta duo, *senatus princeps*. Quamquam utrumque recte, & utroque modo. Cicero loquitur. Sed & in inscriptione quadam Armini, *princeps in senatu* legitur: ubi alias fere, *princeps senatus*. Lilius, *Princeps*, inquit, *senatus tertium lectus P. Scipio Africanus*. Hoc genus honoris, ut in Africani vita testatur Plutarchus, iis tantum deferri consuevit, qui auctoritatem & gloriam maximis in temp. meritis, præstantissimisque rebus gestis essent consecuti.

Seque ad eum ab senatu missos) In manu scriptis est ommissa coniunctio, *se ad eum &c.* quomodo & in impressis vetustioribus.

Porro animus cæcus cupidine, ad inceptum celus rapiebatur) Manuscripta duo, *rapiebat*: ut subaudias Iugurtham, sed verum rectius, aliorum esto iudicium. nam ego mihi non liquere fateor. Paulo inferius,

Ac tamen si senatus verbum minus graues nuntiabantur) Sic in vetustis. ac si quid ego iudico, elegantius adiectiuum sequitur. porro *senatus verbum*, pro nomine senatus dixit.

Quod ab oppugnatione non desisteret) In manu scripto quodam est præpositio ommissa. quando Virgil. *Mene incepto desistere vitæ*. Sed præpositionem addas, nec ne, parum sane refert. Cæsar, *oppugnatione desistit*, inquit Cicero: *Quasi desisterim prestina causa*. Sic Cæsar, *consilio desistere. itinere desistere* dicit. Cicero præpositionem interdum addit, *ut ab illa mente desisteres*. Item, *Cur sibi a causa desist. ut nestor* esset.

C A P.

CAP. XXVI ¶ *Atherbali suadent, uti sese & opidum Iugurtha tradat*) Manuscripta, *ut seque & opidum*. Hic est peculiaris fere loquendi mos Historicorum & Comicorum, Sallustius postea, *Aquamodo seque & iumenta onerare*. Idem, *Physicis conditione probata, seque vitamque suam resp. condonare*. Idem in Catilin. *Æquitate seque & temp. curabent*.

Si aduerseretur) Fabricianum, *aduorsaretur*. quod antiquitatem magis redolet, quam vnice obseruat Crispus.

Iugurtha in primis Atherbalem exvinctatum necat) Fabricianum, *igitur Iugurtha in primis*, &c. perperam hoc in impressis omissum videtur cum mire interim ad sententiam faciat: quamuis non sit in Merseburgensi atque aliis.

CAP. XXVII ¶ *Ecres in senatu agitari cœpit*) Manuscripta, *agitari cœpta*. Quamquam idē est utrobique sensus. Cicero in Bruto; *Qua in urbe primum literu oratio est cœpta mandari. pro cœpit*. & III. de Oratore, *Post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam & dignitatem*. Liuius I II. ab V. C. *Sed contemni, inquit, cœpti erant a finitimis populo. pro. cœperant*.

Vis per paucos factiosos Iugurtha scelus condonaretur) Sic & manu scripti codices, & ceteri verustiores atque ita mollius est. Quam duriter enim & aspere concurrunt, *factiosos scelus!* Hoc quamuis leue, non tamen prætereundum esse duxi.

Provincia futuris consulibus Numidia, atque Italia decreta sunt. consulesque declarati sunt P. Scipio Nasica, &c.) n̄ sunt, neutrobi habent codices manuscripti: & irrephisse ex glossa videtur. Sed & *consules*, ibi nulla addita coniunctione legitur.

CAP. XXVIII ¶ *Quippo cui Roma omnia venū ire in animo haberat*) Manuscripta duo, *venire* habent. sed vulgata lectio melior, *venum ire*. Id enim est, quod & initio dixit, & post repetit. *Omnia, Roma venalia esse*. Itaque permagnam Iugurtha in avaritia nobilitatis, & in pecunia sua spem habebat.

Vi omnes mortales pecunia aggradiantur) In quibusdam, *omnes mortales uti pecunia aggradiantur*: ut sic ὑπὲρ βῆτον, legitimo dictionum ordine mutato, quomodo Cicero, *Vix ut intelligantur*, inquit. pro, *ut vix* Sed & Sallustius postea, *Alii signo dato locum vixi desererent*. Tametsi, ne quid dissimulem, in manuscriptis non est, *ut* rectiusque subaudiendum videtur. nec est eo in exemplari quod Ascensius excudit, castigauit Alexander.

Nisi regnum ipsumque deditum venissent) In aliis, *in regnum*.)

Interim Calpurnius parato exeretu legit sibi homines nobiles, factiosos) In Fabriciano est, *legat sibi*. quomodo & exemplar habet Merseburgense, a verbo *legare*. quemadmodum Cicero saepe, *velut, Dolabella me sibi legauit, & Caesar C. C. ssum sibi legauit*. Item, *Ego me a Pompeio legari ita iun passus, ut &c.* Item, *Isti quos legatos tunc tibi legasti. & Na ligaretur A. Gabinum Cn. Pompeio expetenti*. Fa-

cilis autem & proclivis error fuit, vnius immutatione litteræ. Quod ad ἰσθραφίαν attinet, legunt alii *Gulphurnius*, addito Spiritu. sed Volaterranus alterum magis probat: qui cum origo ipsa nominis facit. nam Plutarchus in vita Numæ διὰ τῆς ἰσθραφίαν, qui faciunt e Numæ liberis, τοὺς χαλκυρίους dictos perat.

Quorum auctoritate qua deliquisti munita forsperabat) Quid si legas *impunita fore*, id certe sentus ipse respicere non videtur, quamvis reclamantibus exemplaribus nisi *munita* positum. dicas, pro velut præsidio quodam confirmata, & quasi in tutum collocata. Sed & supra, C. inquit, *Bebium tribunum pl. magna mercede parat, cuius imprudentia contra ius & iniurias omnis munitionis foret. pro armatis & quasi sepem atque vallatus.*

Belli haud ignavis, firmissimus contra pericula) Sic & exemplar manuscriptum. pro, *constans & intrepidum*. licet in nonnullis, *firmissimus contra pericula* reperitur.

In Africam transfusa sunt) τὸ sunt in mss. non est.

In Iustio paratis commentibus) Manuscripta non habent additam præpositionem *in*. quomodo & Cicero frequenter, ut in epistolis, Quæmadmodum senatus initio censuit. & iterum, Redeo ad illud quod initio scripsi. Item alibi, *Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga* Sic & alias.

Acrior Numæ diam ingressus est) In quibusdam *aggr. ssus est*, pro *inuat* sed prior lectio est in manuscriptis.

CAP. XXIX. § *Multos mortales & urbes aliquot pugnando cepit*) Legendum *mortales* nam sic fere Sallustius. Porro peculiare est historicis mortales dicere, pro hominibus. neque id adeo est apud oratores frequens Verum historici & verbis & figuris poetice licentiæ sæpenumero vtuntur, locutionibusque & dicendi modis non perinde aliis scriptoribus vtitatis. Hinc profapia apud illos. pro progente. vox ab ultimis repetita temporib. vt Fabius inquit. *Impestatas*, pro tempore. Hinc illudq; geminatum, velut *Meq; regnumq; meum*. Hinc *ἰτίρωσις* illa modi, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire. pro festinabant, parabant, &c. Hinc ellipsis verbi substantiui sæpe ac aliorum. Hinc frequens Synecdoche, ceteraq; hoc genus pleraq; vt arma pro bello. Tacitus, Et unum militem, quotam civiliū armorum partem pro civili bellii.

Ceterum socius & minister omnium consiliorum adsumitur Scavrus) in manuscriptis est, *socius & administrator*. quomodo Cicero, Timarchides omnium rerum transactor & administrator. & alibi, Administri & satellites Sex. Nævii. Vocat autem administrum Sallustius participem negotii, & adiutorem in re agenda.

Statuit cum eis de omnibus passionibus præsens agere) In manuscripto quodam *agitare* legitur. ac solet plerumque frequentatio Sallustius pro perfecto vti.

De

De inuidia sui facti) Manuscripta facti sui. vt sequatur pronomen atque id nimirum rectius.

Deinde postero die) Manuscripta, dein.

Quasi per satyrā legem, sententiis exquisitis, in deditionem accipitur) Manuscripta, quasi per satyrā sententiis exquisita: vt Iob audias legem. Satyrā vero pro satyrā. quomodo vbi que Sallustia hic auctor, pro Syllā. nam y in u Latōnis saepe mutatur. vnde in antiquis inscriptionibus, Polucarpus legitur, & Poluanar on & Ennius, vt testatur Cicero, Purhum semper, nusquam Phryhna; Phryges, non Phryges dixit. quod ipsum antiqui declarant libri. Sed & Diomedes cū manuscripto facit, libr. 111 nam quo loco docet veterib. satyrā sarciminis genus fuisse, variis reb. refertū. vnde postea satyra nominata sit lex, quę vno rogatu multa simul cōprehendat, mox ibidē, Cuius, inquit, legi Lucilius meminit in 1. Per satyrā adilem factum qui legib. soluat. & Sallustius in Iugurtha, Dein quasi per satyrā sententiis exquisitis, in deditionem accipitur. Videsne, vt hic in citatione Diomedes legem omittat: Sed nec in Merseburgēsi addit. Sex. quoq; Pompeius eodē modo citat, quomodo in manuscriptis est. Satyra, inquit, est cibi genus ex variis reb. conditum. est & lex multis aliis conferta legibus. Itaq; in sanctione legi adscribitur. Nunc per satyrā abrogato aut derogato. Annus Lucius in ea quam dixit aduersus Tib. Gracchum, Imperium quod plebes per satyrā dederat, id abrogatū est. Paulo post idem hoc e Iugurtha Sallustii exemplum affert, Dein postera die, quasi per satyrā sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Quamquam hodie corrupte in exemplaribus hic locus apud Festum legitur. Sic autem satyra sine addito substantiuo dicitur, vt apud Fabium ciuica. Diuus Augustus, inquit, cum ei Galli torquem aureum C. pondo dedissent, & Dolabella per iocum, tentans tamen ioci sui uentum, dixisset, Imperator torque me dona: Male te, inquit, ciuica donare. subauditur autē corona. Sic apud Senecam de beneficiis v. Sunt & alia huiuscemodi pleraque, quę sine substantiuo addito ponantur. velut cum dicimus tertiana, quartana, cotidiana. deest enim febris. Sic Tusulanum, Oriculanum, Narniense. subauditur pradium. Sed & absolute interdum suilla, bubula, ferina dicimus. vt subauditur, caro. Sic & repetundarum damnatus apud Velleium. vbi deest substantiuum pecuniarum. Sed vt ad satyrā reuertat. Quid si nihil ibi subaudias, sed simpliciter intelligas, vt verba sonant? Per satyrā exquisitis sententiis, hoc est, nullo ordine in sententiis exquirendis seruato, nec vt seniores prius sententiam rogarentur, sed vt consuli ipsi libuisset. quomodo Iustinianus in præfatione quadam digestorum, sparsim & quasi per satyrā collectum opus dicit vtili inutilibus mixto; maxima tamen parte inutilibus deputata, vt ipse inquit. nam variarum rerum mixturam sparsim ac nullo ordine congestarum, satyrā veteres appellabant.

Mecum Alciatus facit. Neque admodum eorum probo opinionem, qui hic *(saturam legem)* intelligunt, quæ multas ipsas res complectatur quemadmodum Iogurtha sit in deditioem acceptus, sed multis præscriptis conditionibus, vt x x. daret elephantos, pecus atque equos multos cum magno argenti pondere. nam sic fere & Erasmus Roterodamus, & Franciscus Philelphus. Verum prior sententia magis aridet: vt videlicet, per *(saturam)*, ad participium *(exquisitum)*, non ad verbum *(accipitur)*, pertinere iudicemus.

C A P. XXX. ¶ *(Roma per omnes locos & conuentus)* Legendum, *(per omnes)*.

(Ac potissimum eam dicam, quam in concione post reditum B. stio) Fabricianum, *(ea dicam, qua in concione &c. sic & aliud quoddam calamo descriptum)*.

C A P. XXXI. ¶ *(Quam fædo, quamque multi perierint vestri defensores)* Legendum e manuscriptis, *(quamque multi perierint)*. hoc est, nulla de his sumta pœna, qui infectati eos fuissent. Similitudo scripturæ ausam errori præbuit. nam ex præpositione illa in, facile in fit, si parum animum attendas.

(Qui na nunc quidam obnoxii inimicis exsurgitis) Manuscripta quædam, *(obnoxii inimicis)*. quomodo & sensus ipse exposcit. pro, reis & causam dicturis inimicis.

(Atque etiam nunc timetis eos, quibus vos docet terrori esse) Manuscripta, *(quibus docet)*, omisso pronomine, quod rectius subauditur. nec aliter in impressis quibusdam.

(Quod sape maiores vestri fecerunt) Manuscripta, *(maiores x. ostri)*. sed vulgata lectio magis aridet.

(Sed sane fueris regni reparatio plibi sua iura restitueris) Manuscripta, vt & Beroaldinum, *(regni paratio)*. pro eo quod est affectatio. nam & ante dixit, quem regnum parare aiebant. *(iura non habet vllum manuscriptum, neque ex impressis quædam)*.

(Quidquid sine sanguine civium vlesci nequit, iure factum sit) In mss. duobus est, *(nequitur)*: quomodo veteres loqui solitos testatur Sex. Pompeius. *(Nequitum, inquit & nequitur, pro non posse dixerunt. Plaut. in Saturione, Retrahi nequitur, quoquo progressu est semel. Cato Originum 1. Quod Termine sanum fuit, id nequitum exangurari. Diomedes quoque adnotavit 1. veteres & quitur & potestur interdum dixisse. 2. ortque huius rei ex poetis Accio, Cæcilio, & Ennio exempla, quæ nobis non necesse est subiicere hoc loco. Cum manuscriptis facit Beroaldinum)*.

(Expilium expilari) Merseburgense, *(expilari)*. sed vulgata lectio melior Est apud Ciceronem frequens hoc verbum, vt pro Cluent. *(Expilato armato, pecunia ablata. & pro L. Manil. expilare socios, diripere provincias. Sed & alibi. Proserpina sanum expilauit)*.

(Sicut are paratis, iniusta imperia dominorum non perferemus) Sic & manuscripta & impressa fere. & hæc veram esse lectionem arbitror.

tror. Ceterum Venerum, Argentoratense, alia pleraque, *Serui arc comparati*, habent. pro *pecunia emsi*. Quod ad sensum attinet, haud magno in discrimine ponam, vtrum legas. nam & *parare* & *comparare*, pro *emere* interdum ponitur. Inde apud Ciceronem, *Trans Tiberim hortos aliquos parare*. & *Agros sibi vspiam parare*. Item, *Studiose comparare suppellectilem*. & apud Suetonium in C. Iulio Cæsare, *Gemmas, toreumata. signa. & vasa operis antiqui comparare*. pro *emere*. Idem in Caligula, *Maximaria sacerdotis ditissimus quisque & ambitione, & licet a ratione maxima vicibus comparabant*. & postea ibidem, *Cum ad saginam ferarum muneri praparatarum, carum pecudes compararentur*. pro *emerentur*. Columella quoque, *Qui nequam vicinum, inquit, suis nummis parat*.

Vos Quirites in imperio nati Merseburgense, *imperio nati*, omiffa præpositione. pro, *ad imperandum aliis nati*. quomodo sequentia probe quadrant.

Immani auaritia nocentissimi & iidem superbissimi) Legendum, *iidemque superbissimi*. ex manu scriptis.

Itaque quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est) Manuscripta, *Itaque quam quisque*. &c. ut sit *ἰπὸ φόνου*. vbi interdum vrimur illa particula ita, adeo, & similibus. Leue hoc quidem, sed non idem prætereundum. sicut nec illud, quod statim sequitur.

Quos omnes cupere eadem) Legendum, *quos omnes*.

Quod sit tantam vos curam libertatis haberetis, quam illi ad dominationem accensu sunt) Manuscripta, *Quod sitam vos curam*, & quæ sequuntur. ut inuicem respondeant, tam & quam.

Dicas aliquis, quid gisur? censes vindicandum in eos qui hosti prodiderunt emp. Non manu, neque vi, quod magis vos fecisse, quam illis accidisset indignum est, verum questionibus, & iudicio ipsius iugurtha) In hunc modum exemplar in pergamentis descriptum. Sed quam male sit hic locus in recentioribus distinctus, facile videbit qui conferre non grauetur.

Qui si deditus est, profecto iussis vestris obediens erit) Sic in quibusdam reperi, velut Merseburgensi, Veneto. atque aliis. sed Gymnicus hoc loco recte *dediticius*. pro, si in deditiorem venit. Vritur hac voce Cicero quoque ad Brutum, cum inquit, *In S. C. plerique interpretantur etiam ad tuos siue captiuos, siue dediticios pertinere*. Titus Liuius vii. ab v. c. *Quidquid deinde pattemur dediticii vestri passuri*. & paullo inferius, *Ut dediticii sui parcerent*. Sed & Cæsar identidem est hac voce in commentariis vsus. Cum Gymnico facit exemplar Fabricianum. In Badiano quod castigauit Aleander, *deditiuum* est, sed haud dubie perperam. nisi quis ita Sallustiū pro *dediticio* dixisse *deditiuum* putet, uti Marcellinus alicubi *subditiuos* dixit, pro *subditicios*, libr. xxvi Sed quid si incuria librario- rum hoc commissum forte est? nam fuit procliuus ex alterutro in alterum lapsus. Quamquam & Plautus in Amphitruone, si

mendo vacant codices, *subditium*, pro *subditio* dixit.

Sin ea contemnit, scilicet astimabitis qualis illa pax aut deditio sit) null astimabitur. id quod sensus magis postulat.

Atque ego tamen si virum flagitiosissimum existimo, impune iniuriam accepisse) Quid si legas, tamen si viro flagitiosissimum. pro foedissimum atque turpissimum. Id e manuscripto propemodum colligo. nec aliter sensus esse postulat.

Tamen vos sceleratissimis hominibus ignoscere) Legendum, hominibus sceleratissimis. id & lonantius & lenius, & praeterea Sallustianum magis est, nec aliter codices in membrana descripti.

Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse) In manuscriptis aliisque vetustioribus est, illis, casu dario.

Nisi deinde faciendi licentia eripiat) Manuscripta fere, vt & Beroaldinum, eripitur; indicandi modo. quam veriore esse lectionem puto.

Et vobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut seruendum esse, aut per manus libertatem retinendam) In nonnullis est, sed impressis, alterna sollicitudo. pro, qua vicissim iam de hoc, iam de illo angat & cruciet. Sed hic nihil pronuntio. tantum diuersam lectionem indico. suum cuique iudicium relinquens.

Nam fidei quidem & concordia qua spes est) In manuscriptis est, aut concordia, conjunctione disiunctiua. quomodo & in impressis vetustioribus.

Facere illi iniurias, vos prohibere) Sic & manuscriptum exemplar perperam in nonnullis est, iniuriam. Sic alicubi Cicero, facere iniurias omnibus. &, Gravissimas iniurias voluntaria oblivione contriueram.

Proditum imperium vestrum est) id est, non reperi in manuscriptis, ac maiore cum gratia abesse poterit.

CAP. XXXII. § *Fuere qui auro corrupti, elephantos Iugurtha traderent) Manuscriptum, elephantos.* Nota est varietas inflexionis in hoc nomine. vt quod modo per tertiam, modo per secundam declinetur. Cic. in Catone maiore, *Nec adolescens viros tauri aut elephantis desiderabam.* Idem alibi, *Elephanto belluarum nulla prudentior.*

*Tanta vis auaritia in animos eorum, veluti tabes inuaserat) Sic & codex in pergamenis descriptus in vetustis nonnullis omitta praepositione legitur, animos eorum inuaserat. quomodo & in Catilina, *Tanta vis morbi. atque vix tabes, plerosque civium animos inuaserat.* Sed verumque recte ac Latine dicitur, & utroque modo Cicero loquitur. nam in Offic. *Panasius, inquit, negat vllam pestem maiorem in vitam hominum inuasisse.* Idem in epistolis, *Mors eius furor inuasit improbos.**

CAP. XXXIII. § *Quamquam regi infesta plebs erat) In vetustis*

his plerisque, plebes. idque cum antiquius est, tum Sallustianum magis.

Pars nisi socios sceleris sui aperiret) In vetustis, *ni socios sceleris aperiret*, pro *ni conicios & participes sceleris indicaret*.

Ex concione discessi) Fabricianum, *discessi*, tempore præsentis.

CAP. XXXV. ¶ *Erant ea tempestate Roma quidam nomine Blasius*) Manuscripta, *Numida quidam* &c. nec secus in impressis vetustioribus.

Hinc Saurius Albinus, is qui proximo anno, &c) Sic codex in pergamenis descriptus. in recentioribus pronomen is deest.

Ipsi prouincia Namidia, Minucio Macedonia euenerat) Sic & manuscripta. in quibusdam est, *obuenerat*, quomodo Cicero, *Simul atque ei sorte prouincia obuenit*. Idem, *Verris sorte prouincia obuenit*. Utitur & verbo *obtingere* non numquam in hunc modum. velut ad Atticum, *Asiam Quinto suavissime fratri obtingisse audisti*. Idem in Vat. *Cum tibi aquarum prouincia sorte obtingisset*. Exemplar Badianum, *euenerat*. Superius tamen Sallustius, *Scipioni Italia obuenit*, inquit. Liuius quidem verbo *Euenerat* plerumque utitur, velut I II. ab V. C. *Cui ea prouincia euenerat*. & I V. *Cui ea prouincia forte euenerit*. neq; vniquã forte aliter Liuius. In V I I. tamẽ semel q̄ sciam *Ea*, inquit, *prouincia Cn. Manlio obuenit*. pro quo *obtigit* alibi dixit.

Illiusque obruncat) Manuscripta contentiente Beroaldino. *illum obruncat*. om̄i illa coniunctione que.

Est reus magis ex æquo & bono, quam ex iure gentium Bomilcar) Manuscripta consentiente Beroaldino, *magis ex æquo bonoque*. Porro quid *iure gentium*, quid *æquum & bonum*, de eo prolize Budæus in annotationibus in Pandectas. Ideo autem Bomilcarẽ Sallustius *magis ex æquo bonoque reum fieri, quam ex iure gentium* ait, quod cum comes esset eius qui Romam fide publica venerat, tunc esse eũ ab omni iniuria pat erat. sed interim reclamabat æquitas, vt qui facta eade fide ipse publicam violasset, non de homicidio reus fieret. Nisi contra quis hunc esse sensum velit, Bomilcarem quamuis ob rescissam ab se patrata necẽ, publicam fidẽ nullo modo foret ad causæ dictionẽ admittendus, tamen clementia quadam populi R. hoc est, ex æquo bonoq; magis, quã iure summo reum factũ esse, eũ potius fuisset indicta causa mox ad supplicium rapiendus. *Fidem publicam* Sallustius pro eo posuit, quod vulgo *saluum conductum* vocant. inde apud Ciceronem, *postulare fidem publicam*. *Estetegerens* & *fidem alicui publicam dare*. *Estet zugagen*. quod Sallustius *interponere fidem publicam* supra dixit.

Clam in Numidiam Bomilcarem demittit) Legendam, *dimittit*, ita vt & codices in pergamenis descripti, & in pressis fere habent. nec aliter sensus postulat.

Verris ne reliquos populares metua inuaderet parandi sibi) Fabricianũ exemplar, *populares*. qua terminatione antiquitas vti amat.

Et ipse paucis diebus profectus est) In manu scripto quodam est, paucis post diebus.

CAP. XXXVI. ¶ *Albinus Aulo fratre in castris pro pratore relicto, Romam discessit) Sic & e manuscriptis duo, & Venetū quoddam, sed decessit, quomodo Gymnicus, mihi magis placet. nam id proprie significat a mandato custodiæ suæ loco recedere. Vnde consules, proconsules, prætores dicuntur a provincia decedere. item, præsidia de urbibus atque castellis. ita uti diligenter annotavit Valla. Cum Gymnico facit vnum e manu scriptis.*

CAP. XX XVII. ¶ *Milites mense Ianuario ex hibernis in expeditionem evocat) Sic & Aldinum exemplar, ni fallor, & manu scripti codices habent, in quibusdam tamen, velut Argentoratensi, & Veneto est, ex hibernaculis. qua voce Liuius aliquoties vtitur. pro, ubi milites hiberno tempore commorentur. vt v. dec. i. i. Deinde in hibernacula milites deduxit. & x. eiusdem Loca pacata me ad hibernacula electurum. Tacitus i. I. Legionum alia itinere terrestri in hibernacula remissa. Hæc alias hiberna proprie dicuntur. nam hibernacula fere vocamus ipsa tentoria, quando sub pellibus hiemem agere miles, non in opidis neque sub tecto cogebatur. Quocirca mihi quidem lectio prior magis arridet. Nam & frequens est apud Ciceronem, cohortes in hiberna mittere. & Exercitum in hiberna dimittere, hoc est, in opidum aliquod commodius, vbi per hiemem agant. Sallustius postea, Metellus, inquit, cunctos senatorii ordinis ex hibernis properè accerseri iubet. Est apud Ciceronem & hibernare verbum. velut cum inquit. Quomodo milites hibernant. &, Vbi sis hibernaturus. pro quo Sallustius inferius dicit hibernare: Nam omnis exercitus, uti conuenerat, Numidia deductus in provincia hibernabat. Rursus, Ceterum exercitum in provincia, qua proxima est Numidia, hibernandi gratia collocat. Sed & Cicero hoc verbo vtitur aliquoties, vt in epistolis, Cupo scire vbi sis hibernaturus. & in Verrem, vbi pirata quotannis hibernare solent. Sallustius, vt adnotauit alicubi Seneca, aquis hibernantibus in historia dixit. Hunc imitaturus Aruntius quispiam, quem idem Sallustianum fuisse testatur cum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait, Totus hibernauit annus. Hibernare apud Tranquillum in Augusto, pro affligi incommodo hibernis ponitur. Quamuis parum, inquit, salubrem valetudini sua urbem hiberna exspiraretur, assidueque in urbe hibernaret. Cæsar itidem vt Cicero, pro hibernam transigere posuit. velut i. Ita populi R. exercitum hibernare atque inueterascere in Gallia moleste ferebant. & III. Vti in iis legionem hibernandi causa collocaret. Ibidem, Alteram partem eius vici Gallis ad hibernandum concessit. & Inde in Allobrogas perduxit, ibique hibernauit. Sic & alias sæpe.*

Quod quamquam & sanissima temporis, & opportunitate loci neque capi neque obsideri poterat) In quibusdam est, inopportunitate loci. pro quo eo quod est, iniquitate loci. sic autè præter alia & Beroaldianum,

aldinū, & Venerū exemplar habet ꝓexcudit Pincius. Pomponius castigauit sed utrū rectius, alii videntur. Vt autē ab *opportuno* deducitur *opportunitas*, quid ni ita ab *inopportuno*, nam hac voce vtitur Cicero deduci *inopportunitas* queat? Nisi quis *importunitate loci* legere malit: quomodo inferius dicit, *Aggeribus turribusque & aliis machinationibus fuisse locum importunum*. Ego vulgatam lectionem probo. nam *opportunitatem loci* cum propter incolas & ciues, pro quibus illa erat; tum ob hostes Romanos, aduersus quos erat, mihi dicere videntur. Sic enim alibi, *Statuit, inquit, urbes quæ viris aut loco pro hostibus, & aduersum se opportunissima erant, singulas circumuenire*. pro, quæ urbes munitissimæ erant.

Vineas agere, aggerem iacere, aliaque quæ cæpto vsui forent, properare) Quamuis & manu scriptum, & Badianum exemplar *præparare*, tamen *properare* magis placet pro festinanter comparare. Sic apud Tacitum, *properare deditioem*. Item, *voluntariam mortem properare*. pro celeriter sibi consciscere. Virgilius v i i.

Hæc pater Æoliis properat dum Lemnium orat.

pro, *properanter facit*. & est honesta locutio, inquit Seruius. In manu scripto volumine, pro *cæpto, incæpto* legitur. vt & in impressis quibusdam. sed vulgatam lectionem relinquendam esse duco.

C A P. XXXVIII. § *Subdole eius augere amentiam*) In manu scriptis est. *subdole*. quæ nimirum verior lectio est.

Denique Anulum spæ pactionis pepulit, uti Sushule relicto) Manuscripta, *perpulit*.

Intempesta nocte cum multitudine Numidarum Auli castra circumuenit) cum, non est in vllō manuscripto, ac rectius abest, sed nec Florentinus codex id habet, neque Beroaldinus.

Tametsi ipsum cum exercitu fama ferroque clausum tenet) Est in quibusdam, *reneat*. id Latinitatis ratio exposcere magis videtur, nisi si *iripuerit* modi esse malis.

Quæ quamquam grauias, & flagitii plena erant) Manuscriptum, *Quæ grauias quamquam*. & sic sæpe Tacitus. velur V. *Hæc mira quamquam, fidem ex eo traherant*. Laur. Valla haud scio an memoria lapsus, *flagitio plena* legit libro elegantiarum t i i. quo loco docet Ciceronem *Plenus* cum genitiuo iungere solitum, plerique eodem sæculo cum ablatiuo. Mox enim subdit cum Varronis e tercio de re rustica, *Verum his piscibus stagnum habeat plenum, an rannū*, tum hoc e Sallustio exemplum, *flagitio plena*; quo id comprobet. Quod Ciceronem affirmat semper hoc nomen cum genitiuo iungere consueuisse, in eo plane est memoria lapsus. id quod exempla sequentia ostendunt. *Ornamentis sanctorum plena domus*. & *Ostiosa vita, conferta & plena voluptatibus*. & *Littera grauisimis verbis sententiisque plena*. Sed & *noctem plenam timoribus*, apud eundem legis

Tamen quia mortū metu multabantur, sicuti regi libuerat, pax

Z

conuenit) Manuscripta & alia quædam, *mutabantur pro permu-
bantur*. id est, quia hæc patienda potius quam moriendum cen-
bant, vel, quia vitam hæc re suam redimebant. nam mutatio fit,
cum aliud pro alio substituitur. In Basilienfi est, *mutabant*.

C A P. XXXIX. § *Postquam eo venit*) In nonnullis est, *Post-
quam eo ventum est*. quomodo & alias.

*Quamquam persequi Iugurtham, & mederi fraterna inuidia ani-
mo ardebat*) In quibusdam, *animus ardebat*. videlicet Albini con-
sulis. Sed prior lectio melior pro studio & cupiditate flagrabat.
sic enim & manuscripta.

*Quos præter fugam soluto imperio, licentia atque lasciuia corrup-
erat, & copiarerunt*) In manuscriptis ceterisque vetustioribus, *ex
copia rerum, statuit sibi nihil agendum*. pro, *ut res se habant*, siue
pro *statu & conditione rerum*. Sic postea Sallustius, *Tum Marius ex
copia rerum consilia trahit*. id est, *ex tempore*. vel, *pro re nata*. Tacit-
us, *Ex re consulera*, dixit.

C A P. XL. § *inter ea Roma C. Mamilius Lamentanus tribunus ple-
bis, rogationem ad populum promulgat*) Hic tam varia est in exem-
plaribus lectio, ut quæ potissimum probanda, haud facile iudica-
re possis. In Veneto est, *C. Manilius Limitanus tr. pl.* nec secus in
Argentorarenfi, atque aliis plerisque. in Parisiensi, quod est a Bâ-
dio excusum, castigatum ab Aleandro, *G. Mamillus Lamentanus*.
In Fabriciano, quæm lectionem maxime omnium probandam
puto *G. Mallius Limitanus*. Quamquam in spatio quod versus di-
rimis, adscriptum ibidem est, *Mamillus*. Sed & postea ubi in aliis
fere, *ex Manlii rogatione*; in Badiano, *ex Mamilli*; in manuscriptis
est, *ex Malliana*. Sed quid multis? Aut hæc lectio vera est quam ha-
bet manuscriptum, aut ea quæ in peruulgetis est exemplaribus. dialo-
gi de clarioratoribus. quæ Brutum vocant, quo loco Cicero de C. Gal-
ba Sergii F. loquens. huiusce trib. pl. meminit. *næ rogatione*, inquit,
*Manilia, Iugurthina coniurationis inuidia cum pro se ipse dixisset, op-
pressus est*. lb. de paullo post de L. Bestia loquens. *Nam inuidiosa lege
Manilia quaestio C. Galbam sacerdotem, & IV. consulares L. Bestiam,
C. Catonem, Sp. Albinum, ciuemq; præstantissimum L. Opimum, & qua
sequitur*. Nisi quis *Mamilia* ibi, nõ *Manilia* legendum esse cõtendat,
ita uti de doctis quidam cõsent. tamen Erasmus quidem in postre-
ma editione Chulidam, *rogatione Manilia* legit, hunc Ciceronis e
Bruto locum citans. Similis fere error est in *Ottauo illo Tusculano*,
apud T. Liuium I. ab V. C. quem *Mamilium* alii vocant, alii *Mani-
lium*. quod posterius in Anthropologia comprobatur Volaterranus,
qui cum eruditi quidam faciunt. Sex Pompeius F. *Mamiliorum fami-
liam* diuersam facit ab ea quam *Mauliam* alii vocant. *Mamilia* in-
quit, *turris, intra Subura regionem, a Mamilio nomine accepit. Ma-
miliorum familia a Mamilia filia Telegoni, quam Tusculus procreauit,
& appellata, quando ad opidum ipse condidisset. Mox, Manlia gentis
patri-*

patricia decreto. nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affecisset, damnatus necatusque est. Hæc totidem ferme verbis repetit Sipontinus. Quod nisi mendum est in exemplaribus Sex. Pompeii, ut esse suspicor, errat & Volaterranus ipse, & quicumque alii *Manilium* vocant principem illum Latini nominis *Octavius Tusculanum*. Sed mihi legendum apud Festum videtur, *Maniliorum familia, a Manilia, &c.* Liuii exemplaria variant. nam est in aliis *Manilius*, in aliis *Mamilus*. Sed & auctor libelli de magistratibus R. *Mamilium* vocat, cum *Manilium* alias legi, sit in margine adnotatum. Contra, qui de viris illustribus scripsit, eundem *Manilium* appellat quemadmodum & Florus libr. i. & e recentioribus Alexander Neapolitanus. Quin & apud Ciceronem II. de natura deorum, quo loco sic Heruagius, *Cæ A. Postumus dicitur cum Octavio Mamilio Tusculano prælio dimicaret, &c.* ibi Aldus, *Manilio* excudit. tamen si idem Aldus in epistolis ad Atticum, *Manlium* dicit, Male, inquit, *Tarquinius, qui Porsenam qui Octavius Manlius contra patriam.* quomodo & aliud quoddam Venetiis impressum, & illud Basileæ ab Heruagio excusum. Cura me hercule non deceat, ut Liuii nostri verbis utar, si qua ad verum via inquirentem fertet. Nunc mirari magis, a deo discrepare inter se codices, quàm quid veri sit, discernere queas. Quod si Græci nobis exemplaris copia Dionysii Halicarnassei foret, per facile huic rei inueniri remedium posset. Sed de hoc satis. M. Manlius qui Capitolium defendit, a Plutarcho *Μάνιος* dicitur. Is vero vnde lex *Manilia* nomen habet, *Μανίλιος* ab eodem in Ciceronis vita. sed in Pompeii, *Μάνιος* mēdole ut opinor, & incuria libratorum. quando, ut dixi, diuersa Romæ fuit proserapia *Manliorum* & *Maniliorum*. Hoc ceu auctarium addere libuit. Pro *Interim*, est in manuscriptis *Interim*, nec aliter in impressis vetustioribus.

Quorum consilio Iugurtha senatus decreta neglexisset) Manuscripta duo, *senatus decreta*. qui est genitiuus antiquus, atque ob id Salustio antiquatio magis cōueniens. sic Plaut. Senatus eolumē dixit.

Occulte per amicos, ac maxime per homines Latini nominis, & socios Italicos impedimenta parabant) In mss. ceterisque vetustioribus, per homines nominis Latini. nam hoc ordine verborum & alias quoque vitur. nec aliter in vetustis inscriptionibus, vbi fere primis tantum litteris hæc verba notantur in hunc modum N. L. quibus litteris significatur, *nominis Latini*. vnde cōiicere licet, hæc serie fere collocanda esse hæc verba, & hunc fuisse vltum publicum & obseruationem communem. idque maxime, si obscenius alioqui concurrant litteræ, nisi ordinem verborum immutes. T. Liuius, *Quina milia socium Latini nominis*, inquit, quomodo & alias idem sæpe. Sed cum tale obstat nihil, ordine priore verborum fere vitur. velut x. dec. iij. *Fabius sociis atque nomini Latino remittere debuit.* & ii. dec. eiusdem, *Circa nomen Latinus a prætoro*

missa littera. Sic alibi, Vt socii nominis Latini, inquit, item, Vt cuni sociis ac nomine Latino, &c.

Sed plebs incredibilis est memoratu) Manuscriptum aliaque, *plebes*. id nimirum rectius est.

Sed quaestione exercitata a speve violenterque) Manuscripta duo, *exercita*. idque haud scio an melius. nam & iudicium & quaestio exerceri dicitur. Cicero, qui cum praetor quaestionem inter sicarios exercuisset. Liuius, Quam acriter quaestiones exercuisset. Neque tamen priorem lectionem repudio. nam peculiare est Sallustio nostro frequentatiuis vti pro primitiuis quomodo alicubi agitare praedas, pro agere dixit & ductare exercitum, pro ducere.

C A P. XL I. ¶ *Et paucu ante annu*) rō &, perperam est in Gymnico additum.

Metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat) Alii, *continebat*, sed eodem sensu. quamquam posterius mihi quidem magis arridet. nam & Florus eadem de re loquens, eo ipso verbo est libro III. vsus. *Dum Pænorum*, inquit, *hostium imminens metus disciplinam veterem continebat*. Sunt apud Velleium Paterculum, quæ huc faciant, ea subiicere visum. *Potentia*, inquit, *Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuria posterior aperuit. Quispe remoto Carthaginis metu, sublataque imperii amula, non gradu sed præcipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum. veteri disciplina deserta, noua inducta. in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in otium cõuersa ciuitas*. Sallust. in I historiae, *At discordia, & auaritia, atque ambitio*, inquit, *& cetera secundis rebus. orsi sunt a mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt*. Nam iniuria validiorum, & ob eas discessio plebis a patribus, aliaque disensiones domi fuere iam inde a principio. neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio & bellum graue cum Etruria positum est, aquo & modesto iure agitatum. Hæc ex Augustino I. de ciuitate Dei.

Sed ubi illa formido mentibus decessit) Manuscripta, *discessit*. Tu vide vtrum rectius *Discedere spem alicui*, est apud Cæsarem. vt & *formidinem discedere*, non absurde forsitan dicere possis.

Namque cæpere nobilitas dignitatem, populus libertatem in libidinem vertere) Sic est in manuscriptis, quæ ipse viderim, contra quam Gymnicus habet. vtra lectio verior, aliorum esto iudicium.

In duas partes) Legendum, *partes*.

Paucorum arbitrio belli domiq; rest. agitabatur) *rest.* non est in vlllo manuscripto, nec in codice Beroaldino.

Vt quisque potentiori consiliis erat) Quamuis in quibusdam sic *affinis*, tamen prius illud magis arridet, & ad sensum magis facit. *pro. contermimus*, vt Plinius loquitur.

C A P. XL II. ¶ *Nihil pensi, neq; sancti habere, quoad semetipsam precipitauit*) Legendum, *semetipsa*, ex vetustis quibusdam.

Deinde paucos post annos) Manuscriptum dein. & paullo inferius.

Multos mortales) Legendum mortales.

Quae res plerumq; magnas ciuitates pessum dedit) Manuscriptum, pessum dedit, vt sint duae dictiones non vna composita. Corn. Tacitus I I. Quod multos etiam bonos pessum dedit. Sic & pessum ira diuifim dicitur: velut apud Plin. Pessum iere vita pretia. & Plaut. Pessum abeat. Ne multis, pessum dedit sic diuifim dicitur, vt in oratione Lepidi Sallustius venum datam dixit, quasi Cimbricam pradam venum aut dono datam. & Liuius. Ignaros omnium se venum a principibus datos. pro, venundatos. Appuleius V. Nisi eam pessum de tantis opibus eiecero. pro, nisi exturbaro atque euertero tantis bonis.

Tarpus quam res maturus me deseret) In manuscriptis quibusdā non reperi me. ac citra detrimentum sensus omitti potest.

CAP. XXXIII. ¶ Post Anli fœdus exercitusq; nostri fœdam fugam) In aliis fœdam fugam. quomodo supra. Nostri fuga fœda, plerique abiectis armis, proximum collem occupauere. Est autem fœdum turpis & flagitiosum, de decorisque & ignominia plenum. nec inepte hoc epitheton tribuitur formidolosæ fugæ. Cicero ad Atticum, Mito illam fugam ab urbe turpissimam. Idem, Quid fœdum, quid perturbatum hoc ab urbe discessu? siue potius turpissima fuga? Titus Liuius I I I. ab V. C. Per auersam portam fuga turpi deseruntur. Idem VI belli Punici secundi, Hinc omne Punicum nomen maria terraque fœda fuga impleturum. & I I. eiusdem, Cum multa caede ac fœda fuga retro ad naues compulsi sunt. Idem I. belli Macedonici. Vix tentato certamine turpi fuga repetunt castra. & VII. Deinde redire in pugnam iubebat, pauorem & turpem fugam increpans.

Metelloque Numidia euenerat) Sic & manuscriptum, quamuis in aliis, obuenerat: sed eodem sensu.

Alia omnia sibi cum collega communia ratu:) id communia, non reperi in villo manuscripto, nec in impressis vetustioribus, ac sensus tamen id exposcere videtur, vt opinor.

Milites eligere, scribere) id eligere, non est in manuscripto.

Cum propter bonas artes) In antiquis, cum propter artes bonas. sic inferius, certantes. vbi hodie certantes, sequitur autem adiectiuum in manuscriptis & impressis vetustioribus.

Quantum temporis in imperio fuit, plerumque milites in statuis castris habebat) Manuscriptum, statuis castris. quomodo Cicero, Iste nouus Imperator pulcherrimo Syracusarum loco statuis sibi castra faciebat. Cæsar I I. de bello ciuili, Eodemque die uterque eorum ex castris statuis a flumine Apso exercitum educunt. Ibidem, Scipio in castris statuis biduo moratus.

Pecoris & mancipiorum pradas certantes agitare) Manuscripta duo & ex impressis quædam, agere. quomodo Plautus, Ne illi pulcrum pradam agat, inquit. Sed alterum forte magis Sallustianum.

tametsi idem postea, *Ex sociis nostris pradas agentes*, inquit. Libenter autem Sallustius verbo *agitare*. nec eodem modo semper utitur. ut, *Mente quid agitare*, in Catilina, pro, *versare*. Item, *vitam, imperium, temp. agitare*. Sic *gaudium & letitiam agitare*. & in Iugurtha, *Pacem agitare, noctem agitare, moras agitare, præcepta patris agitare, agitare pradas*

Panem in dies mercari) Laur. Valla libro elegantiarum tertio, quo loco docet, *In diem aliud esse, quam In dies*, hic ita legit, *panem in diem mercari*: quasi dicat, inquit, præsentis diei habere rationem, nihilque cogitare de crastino, cum quo facit Linacer Exemplaria quotquot ipse viderim, *in dies habent*. neque aliter citat in Terentii Eunuchum Donatus.

C A P. XLV. ¶ *Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum & sapientem virum fuisse compario*) Manuscripta, *comperior*, ut sit deponens. idque rectius est. nam hoc verbo Sallustius est alias quoque usus. sed & Tertullianus & Apuleius comperior dixere, pro comperio. nimirum ad imitationem Sallustii.

Ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet, ne lixa exercitum sequerentur) Est in plerisque manuscriptis, *aut quem alium cibum coctum*. quæ collocatio verborum, si quid est in me iudicii, melior. Sed & Val. Maximus lib. 11. quo loco de militari disciplina agens, huiusce rei meminit, eodem ordine verborum utitur. *Namque lixas, inquit, e castris summonis, cibumque coctum venalem proponi vetuit.*

C A P. XLVI. ¶ *Omnia illa deditiois signa ostentui credere*) Sic & exemplar Fabricianum. verum quod ad distinctionem attinet, *omnia referri ad superiora illa posset, late explorare*. tametsi nihil immuto. Est præterea in quibusdam, *ostentui esse credere*: pro, *in speciem ostentari, cum re vera non sit deditioem factururus, aufferit* & cetera. In manuscriptis non est *esse*, idque fortasse rectius.

Nam in Iugurtha tantus dolor, tantaque peritæ locorum & militia inerat. Quamvis in manuscripto ceterisque vetustioribus oras legitur, tamen priorem lectionem magis probo. nam libenter geminabant præpositionem antiqui, ut ostendit Priscianus. Sic Cicero, *Nullum dedecus reperiri potest quod in hoc non insit*. Idem, *Inest enim natura philosophia in huius viri mente quadam*. Rurlus, *Manere in vita, in qua nihil insit nisi miseria*. Sic peræpe alias.

C A P. XLVII. ¶ *Huc consul simul tentandi gratia &c. præsidium imposuit*) Manuscripta, *Huc consilium*, ut sit adverbium. Sic postea, *Igitur Vaccensis, quo Metellus initio Iugurtha pacificante præsidium imposuerat*. Quamquam autem vulgata lectio bene habet, altera hæc tamen vetior.

Ritus id quod dras monebat, frequentiam negotiatorum & commerciorum inuaturum exercitum, etiam paratæ rebus munimento fore)

In vetustis quibusdam, sed impressis, desunt hæc verba, *inuaturum exercitum*, ac si quid est in me iudicii, rectius omittuntur; præsertim cum illud participium *inuaturum* nusquam fere lectum sit, nisi apud Plinium in epistolis semel, nec eius vlla vsquam apud Priscianum mentio, qui alioqui diligentissime solet, si quid tale vsquam exstat in veteribus, adnotare. præterea quamuis in cunctis fere, quæ ipse viderim, exemplaribus legatur, *etiam paratis rebus*; tamen ego libentius profecto legerim, *pacatis*, hoc est, *tranquillis*, cum iam nullum fuerit bellum. & sic quoque sensus ipse postulat.

Quos item consul uti priores illectos ad prodicionem domum dimittetibus; In vetustis, *Quos item uti vrioris consul inlectos*. Hæc collocatio verborum melior. mihi mehercules illa inuersio ordinis verborum, nullo modo ferenda videtur, quantumuis alii forsitan negligant. Porro *inlectos* quondam dixere, ubi hodie fere *illectos* dicimus. id quod & mollius & suauius esse videtur.

CAP. XLVIII. ¶ *Vestitus oleastro, ac myrtetis, aliisque generibus arborum, qua humo arida atque arenosa gignuntur* Fabricianum, *arido atque arenoso*. recte an secus, aliorum esto iudicium. Ipse coniecturam meam subiiciam. Adnotauit igitur libro v. Priscianus, *humum* neutro etiam genere inueniri apud veteres, citatq; illud Livii in Adone, *Humidum humidum pedibus fodit*. & Gracchi in Thyeste, *Mersit sequentis humidum plantis humum*. Iam in manuscripto, *humi* quidem iam legitur, sed aut *humo* ibidem, aut *humu* fuit. nam erata est littera vltima, & suppositum i. Porro *humu* veteres pro *humo* dixisse, testatur alicubi Non. Marcellus. Ecce autem cum iam hæc adnotassem, ac Priscianum forte in manus summissem, idem reperi quod in Fabriciano. Nam libro xviii. *Humi*, inquit, *sum, es, est*. Sall. in Jugurth. *qua humi arido atque arenoso gignuntur*. Quid si Sallustius est ita locutus, ut identidem Tacitus? velut i. *Ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret*. Rursus, *illi sanguine suo & lubrico paludum lapsantes*. Sed & *aridum* substantiue positum videri alicui possit. ut *subaudias solum* Cæsar i v. *Cum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi, &c.* Idem paullo inferius, *Nostri simul in arido consistarunt*. & postea, *Quasque in aridum subduxerat. pro, in terram*. Atque hoc modo *humi* aduerbialiter poni necesse est. Nos hic nihil pronuntiamus contenti & diuersam lectionem ostendisse, & coniecturam nostram subiicisse. tamen si & in altero quodam manuscripto fuerit eodem modo, id quod etiam nunc videre licet. Sed & Beroaldinum volumen habet, *qua humi in arido atque arenoso loco gignuntur*. vnde ut nihil aliud, illud certe colligitur, mendosam esse hodie lectionem vulgatam.

CAP. XLIX. ¶ *Ipsi propior monti cum omni equitatu, & pedibus delectis suis collocat* Ita manuscripto est, *propior montem*. quomodo Hirtius viii. belli Gallici, *Alter quo propior*

hostem in vallo collocatus esset, &c nec aliter in Florentino, & Berroaldino.

Ve prudentes cum imperitis) Legendum, *uti*. sic enim fere semper Sallustius.

Omnes labores) Legendum, *omnes*. ita & hoc, & superius illud in vetustis.

Cum interim Metellus ignarus hostium, monte digredions, cum exercitu conspicitur. Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet) Sic in cunctis fere, quæ ipse viderim exemplaribus reperi. ceterum Donatus in Terentii Eunuchum, *conspicitur* hic legit, non *conspicitur*. idque ita sensus quoque exigere videtur. ut sit a *conspicor* deponenti, quod est, *videre*. nam hoc dicit Sallustius. Metellum vidisse ipsum quidem hostes qui se occultarant, sed ita uti non satis eos propter virgulta, inter quæ confederant, internoscere, aut quid tandem rei esset, diiudicare posset. id enim est quod sequitur, *Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet*. Florentinum, *cum exercitu conspicit eos. non, conspicitur*.

Deinde breui cognitis insidiis, paulisper agmen constituit) Volumen Fabricianum, *dein, &, paulisper agmen constitit*, istæ sunt gestandæ. ut sit *agmen* casus nominatiui. Aldinum exemplar facit cum peruulgata lectione. *Q* Curtius 111. *Tunc consistere agmen iubet. L*tius 1. belli 11. *Constitit utrumque agmen, & prælio sese expediebant*. licet perperam in Ascensiano *constituit* legatur.

In dextero latere, quod proximum hostibus erat) Manuscripta duo, *quod proximum hostes erat*. pro eo fortasse quod est, *proxime hostes*. nam Cicero quoque loqui identidem sic contuevit. velut cum ait, *Ve cum suis copiis quam proxime Italiam sit & iterum, Habemus exercitum quam proxime hostem*. sic & alias idem. Sed & Sallustius *fura, Proximo Hispaniam Mauri sunt*. Si quis nomen esse mallet *proximum*. haud multum equidem eluctabor.

C A P. L. ¶ *Deinde repente signo dato, hostes inuadit*) Fabricianum, *dein*.

Numida alio postremo cadere, pars a sinistra ac dextra tentari) Manuscripta, *postremo cadere*. Atque ita sensus quoque ipse postulat.

Ludificati in incerto prælio) Manuscripta, *incerto prælio*, omni præpositione, idque rectius.

Non confertim in unum se recipiebant) Manuscripta *non confertim, neque in unum*. quomodo & Aldinus codex.

Sin opportuniior fuga collis, quam campi fuerat, ea vtro consueti Numidarum equi facile inter virgulta euadere) Duo ex manuscriptis, *eo vero consueti, &c* ut sit, ad eum collem.

C A P. LI. ¶ *Dispersi a suis, pars cadere, alii insequi*) In quibusdam, *Diversi a suis*. verum eodem plane sensu, pro diuerti & diiuncti.

Equi, viri, hostes atque ciues permixti) *id* atque, non est in duobus manuscriptis.

Sors

Svs omnia regere) Manuscripta, *Fors*, pro fortuna. sed est idem utrobique sensus. Facit cum manuscriptis Florentinum atque aelia pleraque.

Denique omnibus modis labore & astu languidū, Metellus ubi videt Numidas minus instare) *in modū* non habent codices in membrana descripti, neque ceteri vetustiores.

Simul orare & hortari milites) Illa & copula non est in omnibus vetustis. Et iam sæpe monui libenter Sallustium facete, uti a syndeto utatur. quod, ut alias, ita hic quoque habet instans ac vrgens quiddam, ac sententiam mire iuuat.

Neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent Fabricianum, *neque illis munimentum ullum.* ut pronomen *illū* de nouo reperatur. nam interdum per pleonasmum abundat hoc pronomen, sed non sine gratia. velur apud Virgilium,

Nunc dextra ingeminans iētū, nunc ille sinistra.

& Terent. in Adelpis. *Quem neque fides, neque insurandum, neque illum misericordia repressit, neq. reflexit.* Sic hæc coniectura. quamquam mihi quidem ad sententiam mire facere videtur hæc repetitio pronominis, & non gratiam modo, sed & vires addere sensui, & effectum orantis atque hortantis quasi ob oculos ponere. id aliquid non intelligens, ut est audax inscitia cum frustra repetitum ctederet, e medio illud remouit.

CAP. LII. ¶ *In armis omnia sua*) Legendum, *sua*.

Et iato diei vesper erat) In manuscriptis duobus est, *& iam die vesper erat.* pro *diei*, ut sit genitiuus antiquus, cuius & Priscianus VIII. meminit, & Gellius ipse IX. ubi docet, C. Cæsarem in libro de analogia I. *huius diei, & huius speciei* dicendum putare. seque in Jugurtha Sallustii summæ fidei & reuerendæ vetustatis libro, *die* casu patrio scriptum inuenisse, ubi ille inquit, *Vix decima parte die reliqua.* Sed & Seruius alicubi Sallustium *acie*, pro *acisi* dixisse testatur. Ridiculum vero, quod in manuscripto nescio quis annotarat, *die*. subaudiendum deficiente.

CAP. LIII. ¶ *Reliqui omnes quadraginta numero interfecti*) Est in manuscriptis numero XX. nec aliter in Florentino.

At Romani quamquam itinere atque opere castrorum, & prælio, fessi latique erant) In vetustis nonnullis est, *fessi lassique erant*: pro *defatigati* quomodo & sententia postulat. etiamli secus exemplaria manuscripta.

Et pane imprudentia esset admissum facinus miserabile) In manuscripto quodam, *fores* reperitur, non *esset*. in Fabriciano vero, neutrum horum est, ut nec Beroaldino.

Igitur pro metu repente gaudium exortum est) *Est* non reperi in manuscriptis. id cum hoc loco, tum alias sæpe ex glossa addita irrepsit in contextum. Adnotauit autem & Gellius, *Est, erat, fuit*, pletumq; abesse cum elegancia, sine detrimento sententiæ, libro v. capite VIII.

Sua quisq[ue] fortia facta ad caelum effere) Manuscripta, *ad caelum fert*. utrumque apud Ciceronem reperitur, *in caelum ferre, & in caelum ferre laudibus*.

CAP. LIV. § *Pro victoria satis pugnatum, reliquos labores pro praeda fore*) In quibusdam, *satis iam pugnatum*. Mox, *præda fore*. pro ad prædam spectare, seu prædæ gratia subeundos esse. licet manuscripta pro præda habeant.

Quod præter regios equites, nemo omnium) Manuscripta duo, *præter equites regios*. ut adiectivum sequatur.

Quod nisi ex illius libidine geri non posset) In quibusdam, *libidine*, quomodo veteres fere, ut alibi ostendimus. sic & libet & lubet dicimus.

Præterea inimicum certamen sibi cum hostibus) Legendum, *iniquum certamen*; ita sensu postulante, & consentientibus quibusdam vetustis; quamvis manuscriptis reclamantibus. Sed cur *iniquum*? quia minore detrimento hostes vinci ait, quàm suos vincere.

Sed alio more bellum gerendum) In quibusdam, *aliomodo*; sed eodem sensu. præterea *gerendum* est in manuscriptis, non *gerendum*.

Quippe cuius spes omnis in fuga sita erat) In nonnullis est, *cui spes omnis*. sed quod ad sensum attinet, parum refert utrum legas.

Romanos palantes repente aggreditur) In vetustis quibusdam, *palantes*. quomodo fere Sallustius. & in manuscripto, *adgreditur*; vetusto illo scribendi more.

CAP. LV. § *Cognitis rebus Metelli*) Fabricianum, *cognitis Metelli rebus*.

Ut sese & exercitum more maiorum gereres) Manuscripta, *ut seque & exercitum*. nec aliter Flotentinum.

Ut in adverso loco victor tantum virtute fuisset) Legendum, *victor tamen*. sic enim, ut omittam consensum exemplarium veterum, & sensus ipse postulat, facilis autem lapsus fuit, propter scripturæ similitudinem, *ut*, non repetitur in exemplaribus calamo descriptis, ac citra detrimentum sensus abesse poterit.

Aut aquarum fontes) Lege, *fontes*.

CAP. LVI. § *Opidanos hortatur, ut moenia defendant*) In manuscriptis, ceteris; vetustioribus non est *ut*, ac maiore cum gratia abesse poterit nullo detrimento sensus.

Addito auxilio per fugas) Est in manuscripto quodam, *addit auxilio per fugas*. utramque lectionem admittit sensus.

Quod genus ex copis regis, quod fallere nequibat, firmissimum erat) Sic & manuscriptum. sed Badianum, *quia fallere nequibat*. eodem sensu. *Fallere* pro *latere* dixit. quomodo sæpe & Livius & Tacitus. id quod in Terentium est a nobis diligenter annotatum. Firmissimos vero per fugas fuisse ait, nimirum quod metuerent, ne si pax cum Romanis fieret ipsi per condiciones ad supplicium paderentur. vel quod victo ab Romanis Jugurtha, nullam veniam

ate, impunitatis spem haberent. Itaque horum forti fidelique opera Ingurtha vsus est, spemque in his summam habuit.

Ac paullo post cognoscit) Manuscripta & ex impressis quædam, *post paullo*. quomodo Cæsar v 11. *Ipsa post paullo silentio egressus*. & 2. de bello ciuili, *Post paullo tamen, interuentum vltro utroq; missis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt*. pro, *paullo post*. Liuius V. ab V. C. Cum senatus post paullo de his reb. in curia Hostilia haberetur. Priscianus libro xviii. quo loco docet paullo ante, itemque paullo post, sic a Latinis dici, vt a Græcis *ὀλίγον πρότερον*, καὶ ὀλίγον ὑστερον, ibidem ex Horatio de post paullo exemplum subiicit.

Tanta mobilitate sese Numida gerunt) Manuscripta quædam, *agunt*. quomodo apud Vopiscum Aurelianus, *In hispanis castris agant*, inquit. Nos hic nihil pronuntiamus, sed diuersam solum lectionem ostendimus. quamquam, vt verum fatear, prior lectio mihi magis probatur. nam sic per se Cicero, *honeste se gerere, turpissime se gerere, prudenter, perditæ aut alio modo gerere sese*.

Paullo spera rege sustentati) Manuscriptum, *ab rege*.

CAP. LVII. § *Cuncta mænia cum exercitu circumuenit*) Illa præpositio *cum*, non est in codicibus manuscriptis, nec impressis vetustioribus. ac rectius abest. irrepsit autem ex glossa.

Clamor ingens exoritur) Manuscripta, *oritur*; consentientibus & aliis vetustioribus. sensus vtrumuis admittit.

Præterea picem sulphure & sada mistam ardentem mittere) Est in aliis fere, *picem*, auferendi casu sed volumen Fabricianum ad hunc modum habet, *præterea picem, & sulphure sada mixtam ardentem mittere*, quæ vna demum vera lectio est, si quid ego iudico. & sic in ceteris quoque fuerat.

CAP. LVIII. § *Magna pars, vulnerati aut occisi sunt*) sunt, non est in vlllo manuscripto. ac rectius subauditur.

Neque inde maxima vi depelli quiuerunt) In nonnullis, *quid- uere*.

In loca munita sese recepit) In quibusdam, *recipit*, tempore præfenti.

CAP. LIX. § *Igitur postero die priusquam ad oppugnandum egredieretur*) Ita manuscripta quoque. sed in quibusdam est, *regredieretur*. id quod sensus quidem non repudiat. nam & superiore die fuerat opidum aggressus, tametsi infecto negotio reuersus in castra esset.

Sequi, deinde cedere) Manuscriptum, *dein cedere*.

CAP. LX. § *Auidius alteri alteros sauciare, quam semetipsum regere*) Fabricianum quidem, *quam semetipsum regere*, sed in aliis nonnullis, *semetipsum*. id rectius esse puto, consentiente manuscripto quodam.

Deinde ubi una atque altera scala comminuta sunt) *non sunt*, non

habent codices in membrana descripti, neque ceteri vetustiores. Et cum statim sequatur, *qui superstitiorum afflicti sunt, an non in elegans nimirum fuerit huiusce verbi repetitio?*

CAP. LXI. § *Aut de suo loco pugnam facere*) Quamquam eleganter addi præpositio videtur, ea tamen in manuscriptis ceterisque vetustioribus non est.

Et in his urbibus qua ab rege defecerant) In aliis quibusdam, *qua ad se defecerant*. Priorē lectionē citat libr. v i i. Priscianus, pro *a rege desciviant*, ut ipse interpretatur proinde relinquendam puto, quamquam, utrocumque modo legas, est idem utrobique sensus.

Vti ad se colloquendi gratia occultus veniat) In quibusdam, *oculta*. id ex glossa irrepsisse suspicor. plus est enim elegantiae in lectione priorē, quamvis utrumque latine dicatur.

CAP. LXII. § *Et genti Numidarum optime moritæ*) Est in manuscriptis quibusdam, *optumo morenti*.

Multos mortales captos) *Lege mortales*.

Eorum & aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet) *ms. eorum atque aliorum*. quomodo & impressa vetustiora.

Dum ipse ad imperandum Tisidum vocaretur) Codex pergamenis descriptus, *cum ipse ad imperandum*. pro, *ut es imperaretur*. nam passivè ponitur. Id cū adscriptum habet in margine exemplar Fabricianū, tū Servius adnotavit in Eclogā v i i i. Maronis. Sic poeta,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

pro, *dum incantatur*. Sed & alibi Sallustius, *Pauca supra repetam*, inquit, *quo ad cognoscendum omnia illustria magis*. pro, *ut cognoscantur*. Est in margine exemplaris Basilienensis adnotatum, ad *Imperatorem*. sed e dictis liquet, vulgatam lectionem bene habere. qui adiecit, non videtur hunc intellexisse locum.

Interdum ipse secum reputaret) Manuscripta, *secum ipse*. quomodo & impressa quædam.

De integro resumis bellum) In manuscriptis ceterisque vetustioribus, *de integro bellum sumis*. Sed mihi prior lectione bene habere videtur, & est familiaris veteribus abundantia illa præpositionis *re*. licet idem sit utrobique sensus. pro, *instaurat renouatque bellum*.

CAP. LXIII. § *Ad quem capiendum, præter vetustatem familia, omnia abunde erant*) Fabricianum, *ad quem capiendum*. & *alia omnia abunde erant*.

CAP. LXIV. § *Arpsini alius*) manuscriptum Fabricii *alius*. quomodo & in aliis plerisque. Hoc Cicero quoque utitur: velut pro Plancio, *Locus ille musus, ubi quisque alius aut doctus est* & in Bruto, *Urbs in qua nata & alta est eloquentia*. Sic & alias. Sed & Diomedes i. *alius*: hoc loco legit, atque item Priscianus, qui tamen ipse in quibusdam codicibus etiam *alitus* inveniri testatur: quo sane modo nos quoque in duobus manuscriptis reperimus.

Ita inter bonas artes integrum ingenium brevi adolevit) *Legendum,*

inter artes bonas: ut est in vetustis. nam hac terminatione Sallustius amat uti & adiectiuum hic sequi debet. Sic mox, per omnes tribus. vbi hodie fert. per omnes verum perperam.

Nonus nemo tā clarus, neq; tam egregius factis erat, quin & C.) Quamuis in Fabriciano ceterisque vetustioribus sit, neque tam egregius factis, tamen vulgatam lectionem magis probandam esse dūco, ut quę antiquitatem magis redoleat, cuius est amantissimus Sallustius. pro, sic factis excellens ac prestans. Cicero cum præpositione & casu eius iunxit hoc nomen. Latus, inquit, in laude bellius egregius. & Vir in procuratore ciuitatis egregius.

CAP. LXIV. ¶ *Igitur vbi Marius haruspice dicta eodem, quo cupido animi hortabatur, intendere videt) Sic manuscripta, consentientibus aliis vetustis. in recentioribus est oculo non nihil mutatus.*

CAP. LXIV. ¶ *Is eo tempore in contubernio patrie ibidem militabat) & in manuscripta non habent, neque impressa vetustiora.*

Qua res Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellum vrb: menter accenderat) Codices in membrana descripti, Quares Marium cum pro honore quem affectabat, cum cōtra Metellum C. pro. Qua res Marium cum ad acrimam contendendum pro adipiscendo consulatu quem appetebat, cum vero iram in Metellum incenderat atque inflammarat. Ita vero legendum prorsus esse, aliis etiam coniecturis quibusdam ducor. Nos hic nihil pronuntiamus, contenti diuersam lectionem ostendisse. quamquam cum manuscriptis facit exemplar Florentinum.

Criminose simul & magnifice de bello loqui) Manuscripta, ac magnifice. quod ut nihil aliud, eerte sonantius est.

Qua omnia illis eo firmiter videbantur, quia diuturnitate belli) Manuscripta, quod diuturnitate. sed eodem sensu.

CAP. LXV. ¶ *Morbis confectus, & ob eam causam mente paululum immutata) In manuscriptis duobus ceterisque vetustioribus est, imminuta. pro, desipiens ipse ac parum mente consistens, Hęc est vera lectio, quam & sensus ipse postulat. nam & postea de eodem, Hominem, inquit, ob morbos animo parum valido. id nimirum est, parum mentis compositem, vel, ut ante dixit, mente paululum imminuta. Est similis ferme apud Velleium error quamuis in vocibus dissimilibus. nam vbi vulgo, Hic est Opimius, a quo Cos. celeberrimum Opimiani vici nomen: Hic ego Opimiani vini nomen legendū arbitror. ut perperam videlicet & in indice ipso, & in maxime ibidem illud sit adnotatum, vicus Opimianus: vbi vinum Opimianum adnotandum erat. Id quod ea quę mox apud Velleium sequuntur, plane indicant: Quod iam nullum esse spatium annorum colligi potest. Quod nempe vinum Opimianum. nam vicum huc referri non posse vides. Meminit autem vini Opimiani Plinius libro XIII. capite III. atque item XIII. capite eiusdem libri. Sed &*

Et postea ante clausa.) Illa & copula non est in manuscriptis, ac rectius abest.

(Iuxta boni malique, strenui & imbellis multi obruncati) Nisi me coniectura fallit, legendum est, *inulti*: pro impune & qui vlisci hostes non possent. Sic idem est in Catilina vsus, *Cauete ne inulti animam amittatis*. Iam *inulti* esse legendum, ea quæ statim præcellere, indicant, neque cauere anceps malum, neque a fortissimis infirmissimo generi resisti posse. Id nimirum erat, *inultum obruncari*. Iam non multos obruncatos, sed omnes plane, ipsemet Sallustius ostendit, cum Turpilius ait vnum ex omnibus Italicis profugisse intactum. Ex similitudine scripturæ defluxit error.

Id misericordians hospitii, an pactiove, an casu ita euenierit, parum comperimus, nisi quod illi in tanto malo turpi vita, integra fama potior fuit, improbus, intestabilisque videtur.) Codex in pergamenis descriptus habet *nisi quia illi in tanto malo, &c. improbus intestabilisque videtur*. & *nisi*, hic eodem modo accipitur, quo apud Terentium in Andria, *Nescio, inquit, nisi deos mihi iratos fuisse scitis*; qui illi auscultauerim. Sed & Cicero aliquoties in hunc ipsam modum, velut in epistolis, *De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse*, pro, *nisi quod mihi persuadeo*, vel, *nisi quatenus, &c.* Idem pro Sex. Roscio: *Quid erat quod Capioni primum nuntiaris, nescio: nisi hoc video Capitonem in his bonis esse socium*. Sunt qui *nisi* pro sed positum, seu pro *verumtamen*, in his atque similibus locis putent, in quibus est *Linacer* id quod æ mihi quidem displicet, ac in exemplis supra positis probe quadrat. Ceterum *intestabilis* hic idem significat quod in illo ex XII. tabulis, *Improbis intestabilisque esto*. Cælius eodem modo vitur libr. VII. cap. XV III. *Qui ad Hannibal non redissent, vique adeo intestabiles inuisosque fuisse, ut eadum vita ceperint, necamque sibi consciuarint*. Proprie vero *intestabilis* est, qui nec testimonium dicere, nec aut testamentum facere, aut e testamentis conlequi aliquid potest. inde metaphoricis pro testis, *destabilisque, & execrando ponitur*. Plinius xxx. de magica loquens, *Proinde ita persuasum sit, inquit, eam intestabilem, irritam, inanem esse*. Horatius *Intestabilis & sacer esto*.

CAP. LXVIII. ¶ *Mællus ubi postquam de rebus Vacca actis cõpessit*) In mss. ceteris; vetustioribus non est *ubi* sed tantum *postquam*. Quod si priorem lectionem recipis, abundat forsitan altera harum particularum. vt in illo, *post deinde*, apud Terentium in Andria *vna simul*, in Heautontimorumenos *miseris nimis*, in Adelphis. in Phormione, *ferè plerumque*. Quid si ex glossa irrepsit & *postquam*, quod aliquis forsitan superscripserit, explicare volens quid significaret *ubi* nam istis glossis mendosiores sunt antiqui codices facti.

Paulisper inæstus & conspectus abis) Codex Fabricianus, *abis*, tempore præleui.

Redites quam arctissima pergere, & signa occultare iubet) Manuscripta, *quam arctissime ire*. quomodo est in ceteris item vetustioribus. Incuria quadam typographi hoc mendum irrepsit, propter ea quod in proximo versu *pergere* sequitur.

C A P. L X I X. ¶ *Vaccenses ubi animadvertere, ad se versus exercitum pergere*) Manuscripta duo, *ad se versus*. quod, ut antiquario, magis convenit. nec secus exemplar Basiliense.

Civitas magna atque opulenta, pœna cuncta aut prada fuit) Manuscripta, *civitas magna atque opulens*. quæ vox frequens veteribus erat. Vtitur ea Politianus in Commodio Herodiani, *Solicitum se aiebat esse, ne quæ opulens ex nobilitate domum occuparet principis*. nec aliter est in Beroaldino.

C A P. L X X. ¶ *Hominem nobilem, magnum operibus clarum*) In manuscriptis omnibus est, *opibus*.

Qui plerumque (orsum ab rege exercitum ducere, & omnes res exsequi solitus erat) Hæc verborum collocatio sericæque est in manuscriptis & impressis vetustioribus.

Qua Iugurtha fesso, aut maioribus adstricto superaverant) In vetustis quibusdam, *superant*. sed perperam. irrepsit autem ex glossa. nam & A Gellius priorem lectionem i. libro citat. Est autem *superare* hoc loco *reliquum esse & restare*. ut sit sensus, Nabdaliam ea exsequi solitum, quibus ipse Iugurtha propter occupationes vacare non posset. in hoc significato Cicero identidem vtitur.

Cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit) Est in quibusdam, *pro tempore*. id est, prout ipsum tempus moneret, vel utcumque occasio ferret. prior lectio mihi verior esse videtur. Gymnicus perperam, *parare*: cum in ceteris fere *parari* sit.

Nabdalsa ad exercitum profectus est) *est* non reperi vsquam in vlllo manuscripto.

Is postquam magnitudine facinoris percussus, ad tempus non venit) Manuscripta, *percussus*. quomodo & Florentinum: verum eodem sensu. nam Cicero utroque vtitur ad hunc modum, *ad tempus*, pro, *ad diem constitutum*.

Bomilcar simul cupidus suscepta patranda, & timore sociis anxius) In manuscriptis omnibus est, *cupidinibus*, non, *cupidus*. recte ne au perperam, aliorum esto iudicium.

Iugurtha exitum adesse) In vetustis est, *exitium*. quomodo nimirum & sensus ipse postulat. pro eo quod est, *interitum* ac perniciem.

Proinde reputaret animo suo, premia an cruciatum mallet) Manuscripta, *reputaret cum animo suo*. idque rectius. nam eodem modo & Florentinum habet & Beroaldinum.

C A P. L X X I. ¶ *Sed cum ha littera adlata sunt*) *sunt*, non habent codices in membrana descripti, nec ex impressis quidam.

Fortè Nabdalsa excre. ato corpore f. s. sus, in lecto quiescebat) Manuscripta.

uscripta, *exerere corpore*. quomodo & Beroaldinum habet, & Nonius Marcellus alicubi citat.

Es ex consuetudine rarus) τὸ εἶ, in manuscripto quodam non est. nec id sensus magnopere requirit.

Dormiente illo, epistolam super caput in puluino temere positam sumis ac perlegit) Sic in manuscripto quoque. Ceterum in plerisque est, *pulvinari*. perperam, ut ego opinor. Cicero certe in hoc significatu fere priore utitur: posteriore haud temere unquam, quod sciam. nam magis *pulvinaria decretum* dicere solet. velut. *Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est*. Rursus, *Qui pulvinariibus: Bona dea stuprum intulit.* &. *Qui sacerdotum ab ipsis aru pulvinariibusque detraxisti.* sic & alias. Contra, *pulvinos pascere*, apud eundem. &. *Leistica in qua erat pulvinus Melitensi rosa factus.* Q. Curtius III. *Epistolam quo sigillo annuli sui impressam puluino cui incumbere subiecit.*

Deinde prope cognitis insidiis) Legendum, *dein*.

Nabdalsa paullo post experrectus) In Fabriciano atque aliis vetustis, *post paullo* id Sallustianum magis est. Similis error postea, ubi ait, *Sape in fuga, ac post paullo in armis spem habere*. nam perperam est in recentioribus, *paullo post*. quamquam quod ad sensum quidem attinet, nihil admodum refert, utrum legas. Eundem ad modum Cicero *post aliquando*, dicere solet.

C A P. LXXII. § *Bomilcare atque alii multu*) Manuscripta, aliisque multis. quomodo & vetustissimum quodque ex impressis. *Interdum somno excitus, arreptu armis, tumultum facere*) τὸ ἀρροπῆς ἀρμῖς, codices in membrana descripti non habent. praeter unum Fabricianum, ac ne is quidem, nisi in spatio quod versus dimit, idque alterius manu.

C A P. LXXIII. § *Ceterum in utroque magis studia partium, quam mala aut bona sua moderantur*) In manuscriptis est, *quam bona aut mala sua moderata*. quomodo in Beroaldino quoque.

Praeterea seditiosi magistratus vulgus exagitare) Fabricianum exemplar. *vulgum*. quomodo apud Nonium Silenna, *Imperitum concitat vulgum*.

Marii virtutem in maius celebrare) Sic & manuscripta. in quibusdam tamen, *immanius celebrare* pro nimis praedicare, ac supra modum efferre & extollere laudibus. nam *immane* non solum dicitur *importunum* & *ferum*, quomodo Cicero alicubi, *Tetra & immanis bellua*, inquit. sed etiam *ingens ac nimium*. ut, *immanis pessumia*, apud eundem. Priorem tamen lectionem haud dum immutare ausim, propter nescio quem scrupulum. Sed & Liuius I. v. ab V. C. *in maius, ut sit, celebrantes*, inquit.

Denique plebs sic est ascensa) Manuscripta, *plebes*. quomodo & antea est saepe usus. nec aliter vetustissimum quodque ex impressis. *est*, nullo in manuscripto neq. in Beroaldino ipso reperitur.

Itaque percussa nobilitate) Legendum e manuscriptis & impressis vetustioribus, *Ita*.

CAP. LXXIV. ¶ *Cum neque bellum geri sine ministris posset*) Manuscripta, *sine ministris* idque rectius.

Vagus incertusque agitabatur) in manuscriptis est, *varius incertusque*. non, *vagus*. atque hæc melior lectio est.

Neque illius vlla, neque consilium) *vlla*, non est in vilo manuscripto, nec in Veneto aut Florentino.

Ibi aliquamdiu certatum est; rō est, manuscripta non habent.

CAP. LXXV. ¶ *Omnes asperitates superare, ac naturam loci etiam vincere aggreditur*) Legendum, *omnes asperitates*. præterea *loci*, non est in impressis antiquioribus. nec in manuscriptis. sed nec inferius additur, ubi de hoc ipso Sallustius: *desiqua*, inquit, *naturam ipsam ceteris imperitantem industria vicerat*. Notanda vero locutio, *asperitates superare*. pro *difficultatis omnes superare* seu *perumpere*, ut Plinius loquitur.

Ceterum ut res modo, & alia aqua idonea portari) Non diuissim legendum sed coniunctim, *ut res modo*. facilis & proclivis error. Sed & perperam in quibusdam additur, *vasa*. id ex glossa, ut opinor irrepsit.

Sed pleraque lignea) *rō sed*, non est in vilo manuscripto, licet sit in impressis vetustioribus.

Quam plurimum quisque aqua portaret) Perperam in quibusdam, *ut quisque*. nam elegantius particula *ut* omittitur.

Deinde ubi ad id loci ventum est) *est*, non reperi in manuscriptis, ac maiore cum gratia abesse poterit. Sic inferius, *per la omnis a perfugio corrupta est*. in manuscriptis non est additum ibi verbum substantivum. nec in impressis antiquioribus.

CAP. LXXVI. ¶ *Nam salia consilia per otium ex opportunitate capi*) In quibusdam est, *consilia solent*, &c. verum perperam. ex glossa irrepsisse videtur, quam insulsus aliquis & ineptus litterator adiecerat. Fabricianum, *per otium & ex opportunitate*; addita illa & copula.

Deinde iubet locis ex copia maxime idoneis vineas agere) *rō iubet*, non habet Gymnicus, cum sit interim in omnibus manuscriptis, & impressis vetustioribus.

His postquam murum arctibus feriri, resque suas adversas vident) Manuscripta, *adstrictas vident*. pro *perditas*. vox est apud Cicero- nem frequens eodem modo Florentinum.

Ibi quoque vino & epulis onerati) Quod in vetustis quibusdam *gramatis* legitur, id ex glossa addita irrepsit. & quamvis idem est utrobique sensus, prior tamen lectio verior. Sic & Curtius Qu. *mero onerati*, inquit. & alicubi, *Oneraverunt se vino*. Idem tamen v. *utrumque vino gravatum effudisset illa*. & V III. *Graves, mero suas vires extolere*

ter. Sed & Livi^{us} I III ab V. C. *Vino apulisque grauat^{os}*, dicit. Idem IX. *vino oneratis sopiant*, inquit.

CAP. LXXVII. ¶ *Et cuncta a B. flia, Albino, Metelloque impetrata gna^uiter fecerant*) In Fabriciano est, *imperata* idque sensus ipse postulat. Sed & *naue* ibidem, consentientibus aliis, haud scio an rectius, pro *impigre strenue gna^uiter*, ab adiectiuo *na^uis*, quod est *diligens & industrius*, vbi hodie fere *gna^uis* dicimus. Magis autem antiquitatem respicit hoc aduerbium cuius est cum primis obseruans Saliustius. quamquam Priscianus quidem & Diomedes priscum magis esse putant *gna^uiter*, sicuti & *igna^uiter*, quod Lucilius alicubi dixerit. Qui vult Priscianum legat xv. de aduerbiis. Diomedis in i. verba sunt: *Quae tam sunt nomina in vs syllabam terminata, quae ex se bina aduerbia faciunt: ut est veterum auctoritas. transi^t enim in quibusdam rationem; & aliter ipsa enuntiat, aliter consuetudo usurpat. nam nauis nauiter dicunt, quod nos naue. largiter, quod nos large.*

Missae sunt eo cohortes Legurum) Manuscripta, *Emissa* eo. nec est additum ibi verbum substantiuum.

CAP. LXXVIII. ¶ *(Impares magnitudine, pari natura)* In quibusdam est, sed in impressis, *pares natura*. verum eodem plane sensu quamuis prior lectio, si quid est in me iudicii, verior est.

Quae eo facilius retinebantur) Manuscripta, *retinebant*, quomodo & ex impressis quaedam. ut *qua* casus sit accusatiui.

Qua res eos magno diuturnoque bello inter se habuit) Manuscripta, *in magno*, addita praepositione: quomodo & vetustissimum. quodque ex impressis.

CAP. LXXIX. ¶ *Quo in loco inter se obuii fuissent, ibi communis utriusque populi sine haberetur*) Manuscripta & alia quaedam, *ib* communis utriusque populi, &c. Quod ad senium attinet, utrumuis probe quadrat, & cum lectioe vulgata facit Pomponius Mela. *Ve ubi legati, inquit, concurrerent, certo tempore utrumque amissis, ibi armis statuerentur.* posterior lectio mihi elegantior esse videtur.

Quibus nomen Philanes erat) Manuscripta, *Philanic*. idque rectius ac Latinius, ut de elegantia nihil dicam. est enim secundae inflexionis hoc nomen. nec aliter vquam Sallustius usurpat.

Ve vel illi, quo fines populo suo peterent, ibi viui obruerentur) Manuscriptum, *quos fines*. quomodo & in aliis plerique, idque fortasse rectius. nam sequitur *ibi*, hoc est, *in iis finibus*. nisi quis ex iis, quae mox sequuntur, ita intelligere malit, ut vel illi, quo loco fines populo suo peterent, eo in loco viui obruerentur. vel eadem condicione sese, quem in locum vellent, processuros. praeterea, *quarere* in quibusdam legitur, pro *peterent*. quamquam eodem sensu.

inquit, *Le'ius in laude bellica egregius pro, excellens & praestans.*

Quam rem alii in superbiam vertebant) Fabricianum. *vertebant.* quod antiquitatem magis sapit, cuius cum primis studiosus est Crispus.

Neque tam anxie laturum fuisse, si ad eam provinciam alii quam Mario traderetur) *msl. si ad eam provinciam.* sic & sensus ipse postulat. & proclivis sane fuit lapsus, vna omissa littera.

CAP. LXXXIII. § *Alienam rem suo periculo curare*) Manuscripta, *periculo suo, ut sequatur pronomen.*

Habere tam magnam copiam societatis amicitiaque coniungenda, qua potior bello esset) Sic in omnibus fere. Sed quid si legas, *habere eum, &c.* sane facilis ac proclivis lapsus fuit, similitudine litterarum. Nihil tamen adhuc muto, sed coniecturam solum affero. Haec iam adnotaram, cum ecce allato & inspecto codice Florentino, *eum* ibi reperi.

Omne bellum sumi facile, ceterum aegerime desinere) Quamvis in cunctis manuscriptis *acerrime* legatur, atque etiam in impressis quibusdam, velut Florentino, tamen vulgatam lectionem probandam magis esse puto. opponuntur enim, *facile & agra.* Cicero de senectute, *Omnis conglutinatio recens agra inueterata facile dissolvitur.* Idem alibi, *Inueterata vitia agrius depolluntur, pro dissolui.*

Non deponi nisi cum victores velint) In manuscriptis omnibus est, *deponi cum victores velint.* & haec lectio magis arridet.

Proinde sibi regnoque consuleres) In vetustis quibusdam, sed impressis, *sibi que, regnoque,* id historico magis convenire viderur.

CAP. LXXXIV. § *Abnuere audebat*) Est in manuscriptis quibusdam, *negare audebat.* sed irrepsit ex glossa, ni fallor.

Et eos non paullum oratione sua Marius arrexit) Quamvis in quibusdam *eraxerat;* tamen haec lectio magis arridet. quam & manuscripti codices, & exemplar Aldinum habet. Vtitur autem Salustius alias quoque hoc verbo. velut inferius, *Huiusmodi oratione habita Marius, postquam plebis animos arrexit videt.* quo in loco tamē in vetustis est, *erexit.* verum perperam, ut opinor, tametsi Cicero quidem altero magis vtitur. velut *Oratio consulum animum meum eraxit spemque attulit dignitatis recuperanda.* Idem, *la civitatem ad spem libertatis erexit.*

CAP. LXXXV. § *Deinde per ignaviam & superbiam aetatem agra*) In Veneto quodam *dein,* sed in manuscripto, *dehinc,* quod & ipsum aliquoties apud Tullium reperitur.

Ad hoc alii si deliquero, vestus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & ad finium opes, multa clientela, omnia hac praesidio adsunt) Sic & manuscriptum. in Veneto autem quod excudit Pincius, Pomponius castigavit, *omnia praesidio adsunt,* legitur pronomine omisso. eodem modo quibusdam in aliis, velut eo quod

iti, inquit, *se dedecore vere turpissimi viri, bonorum premia ereptura* *aut*.

Et profecto ita res habet) Est in quibusdam, *habent*, vt in Veneto & Schutteriano, *sed perperam*, vt mihi videtur. nam sic fere dicimus, *Ita se res habet vel omisso accusatiuo, Ita res habet. pro* sic est, quomodo Græci *ἴτως ἔχῃ*.

Maiorum gloria posteris quasi lumen est) *tò quasi*, non est in vlllo manuscripto. sed mihi recte sane addi videtur. nam ad hunc modum & Cicero sæpenumero hæc particula vtitur.

Verum id quod multo præclarus est. mea facta mihi dicere licet) In vetustis *meamet facta mihi* &c. id rectius esse puto. nam illud *m-mei* adiecticiu, facere mihi magnopere ad rem videtur. id quod perfacile sentiet, qui superiora diligenter expenderit. *Msamet*, inquit, *facta, non maiorum meorum, ut uti nobilis est, faciunt.* nam hi fere oratione maiores suos extollunt, & eorum fortia facta memorando clariores se se putant. vt idem inquit.

Quippe vera necesse est prædicere) In manuscriptis est, *bene prædicere*. quomodo & sententia postulat, & Beroaldinum habet.

Etiam atque etiam reputate) Sic & manuscriptum: *pro diligenter considerate*. In quibusdam est, *animis reputate*. haud scio quam recte. quamuis & antea Sallustius, *reputate*, inquit, *cum animu vestro*; addita videlicet præpositione *cum*. quomodo Cicero, *Cogitate cum animis vestris*, inquit.

Num eorum pœnitendum sit) Manuscriptum Fabricii, *num id pœnitendum sit*: nempe quod summum mihi honorem & maximum negotium imposuistis: pro quo antedixit, *num id mutari melius sit*. In aliis tamen est vulgata lectio.

P a:erea cicatrices aduerso corpore) Sic & manuscriptum volumen in quibusdam est, *in aduerso corpore*. sed eodem sensu. Est apud Ciceronem, *Cicatrices aduerso corpore exceptas ostendere*. pro quo idem, *Cicatrici aduersas* alicubi dixit. quomodo & Sallust. in historiis. vt est apud Gellium libro noctium Atticarum II cap. XXVII. *Q Curtius, Multis aduerso corpore vulneribus acceptis* libro IX.

Hostem ferire) In manuscriptis omnibus, *hostes* reperi. sed vulgata lectio mihi magis arridet. quamquam quod ad sensum attinet. parum refert, vtrum legas.

Nsque illos arte colam, me opulenter) In Veneto quod est a Pincio excusum, *vt me opulentent*. in aliis quibusdam, *vt me opulenterem*. Cui otium est, excutiat hunc locum diligenter. mihi vulgata lectio bene habere videtur, vt inter sese opponantur, *arte* & *opulenter* est enim sensus: *non ego illos arte contenteq. habebō, me ipsum mollior & delicate. vel, non tractabo illos nimis aspere atque iniuriose, me ipsum indulgenter.* nam hūc esse sensum, ea quæ sequuntur indicant: *Namq; cum tute per molliem agas, exercitum supplicio co-*

gere, id est dominum, non imperatorem esse. Simile quid Livius de Catone scribit libro 1 v. dec. 1 v. Sed in consule, inquit, ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minusque per se adiret, atque ageret. nec cogitaret modo imperaretque, quae in rem essent, sed pleraque ipse transigaret. nec in quemquam omnium gravissimos ferissimisque quam in semetipsum imperium exerceret, parsimonia, & vigilis, & labore cum ultimis militum certaret, nec quidquam in exercitu suo praecipui praeter honorem atque imperium haberet. Est a sciolo quopiam hic depravatus locus, qui putarit arte colere id esse, quod ambitiose nimis colere, & quasi laxiore imperio habere eos qui tu praes. quomodo Cicero, arte complecti aliquem dixit. Opulentare vero idem quod opulencum & divitem reddere. Nam sic nescio quis interpretatus hunc locum fuerat, sed perperam videlicet. tamen opulencare quidem reperitur apud Columellam v 111. pro instruere & exornare. Et eisdem, inquit, familiarum focum mensamque pretiosis dapibus opulencent.

Neque gloriam meam laborem illorum faciam) Sic in vetustis, atque etiam manuscriptis. ubi labore fere est in recentioribus, idque perperam si sensum spectes.

Namque cum super molliem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum esse, non imperatorem) In manuscriptis est, cum tute, quae syllabica adiectio facere ad rem mihi videtur. In eodem, per molliem, ut sit primae inflexionis nomen. Vtrumque reperitur apud Ciceronem & molliem & molliem. Qui officia, inquit, deserunt molliem animi, id est, laborum & dolorum fuga. Idem, Civitatum mores lapsi ad molliem.

Id est dominum esse) Manuscripta cuncta, hoc est dominum esse, &c. sed eodem sensu. Cicero utroque modo loqui consuevit.

Hac atque alia nostri maiores faciendo) Legendum e manuscriptis. Hac atque alia.

Et omnes honores non ex merito) Legendum, omnes honores.

Virtutem non relinquere) Legendum, relinquere. operarum incuria est hoc commissum.

Omnibus bonis oportere plus gloria quam divitiarum arma non supellestem decori esse) Sic in cunctis manuscriptis atque item Florentino. quamvis aliter Gymnicus. vtra lectio verior, alii iudicent.

Nam ubi flagitiis se dedecorare turpissimi viri, bonorum praemia ereptum sunt) In manuscriptis duobus est, Nam vos flagitiis qui dedecorare &c. quod non sane displicet.

Nam quae usque ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt) Manuscripta, quae hoc ad tempus. omissa illa particula usque, quomodo etiam pleraque ex impressis. pro, quae hactenus Iugurtham tutata sunt. & usque ex glossa irrepsit.

Egomet in agmine aut in praelio) Quaedam, atque in praelio. manuscri-

nuscripta ad hunc modum, *Ego met in agrino, in praelio, consultor idem & socius periculi vobiscum adero.* Hæc mihi lectio maxime omnium placet.

Tamen omnes bonos reip. subuenire decebat) Manuscripta duo, *tamen omnibus bonis.* verum perperam, vt opinor. nisi quis hellenissimum esse putet. quomodo Terentius, *Ita nobis decet.* quo loco tamen interpres antiquos ait, si adderent statim infinitiuum, *Nos decet facere,* loqui solitos. sin minus, *Nobis decet.* itaque cum hic infinitiuus addatur, si quid interpreti credimus, vulgata lectio relinquenda erit.

Etenim ignauia nemo immortalis factus est) *non* habent exemplaria in membrana descripta.

CAP. LXXXVI. ¶ *Cum his A. Manlium legatum proficisci iubet*) Sic & manuscriptum. ceterum Plinius Manilium vocat. quî legatus C. Marii fuerit Iugurthino bello. quam recte, alii viderint. mihi librarii errore commissum hoc videtur. ac procliuus error fuit propter affinitatem vocum. tu, si lubet, Plinium vide libro xxxiii. capite i.

Cui neque sua cura, quippe qua nulla sunt) In manuscriptis omnibus est, *cui neque sua cura.* quomodo & Florentinum.

CAP. LXXXVIII. ¶ *Contra spem suam letissimis animis accipitur*) In manuscriptis est, *excipitur.* id quod rectius esse puto. nec in Beroaldino secus.

Ex nostris sociis pradas agentes) Manuscripta, *ex sociis nostris:* vt sequatur pronomen. quomodo & impressa pleraque.

Qua postquam gloriosa modo, neque belli patrandi copiam cognouit) Priscianus hunc locum citans xv i i i. *copiam* omittit, & *causam* subaudiiri testatur. mihi quoque sic legendum videtur. *neque belli patrandi cognouit;* vt subaudiatur *esse.* pro, *non spectare ad conficiendum bellum, non facere ad bellum patrandum.* quomodo Hirtius de bello Alexand. *Multa contra morem consuetudinemque militarem fierent, qua dissoluenda disciplina severitasque essent.* pro, *qua pertinerent ad dissoluendam disciplinam.* Eodem modo Liuius interdum. velut quinto ab V. C. *Quid illos aliud aut tum timuisse creditis, aut hodie turbare velle, nisi concordiam ordinum? quam dissoluenda maxime tribuncia potestatis rentur esse.* Idem vi i. dec. i i i. *Nam tum quidem qua temere agitassent, ea prodendi imperii, iradenda Hannibali victoria esse.* pro, *spectare ad iradendam victoriam.*

CAP. LXXXIX. ¶ *Munici aduersum hostes*) Manuscriptum, *aduorsum hostes.* id antiquario conuenire magis videtur.

Nam prater opida propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aqua, infesta serpentibus) Legendum, *prater opido propinqua,* vt ex manuscriptis duo habent. vt de locis loquatur *opido vicinũ,* vel quæ circa opidum sint. quomodo Tacitus dixit, *Per urbem & urbi vicina acquisiti.* Sic lenius exposcit quamuis Fabricianum, *prater opidum propinqua.*

Qua procul a mari incultius agebat) In Veneto ac plerisque aliis non est additum, & Cicero fere in similibus præpositionem addit, velut, *Insula Delos tam procul a nobis*. Idem, *Procula terra abripi*. & *Non procula suis finibus*. Nisi ubi poetice loquitur, ut in Arato, *Et procul Arcturo*, Item in epistolis e poeta quopiam, *Patria procul*. Plinius tamen v. capite ix. ubi Nilum ait originem habere in monte inferioris Mauritanix, *Non procul Oceano*, inquit. & Curtius i i i. *Procul hostium conspectu*. Paulo post, *Haud procul Carthaginis muris locauerant castra*. & *Haud procul munimentis verbis emerfit*. & postea, *Iamque haud procul Memphis erat*. Idem v. *Haud procul mœnibus fluxerat*. & ix. *Haud procul amne per quem erat nauigaturus*. Idem tamen præpositionem interim addit velut v. *Qui haud procul ab urbe indebat*. & ix. *Haud procal a Perside aberant*. Sed & x. *Essa, haud procal a continenti insulam palmis frequentibus consitam*. Nisi quis mendum forte subesse putet.

Quia Numida plerumque lacte & ferina vescabantur) Manuscripta *ferina carno*, sed mihi prior lectio magis arridet; ut subaudias substantiuum, quomodo Virgilius i. *Aeneidos*,

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina.

Ita fere dicimus, *suilla, bubula, caprina*: ut subaudiatur *caro*. Lina- cet tamen cum manuscripto facit, ut & ex impressis quædam. Sed & supra Sallustius, *Quis cibus erat caro ferina*, inquit. de Gatulis loquens.

Cibus illis aduersus famem atque sitim, non libidini, neque luxuria erat) Codex Fabricianus, *aduersum famem & sitim*. quomodo & ille Parisiis a Badio impressus. Vtrumque apud Ciceronem atque alios primæ notæ scriptores reperitur, *aduersus & aduersum*. At in exemplari Veneto, Argentoratensi, aliis plerisque est additum quiddam, quod in superioribus, si minus necessarium est, abest: si opus est, deest: *Cibus potusque illis aduersus famem atque sitim*. videlicet ut *cibus* ad famem, ad *sitim potus* referatur. Mihi vtra lectio verior, haud dum satis liquet nisi quis ideo probandam esse ducat lectionem vulgatam, quod & cibi pariter & potus vicem præbeat lac, quo illi fere vescabantur. qua de causa iidem & *γαλακτοφάγοι* dicebantur, quasi dicas, lacte vescentes. atq; item *γαλακτοπόι*, sicuti libro v i i. testatur Columella, quo loco nationibus quibusdam frumenti exportibus vitum commodare lac docet.

C A P. X C. ¶ *Nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat*) Volumen Fabricianum, omissa illa particula *cōtra*, nam *difficultates tantas &c.* haud scio an perperam, nisi quis providere. pro eo quod est, *præcauere tantas difficultates*, positum velit. quomodo Terentius in *Andria*, *Qua si non astu prouidentur, procauentur, vitantur*. ut adnotauit ibidem interpres. Mihi vulgata lectio bene habere videretur, ac potest incuria librarii cōm-
ita omissum esse. nam in aliis manuscriptis est.

Ad opidum Laris, ubi stipendium & comensurum invenerat. iuber) Sic & manuscripta. in quibusdam est, *ad opidum Laris, ubi iuber* perperam.

CAP. XCII. § *Pecus exercitui per centurias, item per turmas aequaliter distribuerat*) Manuscripta, *per centurias, item turmas*. Ommissa repetitione præpositivæ per quem modo & exemptivæ habet codex Badianus, atque alii quidam.

Omnibus sarcinis abiectis, aqua modo seque & iumenta onerare) Est in nonnullis, *omnibus abiectis sarcinis*. quæ collocatio verborum melior.

Omnia non bene consulta, in virtutem trahebantur) Sic & Aldinum pariter ac manuscriptum. in Veneto autem, cuius aliquoties memini, atq; item aliis quibusdam, addita nonnulla sunt, nimirum hæc, *rerum etiam casu data*. Ego quamvis priorem lectionem probo, tamen quid hic suspicer, paucis dicam. Fortasse legendum, *omnia non bene consulta modo, & rerum etiam casu data, in virtutem trahebantur*. ut sit sensus. Non solum quæ erant sapienter prouta, sed & ea quæ casu aliquo ac felicitate quodam acciderant, virtutis esse existimabantur hoc est, non temere neq; casu facta, aut forte fortuna, sed virtute consilioq; potius gesta esse credebantur quæcumq; bene evenerant Sic & Q. Curtius de Alexandro libr. 11. *iam primum*, inquit, *nihil nisi divina ope egredi videbatur. nam cum esset præsto ubique fortuna, temeritas in gloriam cesserat.*

Namque haud longe a flumine Mulucha) Manuscriptum, *Mulucha*. rectene an secus, haud dum equidem scio. nisi si quis putet sic dictum, ut Virgilius *urbem Pataus* dixit Æneidos primo. & *fontem Tismai*, ibidem. & septimo, ni fallor. *flumen Hymella*. aut Cicero. *in opido Antiochia*. si modo sic idem scriptum reliquit.

Quod Iugurtha Bocchique regnum dividebat) Manuscripta & alia pleraque, *disiungebat*. pro, regni fines discernibat, discrimina- bat. nam hic annis ingentium olim regnorum terminus Bocchi Iugurthæque fuit. ut Pomponius inquit.

Nam omni natura, velut opera atque consulto præceptis) In manuscriptis est, *opere*; sed eodem sensu. in quibusdam sed impressis, *præceptis* erat. quod non sane displicet. Illud non probo quod in antiquioribus est, *nam per omnia natura*, & id ex glossa addita irrepsit in contextum videtur. Codex Badianus ad hunc modum, *nam omnia natura velut opera atque consulto præceptis habebat*. Mihi legendum videtur *omnis*, ita uti fere in recentioribus est. Hoc autem dicit Sallustius, *totum montem fuisse natura præcipitem, ac si humana industria sic, & opere manūque factus esset*. Forſan aliquis illud *omnis* explicare volens, in spatio quod versus dirimit superscripserat *per omnia*. cum intelligi vellet, *ex omni parte*, ut Cæsar loquitur. id postea in contextum irrepsit. Iulius Frontinus 111. *Strata gematum*, totum hunc locum, sed aliis interdum verbis repetit.

Nam cum ha paullo processerant) In nonnullis est, *pauullulum*: quomodo Cicero, *aliquantulum* *precedere* dixit. sed prior lectio est in manuscripto quoque.

Milites neque inter vineas sine periculo administrare, &c.) Manuscripta consentientibus aliis, *militas neque pro opere consistere propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine periculo administrare, optumus quisque aut cadere aut sauciari*. sic fere & Venetum exemplar. itaque vides quam multa desint in recentioribus.

CA P. XCIII. § *An fortunam opperiretur, qua sepe prospere v. su erat*) *ti erat*, non est in vetustis omnibus, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. in manuscriptis fuerat legitur.

Animaduertit inter saxa) Codex Fabricianus, *animum aduertit*. vt sint duæ dictiones, non vna composita.

Studio legendi) Idem, *legundi*.

Mors ingenii humani cupido difficilia faciendi animaduertit) Manuscripta cuncta, *animum versit*. quo modo exemplar quoque Beroaldinum. Nonius Marcellus quo loco *Ignarum* esse dicit, & qui nesciat, & cui quid sit incognitum, ita hunc locum citat, *mors humana cupidinis ignara visundi*. pro, *ignota explorandi & inspiciundi*. nam *cupidinis*, pro *cupiditatis* dixit. vt alias sæpe. Hanc lectionem magis ad sensum Sallustii quadrare suspicor. nam habet eodem modo Gellius quoque libro 1 x. cap. xii. quo loco & ipse docet, *Ignarum* vtrouersum dici, non solum qui ignoret, sed & qui ignoretur. Id vero sic habere, cum ex hoc ipso auctore, vt cum ait, *Præter nomen cetera ignarum pop. R.* tum ex aliis etiam liquet. Tacitus, *Per occulta & vigilibus ignarâ*. Idem, *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta & astus oppugnationum*. Contra, *gnarum* pro cognito apud eundem: *Id quo nulli magis gnarum*, inquit, *quam Neroni*. & *Campos madentes & ipsis gnaros pro, cognitos*.

Castelli planitiem præscribit) Manuscripta duo, *perscribit*. quomodo & sensus postulat. error ex affinitate vocum ortus.

Eodem regreditur) Fabricianum, *eadem*. nempe qua prius egressus ad summum prope montis erat.

Non temere, vti ascenderat) Manuscriptum Fabricii, *qua ascenderat*. verum prior lectio mihi magis arridet, & eandem sensus exposcit. non vt temere ascenderat, sic etiam temere descendit, sed, vti mox sequitur, *tentans omnia ac circumspicens*.

Itaque Marium prope adiit) Manuscripta rectius *adit*, tempore præsentis: quomodo & ex impressis quædam. sed & ea verba, quæ statim sequuntur, eiusdem temporis sunt, vt *adocat, hortatur*.

Ab ea parte qua ipse ascenderat) In manuscriptis est, *descenderat* id, si quid ego iudico, magis ad sententiam facit. habent eodem modo ex impressis quædam.

Pollicetur sese ducem itineris, periculique nihil esse docet) In manuscriptis *ti docet*, non est, ac maiore cum gratia abesse citra detrimen-

erimentum sensus poterit. in iisdem tamen, *pollicetur sese itineris periculisque ducem.*

Quorum alii, uti cuiusque ingenium erat) & alii, non est in vllō manuscripto, nec in impressis vetustioribus; e glossa nimirum irrepsit.

CAP. XCIV. ¶ *Capite atque pedibus nudis, uti prespectus nisi usque per saxa facilius foret*) Sic in cunctis exemplaribus & antiquis & recentioribus: ut *facilius* aduerbium sit. Ceterum in Iulio Frontino i. II. Strategematum, ubi totidem ipse verbis locum hunc repetit, *facilior fores* legitur: sed eodem sensu, nec aliter volumen Florentinum.

Marius ubi ex nuntiis cognouit, qua Ligus egerat) Quanto ratiō ac modulatus in manuscriptis, *Marium ubi ex nuntiis, qua Ligus egerat, cognouit.*

Quamquam toto die intentos praelio Numidas habuerat) In ple-
risque est, *suos habuerat.* sed prior lectio bene habet. nam & ante
Sallustius intentos praeliantibus fuisse Numidas dixit.

Deinde super occisorum &c.) Manuscripta fere *dein.*

Certantes murum ascendere) Codices in membrana descripti, quos ego viderim, omnes ad vnum habent, *murum petere. non, quod in impressis fere est, ascendere. iudicat lector.*

CAP. XCV. ¶ *Ceterum dum ea res agitur*) Manuscriptum *ge-
ritur.*

Sed quoniam nos tanti viri res admonit) Legendum, *admonuit.* sed hoc operarum incuria est commissum.

Igitur Sylla patricia gentis nobilis fuit) Manuscripta, sicut & im-
pressa fere, *gentis patricia;* ut adiectiuum sequatur.

*Otiō luxurioso esse, tamen ab negotiis nunquam eum voluptas re-
morata*) eam, non habent exemplaria in pergamenis descripta, neque ceteri codices vetustiores, & rectius subauditur, quam ex-
primitur.

CAP. XCVI. ¶ *Vt supra dictum est*) Codex Fabricianus, *vti.* quomodo & alias fere.

In operibus, in acie, atque ad vigilias multus esse) Manuscripta, *adesse* nam libenter geminabant præpositionem anti qui. cuius a-
licubi meminit Priscianus. Sic Tacitus x. III. *in agmine, in labori-
bus frequens adesse,* inquit.

Mario militibusque carissimus factus est) *re est,* neque in manu-
scripto quodam, neque in impressis plenisque est. sed nec Beroal-
dinum exemplar habet.

CAP. XCVII. ¶ *Ipsique Boccho pollicetur Numidia tertiam
partem*) Manuscripta, *ipsique Mauro* sed est idem utrobique sensus.
Prus illud ex glossa irrepsit. nam & saepe alias Maurum, ipsum
Bocchum vocat, per antonomasiam. quomodo Pœnum Liius
Hannibalem.

Vix decima parte diei relicta) Hunc locum Gellius ita legit, *vix decima parte die reliqua*; id quod supra quoque ostendimus.

Contra, Romania utrumque casum in senectute difficilior fore) Manuscripta, *difficilior fore*, id quod sententia magis exigere videtur, nec Beroaldinum secus.

Equites, pedesque permisti) exemplar Fabricianum, *equites pedes*, ut sic asyndeton.

Si quos locos aut casus coniunxerat, orbis facere) Sic & manuscripta. ceterum in plerisque est, *orbem facere*, numero singulari, pro, in vnum coglobari, vel, orbem colligere, quomodo Luivius loquitur & Cæsar, Cum illi orbe facto sese defenderent, inquit.

Atque ita ab omnibus partibus simul & cæcis & instructis hostium vim sustentabant) Sic in quibusdam, in manuscriptis deest alterum &, quod ut nihil aliud, ad elegantiam interim facit, nihil tamen immuto.

CAP. XCVIII. ¶ *Quam ex fortissimè magis, quam ex familiarissimis parauerat*) Manuscripta, *quam familiarissimè*, omissa repetitione præpositionis *ex*, id Sallustianum magis est, nec Beroaldinum secus.

Quorum in uno castris parum amplo fons aqua magnus erat: alter usui opportunus, quia magna parte edita & præcipiti pauca munimenta querebat) Legendum ex impressis vetustioribus, *alter usui opportunior, quia magna parte editus & præceps, pauca munimenta querebat* in manuscriptis & aliis quibusdam, *gerebat* legitur, ubi Gymnicus, *querebat*, sed iudicet alii.

Deinde crebris ignibus factis) Manuscripta, *dein*.

Strepore pedibus, vocibus) *in pedibus*, non est in villo manuscripto, neque in Beroaldino, sed addendum sit nec ne, aliorum esto iudicium.

Ac pro victoribus se agere) *se* non habent codices in pergamenis descripti, nec est in impressis quibusdam vetustioribus.

CAP. C. ¶ *Sulla cum equitatu apud dextimos*) Fabricianum, *apud extremos*, sed vulgata lectio verior, pro, in dextra parte nam sequentia palam ostendunt, sic legendum esse, ea sunt, *in sinistra parte A. Mællus, cum funditoribus & sagittariis, &c.* Mox, *primis & extremos cum expeditis manipulis tribunos locauerat*. Videat, ut hic extremorum meminerit, & ut dextimos opposuerit sinistrae parti? Sed quid multis? Legit eodem modo Priscianus libro II. de superlativo agens. Excipiuntur, inquit, dextimus & sinistimus. Dein subdit hoc e Sallustio exemplum aliaque præterea ex Varrone Cælioque, quæ nos brevitatis causa omittimus. Docet & Sex. Pompeius, dextimum, & sinistimum antiquos dixisse.

Omnia providere, apud omnes adesse, laudare, increpare marentes) Manuscripta sine diphthongo *marentes*, pro, *qui aut laudant*

aut increpari mererentur. facit cum his Beroaldinum. quamquam, ne quid dissimulem, Venetum, Argentoratense, alia pleraque, *laudare fortis*, & *increpara verentis* perperam videlicet. *to fortis*. ex glossa irrepisse suspicor. huic aliquis *verentis* opponi putauit. hoc est, *timidos* & *ignauos*. Ita sciolorum audacia est hic locus deprauatus, qui nō intellexerint quid sibi vellet, *merentes*, cum Sallustius inuauat, *pro merito quemque esse aut laudatum aut increpitum*.

Excubisum in portis) Manuscripta omnia, *in porta*, numero singulari, quomodo Beroaldinum quoque.

Nisi tamen resp. pariter ac suuissimo imperio, bene atque decore gesta omnia) omnia, codices in pergamentis descripti non habent, & sensus ipse respuit atque repudiat. nam illud *gesta*, ad id quod paullo ante præcedit, nempe resp. spectat. vbi perperam tamen exemplar Venetum, Basiliense, alia pleraque, *resp.* quæ res credo ansam errori præbuit. quasi omnia sint a Mario bene atque decore ad utilitatem resp. gesta.

CAP. CI. *Et igitur quarto denique die omnia haud longe*) *Et omnia*, cum sentus ipse aspernatur, tum codices vetusti non habent.

Qui copias in quatuor partes distribuerat) Legendum, *in quatuor partes*.

Ipse aliique Mauros inuadunt) In quibusdam sed impressis *Et* que geminatum est.

Iamque paullo a fuga aberant) Manuscripta, *iamque paululum* & c. in aliis, *pauillulum*. cum manuscriptis facit Badianum.

Dextra & sinistra omnibus occisis) Manuscripta, omissa illa copula *Et*, *dextra*, *sinistra*. quod ut opinor Sallustianum magis est. Talialyndeto Liuus quoque, *Terra mari trepidatur*, inquit. Sic in Catil. Sallustius, *Rapit virgines, pueros*. Ibidem, *Eadem, incendia fieri*. In Iugurtha *Ipse acer, b. licosus*. Rutilus, *Verbes, agros vastare* & c., *Ut omnes labores pericula consueua habeam*.

CAP. CII. *Ingenium aut auersum uti fl. erent, aut cupidum pacis vehementer accenderent*) Manuscripta, *aut auersum uti fl. erent*. pro, a Romanis alienatum. Ita Cicero ad Atticum, *Qui auersissimo a me animo patri fuit*, pro maxime alieno.

Cuius facundia non a tati concessum est) *to est*, non reperitur in manuscriptis, sic paullo post, *uisum*: vbi hodie fere *uisum* est.

Magna nobis latitia est) Hæc series verborum est in manuscriptis & impressis vetustioribus.

Simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter & te errantem, & illius sceleratissimum persequi) In recentioribus est alterum *Et* omittum, contra & veterum codicum fidem, & orationis elegantiam. Porro *necessitudinē* Sallustius, ut ante ipsum alii quoque, pro *necessitate* posuit. hoc enim dicit, ne Romanis necessitatē ita-

poneres vtrumque persequendi: seu, ne inuitos cogeres Romanos persequi & te & Iugurtham: nam infinitivus ille *persequi*, pro gerundio ponitur, Græco more. Sic & Terent. in Hecyra, *Tempus concedere*. & Cæsar. *Consilium ex urbe profugere dixit*, pro *concedendi* & *profugiendi*. Sed & Cicero sæpe est hoc *ἰκνησιμῶ* vsus.

In quo *offensa minimum, gratia par, ac si prope adessetis*) Perperam codices recentiores, *offensa minimum est*. nam hoc verbum rectius hic subauditur, quam exprimitur. neque enim est in manuscriptis.

Amicorum nobis, neque cuiquam hominum satis fuit) Legendum, *neque nobis, neque cuiquam hominum*. geminata videlicet illa particula *neque*, ita uti assolet. sic autem codices habent in pergamenis descripti, ne quis coniecturam me sequi meam putet. in istidem omnium legitur, non *hominum*.

Cui scilicet complacuit, vim & gratiam nostram eo experiri) Fabricianum, Venerum, alia pleraq; , *cui scilicet placuit*. quamquam autem apud Terentium legatur, *complacita est*, tamen haud scio, an *complacuit* apud illos primæ notæ scriptores inuenias.

Nam bello quid valeat, tuto scis) In plerisque sed impressis, *quam valeat*, pro *quantum valeat & possit*. sed lectio prior mihi non sane minus quam posterior arridet, aut etiam multo magis, ut verum dicam. Ita Cicero, *Ignari quid virtus valeret*. Idem, *Hoc verbum quid valeat, non videns*. sed nec secus manuscripta.

C A P. CIII. § *Marius interea exercitum in hibernaculis composuit*) Sic & codex in membrana descriptus, & exemplar Beroaldinum. verum est in aliis, *hibernis*. quamquam eodem sensu.

Eos ac Marium, ac deinde si placeat Romam) Legendum, *dein*.

Vt meriti erant) Legendum, *uti*. quomodo & alias fere. nam illa mox ibidem, operarum incuria commissa sunt, *famam Romanorum auaritia falsam*. pro *falsam*. ita namque in vetustis est. Et, *nam etiam non largitio multis ignota erat*. pro, *etiam sum*. ut antiqui codices habent.

In se amicum rati sunt) *ti sunt*, non est in omnibus manuscriptis, nec in codice Beroaldino.

Deinde Sylla omnia pollicito) Manuscriptum quidem Fabricii nihil hic habet; nam plurima desunt. sed in aliis est, *dein Sulla & c.*

C A P. CIV. § *Illos & Syllam venire iubet*) Legendum e vetustioribus, *illosque & Sullam*. quomodo fere historici.

Postquam errasse regem, & Iugurtha scelere lapsum deprecati sunt) In Veneto, Beroaldino, ceterisque vetustioribus, *deplorati sunt*. pro eo quod est, *conquesti sunt*. ut sit antiquo more dictum. quomodo & alias Sallustius *comperior*, pro *comperio* dixit. *punior* Cicero, pro *punio*. cuiusmodi apud eundem *assensire & assensiri, reuertere & reuerti, impetire & imperiri, remunerare & remunerari, elucubrare & alucubrari*. Et quæ Fabius obseruauit, *luxurior lu-*

xurio, fluctuor fluctuo, quæ utroque modo efferri testatur libro I. capite de figuris verborum. Liuius x. dec. I v. *Celtiberi parumper incertis anivis fluctuati sunt*, inquit. Cicero fere altero vitur. *Quin & communicator* Liuius pro *communico* dixit III. ab V. C. *Nec aduersarum rerum quarere socios, cum quibus spem integram communicati non sint, pro, non communicauerint*. Sed & Gellius *feneror fenero, pigneror & pignero* dici eodem significatu annotauit. *Quin* admodum Priscianus, *populo populo, bello bellor, mereo mereor*, atque hoc genus alia. Suetonius quoque in Augusto *multatus est*, pro *multauit* dixit. *Impertiri* Terentius, pro *impertire*. Talia sexcenta fere ab antiquis Grammaticis recensentur. Mihi quidem certe sensus ipse repudiare vulgatam lectionem videtur, neque ququam unquam sic est, quod sciam, locutus, *deprecari aliquem errasse, & alterius scelere lapsus*, sed deplorare potius & conqueri, nisi quis forte violentam aliquam comminisci & afferre interpretationem velit, ut, postquam regis errorem excusarunt, & culpam omnem in Iugurthæ scelus auerterunt: vel, postquam hac vlti deprecatione sunt, ut & errorem fatecerentur atque agnoscerent regis, & culpam, in Iugurtham conferrent, nam sic fere deprecamur: *errauit, lapsus est, temere fecit, poenitet*. hæc atque talia perfacile quis comminisci possit. Expendat qui volet hunc locum diligenter, & si cuius modo illi litteris iudicium est, verisimilem esse coniecturam nostram fatebitur. *Quin* & in manuscripto quodam est in spatio quod versus dimitit supra scriptum, vel, *deplorati sunt*. unde propemodum colligo, locum esse deprauatum.

CAP. CV. ¶ *Præterea iere sagittarii, & cohors Pelignâ.*) *iere*, perperam est in Gymnico omissum, cum sit in manuscriptis, atque impressis vetustioribus.

Neque his secus atque aliis armis aduersus tela hostium, quod ea leuia sunt, muniti erant.) *erant*, non est in villo manuscripto, ac citra detrimendum sensus de bello poterit, ne Berwaldinū quidē habet.

Timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus aduersum eos quos saepe vicerant pugnaturis.) In Veneto ceterisque vetustioribus est, *quippe victoribus, & aduersum eos quos saepe vicerant*: addita videlicet illa & copula, omissoque participio *pugnaturis*. id quod perperam est in recentioribus additum, cum non sit in manuscriptis. Fuit credo, qui non habita ratione breuiloquentiæ Sallustianæ, deesse aliquid suspicaretur, is de suo forsitan participium addidit, ad sensum absoluendum quem imperfectum esse putaret, id alias quoque factum, non raro est a nobis animaduertum, & interdum annotatum:

CAP. CVI. ¶ *Mansurum potius, quam perditis quos dicebat, turpi fuga, &c.*) in vetustioribus est, *proditis*, pro *desertis*. ita & sententia postulat: nam Maurus Syllam uti clam secum noctu profugeret hortabatur, id Sulla facturū negat, quod turpe sibi dice-

ret, proditis ac desertis iis quos ducebat, fuga salutem petere. in hoc lignificatu Cicero. *Quem ego sum secutus, inquit, is me deseruit ac prodidit.* & Cæsar, *Deserite, inquit, milites si vultis aquilam, atque hostibus prodite.* Idem inde bello civili, *Desertos enim se ac proditores a vobis dicunt.*

CAP. CVII. ¶ *Ceterum, quoniam ingentem multitudinem non haberet, & spes opesque eius omnes ex patre suo penderent.* In manu scriptis est, *quoniam neque ingentem multitudine haberet; & quæ sequuntur, sicque rectius legitur, ut egredientio.*

Mauso ob ingenii multa bona charus acceptusque. In Veneto atque aliis, ob ingentia facta sed virum relictum, nos in medio reliquimus. vulgata lectio magis probanda videtur.

Paratum sese facere quæ vellet. Missi quæ populus R. vellet, quomodo & vetustissimum quodque ex impressis.

Sed ego comperior Bocchum magis Punicæ fide, quam ob ea quæ predicabat, simul Romanos & Numidas, spe pacis delinuisse. Quamvis in Veneto & aliis plerisque comperio reperitur, tamen legendum haud dubie comperior, ex Prisciano lib. vii. cap. te de generibus verborum, Corn. Tacitus iv. *Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem & sapientem virum fuisse comperior.* Gellius Sallustii æmulus, hoc est, & ipse usurpator veterum vocabulo *Verum esse comperior, inquit, quod quosdam bene litteratos homines dicere audui.* Dionedes libro i. comperior & comperio differre ait. nam comperior, inquit, est mea opinione colligo, comperio, ab alio cognosco. ceterum pronomen ea, omittendum censeo, legendumque, *quam ob quæ predicabat, quomodo Plautus in Pella, Omnes res relictas habeo, præ quod tu velis. hoc est, præ eo quod tu velis.* Sallust. in oratione L. Philippi in senatu, *Quæ ille adversum diuina & humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat iniuriæ, sed legum ac libertatis subvertenda. id est, non pro eorum iniuriæ, quorum pro iniuriæ simulat.* Nec dissimile admodum est illud Cicero nis, *Ut huius rei causæ, dedita opera, mittat aliquem Balbæ, ad quos videbitur, pro, ad eos quos volet. id est, Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti.*

CAP. CIX. ¶ *Igitur Syllam pauca se, &c.* In aliis, ut & manu scripto quodam, sic, *Igitur Sylla restituit, pauca se coram Aspere locuturum: cetera occulte aut nullo aut quam paucissimis presentibus simul edocet quæ responderentur.* In alio manuscripto non reperitur neque in se, neque occulte, atque haud ideo, an ex gl. flav. ut umque irrepsit in contextum. In eodem non est *respondit*, neque *Sylla* casu nominatiuo, sed accusatiuo *Syllum*,

Et me hercule Sylla ante te cognitum, multis orantibus aliis ultra egomet opem tuli, nullius indigni. Perperam est in recentioribus, ante cognitum, omisso pronomine te. sed & Priscianus xviii. nobiscum facit qui ante te cognitum, pro eo positum testatur, quod est, antequam te cognoscerem. Error inde irrepsit, quod bis ponere

neretur te ita alterum est incuria quadam omissum. Quæ res & a-
libi sæpe locum errori fecit. Id quod in castigationibus nostris in
Cicer. ostendimus prolixius.

*Fuerit mihi pretium eguisse aliquando tua amicitia, qua apud ani-
mum meum nihil carius habeo.*) Pro, fuerit tanti, siue operæ pretium
fuerit, eguisse amicitiaæ tuæ Sic Corn. Tacitus in *Res eo anno pro-
latas haud referrem, ni pretium foret.* Et i. Germanico pretium fuit
conuertere agmen. In vetustioribus non est pretium, recte ac au-
tenticus, aliorum esto iudicium.

Denique nihil frustra vobis, me sciente.) Manuscripta, nec non ex
impressis vetustioribus quædam, denique nihil me sciente frustra
vobis, quæ verborum collocatio melior.

CAP. CX. ¶ *Bellum populo Romano numquam paravi, neque
factum volui*) in manuscriptis est, *Bellum ego populo Romano neque
feci, neque factum unquam volui.* Perperam est in recentioribus o-
missum pronomen ego. Perperam item, *numquam paravi, pro, ne-
que feci.* Facit nobiscum exemplar Badianum.

*Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipsam fuit, non egra-
diar.*) Hic Iacobus qui spem Bononiensis *Mulucha* legendum
contendit, non *Mulucham*: sed cunctis refragantibus, quorquor
iple viderim exemplaribus. Tametsi, ne quid dissimulem, e vetu-
stis quidam Grammaticis neutrum esse hoc nomen volunt. Nam
Phocas; *Barbara*, inquit, *neutri generis duo lecta sunt apud Sallustium
nomina fluminum, hoc Mulucha, hoc Turia.* Quod ad posterius atti-
net, facit cum eo Probus. Dissentit ab utroque Priscianus v. *Quod
autem Turia*, inquit, *& similia fluminum nomina masculina sint,* o-
stendit etiam Sallustius, in am terminans eius accusatum, in 11. hi-
storiarum. Inter leua mœnium & dextrum flumen Turiam. Nam si
esset neutrum, similis esset accusatiuus nominatiuo. Idem v. 1. *Quod au-
tem non sint neutra*, inquit, *Turia, & Mulucha, & similia, ostendit
etiam natura ipsius sermonis Punicus, in quo omnia nomina vel mascu-
lina sunt, vel foeminina.* Hæc Priscianus cuius est opinio verior. Sed
& Pomponius eodem genere vitur, quo est Sallustius vsus; *Mulu-
cha ille, inquit, quem diximus.*

Præterea si quid me vobisque dignum petieris, haud etc.) In miss.
atque aliis vetustioribus est, *si quid meque vobisque, dignum petieris,*
geminata coniunctio. Noue autem dixit, haud repulsam abibis.
pro, impetratum a me auferes: vel, non feres repulsam.

CAP. CXI. ¶ *Quis & Iugurtha carus, & Romani inuisi erant.*)
Manuscriptum, *inuisi essent.* id quod sententia quoque ita postu-
lat. nisi quis inuisus esse modi velit.

CAP. CXII. ¶ *In castra Iugurtha venit.*) Manuscripta, *proficis-
citur,* quomodo & ex impressis quædam.

Et ei nuntiat, Iugurtham cupere omnia.) Manuscripta, *denuntiat,*
haud scio an perperam.

Cum talem virum in potestatem habuisset.) Manuscripta cuncta quæ ipse viderim, & vetustissimum quoddam ex imprellis, in potestate habuisset. atque id rectius esse arbitror, nisi quis res apparetur dictum putet, quomodo Cicero esse in potestatem alicubi dixit.

Tunc fore, uti iussu senatus aut populi Romani fœdus fieret.) In vetustis, uti iussu S. P. Q. R. fœdus fieret.

Neque hominem nobilem non sua ignavia, sed ob remp. in hostium potestate relictum iri.) In aliis, non sua ignavia captum sed ob rem populi R. Quamquam ne quid dissimulem, captum non habent codices in pergamenis descripti. Exemplar Basilicense, non sua ignavia, sed ob rempubl. captum. Nos integrum lectori iudicium reliquimus.

CAP. CXIII. ¶ *Illi lati pariter, ac bonæ spei esse pleni.)* Manuscriptum ac spei bonæ ut adiectivum sequatur.

Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis ceteris, dicitur secum ipse multa agitavisse.) In vetustioribus est, remotis a se ceteris. Quid si legas, remotis arbitris? pro, ne in præsentia, solus ipse exstans, nihil tamen immutato.

Quæ scilicet ipso tacente, occulta oris immutatione patefecisse.) In nonnullis est, occulta pectoris oris immutatione patefecisse. quia pectoris in oris desinit, & in oris sequitur, inde antea errori data est.

Tamen postremo Syllam accersiri iubet.) Quamvis in Fabriciano sit accersit, quomodo & superius, ubi hoc die fecit, ex hibernis accersiri iubet; tamen priorem lectionem relinquendam esse dūco, quæ in ceteris manuscriptis est. Nam, ut Ciceronem omittam, Corn. Nepos in vita Attici, Agrippam, inquit, generum ad se accersiri iussit. & Livius III. ab V. C. Placere itaque patrem accersiri. Tacit. quoque Pisonem Licinianum accersiri iubet, lib. xvi.

Ceteri obruncati, Iugurtha Sylla vincetus traditur.) Venetum illud a Pincio excusum, necnon alia pleraque, ceteris obruncatis, ut sint duo ablativi absolute positi. sed est idem utrobique sensus. quomodo in Fabriciano fuerit, hæud scio; nam finis deest. in duobus manuscriptis est vulg. et lectio.

CAP. CXIV. ¶ *Isque Kalendas Ianuariis magna gloria triumphavit.)* Manuscripta KL Ianuarii. quomodo & ex imprellis quædam: tamen quod ad sententiam ipsam attinet utrumvis probe quadrat.

FINIS.

IOAN-

IOANNES RIVIUS STVDIOSIS.

QUAM fuerint deprauatæ antehac historiæ Sallustianæ, vel illud inter alia esse indicio potest, quod tot egregii ac præstantes ingenio doctrinaque viri, in tollendis harum mendis, tantæ operæ collocarint. Inter quos primas iure suo Pomponius Lætus obtinet, qui conquisitis vndique exemplaribus antiquis, Sallustum esse emendare conatus, vt nihil ferme addendo, quemadmodum ipse inquit, sic non pauca detrahendo. Post hunc Philippus Beroaldus recognouisse Sallustii succisuo ac tumultuario studio sese testatur, idq; ita res videlicet indicat. Benedictus quoq; Philologus in emendando Sallustio multû operæ posuit. neq; parû hic profuit studiosis Aldus, qui ad exemplaria Sallustii duo antiquissima excudisse hûc se auctorem affirmat. Nec minus Alexander, qui editione Aldinam cum venerandæ vetustatis codice, cuius ipsi copiam fecerit Paullus Æmilius, contulit, & exemplar recognitum Ascensio dedit excudendum. Ego vero cum obiter pauca admodum & quasi in transeursu solum ab his viris emendata viderem, putavi nimirû idem mihi faciendû, quod in Terentio ante feceram, vt & accuratiore studio & industria maiore, quâ ante nos alii, absit inuidia dicto, restituere & corrigere, quæ deprauata corruptaq; hoc in auctore essent, conarer. Id quia fieri Marte nostro, vt dicitur, ac citra veterum codicum adminiculû nullo modo poterat, omnium primû id operam dedi, horû mihi vt alicunde copia fieret. Intellexeram autem e Georgio Fabricio nostro, Merseburgi vel potius in monasterio Benedictinorum CC. se esse passus ab hac vrbe sive, bibliothecam esse auctoribus optimis, & codicibus in membraua descriptis, vt si vsquam, instructissimam atq; ornatissimam. Itaque per egregium atq; humanissimum virum Dn. Ioan. Cochleum ab optimis patribus impetraui, vt antiquissimi voluminum atque exemplarum Sallustii, quæ exstare illic inaudieram, copia nobis fieret, quibus vsus ipse, quod exoperam, exsequi facilius atque efficere tandem possem. Quo nomine permultum sane studiosi debent familiæ Benedictinæ, quæ cum primis optimos quosq; auctores, & exemplaria vetustissima semper conseruauit. Absque hac enim esset, quæ et egregii hodie auctores quos exstare videmus, desiderarentur? quam multa veterum scriptorum volumina profus intercidissent? Neque vero interrim ita sum codicibus antiquis fides nullo vt adhibito iudicio fidem illorum vbique sequerer. nam & correctissima quæque ex impressis cõculi, & veterum Grammaticorum citationes obseruaui, & quid animaduersum ab aliis esset, adnotauit. Quod autem non minus spe coniecturas meas atulerim, quâ certo & constanter pronuntiarim, in causa fuisse sibi quisque persuaदेat velim, quod nulla

re perinde optimos quoque corruptos & depravatos esse abctores existimem, atque temeritate illa sciolorum quorundam facile quidvis immutantium. Itaque nihil ferme vsquam citra exemplarium veterum fidem atque consensum temere sum immutato ausus. Quamvis aurem sedulo est a nobis opera data, uti quidquid hic mendorum esset, tolleremus, adeo ut & persecuti minima quæque simus, affirmare tamen haud ausim, esse omnia profus ad vnguem, ut dicitur, castigato, namque id fieri nullo modo potuit. Ceterum quia nihil opis erat ab exemplaribus manuscriptorum in Orationibus quibusdam ex historiæ Sallustii libris, nam hoc titulo circumferuntur, castigandis, haud ita multa in his emendare licuit. Sed tamen hoc quoque studiosi, qualecumque est, quod ceu corollarium addere libuit, boni vos consulere velim. Aliquando, ut spero, Sallustium ipsum nostra opera multo, quam nunc circumfertur, emendationem. ac in antiquum prænitorem, inque pristinam dignitatem restitutum, daturi in publicum sumus. Valete.

EX ORATIONE LEPIDI.

Neque ipsi nefanda non estimatis, ea parum credendo de aliis, circumueniamini.) Legendum diuissim, *ne qua*, ut sint duæ dictiones. in Gymnico *ne nefanda*, perperam deest.

Satellites quidem eius. homines maximi nominis.) *ne eius* in Gymnico deest.

Nequeo satis mirari.) Perperam in aliis, *non satis*, nam particulam negativam sensus ipse repudiat.

Ne cui nisi legibus pareremus.) Venetum exemplar, *ne cui*. id rebus est, pro *neue* alicui.

Quis prius iniuria, quam vita certasset.) Schurrerianum, *certa esset*. id quod sententia quoque postulat. nam Sullam ait unum omnium post hominum memoriam supplicia in post futuros composuisse, hoc est, proscriptionum liberos a sep. submovisse, ac petendorum honorum iure prohibuisse. ut ita nimirum iniuria iis prius quam vita certa foret.

Prauissimeque per scelus immanitatem adhuc tutus fuerit.) Legendum, *furit*. vocum affinitas errori ansam præbuit.

Periculosius demissurum.) Legendum *dimissurum*.

Quam multi prohi, potius quam laborem cum honoribus capessabant.) In Venetico & Argentoratensi, *qua* multi prohi. ut neutro genere ponatur, & ad substantiua illa diversorum generum referatur, quietem & otium.

Quia iura pacis repeto.) Venetum, *qui iura*.

Bonorum omnium dehonestamentum.) Venetum *honorum*, & sic sensus exigere videtur, ut per honores intelligas magistratus.

Per arma condita a maioribus suis.) Lege, *conditam*. nam refertur ad tribuniciam potestatem.

In contumeliam atque inuidiam suam.) *in* exemplar Venetum non habet, neque Argentoratense.

Nisi maneat expulsa agris plebs.) Venetum, *plebes*.

EX ORATIONE PHILIPPI.

Et se contempto metuendum effecit.) Legendum, & *se contempto metuendum efficit*.

Flagrantes inopia & cupiditatibus.) Venetum, *eupidinibus*. id Sallustianum magis est.

Bellum ex bello serunt.) Perperam alii serunt.

Cum pessimis & hostibus reip. contrahit, ordinis auctoritatem ad urbem ducit.) Legendum. *contra huius ordinis auctoritatem, &c.* facilis quidem & proclivis de similitudine vocum, sed scdissimus error.

Operam dant, ne quid resp.) Legendum, *dant*.

EX ORATIONE COTTAE.

Neque decretis labos.) Sic recte, contra quam Schurrerius impressit. nam testatur in primum Aencidos Servius, *ubique sane Sallustium labos dixisse, pro labor*.

Macedonia plena hostibus est.) Venetum, *hostium est*. quomodo & Argentoratense tamen quod ad sententiam attinet, parum refert, utrum legas.

Quare indigna vobis, nobisque & reipubl. incipitis?) Venetum & Schurrerianum, *rep. calu ablat. vo.*

Per vos igitur Quirites & gloriam maiorum presor, tolerate aduersa.) *in* precor, non est in Veneto, neque in Argentoratensi. ac rectius abesse poterit. nam & alias eodem modo Crispus.

EX ORATIONE MACRI.

Nisi quia nosmetipsi per suffragia.) Lege, *vosmetipsi*.

Rarus enim animus est ad ea quae placent defendenda.) Legendum, *Raris*. pro paucis. hoc est, quoto cuique animus est? &c.

Dein C. Curio ad exitium vsque in fontis tribuni dominatus est.) Venetum ad exitum vsque. sed prior lectio mihi aridet magis.

EX EPISTOLA POMPEII.

Quantum est in vobis, fame miserrima omnium, & morte confectis.) Legendum *fame, miserrima omnium morte confectis*. ut omiffa copula, per appositionem, quam sic Grammatici vocant, coniungas. *ἀμὲν δὲ οἷα ἕσαν πάντων*. ut ille canit *Famem* alicubi Livius, vicinum supplicium humanorum vocat.

EX EPISTOLA MITHRIDATIS.

In somnis occidere eum. En cuius amicitiam gloriose essentant in-

itio prodidere.) Legendum, in somnis occidere. Eumenem, cuius amicitiam ostendant, &c.

AD CAESAREM DE REP. ORDINANDA.

Quorum atas ne per otium quidem talis voluptas sine dedecore attingerit.) Venerum, talis voluptatis.

Et omnia aspera, uti soles, persuade.) Legendum, persuade, ex Veneto, id quod sensus quoque ipse postulare ita videtur.

Quae dicta pectore euolat.) Venerum, quae edita. Badianum, quae dicta pectore euoluit.

EX II. DE REP. ORDINANDA.

Quoniam modo rem stabilias communice(s)que.) Venerum, communice(s)que. Mihi legendum videtur, stabilias communice(s)que. nec aliter sensus postulat, quantumuis reclamantibus exemplaribus: pro confirmes,

Sed plebs colibere agitabat.) Legendum, plebes. quò & alias saepe vitur.

ALDI MANVTII PAVLI F. SCHOLIA IN CATILINAM EX- CUSA CIO IO LXIII.

C A P V T I.

Ceteris animantibus.) Scripti omnes libri, quos quidem ego viderim, Animalibus. quo modo & Sosipater Carisus recitat lib. i. in verbo, Omnes, & Diomedes.

Veluti pecora, quae natura prona atque ventri obedientia finxit.) Ovidius Metam. lib. i. Pronaq; cum spectent animalia caetera terram, Os homini sublime dedit, caelumq; tueri iussit, & erectos ad sidera tollere viuis. Vide Ciceron. de leg. bus libro i. & de Nat. Deor. lib. ii. Naturam, inquit, nos celsos & rectos constituisse, ut Deorum cognitionem, caelum intuentes, capere possemus. Neque dissentit Plato in Cratylō.

Sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est.) Cicero de finib. lib. 5. Homo e corpore animoque constat: cum prima sint anima partes, secunda corporis.

Prius quam incipias, consulto; & ubi consulueris, mature facto opus est.) A Graecis multa Ballustius mutuatur. quod & Quintilianus lib. ix. cap. i. i. affirmat. Demosthenes quidem oratione i. in Philipsum sic: Δεί μὲν βελούδαξ ἐφ' ἡσυχίας πειεῖν δὲ τὰ δόξαί τε μὲν ἀσέβητος. Et in orat. de Pace: Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πίντες ἀνθρώποι, ἀλλὰ τῶν περὶ μὲν τῶν εὐαγγελιστῶν τῶν βελούδαξ, ὑμεῖς ἂν δὲ μὲν τὰ περὶ μὲν

τα. Et Isocrates ad Demonic. Βαλδύ μὲν βραδείας, ἐπιτίλει δὲ τοχίας
 τὰ δέξαντα. Et Aristoteles Moraliū Eudæmiōrum v. & Nicoma-
 chiorum v. 1. καὶ Φασι, πρὸ ἀτίειν μὲν δέει τοχί, τὰ δέξαντα βραλεύειν
 δὲ βραδείας. Diogenes quoq; Laertiu in Biante. Βραδείας ἐν χεῖρες
 πῖς περὶ ἀμφοῖς, ὁ δ' ἂν εἴη βεβαίως τρωῶν ἀλγῶν. Quō respexisse
 putō Æmiliū Probū cum diceret in Datami vita: *Neq; acutius ul-
 lius Imperatoris cogitatum, neq; celerius factum usquam legimus.*

CAP. II. ¶ *Tum demum periculo atq; negotiis compertum est.*)
 Apud Nonium in verbo, *Periculum: Tunc vero peric. &c.* legitur.

CAP. III. ¶ *Plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia, &
 invidia dicta putant. ubi de magna virtute, atq; gloria bonorum me-
 tmores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra
 ea, veluti ficta pro falsis ducit.*) Thucydides sic lib. II. ἐν τῷ ἐπιτεφίῳ
 λόγῳ τῷ Περικλέους: ὁ, τὸ ἀρξυειδῶς καὶ δύνους ἀκροατῆς. τὰχ' αἰὲν ἐν-
 δειστῶς ὡς αὐτὸς βουλευταὶ τε καὶ ἐπίσταται νομισθεὶς δηλοῦν, ὁ, τὸ ἀπείρους,
 ἔστι ἢ καὶ πλεονάζει, ἀλγῶ φθόνον, εἰ πῶρ τῆν ἐαυτοῦ φύσιν ἀκροῖ.
 μίχρη δὲ τοῦδε ἀνεκτεῖ ὅς ἐπαυτοὶ εἰσι τῶν ἐπείρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον αὐτὸν καὶ
 αὐτὸς ἐκείνος οἴεται ἰκαρὸς εἶναι δόξασθαι, ὡς ἤκουσι τὰ δὲ ὑπερβαλλόν-
 τι, ὡς αὐτὸν φθονῶντες ἤδη καὶ ἀπιστοῖν. Hunc autem Sallustii locum
 Gellius recitat lib. IV. cap. x v. in quo quædam diuersa leguntur a
 lectione hic impressa.

CAP. IV. ¶ *Statui res gestas populi R. carptim perscribere.*) In li-
 bris, quos Nonius secutus est, video scriptum fuisse *Strictim*, non
Carptim. recitat enim hunc locum in verbo, *Strictim*.

Quam verissime poterō.) Fabius Vindex in librum I. Cic. de
 Inuentione, hæc recitans, *quam breuissime*, legit.

Inuidia ex opulentia orta.) Xenophon Cyri Pædia lib. VII. ἔπει
 πλεῖστα ἡς ἔχει; τότε πλεῖστοι ἐ φθονῶσι, & ἐπιβλεύουσι, καὶ πλεῖστοι γί-
 γνουσι. Et apud Stobæū: Τοῖς μὲν ἀλγῶ τῆν ἡλίαν περὶ ἀμφοῖς ἐπέτ κατ' ἀ-
 νίαρχου σοι ἀλγῶ δὲ ἀλγῶ τῆν δέξιν βαδίζουσιν ἀκροαθεὶ φθόνῳ.

CAP. VI. ¶ *Magisq; dādis quā accipiendis beneficiis amicitias pa-
 rabant.*) Hoc videtur sumisse a familiari suo Thucydide, cuius
 hæc sunt ἐν τῷ ἐπιτεφίῳ λόγῳ τῷ Περικλέους: Οὐ γὰρ πάροχοι εἰσὶ, ἀλ-
 λά φρονεῖτε καταμεῖδα τὸν φίλον. Idem infra similem in sententiā
 incurrit in Iugurthæ: *Beneficia dare, inuitus accipere.*

Quod in initio seruandæ libertatis, atq; augēdæ reip. fuerat.) Ne quis
 putet in eodōm esse locū, notandū existimāui, locutionē esse Sal-
 lustianā, quæ & alibi vsus est; vt infra: *Pœnam illorū sibi oneri, im-
 punitatē perāunda Reip. fore credebat.* Et lib. I. H. st. in Orat. *Lepid. O-
 punitia retinenda dominationis honesta estimat.* Et eodē lib. in Orat.
 Philippi: *Exercitū opprimenda libertatis cepit. item: Arma cuius liā ce-
 pit, legum ac libertatis subuertenda.* Terentius quoq; in *Adelphis: Ne
 id assentandi magis, quam quod gratum habeam facere existimes*
 De hoc loquendi genere vide Præcianum lib. xv. I. I.

In superbiam dominationemq; se conuertit.) *Distionem se sustul,*

tanquam inanem: nec tamen a me veterem librum dissentire video, cum quo facit idem Sallustius, qui hoc loquendi genere alibi quoque usus est: *Na ista vobis consuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet.* Item: *Benefacere iam ex consuetudine in naturam vertit.* Denique: *Secunda res in miseracionem ex ira vertunt.* Alibi quoque Cicero: *Sed hoc vitium in bonum ei vertebat.* Tacitus III. *Postquam cadibus sauitum & magnitudo fama exitio erat, ceteri ad sapientiora conuertere.* Idem alibi: *Clam cum paucis ad pedites conuertit.* Cæsar lib. III. *Bell. ciu. Detrimentum in bonum verteret.* Lilius lib. I. *Auspicia in bonum verterunt.* Eccl. lib. XXXIX. *Hec in perniciem adolescenti verterunt.* Virgilius II. *Georg. Et tota solidam in glaciem vertere lacuna.* Tacitus. *Astusq; hostium in perniciem ipsis vertebat.* Idem: *Seu temere lapsa vox in presagium vertit.* Lilius: *verteratq; Scipionum inuidia in Prætorum.* Idem lib. IX. *Decadis IV. Mores quidem populi Ro. quantum mutauerint, vel hic dies argumento erit, pro, mutati sint.* Et lib. VII. *belli Punici III. Non septies die, sicut fama fert, temporibus statutis reciprocatur, pro, reciprocatur.* Suetonius: *Quoties terra in vrbe mouisset, pro, mota esset.* Virgilius: *Nox humida cælo precipitat.* Idem, *Ingeminant Austri.* Gellius etiam lib. I. cap. XIII. *Si res forte melius vertisset, Diis quidem gratia habenda.* Lilius autem lib. II. ab vrbe cõdita, elliptin faciens pronominis, se, sic ait: *Secuti, dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora, precipitauere in insidias.* Et Virgilius: *Accingunt omnes operi.* Et: *Tum prora auerit.* Ut facile adducatur iis qui Curtii locum lib. V. I. mutâr. proque vertitur, legunt vertit. In eo sic est: *Posteaquam desierat esse quem odissent, inuidia in misericordiam vertitur.* Vide quoque Gellium Noct. Att. lib. XV. cap. XII.

C A P. VII. ¶ *Memorare possem quibus in locis ingentes hostium copias populus Ro. parua manu fuderit. Sic infra: Sciebam sæpenumero parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse. & in Iugurtha: Sæpe ante a paucis strenuis aduersus multitudinem bene pugnatum.*

C A P. IX. ¶ *Ius bonumq; apud eos non legibus magis quam natura valebat.* Vide D. Augustinum de Ciu. Dei lib. II. cap. XV. III.

Vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnant. Manlium Torquatum intelligit, de quo sic idem infra: *Apud maiores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussit.* Et Porcius Latro declamat. in Catilinam.

Accepta iniuria, ignoscere quam persequi malebant. Sic infra: *Magis quod se dignum foret, quam quod in illos iure fieri possit, quærebant.* Sic D. Augustinus Epist. V. ad Marcellinam de vrbe Roma loquens: *Dignum esset exurgere ciuitatem qua tot gentibus imperitaret, quod accepta iniuria, ignoscere quam persequi malebant.* Cicero Tull. V. *Accipere quam facere præstat iniuriam.* Quam senten-

rentiam videtur sumsisse ex Platone in Gorgia; cuius hæc sunt: Οὐ τόμῳ μόνῳ ἐστὶν αἴγιον, τὸ ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ φύσις.

C A P. X. (Deos negligere, omnia venalia habere.) Thucydides libr. 1. ἤμενοι δὲ νεωμῶν τὰ σύμπαντα πούτε εἰδὸς αὐτοῦ πλοῦτος.

Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.) Seruius, recitans hunc locum in 1. Virgil. Georg. *coegit, non subegit*, videtur legisse.

Aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua, habere.) Sic Cælius de Pompeio Famil. lib. v 11. Ep. 1. *Quam orationem habuerit tecum, quamque ostenderit voluntatem (solet enim aliud sentire & loqui, neque tamen tantum valere ingenio, ut non appareat, quid sentiat) fac mihi perscribas.* Et Terentius Eunuch. A. Stu. v. Sc. 1 v. *Modo ait, modo negat.* Homerus etiam lib. 1 1 x. Iliados.

ἰχθὺς γὰρ μοι κεῖν ὅμοῦς αἰδῶο πύλησιν,
ὅς ἔτι πρὸν μὲν κούθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο ὃ βάζει.

Amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare.) Fronto hæc recitat in verbo, *Aestimo*, omissa copula *que*, licet parua sint, nec ad sententiam quidquam afferant, notanda tamen censui.

Vbi contagio quasi pestilentia &c.) Videtur Charisius hæc recitare ex primo Historiarum. eius enim sunt verba libr. 1. *Contagium, veteres magis vsurpauerunt. Sed Sallustius maluit dicere primo: ubi contagio &c.* Eadem verba recitat & Nonius Marcellus ex Sallustio. nec tamen locum nominat.

C A P. XI. (Propius virtuti.) Virtutem scriptum est apud Frontonem, qui hæc recitat in *Propius*, & Priscianum lib. xv 11. quamuis Augustinus *virtuti*, videtur legisse, nisi sint mendosi codices. Et sane sic idem Sallustius locutus in Iugurtha; *Propius mare Africum agitabant.* item; *Propior montem cum omni equitatu, & pedibus dilectis suos collocat*, quanquam in Fulvii Ursini libro litteris superscriptis legitur, *Monti*; cum antea tamen fuisset, *Montem*. Et Liuius 1 v. *Propius est fidem, obstringi Fidenatum populum conscientia tanti sceleris voluisse. id est, verisimilius est.*

Auaritia pecunia studium habet, &c.) Cato in libro inscripto carmen de moribus, apud Gellium libr. xi. cap. 11. *Auaritiam*, inquit, *omnia vitia habere putabant.* Vide Gellium libr. 11 x. cap. 1.

Quippe secunda res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus, victoria temperarent.) Sic Demosthenes in Orat. contra Leptinem: ἀλλ' οἱ μὲν τὸ μείζον ἀδελόν πάνσι ἀσφραπῆσι, καὶ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι πρᾶγμα τῶν ἀπείρων γίνονται. διὸ δὲ μεταλλάξαι ἐν ταῖς ἐπιχειρήσεσσι καὶ ἀπορρομῆσσι τὸ μείζον φαίνεται. Sic & Trebellius Pollio in Claudii vita: *Plerique milites Claudii, secundis rebus elati, qua sapientium quoque*

animos fatigant, magis huic obfuerunt, quam profuit ipsa sapientia etiam nunc, & deinceps memorabilis, & tunc longe lateq; laudata. Ne autem pro *nedum* positum est ut ait Priscianus libr. x v i. quamuis idem super x i i. versus *Æneidos*, *nedum* legat, quomodo locutus quoq; Plautus: *Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existumes.* Et Liuius libr. i i i. *Nouam in expertamq; eam potestatem eripuerunt patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti, ferrent desiderium.* Et temperarent, positum pro obtemperarent: quomodo Tacitus x i x. *Qui nuper Bebriaci victoria temperassent.* non enim assentior vel Augustino, vel Prisciano, qui obtemperassent, legunt, vel antiquissimo Fuluii Ursini libro, eruditissimi hominis, Græcatumq; literarum valde peritissim in quo tamen, ob additum patet in spatio, quod verus dirimit, aliena manu.

C A P. X I I. ¶ *Pudorem pudicitiam.*) Hic addunt quidam scripti libri, *Pro nihilo haberi.* sed prior lectio ferri potest. habet enim nec obscuram, & satis commodam sententiam.

C A P. X I I I. ¶ *A priuatis compluribus subuersos montes, maria constructa esse.*) *Constrata*, Fuluii Ursini liber, impretiam tamen lectionem magis probo dixit enim idem Sallustius infra. i 4. *Diuitias profundere in exstruendo mari, & montibus coaquandis.* vide Plinium lib. i i. cap. i i v.

C A P. X I V. ¶ *Dissipauerat.*) Fuluii Ursini liber, *Lacerauerat. Similisq; ceteris efficiebatur.*) In Frontone, hæc recitante in verbo *Similis*, omissa est copula, *que.* & sane absque sententiæ detrimento abesse potest.

C A P. X V. ¶ *Nefanda stupra.*) Quippe qui adulteriū cōmiseret cū ea, quæ ei postea socrus fuit, & ex eo stupro duxisset uxorem, cū filia eius esset; Luceiusq; hæc ei obieciisset in orationib. quas in eum scripsit, ut ait Pedianus, qui hoc addit. *se nondum harū mulierū nomina inuenisse.* Eiusdem Pediani ibidē verba sunt hæc: *Fabia, virgo Vestalis causam incesti dixit, cum ei Catilina obiiceretur, eratq; absoluta hac Fabia, quia soror erat Terentia Ciceronis.* Paulus quoque Orosius. *Eodem anno apud Romanos Catilina accusatus incesti: quod cum Fabia virgine Vestali stuprum commississe arguebatur.* Idem tradit Plut. in Catone. Cicero autem: *Quod nefarium stuprum non per illum, &c.* Item: *Stuprorum & scelerum exercitatione assuefactus.*

Necato filio.) Veneno. Vide Valerium libr. i x. cap. i. Appianum lib. i i. & Plutarchum in Cicerone & Sulla.

Color ei ex sanguis.) Probus in Catholicis, recitans hunc locum, affirmat hic legi debere, *colos.* Seruius in Virgil. *Æn.* i. sic ait Saliustius *pæpe* ubique *labos* posuit. melius est seruire regulæ.

C A P. X V I I. ¶ *Incerta pro incertis.*) Sic infra: *Per ignauiam aut vana ingenia, incerta pro certis captarem.* Et rursus: *Pro incerta spe certa præmia.* Et iterum: *Quamquam opibus suis confideret: tamen*

non debere incerta pro certis mutare Item Plautus in Pseudolo: *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Et Hesiodus:

Νέπιος, ὅς ται ἐβίμε λιπών, ἀνέβιμε δίωκει.

CAP. XIX. ¶ *Infestum inimicum Cn. Pompeio.* *Infestum*, pro *aerem*, dicere potuit Sallustius. Interdum tamen suspicatus sum, *Inimicum* glossam a fuisse ad *Infestum*, quo vitii genere refert esse liberos animaduerti.

CAP. XXI. ¶ *Humani corporis sanguinem, vino permixtum, in pateris circumtulisse.*) Hac de re Florus lib. i v. cap. i. *Additum est pignus coniurationis sanguis humanus, quem circumtulatum pateris bibere, summum nefas, nisi amplius esset, propter quod biberunt.*

Atque eo dictare fecisse.) Commodatus mihi liber perantiquus ab eruditissimo iuvene, Græcarumque litterarum longe perito, Fulvio Ursino, *Atque eo dictare fecisse*, nonnulli, *Atque eo dictam rem fecisse*, quod ineptum videtur. Sunt, qui ex ingenio reponendum putent, *Atque eo dictante fecisse*; vel, *Atque id eo dictante fecisse*; vel, *Atque id eare fecisse*; vel, *Atque id eo fecisse*, vel, *Atque eo id ante fecisse*, quorum coniecturam inuicem probo. non displicet omnino impressa lectio: quanquam eiusdem temporis hæc tria verba malletm, *Circumtulisse*, *Aperuisse*, *Dictasse*, nec tamen in culpa posuerim, quod Sallustius in postremo verbo tempus mutauerit. Amicus quidam meus, *Atque eo, dictare, fecisse*, de quo eruditi videntur, ego ad sensum sustineo.

CAP. XXIII. ¶ *Flagitiis atque facinoribus coopertus.*) Putarem, pro *Facinoribus*, legendum *Fenoribus*: tum quod ita legit Gellius lib. i v. cap. x v i i. tum etiam, quod, cum dixerit, *Flagitiis*, superuacaneum videtur, *Facinoribus*, ut tum Nonii me auctoritas a mutatione detretet. nam in verbo *Facinus* hunc locum recitat. Præterea differunt omnino *facinora* a *flagitiis*: nam & *facinus* interdum bonum est; & cum est malum, maius habet quiddam, quam *flagitium*, idem Sallustius supra: *Omniū flagitiorum, atque facinorū circum se, tanquam stipatorum, cateruas habebat.* (sic enim habent, omnes, quos vidi, veteres libri. vnus Fuluii, quasi etrasset librarius in scribendo, litteris superscriptis habet, *Flagitiosorum atque facinorosorum.*) Et ibidem: *Alienum as grande conflauerat, quo flagitiū, aut facinus redimeret.* Et alibi infra: *Omnes, quos flagitium, aut facinus domo expulerat.* Item ad C. Cæarem de rep. ordinanda: *Nō facinus, non probrum, aut flagitium obstat, quo minus, &c.* Et ibidem: *An L. Domitii magna vis est, cuius nullum membrum a flagitio, aut facinore vacat.* Item: *Non flagitium a te, neque malum facinus petimus, sed ut libertatem euersam restituas* Flagitiosissima quoque facinora appellat in Iugurtha: *Plurima, & flagitiosissima facinora fecere.*

CAP. XXIII. ¶ *Erat ei cum Fulvia muliere nobili, stupri vetus consuetudo.*) Terent. Adelph. Act. i v. Sc. v. *Qui cum illa consuevit prius.* Hecyra: *Quicum tot consuesset annos, in hōmione cum eius*

consuevit olim matre in Lemno clanculum. Plautus Cistell'aria : *Zn
vnuquam cum quiquam viro consueuisti.*

Ex insolentia Curii caussa cognita.) Quidam libri, *Insolentia Cu-
rii caussa cognita. vtrunque recte.*

C A P. XXV. ¶ *Viro ac libris satis fortunata.*) Sestuli particu-
lam *Ac*, testimonio Frontonis adductus: amator autem breuita-
tis Sallustius huiusmodi particulas sepe respuit. Eodem modo
proxime legimus *psallere, saltare*, non vt est in vulgatis libris *psalle-
re & saltare*. in quo Macrobbii auctoritate nitior, quem video ita
legisse lib. III. cap. XI v.

Psallere, & saltare.) Et si quidam libri habent, *psallere, & cantare;*
Et Cicero II. in Catilinam dixerit: *Pueri tam lepidi, ac delicati,
non solum amare & amari, neque cantare & psallere, sed etiam sicas
vibrare, & spargere venena didicerunt.* & Suctonius in Tito, *Ne
musica quidem rudis, vt qui cantaret. & psalleret iucunde, scienter-
que;* & Spartianus in Hadriano, *Psallendi, & cantandi scientiam prae
se ferebat.* tamen sequor libentius antiquissimum Fuluii librum,
in quo dilerte scriptum video, *Psallere, & saltare.* nam, *psallere*, non
idem est, quod, *saltare*; sed potius *fidibus canere*. itaque dixit Gel-
lius lib. XI. cap. 17. *Desiderauit exhiberi, quos habere eum sciebat
scitissimos vtriusque sexus, qui canerent voce, & qui psallerent.* Non
enim necesse erat dicere, *canerent voce*, nisi & in verbo, *psallerent*,
cantus inesset. itaque, vt distingueret, dixit, *canerent voce*. Præ-
terea *psaltriam*, & *fidicinam* æque dici non ignoramus: & apud
Græcos ψάλλον, pro canto, & ψαλμός pro cantu accipitur. Addo
Macrobbii testimonium, qui lib. III. *saltare* agnoscit in Sallustio
ait enim sic: *Taceo, quod matrona etiam saltationem non in honestam
putabant; sed inter probas quoque earum erat saltandi cura, dummodo
non curiosa, vsque ad artis perfectionem. quid enim ait Sallustius, psal-
lere, saltare elegantius, quam necesse est proba? adeo & ipse Sempro-
niam reprehendit, non quod saltare, sed quod optime scierit.* Et Cicero
agnoscere videtur in Curionis incessu *fidicinæ molliciem*; cum
dixit in oratione in ipsum, & Clodium, cuius hæc verba recitant
Nonius & Rufinianus: *Tu vero festiuus, tu elegans, tu solus vba
uuis; quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltria, qui leuare
vultum, mollire vocem potes.*

C A P. XXXIII. ¶ *Maiores vestrum.*) *Vestrum*, reposui, pro *no-
stri*, quod ita Gellium legisse cognouissem. is enim sic lib. X. cap.
v. *Importunissime fecerunt, qui in plerisque Sallustii exemplaribus scri-
pturam istam sincerissimam corruerunt. nam cum ita in Catilina
scriptum esset, Sape maiores vestrum, miseriti plebis R. vestrum, abole-
uerunt; & vestri perscripserunt: ex quo in plures libros menda istius in-
doles inoleuit.*

Argentum are solutum est.) Patet sententia: & ita recitat Nonius

in verbo, *Soluo*. præterea sic est in perantiquo Fulvii nostri libro. nonnulli tamen ex ingenio legendum putarunt, *Argentum ære communi solutum est*, mutatione non necessaria.

CAP. XL. ¶ *Natura Gallica gens bellicosa.*) M. Caro Orig. 11. apud Charisium lib. 11. Pleraque Gallia duns res industriosissime persequitur, rem militarem, & argute loqui. Iustinus ex Trogo lib. 11. v. Neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt, neque pulsî regno ad alios quam ad Gallos confugerunt, tantus terror Gallici nominis, siue armorum inuicta felicitas erat; ut aliter neque maiestatem suam iutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. itaque in auxilium a Bithynia rege inuocati, regnum cum eo, parta victoria, diuiserunt; eamque Gallograciam cognominarunt. Cicero de harulp. reiponsis: Artibus Græci, Galli robore, Hispani numero, Pæni calliditate valent.

Dubitando, & diss prolatando.) Fulvii liber, Protelando & in Iugurtha, 73. Protelandi consultationibus, non, ut in vulgatis libris, Prolatandis.

CAP. XLIX. ¶ *Adolescentulo Cesare.*) Anno ætatis 36. Pontifex enim maximus nominatur, & post ad litatem creatus est: quæ cum biennio distet a quæstura, & quæsturam Cæsar gesserit anno ætatis 33. quod Suetonius declarat, pontificatum consequi non potuit ante annum 36. Sic Cicero Curionem lib. 11. Fam. Ep. 1. adolescentem, & Ep. 11. lib. 11. ad Attic. iuuenem nominat, cum ea epistola septem annis ante illam ad Curionem scripta sit. nam in ea, Clodii tribunatum petentis, mentio fit; æ vero ad Curionem omnes, præter ultimam, gratulationis officio fungentē, Caluino & Messalla Coss. scriptæ sunt; quo certe anno videtur Curio maior annis 30 fuisse, cū biennio post trib. pl. fuerit, Sulpitio & Marcello Coss. ut patet ex Ep. 11. lib. 11. Fam. In oratione etiam pro Murena vocatur *adolescens* Ser. Sulpitius, cum minor annis 30. certe nō esset. Habita enim oratio illa a Cicerone Consule Sulpitius autem post annos 11. consulatum gessit. Et lib. 11. de Orat. cum dixisset Cicero de L. Crasso, *nō multa eum, qua quidem exstarent, & ea ipsa adolescentem, scripta reliquisse*, postea in libris de Claris Orat. eius orationem quam habuit pro Seruilia lego, annos natus 34. exstare significat.

CAP. LI. ¶ *Omnes homines, P. C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet, &c.*) Aristoteles rhet. lib. 11. Ο δὲ ἐμπλησιασῆς καὶ δικασῆς ἤδη, ἐπὶ πλεόντων καὶ ἀφωλεσμένων κρίνει. πρὸς ἑὸς καὶ τὸ φίλον ἤδη, καὶ τὸ μισόν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον σιωήθηται πολλὰκις. ὥστε μηκέτι θύνασθαι θεωρεῖν ἰκανῶς τὸ ἀληθές, ἀλλ' ἐπισκοπεῖν τῇ κρήσῃ τὸ ἴδιον ἠδὲν, καὶ λυπηρῶν. Et Demosthenes, ἐν τῷ πρὸς τὸν Χερρόνησιν. Ἐδὴ μὲν τοὺς λίγους ἀπαιτῶς ἐν ὑμῖν μὴ τι πρὸς ἕχθραν ποιῶσθαι λόγον μηδένα, μὴ τι πρὸς

ζάειν &c. Item Thucydides lib. III. in concione Diodoti: Νομίξω δὲ δῖω τὰ ἐναυλιώτατα σύμβολα εἶναι τόχος πη καὶ ὀργήν. ἂν τὸ μὲν, μὲν ἀ-
ροῖς Φιλῆ γίγνηται. Ἐ δὲ μὲν ἀπιδευσίας, καὶ βραχύτης γνῶμης.

Rapi virgines, pueros, diuelli liberos a parentum complexu: matres familiarum patiqua victoribus collibuisse. Sic Cicero Fam. lib. v. Ep. x. Tot ingenues, matres familias Et oratione III. in Antonium: Matres familias, virgines, pueri ingenui abripiuntur. In Verrem quoque: Mitto adhibitam vim ingenuis, matres familias violatas.

In Luctu atque miseris mortem arumarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissoluere: ultra neque cura, neque gaudio locum esse. Idem supra: Miseris suis remedium mortem expectare: Et in Iugurtha: Morte gruiorem vitam exigere. Cicero quoque Ep. XII. lib. IV. Sapius mihi veniebat in mentem, queri, quod ita viuerem, quam gaudere quod viuerem. Et xv. lib. v. In ea tempora nostra atas incidit, ut cum maxime florere nos oporteret, tum viuere etiam puderet. Et III. lib. vi. Ita viuere, ut non sit viuendum, miserrimum est. mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. Et III. lib. vi. Vbi non sis qui fueris, non esse cur velis viuere. Idem quoque oratione I. in Catilinam: Mortem sapientes nunquam inuiti, fortes etiam libenter appetuerunt. Et Liuius lib. II. Dec. III. Qui se bene mori, quam turpiter viuere maluit. De Græcis autem Euripides in Theæto: Ταχὺ γὰρ ἄδης μέγιστος ἀνδρῶν δὲ θυγατρῶν. Et idem: τὸ γὰρ θάνατον κακῶν μέγιστον φέρμασθαι νομίζεσθαι. Et Xenophon in Rep. Lacedæmoniorum: Ἄξιον ἔστι θύλακας εἶναι τὸ δὲ ἀγαθῶν τὸ κωπεργάσασθαι ἐν τῇ πόλει ἀρετῶν πρῶτον εἶναι καλὸν θείαντων, ἀπὲρ θάνατον βίβη. Et Æschylus: Κρείσσον γὰρ εἶναι ἀπὲρ θάνατον, ἢ τὸ ἀπίστος ἡμέτερος παρῶν κακῶς. Contra autem in Iugurtha: Quis, n. qui. turpis vita integra fama potior fuit.

Tela militaria ab Sammitibus, &c. Athenæus lib. VI. καὶ τὰ ἐν Σαμνιτῶν δὲ ἐμαθὸν θυρεοχρήσθαι. Vide & Liuium lib. I. de Magistratum insignibus.

C A P. LII. ¶ Longe mihi alia mens est, P. C. cum &c. & cum &c.) Demosthenes Olynthiaca tertia: Οὐχὶ τρωτὰ παλίστατά μοι γινώσκον ὡ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταντι εἰς τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τὸ ἄλλο γὰρ, εἰς ἀκούω, τὸ δὲ μὲν αἶψα, &c.

Vera rerum vocabula amissimus.) Thucyd. lib. III. καὶ τὸ ἐπὶ εἰσὶν ἄλλοι ὀνομασθῶν, εἰς τὰ ἐργα ἀπὸ τῆς ἀξίας τῆς δικαιοσύνης, &c.

Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi socordia tete, &c. Cicero sic de Fimbriis, lib. II. Minime conuenit, cum ipsi inter nos abiecti neglectique simus, pestulare ut Diis immortalibus cari simus, & ab his diligamur. Et Metellus in oratione de duendis vxoribus apud Gelium lib. I. esp. VI. Quid nos a Diis immortalibus diutius expectemus, nisi malis rationibus finem facimus. Item Euripidis in Electra: Ἀρσὺς γὰρ εἰς εἰς θεῶν ἔχον ἀνὰ σέμια, δῖοι δουρατῶν ἀξιοῦσθαι ἀπὸ πόνου. Et Demosthenes Olynth. I. Οὐκ εἶναι δὲ αὐτῶν ἀπὸ πόνου.

ἀργεῖται, ἔδδ' ἐφίλοις ἐπιπέσειν ἀπὲρ αὐτῷ π ποιῶν, μέγιστοι δὲ τοῖς θεοῖς.

A. Manlius.) Legendum *T. Manlius*, vel erravit Sallustius memoriae vitio, non enim huic *Aulo*, sed *Tito* prænomen fuit: quod & *Fasti Capitolini* & *Liuii* lib. v. 11. & v. 111. Ciceroque lib. 111. de offic. & alii multi docent. *Gellius* lib. 11. cap. x. 11. de viris illustribus, cap. 11. x. v. 111. *Eutropius* lib. 11. *Cassiodorus Diodorus Siculus* lib. x. v. 11.

Bello Gallico.) Et hoc contra testimonium *Liuii* lib. v. 11. *Valerii* lib. 11. cap. 11 & aliorum. nam contra *Latinos* bellum gerebatur. non contra *Gallos*, cum filium *Torquatus* securi percuti iussit. *Plutarchus* item in parallelis a *Torquato* contra *Samnites* hoc anno pugnatum scripsit. contra historiarum fidem. nam ut dixi, cum *Latinis*, non cum *Gallis* aut cum *Samnitibus*, pugnatum est. Et *Dionysius Antiquitatum* lib. v. 111. idem, quod *Sallustius*, tradit.

Esse quam videri, bonus malebat.) *Aeschylus* sic ἐπὶ τῷ ἐπιθίβαις. Οὐ γὰρ δοκεῖν ἀειστος, ἀλλ' εἶναι θεός. *Aeschyli* dictum recitat *Io. Tzetzes* lib. v. de varia historia x. v. 11. Cicero quoque in *Laelio*: *Virtute*, inquit, ipsa, non tam multi praditi esse, quam videri volunt.

CAP. LIV. ¶ *Eo magis illam adsequebatur.*) Sic & antiquus *Fulvii* liber. *D. Augustinus* legit, *Eo illum sequebatur*. Alii, *Eo magis adsequebatur*. omnia recte.

CAP. LVIII. ¶ *Verba virtutem non addere.*) Idem *Sallustius* in *Iugurtha*: *Plura dicerem, Quirites, si timidus virtutem verba adderent: nam strenuus abunde dictum puto.* Et *Demosthenes* in oratione: ἐπεὶ τὸ συντολίσις: ἔτι δὲ κεφάλαιοι ἀπαντων τῶν εἰρημίων: ἔδδ' ἐπὶ δ' ὑμῶν οὐλίγηρες, ἔτι πονηροῦς, ἔτι χρηστῶς ποιῶσιν. ἀλλ' ὑμεῖς τῆτας ὁποῖος αὐ βέλησθε. &c.

Superuacaneum est.) Et hoc a *Demosthene* sumit ex oratione ἐπὶ τῷ σερφάνε, in qua dixit: Οὐ πῶς δ' ἐμπειρίας μου κατηγήρει: cum significet: *Huic autem superuacaneum est me accusare.* Et *Suidas* πειρόν interpretatur ὑπερβέλλον.

In fuga salutem sperare, &c.) *Xenophon* lib. 111. *Cyrop.* Μαροῖν γὰρ τὸ κεφάλαιον βελουμένους, πῶς τὴν φάλαγγα σώσειν καὶ ἀσπασθῆναι πῶς πῶς, σωματῶν τῶν πῶν τοῖς πολέμοις φούρησιν. *Homerus*.

Πῶς φούρης μὲν ἰώτα βαλάν κακῶς, ὡς ἐν ὁμίλῳ
Μηπῶς τοῖς φούρησι μετὰ φρίνῳ ἐν δόρῳ πύξῃ.

Necessitudo timidus fortes facit.) *Euripides*: πῶς πῶς αὐτῶν καὶ ἀφ' ἑφ' ἐπὶ πελμῆματι. *Q. Curtius* lib. v. *Ignauiam* quoque necessitas acuit, & saepe desperatio spei causa est.

CAP. LXI. ¶ *Ab dextera rupe aspera.*) Sic & *Fulvii* liber. Alii, *A dextris rupes aspera*. verumque recte.

CAP. LXI. ¶ *Paullo diuersius, sed omnes tamen aduersis, &c.*

itio prodidere.) Legendum, in somnis oscidere. Eumenem, cuius amicitiam ostentant, &c.

AD CAESAREM DE REP. ORDINANDA.

Quorum aetas ne per orium quidem talis voluptas sine dedecore attingerit.) Venerum, talis voluptatis.

Et omnia aspera, uti soles, persuade.) Legendum, persuade, ex Veneto. id quod sensus quoque ipse postulare ita videtur.

Qua dicta pectore euolat.) Venetum, qua edita. Badianum, qua dicta pectore euolat.

EX II. DE REP. ORDINANDA.

Quoniam modo rem stabilias communicesque.) Venetum, communicesque. Mihi legendum videtur, stabilias communiasque. nec aliter sensus postulat, quantumuis reclamantibus exemplaribus: pro confirmes,

Sed plebs eo libere agitabat.) Legendum, plebes, quo & alias saepe vitur.

ALDI MANVTII PAVLI F. SCHOLIA IN CATILINAM EX- CUSA CIO IO LXIII.

C A P V T I.

Ceteris animantibus.) Scripti omnes libri, quos quidem ego viderim, Animalibus. quo modo & Sosipater Carisus recitat lib. 1. in verbo, Omnes, & Diomedes.

Veluti pecora, qua natura prona atque ventri obedientia finxit.) Ovidius Metam. lib. 1. Pronaq; cum spectent animalia cetera terrani, Os homini sublime dedit, caelumq; tueri iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Vide Ciceron. de legibus libro 1. & de Nat. Deor. lib. 11. Naturā, inquit, nos celsos & rectos constituisse, ut Deorū cognitionem, caelum intuentes, capere possemus. Neque dissentit Plato in Cratylo.

Sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est.) Cicero de finibus lib. 5. Homo e corpore animoque constat: cum prima sint anima partes, secunda corporis.

Prius quam incipias, consulto; & ubi consulueris, mature facto opus est.) A Graecis multa Callustius mutuatur, quod & Quintilianus lib. 1. x. cap. 1. 1. affirmat. Demosthenes quidem oratione 1. in Philippum sic: Δεί μὲν βελούδαξ ἰφ' ἡσυχίας ποιεῖν διὰ τὰ δόξαι τα μὲν ἀσέβης. Et in orat. de Pace: Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἀίθρω ποιῶσιν τῶν περὶ μὲν τῶν εἰώτων ἡσυχίας τῶν βελούδαξ, ὁ μὲν ὡδὲ μὲν τὰ περὶ μὲν

τα. Et Iſocrates ad Demonic. Βαλδύς μὲν βραδύως, ἐπιτίλει δὲ ταχέως τὰ δέξαιτα. Et Ariſtoteles Mora'ium Eudæmiorum v. & Nicomachiorum v. i. καὶ Φαῖνι, πρῶτον μὲν δέει ταχέως, τὰ δέξαιτα βραδύως δὲ βραδύως. Diogenes quoq; Laertii in Biante. Βραδύως ἐξ χεῖρες πρὸς πρῶτον μὲν, ὁ δ' αὖτ' εἰλη βεβαίως τῶν Δίξ μὲν. Quò respexiſſe puo Æmiliū Prebū cum diceret in Datami vita: Neq; acutius vilius Imperatoris cogitatum, neq; celerius factum uſquam legimus.

CAP. II. ¶ Tum demum periculo atq; negotiis compertum est.) Apud Nonium in verbo, Periculum: Tunc vero peric. &c. legitur.

CAP. III. ¶ Plerique, qua delicta reprehenderis, malevolentia, & inuidia dicta putant. ubi de magna virtute, atq; gloria bonorum memores, qua sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit; supra ea, veluti ficta profalsis ducit.) Thucydides sic lib. II. ἐν τῷ ἐπιτεφίω λόγῳ τῷ Περικλῆος: ὁ, τε αὐρ' ἐυκείδως καὶ δ' οὐρους ἀκροατῆς, τὰχ' αὖτ' ἐν δέιστ' ἔως αὐτῶς ἀβουλεταὶ τε καὶ ἐπίσταται νομισθεὶ δηλοῦσθ', ὁ, τε ἀπ' ἑσθ' ἔστι ἢ καὶ πλεονάζεισθ', Δίξ φθόρον, εἴ τι ἕρ' τῆς ἐαυτοῦ φύσιν ἀκροῦσι. μείζων δ' ἐφ' ἑαυτῷ ἀνεκτὸς ὅς ἐπιγνοῖ εἰσι τὰ ἐπ' ἑσθ' ἰσχυροὶ, ἐς ὅσον αὖ καὶ αὐτῶς ἐκείνους οἴεται ἰσχυροὺς εἶναι δ' ἑσθ' σὺν π, αὖ ἤκουσε τὰ δὲ ὑπερβαλλόντι, αὖτ' αὖ φθονεῖν τε ἤδη καὶ ἀπιστοῖν. Hunc autem Sallustii locum Gellius recitat lib. IV. cap. XV. in quo quædam diuersa leguntur a lectione hic impressa.

CAP. IV. ¶ Statui res gestas populi R. carptim perscribere.) In libris, quos Nonius secutus est, video scriptum fuisse *Strictim*, non *Carptim*. recitat enim hunc locum in verbo, *Strictim*.

Quam verissime potero.) Fabius Vindex in librum I. Cic. de Inuentione, hæc recitans, quam breuissime, legit.

Inuidia ex opulentia orta.) Xenophon Cui Pædia lib. VII. ἔτασ πλεῖστα ἡσ' ἔχει; τὸ τε πλεῖστον ἐφθονεῖσι, & ἐπιβραδύουσι, καὶ πολέμοιοι γίνονται. Et apud Stobæum: Τοῖς μὲν Δίξ, τῆς ἡλῆς πορδουμένοις ἐπ' ἡσ' καὶ ἀνὰ γὰρ σὺν αὐτῶς δὲ Δίξ τῆς δέξης βραδύουσι ἀκροατῆς φθόνου.

CAP. VI. ¶ Magisq; dādis quā accipiendis beneficiis amicitias parabant.) Hoc videtur sumxisse a familiari suo Thucydide; cuius hæc sunt ἐν τῷ ἐπιτεφίω λόγῳ τῷ Περικλῆος: Οὐ γὰρ πύχοντες δὲ, ἀλλὰ φρῶντες κατὰ μὲν τὸς φίλους. Idem infra similem in sententiam incurrit in Inguitha: Beneficia dare; inuitus accipere.

Quod initio conseruāda libertatis, atq; augēda reip. fuerat.) Ne quis putet in edosum esse locū, notandū existimauī, locutionē esse Sallustianam, qua & alibi vsus est; vt infra: Pœnam illorū sibi oneri impunitatē perāunda Reip. fore credebat. Et lib. I. H. st. in Orat. Lepid. Onnīa retinenda dominationis honesta astimat. Et eodē lib. in Orat. Philippi: Exercitū opprimenda libertatis cepit. Item: Arma cuius lia cepit, legum ac libertatis subuertenda. Terentius quoq; in Adelphis: Ne id aſsentandi magis, quam quod gratum habeam facere existimes De hoc loquendi genere vide Præcianum lib. XV. I. I.

In superbiam dominationemq; se conuertit.) Dictionem se sustulī,

tanquam inanem: nec tamen a me veterem librum dissentire video, cum quo facit idem Sallustius, qui hoc loquendi genere alibi quoque usus est: *Na ista vobis consuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet.* Item: *Benefacere iam ex consuetudine in naturam vertit.* Denique: *Secunda res in miserationem ex ira vertunt.* Alibi quoque Cicero: *Sed hoc vitium in bonum ei vertebat.* Tacitus III. *Postquam cadibus sauitum & magnitudo fama exitio erat, ceteri ad sapientiora conuertere.* Idem alibi: *Clam cum paucis ad pedites conuertit.* Cæsar lib. III. *Bell. ciu. Detrimentum in bonum verteret.* Liuius lib. X. *Auspicia in bonum verterunt.* Ecl. lib. XXXIX. *Hæc in perniciem adolescenti verterunt.* Virgilius I I. *Georg. Et tota solidam in glaciem vertere lacuna.* Tacitus. *Astusq; hostium in perniciem ipsis vertebat.* Idem: *Seu temere lapsa vox in presagium vertit.* Liuius: *verteratq; Scipionum inuidia in Prætorum.* Idem lib. IX. *Decadis IV. Mores quidem populi Ro. quantum mutauerint, vel hic dies argumento erit, pro, mutati sint.* Et lib. VII. *belli Punici II. Non septies die, sicut fama fert, temporibus statutis reciprocatur, pro, reciprocatur.* Suetonius: *Quoties terra in vrbe mouisset, pro, mota esset.* Virgilius: *Nox humida cælo precipitat.* Idem, *Ingeminant Austri.* Gellius etiam lib. I. cap. XII. *Si res forte melius vertisset, Diis quidem gratia habenda.* Liuius autem lib. II. ab vrbe cõdita, elliptin faciens pronominis, se, sic ait: *Secuti, dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora, precipitauere in insidias.* Et Virgilius: *Accingunt omnes operi.* Et: *Tum prora auertit.* Ut facile adducat iis qui Curtii locum lib. V. II. mutâr. proque vertitur, legunt vertit. In eo sic est: *Posteaquam desierat esse quem odissent, inuidia in misericordiam vertitur.* Vide quoque Gellium Noct. Att. lib. XV. III. cap. XII.

C A P. VII. ¶ *Memorare possem quibus in locis ingentes hostium copias populus Ro. parua manu fuderit. Sic infra: Sciebam sapenum: cro parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse. & in Iugurtha: Sæpe ante a paucis strenuis aduersus multitudinem bene pugnatum.*

C A P. IX. ¶ *Ius bonumq; apud eos non legibus magis quam natura valebat.* Vide D. Augustinum de Ciu. Dei lib. II. cap. XV. III.

Vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnant. Manlium Torquatum intelligit, de quo sic idem infra: *Apud maiores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussit.* Et Porcius Latro declamat. in Catilinam.

Accepta iniuria, ignoscere quam persequi malebant. Sic infra: *Magis quod se dignum foret, quam quod in illos iure fieri possit, quarebant.* Si. D. Augustinus Epist. V. ad Marcellinam de vrbe Roma loquens: *Dignum esset exurgere ciuitatem qua tot gentibus imperitaret, quod accepta iniuria, ignoscere quam persequi malebant.* Cicero Tusc. V. *Accipere quam facere prestat iniuriam. Quam senten-*

tentiam videtur sumfisse ex Platone in Gorgia; cuius hæc sunt: Οὐ νόμον μόνον ἐστὶν αἴτιον, τὸ ἀδικεῖν ἔστι ἀδικεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ φύσις.

C A P. X. (Deos negligere, omnia venalia habere.) Thucydides lib. I. ἤμενοι δὲ ἰκαμένοι τὰ σύμπαντα πύττειν εἰς αἰὶν ἀπλοῖσι.

Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.) Scruvius, recitans hunc locum in 1. Virgil. Georg. coegit, non subegit, videtur legisse.

Aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua, habere.) Sic Cælius de Pompeio Famil. lib. V I I I. Ep. I. Quam orationem habuerit tecum, quamque ostenderit voluntatem (solet enim aliud sentire & loqui, neque tamen tantum valere ingenio, ut non appareat, quid sentiat) fac mihi perscribas. Et Terentius Eunuch. Actu I V. Sc. I V. Modo ait, modo negat. Homerus etiam lib. I I x. Iliados.

ἰχθῆρος γὰρ μοι κῆν ὁμοῦς αἰδου πύλησιν,
ὅς χ' ἔπειν μὲν κούθει ἐνὶ φρεσίν, ἀλλ' οὐ βάζει.

Amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare.) Fronto hæc recitat in verbo, *Aestimo*, omiffa copula que, licet parua sint, nec ad sententiam quidquam afferant, notanda tamen cenlui.

Vbi contagio quasi pestilentia &c.) Videtur Charisius hæc recitare ex primo Historiarum. eius enim sunt verba lib. I. Contagium, veteres magis vsurpauerunt. Sed Sallustius maluit dicere primo: ubi contagio &c. Eadem verba recitat & Nonius Marcellus ex Sallustio. nec tamen locum nominat.

C A P. XI. (Propius virtuti.) Virtutem scriptum est apud Frontonem, qui hæc recitat in, *Propius*, & Priscianum lib. X V I I. quamuis Augustinus *virtuti*, videtur legisse, nisi sint mendosi codices. Et sane sic idem Sallustius locutus in Iugurtha; *Propius mare Africum agitabant*. item; *Propius montem cum omni equitatu, & pedibus dilectis suos collocat*, quanquam in Fulvii Virgini libro litteris superscriptis legitur, *Monti*; cum antea tamen fuisset, *Montem*. Et Liuius I V. *Propius est fidem, obstringi Fidenatum populum conscientia tanti sceleris voluisse*. id est, *verisimilius est*.

Auaritia pecunia studium habet, &c.) Cato in libro inscripto carmen de moribus, apud Gellium lib. XI. cap. II. *Auaritiam*, inquit, *omnia vitia habere putabant*. Vide Gellium lib. III. cap. I.

Quippe secunda res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus, victoria temperarent.) Sic Demosthenes in Orat. contra Leptinem: ἀλλ' οἱ μὲν τὸ μέλλον ἀδελόν πάντων ἀφρόπαις, καὶ μικροῖ κατεῖοι μεγάλων πρᾶγματῶν ἀπὸ γίνονται. διδὸν δ' αὖ μετελάθει ἐν ταῖς ἀπραξίαις καὶ ἀσορομφοῖς τὸ μέλλον φάσεται. Sic & Trebellius Pollio in Claudii vita: Plerique milites Claudii, secundis rebus elati, qua sapientium quoque

animos fatigant, magis huic obferunt, quam profuit ipsa sapientia etiam nunc, & deinceps memorabilis, & tunc longe lateq; laudata. Ne autem pro nedum positum est vt ait Priscianus libr. xvi. quamuis idem super xi. versus Æneidos, nedum legat, quomodo locutus quoq; Plautus: Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existumes. Et Liuius libr. i. Nouam inexpertamq; eam potestatem eripere patribus nostris. ne nunc dulcedine semel capti, ferrent desiderium. Et temperarent, positum pro obtemperarent: quomodo Tacitus xi. Qui nuper Bebrici victoria temperassent. non enim assentior vel Augusto, vel Prisciano, qui obtemperassent, legunt, vel antiquissimo Fuluii Ursini libro, eruditissimi hominis, Græcarumq; literarum valde peritum quo tamen, ob additum patet in spatio, quod versus dirimit, aliena manu.

C A P. X I I. ¶ *Pudorem pudicitiam.*) Hic addunt quidam scripti libri, *Pro nihilo haberi.* sed prior lectio ferri potest. habet enim nec obscuram, & satis commodam sententiam.

C A P. X I I I. ¶ *A priuatis compluribus subuersos montes, maria constructa esse.*) *Constrata,* Fuluii Ursini liber, impetiam tamen lectionem magis probo dixit enim idem Sallustius infra. 14 *Diuitias profunderi in exstruendo mari, & montibus coequandis.* vide Plinium libr. ii. cap. l. i. v.

C A P. X I V. ¶ *Dissepauerat.*) Fuluii Ursini liber, *Lacerauerat. Similisq; ceteris efficiebatur.*) In Frontone, hæc recitante in verbo *Similis*, omissa est copula, *que.* & sane absque sententiæ detrimento abesse potest.

C A P. X V. ¶ *Nefanda supra.*) Quippe qui adulteriū cōmississet cū ea, quæ ei postea socius fuit, & ex eo stupro duxisset uxorem, cū filia eius esset; Lucceiusq; hæc ei obiecisset in orationib. quas in eum scripsit, vt ait Pedianus, qui hoc addit, *se nondum harū mulierū nomina inuenisse.* Eiusdem Pediani ibidē verba sunt hæc: *Fabia, virgo Vestalis caussam incesti dixit, cum ei Catilina obiiceretur. eratq; absoluta hæc Fabia, quia soror erat Terentia Ciceronis.* Paulus quoque Orosius. Eodem anno apud Romanos Catilina accusatus incesti: quod cum Fabia virgine Vestali stuprum commississe arguebatur. Idem tradit Plut. in Catone. Cicero autem: *Quod nefarium stuprum non per illum, &c. Item: Stuprorum & scelerum exercitatione assuefactus.*

Necato filio.) Venteno. Vide Valerium libr. i. x. cap. i. Appianum libr. ii. & Plutarchum in Cicerone & Sulla.

Color ei exsanguis.) Probus in Catholicis, recitans hunc locum, affirmat hic legi debere, *colos.* Seruius in Virgil. Æn. i. sic ait Sallustius pæve ubique labos posuit. melius est seruire regulæ.

C A P. X V I I. ¶ *Incerta pro incertis.*) Sic infra: *Per ignauiam aut vana ingenia, incerta pro certis captarem.* Et rursus: *Pro incerta spectata premia.* Et iterum: *Quamquam opibus suis consideret: tamen*

non debere incerta pro certis mutare. Item Plautus in Pseudolo: *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Et Hesiodus:

Νέπιδος τὰ ἐπιγε λιπὸν, ἀνὲς ἴσως δ' ἄρα.

CAP. XIX. ¶ *Infestum inimicum Cn. Pompeio.* *Infestum*, pro *no-
erem*, dicere potuit Sallustius. Interdum tamen suspicatus sum,
Inimicum glossam a fuisse ad *Infestum*. quo vitii genere refertos es-
se liberos animaduerti.

CAP. XXI. ¶ *Humani corporis sanguinem, vino permixtum, in
pateris circumtulisse.* Hac de re Florus libr. I v. cap. I. *Additum est
pignus coniurationis sanguis humanus, quem circumlatum pateris bi-
bere, summum nefas, nisi amplius esset, propter quod biberunt.*

Atque eo dictare fecisse. Commodatus mihi liber perantiquus
ab eruditissimo iuvene, Græcarumque litterarum longe perito,
Fulvio Ursino, *Atque eo dictare fecisse.* nonnulli, *Atque eo dictam rem
fecisse.* quod ineptum videtur. Sunt, qui ex ingenio reponendum
putent, *Atque eo dictante fecisse;* vel, *Atque id eo dictante effecisse;*
vel, *Atque id eare fecisse;* vel, *Atque id eo fecisse,* vel, *Atque eo id ante
fecisse.* quorum coniecturam inuicem probo. non displicet omni-
no impressa lectio: quanquam eiusdem temporis hæc tria verba
mallet, *Circumtulisse, Aperuisse, Dictasse.* nec tamen in culpa po-
suerim, quod Sallustius in postremo verbo rempus mutauerit. A-
micus quidam meus, *Atque eo, dicta res, fecisse.* de quo eruditi vide-
rint, ego ad sensum sustineo.

CAP. XXIII. ¶ *Flagitiis atque facinoribus coopertus.* Putarem,
pro *Facinoribus*, legendum *Fenoribus*: tum quod ita legit Gellius
lib. I v. cap. x v i i. tum etiam, quod, cum dixerit, *Flagitiis*, superua-
caneum videtur, *Facinoribus*. verum Nonii me auctoritas a muta-
tione detret. nam in verbo *Facinus* hunc locum recitat. Præter-
ea differunt omnino *facinora* a *flagitiis*: nam & *facinus* interdum
bonum est; & cum est malum, maius habet quiddam, quam *flagi-
tium*, idem Sallustius supra: *Omniū flagitiorum, atque facinorū cir-
cum se, sanguam stipatorum, cateruas habebat.* (sic enim habent, o-
mnes, quos vidi, veteres libri. vnus Fuluii, quasi errasset librarius
in scribendo, litteris superscriptis habet, *Flagitiosorum atque facino-
rosorum.*) Et ibidem: *Alienum as grande conflauerat, quo flagitiū, aut
facinus redimeret.* Et alibi infra: *Omnes, quos flagitium, aut facinus
domo expulerat.* Item ad C. Cæsarem de rep. ordinanda: *Nō facinus,
non probrum, aut flagitium obstat, quo minus, &c.* Et ibidem: *An L.
Domitii magna vis est, cuius nullum membrum a flagitio, aut facino-
re vacat.* Item: *Non flagitium a te, neque malum facinus petimus, sed
uti libertatem euersam restituas.* Flagitiosissima quoque facinora ap-
pellat in Iugurtha: *Plurima, & flagitiosissima facinora fecere.*

CAP. XXIII. ¶ *Erat ei cum Fulvia muliere nobili, stupri vetus
consuetudo.* Terent. Adelph. Act. I v. Sc. v. *Qui cum illa consue-
uit prius.* Hecyra: *Quicum tot consuesset annos, & Hormione cum eius*

consuevit olim matre in Lemno clanculum. Plautus Cistell'aria: *Zn
vnuquam cum quiquam viro consuenisti.*

Ex insolentia Curii causa cognita.) Quidam libri, *Insolentia Cu-
rii causa cognita.* vtrunque recte.

C A P. XXV. ¶ *Viro ac liberis satis fortunata.*) Sulluli particu-
lam *Ac*, testimonio Frontonis adductus: amator autem breuita-
tis Sallustius huiusmodi particulas sepe respuit. Eodem modo
proxime legimus *psallere, saltare*, non vt est in vulgatis libris *psalle-
te & saltare*. in quo Macrobbii auctoritate nitior, quem video ita
legisse lib. III. cap. XI v.

Psallere, & saltare.) Et si quidam libri habent, *psallere, & cantare;*
Et Cicero II. in Catilinam dixerit: *Pueri tam lepidi, ac delicati,
non solum amare & amari, neque cantare & psallere, sed etiam sicas
vibrare, & spargere venena didicerunt.* & Suetonius in Tito, *Ne
musica quidem rudis, vt qui cantaret, & psalleret iucunde, scienter-
que;* & Spartianus in Hadriano, *Psallendi, & cantandi scientiam pra
se ferebat.* tamen sequor libentius antiquissimum Fuluii librum,
in quo dilerte scriptum video, *Psallere, & saltare.* nam, *psallere*, non
idem est, quod, *saltare*; sed potius *fidibus canere*. itaque dixit Gel-
lius lib. XI. cap. I. *Desiderauit exhiberi, quos habere eum sciebat
scitissimos vtriusque sexus, qui canerent voce, & qui psallerent.* Non
enim necesse erat dicere, *canerent voce*, nisi & in verbo, *psallerent*,
cantus inesset. itaque, vt distingueret, dixit, *canerent voce*. Præ-
terea *psaltriam*, & *fidicinam* æque dici non ignoramus: & apud
Græcos ψαλμω, pro canto, & ψαλμός pro cantu accipitur. Adde
Macrobbii testimonium, qui lib. III. *saltare* agnoscit in Sallustio
ait enim sic: *Taceo, quod matrona etiam saltationem non in honestam
putabant; sed inter probas quoque earum erat saltandi cura, dummodo
non suriosa, vsque ad artis perfectionem. quid enim ait Sallustius, psal-
lere, saltare elegantius, quam necesse est proba? adeo & ipse Sempro-
niam reprehendit, non quod saltare, sed quod optime scierit.* Et Cicero
agnoscere videtur in Curionis incellu *fidicinæ molliciem*; cum
dixit in oratione in ipsum, & Clodium, cuius hæc verba recitant
Nonius & Rufinianus: *Tu vero festiuus, tu elegans, tu solus vrbani-
tus; quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltria, qui lenare
vultum, mollire vocem potes.*

C A P. XXXIII. ¶ *Maiores vestrum.*) *Vestrum*, reposui, pro *no-
stri*, quod ita Gellium legisse cognouissem. is enim sic lib. X. cap.
v. *Importunissime fecerunt, qui in plerisque Sallustii exemplaribus scri-
pturam istam sincerissimam corruerunt. nam cum ita in Catilina
scriptum esset, Sape maiores vestrum, miseriti plebis R. vestrum, abole-
uerunt; & vestri perscripserunt: ex quo in plures libros menda istius in-
doles inoleuit.*

Argentum are solutum est.) Patet sententia: & ita recitat Nonius
in

in verbo, *Scluo*. præterea sic est in perantiquo Fulvii nostri libro. nonnulli tamen ex ingenio legendum putarunt, *Argentum are communi solutum est*, mutatione non necessaria.

CAP. XL. ¶ *Natura Gallica gens bellicosa.*) M. Caro Orig. 11. apud Charisium lib. 11. Pleraque Gallia duos res industriosissime persequitur, rem militarem, & argute loqui. Iustinus ex Trogo libr. 22 v. Neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt, neque pulsæ regno ad alios quam ad Gallos confugerunt, tantus terror Gallici nominis. siue armorum inuicta felicitas erat; ut aliter neque maiestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. itaque in auxilium a Bithynia rege inuocati, regnum cum eo, parta victoria, diuiserunt; eamque Gallograciam cognominarunt. Cicero de harulp. responsis: Artibus Græci, Galli robore, Hispani numero, Pæni calliditate valent.

Dubitando, & diis prolatando.) Fulvii liber, Protelando & in Iugurtha, 73. Protelandis consultationibus, non, ut in vulgatis libris, Prolandis.

CAP. XLIX. ¶ *Adolescentulo Cesare.*) Anno ætatis 36. Pontifex enim maximus nominatur, & post ædilitatem creatus est: quæ cum biennio distet a quæstura, & quæsturam Cæsar gesserit anno ætatis 33. quod Suetonius declarat, pontificatum consequi non potuit ante annum 36. Sic Cicero Curionem libr. 11. Famil. Ep. 1. adolescentem, & Ep. 11. lib. 11. ad Attic. iuuenem nominat, cum ea epistola septem annis ante illam ad Curionem scripta sit. nam in ea, Clodii tribunatum petentis, mentio fit; eæ vero ad Curionem omnes, præter ultimam, gratulationis officio fungentæ, Caluino & Messalla Coss. scriptæ sunt; quo certe anno viderur Curio maior annis 30 fuisse, cū biennio post trib. pl. fuerit, Sulpitio & Marcello Coss. ut patet ex Ep. 11. lib. 11. Fam. In oratione etiam pro Murena vocatur adolescens Ser. Sulpitius, cum minor annis 30. certe nõ esset. Habita enim oratio illa a Cicerone Consule Sulpitius autem post annos 21. consulatum gessit. Et lib. 11. de Orat. cum dixisset Cicero de L. Crasso, nõ multa eum, qua quidem exstarent, & ea ipsa adolescentem, scripta reliquisse, postea in libris de Claris Orat. eius orationem quam habuit pro Seruilia lego, annos natus 34. exstare significat.

CAP. LI. ¶ *Omnes homines, P. C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet, &c.*) Aristoteles rhet. libr. O' δ' ἐν ἀληθείᾳ καὶ δικαιοῦν ἤδη, ἐπὶ πνεύματι καὶ ἀφωροῦ μὲν κείνοισι. αὐτοῖς ἔς καὶ τὴν φιλοῦν ἤδη, καὶ τὸ μισῶν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον σωτήρηται πολλάκις. ὥστε μηκέτι θύνασθαι θεοῖσι ἰκανῶς τὸ ἀληθές, ἀλλ' ἐπιποταῖν τῇ κρήσῃ τὸ ἴδιον ἡδὺ, καὶ λυπηρῶν. Et Demosthenes, ἐν τῷ αὐτῷ ἐν Χερρονήσῳ. Ἐδὴ μὲν τοὺς λίγους ἀπαύτως ἐν ὑμῖν μήτε αὐτοῖς ἔχθραν ποιῆσθαι λόγον μηδένα, μήτε αὐτοῖς

ἀρχῆται, ἔδδ φίλοις ἐπιπέπειν ἀπὲρ αὐτῶ η ποιῶν, μίμωα δὲ θεῶ
θεοῖς.

A. Manlius.) Legendum *T. Manlius*, vel erravit Sallustius me-
morix vitio, non enim huic *Anlo*, sed *Tito* prænomen fuit: quod
& Fasti Capitolini & Liuius lib. v 11. & v 111. Ciceroque lib. 111. de
offic. & alii multi docent. Gellius libr. 1x. cap. x 11. de viris illustri-
bus, cap. x x v 111. Eutropius lib. 11. Cassiodorus Diodorus Sicu-
lus lib. xv 1

Bello Gallico.) Et hoc contra testimonium Liuii lib. v 111. Vale-
rii lib. 11. cap. 11 & aliorum. nam *contra Latinos* bellum gerebatur
non *contra Gallos*, cum filium Torquatus securi percuti iussit. Piu-
tarchus item in parallelis a Torquato *contra Samnites* hoc anno
pugnatum scripsit contra historiae fidem. nam vt dixi, *cum Lati-
nis*, non *cum Gallis* aut *cum Samnitibus*, pugnatum est. Et Diony-
sius Antiquitatum lib. v 111. idem, quod Sallustius, tradit.

Esse quam videri, bonus malebat.) Æschylus sic ἐπὶ τῇ Θίσβης.
Οὐ γδ ὀδκεῖν ἀεὶ εἶναι, ἀλλ' εἶναι θεῖν. Æschyli dictum recitat 10. Tze-
tzes libr. v. de varia historia xv 1. Cicero quoque in Lælio: *Virtute*,
inquit, *ipsa*, non tam multi *praditi esse, quam videri volunt.*

CAP. LIV. ¶ *Eo magis illam adsequebatur.*) Sic & antiquus
Fulvii liber. D. Augustinus legit, *Eo illum sequebatur*. Alii, *Eo magis
assequebatur*. omnia recte.

CAP. LVIII. ¶ *Verba virtutem non addere.*) Idem Sallustius in
Iugurtha: *Plura dicerem, Quirites, si timidus virtutem verba adde-
rent: nam strenuus abunde dictu n puto.* Et Demosthenes in oratio-
ne: ὅτι τ' οὐκ ἀξίως: ἔτι δὲ κεφάλαιοι ἀπάντων τῶν εἰρημίων. ἔδδ πῶθ'
ὑμῶς οἰλίγητες, ἔτε ποιητοῦς, ἔπρητοῦς ποιήσαντι. ἀλλ' ὑμῶς τῆτας
ὁποῖος αὐ βέλησ, &c.

Superuacaneum est.) Et hoc a Demosthene sumsit ex oratione
εἰς τὸ σπαρτιάς, in qua dixit: Οὐ πῶς οὐκ ἐμπροστίας μῶν κατηγορεῖ: cum
significet: *Huic autem superuacaneum est me accusare.* Et Suidas π-
ειδὸν interpretatur ὑπερβαλῶν.

In fuga salutem sperare, &c.) Xenophon lib. 111. Cyrop. Μωροῖ
γδ τὸ κροῖσιν βελομένους, τα τυφλά τ' σῶματ' οὐ καὶ ἀσπλά κ' ἔχουσιν πύ-
ται, οὐαυτῆα πῆλται τοῖς πολεμίοις φούρησ. Homerus.

Πῆ φούρης μῶν ἰῶτα βαλῶν κακῶς, ὡς ἐν ὀμίλῳ
Μῆπῆς τοῖ φούρησι μεταφρέτω ἐν ὄρνυ πύξη.

Necessitudo timidos fortes facit.) Euripides: πῆ πῶθ' αὐόκη Δίε
φίρε πολέμησται. Q. Curtius lib. v. Ignauiam quoque *necessitas acuta*,
& *sape desperatio spes causissa est.*

CAP. LXI. ¶ *Ab dextera rupe aspera.*) Sic & Fulvii liber. Alii, *A
dextris rupes aspera*. verumque recte.

CAP. LXI. ¶ *Paullo diuersius, sed omnes tamen aduersis, &c.*

Sic omnes antiqui libri. Carifius autem libr. 11. Priscianus libr. 11. & Diomedes libr. 1. legunt, *Alis alibi stantes, omnes tamen adversis vulneribus conciderunt*; siue, ut apud Diomedem, *cecidissent*. Alis autem pro alius, antique dictum. Priscianus libro xv. *Aliter*, inquit, *ab eo quod est, hic alis, huius alis, huic ali, pro, alius, alius, alii, secundum supradictam analogiam proferuntur*. Lucretius autem libro primo, *Quando alio ex alio reficit natura; nec ullam Rem gigni patitur*. Item: *Sic alio ex alio per te tute ipse videre Talibus in rebus poteris*. Et namque *alio ex alio clarescet, nec tibi caeca Nox iter eripiet*. Et libro 11. *Sic alio ex alio nunquam defisset oriri*. Et libro v. *Sic alio ex alio peperit discordia tristis*. Catullus quoque de comâ Berenices: *cum regium adeptâ es coniugium, quo non fortior ausit alis*. Varro Melægris apud Nonium Marcellum: *Cum etiam alis Menandri tunicam demissam habeat ad talos*.

Catullina longe a suis inter hostium cadavera repertus est.) Iisdem verbis vitur Florus libr. 1v. cap. 1. qui hoc amplius: *Pulcherrima morte, se pro patria sic concidisset*. Sallustii autem verba hæc in Vugilii librum Æn. recitat Sæuius.

IN IVGVRTHAM SCHOLIA.

CAP. III. ¶ *Vi quidem regere patriam, aut parentes*.) Sumit hoc a Platone in epistola longa ad Dionis propinquos: Πατέρας ἢ ἡ μητέρας ἔχει ὅσον ἡ γῆρας πρὸς βιάζεσθαι, μὴ ἰσὺν πᾶσι φρεσίνων ἰσχυμένους. ἰὰν ἢ πᾶσι κατὰ τὴν ζῶσιν βίον ἰαυθῆς ἀρῆσκαται, ἰμοι ἢ μὴ μῆτε ἀπεχθάνεσθαι, κατὰ τὴν ἰσχυρῆντα βίαν ἢ πατέρων πολιτείας μεταβολῆς μὴ πρὸς φρεσίνων, ὅταν αὐτὸ φρονῶν, καὶ σφραγῆς ἀδρῶν, μὴ εὐαίτη ἢ γῆρας τῆν ἀρεσίνων. Et ex v. de Legibus: Πατέρας ἢ ἄτης τῆς χάριτος φρεσίνων αὐτῶν δεῖ μείζονας, ἢ μητέρας παιδάς. Quam sententiam expressit idem Plato in Critone, his verbis: Παιτῶν ποιητῶν, ὁ αὐτὸν κελδοί ἢ πῆλις π, καὶ ἡ πατέρων ἢ πείθειν αἰσῆν, ἢ το δίκων πῆφου. βιάζεσθαι ἢ ἔχει ὅσον ἔπι μητέρας, ἔπι Πατέρας πᾶν ἢ ἔπειαν ἔπι ἴστον τῆν πατέρα. Hunc Platonis locum Cicero cum significare veller, sicut in Epistola, Periuicundæ: *Id enim iubet idem ille Plato, quem ego auctorem vehementer sequor; tantum contendere in Republ. quantum probare iuis civibus possis: vim neque parenti, neque patria adferre oportere*. Et libro 1. de Republ. apud Nonium: *Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens, quam si quis, ut aiunt, creauerit, maior ei profecto, quam parenti debetur gratia*.

Frustra niti, neque aliud, sese fatigando, nisi odium querere extremæ demerita est.) Plato in Epistola ad Perdiccam, quam Fici-

nus Dionis esse putat: *Εἰ μὴ μὲν τὸ μὲρ κινδύνοσεν ὅτι π, πολλοὶ δὲ εὐ-
δὲ ποιήσῃ:*

CAP. V. ¶ *Manastabale.*) Cum superiore anno Sallustium ve-
terum librorum opera me emendarum emitterem, præcipueque
in eo adiutus essem antiquissimo Fulvii Vulsini libro, cum ita dili-
genter inspexeram, nihil ut oculos meos effugisse arbitraber. Sed
cum postea eundem librum euoluerem; cum alia multa minime
negligenda secus in eo libro scripta animaduerti, tum vero hoc
nomen, *Manastabale*, non *Manastabale*. & cum antiquo libro Ca-
risius consentit, qui lib. 1. de nominibus in al terminatis: *Si qua,*
inquit, *masculina inueniuntur. hæc barbara sunt, ut Hannibal, Ad-
herbal, Manastabal.*

CAP. VI. ¶ *Equitare, iaculari.*) Seruius hæc recitans lib. 11.
Æneid equitari videtur legisse. hic ego nihil pronuncio, conten-
tus diuersam lectionem ostendisse.

CAP. IX. ¶ *Huiuscemodi verba cum Iugurtha fertur habuisse.*)
Spartianus in Seucto diuocant hanc orationem vocat. *Seuerus*
ait, *imperator diuinam Sallustii orationem, qua Micipsa filios ad pa-
cem hortatur, ingrauatius morbo, misisse filio disitur maiori; idque
frustra.*

*Non exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt, verum amici,
&c.*) Hunc locum tam sit ex Xenophonte, in oratione quam ha-
buit eius filius atque amicis antequam moreretur. *Οἷδα μὲρ οὐδὲ
regi εἶ &c.*

CAP. XIV. ¶ *Secundum ea.*) Pro, post ea. sic Priscianus legit libi
111. idque sententia confirmat. Fulvii liber. *Sed ea.*

Sine dedecore, P. C. oro vos per liberos, atq; p. u.) Fulvii liber, *Sine
dedecore, per vos, per lib.* &c. quomodo locutus alibi idē Sallustius
Sapius. Et Livius lib. 1. x. belli 11. Punici: *Per vos fidei, vestram
P. C. Priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Afri-
ca quidquam rei gesseritis.*

CAP. XVII. ¶ *Mare seuum importuosum.*) Sic antiquus Ful-
vii liber. Seruius tamen hæc recitans in Virg. Æn. lib. 1. copulam
addit.

Cælo terraque penuria aquarum.) Seruius hæc recitans in Virg.
Æn. lib. 1. copulam omittit.

CAP. XVIII. ¶ *Multis sibi imperium petentibus.*) Græco gene-
re loquendi, quomodo Aristoteles lib. 111. Rhet. dixit *μὲν ἢ πάντων
δύλων ὄντων, καὶ οἷα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάντα ἀγειν τὸν ἀρχαίον.* Varro
de vita pop. Rō. lib. 11. apud Nonium: *Suum quisque diuersi commo-
dum focillantur.*

Mutandi copia erat.) Antea *mutuandi*, nos *Mutandi*, reposui-
mus ex Fulvii libro. sic enim locutus idem Sallustius: *Eaque*

mutare cum vino aduecticio, & aliis talibus. & hac ipsa pagina. Fronto diuisi ab Hispania, mutare res inter se instituerant.

Qua Mapalia illi vocant.) Cum viderem quosdam dubitare, Mapalia, an Magalia scribendum esset: non alienum visum est hic adscribere Seruii verba. is igitur sic ad illud Virgilio libr. 1 v. Æneid.

Vt primum alatis tetigit Magalia plantis.

Magalia, Afrorum casae Magalia & Mapalia idem significant. Sed Magalia ma producit; Mapalia vero corripit: ut, & raris habitata Mapalia tectis. Festus Pompeius Mapalia nominat: & idem Sallustius infra cap. 46.

Inuidia nomine.) Credo hominibus fide dignis affirmantibus in antiquo libro Nomo esse, non nomine, quod rectius videtur.

Proxime Carthaginem Numidia appellatur.) Fronto in Proxima, sic: Proxima Carthaginem Numidia appellatur.

C A P. XIX. § Proxime Hispaniam Mauri sunt.) Fuluii liber, Hispanias. Fronto, Proximi Hispania Mauri sunt.

C A P. XXIV. § Nisi tamen intelligo.) Nisi valet sed, quomodo idem locutus cap. 67. Nisi, quod illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus, instabilisque videtur. Et Nisi tamen res. pariter ac sauisimo imperio, bene atque decore gesta. Sic & ab alius usurpatur. dixit enim Cicero epist. 1. libr. 111 ad Memmium: Nisi tamen multo minus tibi concedi potest. & ibidem, epist. 73. De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse & ad Atticum epist. 14. lib. v. Nisi tamen id erit mihi gratissimum. & ad eundem epist. 6. libr. x1. Nisi illud erat infinitum. & ibidem, epist. 23. Nisi illud quidem mutari non video posse. & ad Hirtium libr. 9. apud Nonium: Dicis, quid queso istuc intererat? nescio, nisi tamen id erat mihi iucundum. item in oratione pro Sex. Roscio: Quid erat, quod Capitori primum nunciaret, nescio, nisi hoc video, Capitonem in his bonis esse socium. Et Plautus in Epidico. act. 11. Si placebit, ut iminor Consilium: si non placebit, reperitote relictus. Mihi istuc nec seritur nec metitur, nisi ea, quae vis, volo. Et in Persa act. 11. Dii Deaque te omnes perdant. Nisi hodie, si prehendero, desigam in terram colaphis. Et in Stichos act. 1 sc. 2. - Miror, quid fiet: Nisi ut periculum fiat, visam quid velit. Et Terentius in Andria act. 4. sc. 1. Nescio nisi mihi deos fuisse iratos scio, Qui auscultauerim. Quo in loco Donatum fœde errasse, mihi videtur, mutilum locum esse existimans; hæc enim dicit: Deest. Quia; ut sit, Nisi quia. Et Eunuch. act 3. Sc. 4. Nequeo satis mirari, neque conicere. Nisi, quicquid est, procul hinc libet prius, quid sit, sciscitari. Et actus 5. Scen. 1. Nescio nisi amasse credo Pamphilam. Et act. 5. Scen. 6. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum. Nisi quia

quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo. Et Heaut. Act. II. Sc. II. Ioco an serio, illac dicat, nescio: Nisi mihi quidem addit animum, quo lubear magis. Et Actu IV. Sc. I. Nisi aliquid video, ne, esse amicam hanc gnati resciscat senex. Et Adelph. Act. I. Sc. II. - dixit velle uxorem ducere: Sperabam iam deferbuisse adolescentiam: gaudebam, ecce autem deintegro, nisi quidquid est volo scire, atque hominem convenire. Et Actu IV. Sc. II. - Nequeo satis discernere: Nisi me credo huic esse natum rei ferundis miseris. quo in loco male Donatus. Et act IV. Sc. v. Nescio, nisi quis tam misere hoc cupio esse verum, eo vereor magis. Et Phormione Act. III. Sc. I. Nescio, nisi Phadria haud cessavit pro te eniti. Et Act. v. Sc. VII. Nescio, nisi me dixisse nemini, id certo scio. Et Hecyra Actu I. Sc. II. Quid egerint inter se, nondum etiam scio: Nisi sane cura est, quorsum euenturum hoc fiet. Et Act. II. Sc. III. - Nec qui hoc mihi eueniat scio: Nisi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domum. Gellius quoque libr. x. cap. XII. Item aliud, inquit, quod hercle an ponerem, dubitavi; ita est deridicula vanitatis, nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere. Et Plinius lib. XXV. cap. XI. Nisi accitus arege. &c. sic enim legendum ex omnibus antiquis libris; non, ut in peruulgatis, Sed. De Græcis autem Aristophanes: Εὐ τοι λίσσῃ ἔμογε γε Φαιεῖδος παῖνι, πλὴν ἐν μόνον δέδουκα.

Protalandis consultationibus.) Fuluii liber, Protelandis. quo modo item cap. 43. Catilin. idque magis olet antiquitatem.

CAP. XXIX. § Satyræ legem.) Dictionem, legem, sustulimus, veterum exemplarium auctoritate adducti.

Dein postero die, quasi per saturam sententiis exquisitis, &c.) Sic Iustinianus in præfatione quadam Digestorum: sparsim & quasi per saturam collectum opus dicit, vili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata. Et Carisius libr. II. Omnia in se capit, quasi collecta per saturam (sic enim lego non collectam) concessa scivirum varia potestate. Vide & Diomedem & Festum, a quo miror hunc Sallustii locum iisdem verbis in voce Saturæ recitari, ex L. Lælii oratione, quam pro se dixit; cum proculdubio Sallustii sit.

CAP. XXX. § Ac potissimum dicam quam in concione, &c.) Fuluii liber, Ea dicam, qua in concione. nec duplicet. nam, si legatur, Eam dicam, quam in concione: non video, qui possit apte verbum, Differuit, quod subsequitur, accommodari. quis enim probet hoc loquendi genus, Orationem differere? liberum tamen cuique iudicium reliquo.

CAP. XXXI. § Quamque multi.) Fuluii liber, Quamque inulti. malo, multi. etsi nec, inulti, reiicio.

Obnoxii inimicis.) Etsi video scriptum esse in quibusdam libris,

Obnoxii inimicis: tamen. obnoxii magis probo: pro, subiecti, subditi, vosmet eorum potestate dedentes. Quod Meannius reprehendit.

Incedunt per ora vestra magnifice.) Fulvii liber, Magnifici.

In imperio nati.) Quidam libri præpositionem omittunt. vtrumque sententiam habet satis commodam.

Maius dedecus est parva amittere, quam omnino non parauisse.) Similia illa in Catilina: Virtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex paucis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parva vix retinemus. Et in iugurtha: Nobilitatem certe peperisse, quam acceptam corrupisse, melius est. Et Thucydides lib. II in concione Pericles: Αἰγιον, ἵχθους ἀφαιρέσῃται ἢ κτωμένους ἀτιγῶσαι.

Virum flagitiosissimum existimo impune iniuriam accepisse.) Spectus locus. quod si Virum, deleas, quo modo in Gryphanis libris impressum est, hæc erit sententia: Tametsi flagitiosissimam rem existimo, ut aliquis iniuriam acceperit impune; id est, impunio eo, qui iniuriam ipsam intulerit; tamen &c. Alii, Viro, reponunt. quod improbo. impressam lectionem comprobat Fulvii liber.

C A P. XXXII. *(Secuti morem imperatoris sui.) Quales, inquit Cicero, in epistola, Pericundæ, in Rep. Principes essent, tales reliquos solere esse ciues: ut apud Platonem nostrum scriptum est diuinitus, Platonis verba sunt libro tertio de Legibus: Μὲν δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλοίωτος, ὃ φίλοι, ἀπὸ τῶν θεῶν, καὶ ῥᾶν, μεταβάλλειν αὐτὸς ποτὲ πόλις, καὶ τοῦ νόμου ἢ τῆ τῶν διαστεινόντων ἡμεροῖα. Eadem prope Xenophon libro octauo de Cyri Pædia: Ὅπισθι πῆρες αὐτῶν ἀεσπῶται ὅσι, τοῖσι καὶ οἱ αὐτῶν αὐτὰς ἐπὶ τὸ πολὺ γιγνομένη. Et Isocrates ἐν τῷ ἀπὸ Νικηλέα, ἀπὸ τῆς βασιλείας: ἢ τῆς πόλεως ὅλης ἢ τοῦ ὀμοῦσται, τοῖς ἀρχοῦσι. Et idem in ea quæ inscribitur Nicocles: Φιλεῖ τὸ πᾶν, ἐν τοῖς τοῖς ἐπιπαιδευμένοις τὸν βίον ἀφ᾽ ἧν ἐν οἷς αὐτῶν ἀρχοῦσι τοῖς ἐαυτῶν ὀρεῶσι ἀστειβόντες.*

Cassius prætor.) Antea in vulgatis libris, Cassius populi R. quod mendosum duxi. itaque reposui, Prætor, pro populi R non differentibus antiquis notis, quæ rem ignorantia errorem peperit. nam prætor scribebatur sic P. R. Populi R. sic P. R. Præterea historiam sum secutus. nam Cassius prætoram gerebat. quod ante paucos versus ostendit Sallustius. Cum hæc scripsissem, eundem Fulvii librum inspexi, qui coniecturam meam confirmat. nam in eo diserite ita scriptum est Cassius Pr.

Quoniam se populo Romano dedisset.) Sic antea in omnibus

bus vulgatis libris legebatur. Ego *dedidisset*, reposui ex coniectura.

CAP. XXXV. § *Paucis diebus.*) In quibusdam libris, *Paucis post diebus*, sed perperam. non enim mutatione opus est: cum *Paucis diebus*, idem sit, quod, *Paucis post diebus*. quod Ciceronis, aliorumque exempla declarant.

CAP. XXXVII. § *Tribuni plebis continuare magistratum nitebantur.*) *Tribunatus pl. magistratus* appellatur. proprie tamen, si Plutarcho credimus, magistratus non est; cum neque *lictōres* habeat, neque *ius dicat*, neque *purpura* utatur. quibus etiam alia Plutarchus adiungit, ut probet non esse magistratum. Cum quo sentire videtur Livius lib. 11. *Ardens*, inquit, *ira*, *tribunus*, *viatorem mittit ad Consulem*, *Consul lictorem ad tribunum*, *privatum esse clamitans*, *sine imperio*, *sine magistratu*. sed utrumque refellit Cicero in Ep. vii. lib. 1. *Fam.* cum ait: *Quo quidem tempore ut perscripsi ad te antea*, cognovi *Hyntersium* *percupidum* *tui studiosum* *Lucullum*, *ex magistratibus autem* *L. Rutilium*, *& fide & animo in te singulari*. Quam enim hic in magistratu esse dicit, cum tribunum pl. nominat Ep. 1. & v. lib. 11. ad *Quintum Fratrem*. Et in oratione pro *Quinctio* de tribunis pl. *Per eum magistratum qui auxilii causa constitutus est*. Et lib. 1. de *Oratore*: *Exierant cum Crasso adulescentes*, *C. Cotta* *qui tribunatum pl. tum petebat*, *& P. Sulpitius*, *qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur*. Et in libris de *claris Oratoribus*: *Ita tacitus Crassi tribunatus*, *ut nisi in eo magistratu canauisset apud prætorem Granium*, *idque nobis narrauisset Lucilius*, *tribunum pl. nesciremus fuisse*. Apud *Nonium* autem *Festella* his verbis: *Ut magistratum inierunt tribuni pl. C. Cato* *Ptolomeo regi* *& Lentulo Consuli assiduè concionibus inuidiam concitare cepit*. Et *Asconius* idem significat in *Commentario Verrii* 11. Cum interpretans illud Ciceronis, *Magistratum inerat necesse est nonis Decembribus*. *Eo*, inquit, *die tribunus pl. futurus*. Et idem in orationem pro *Cornelio*; *C. Cottam legem tulisse*, *ut tribunis pl. liceret postea alios magistratus capere*, duobus in locis ait. Et ibidem: *Tiberium Gracchum tribunum*. *M. Octavio collega suo*, *magistratum abrogasse*, tradit. Mirati equidem aliquis possit, quod scriptum Plutarchus reliquit, *tribunos pl. purpura non esse usos*, cum in oratione pro *Cluentio* de *tribuno pl. Quinctio* legantur hæc: *Facite ut non solum mores eius & arrogantiam*, *sed vultum & amictum*, *& illam usque ad talos demissam purpuram*, *recordemini*. Verum non est inter eos centioversia. notat enim Cicero purpuram in *Quinctio* tribuno pl. tanquam indicium insolentiæ, quod amictu uteretur, ceteris tribunis inuicato.

CAP. XXXVIII. ¶ *Subdole eius augere amentiam.*) Sic & antiquus Fulvii liber. *Subdole*, reposui, quod ita scriptum in plerisque antiquis libris comperissem.

Centurio primi pili.) *Primi pilus & primus pilus*, non idem sunt. Vide Quæstra per epistolam.

CAP. XL. ¶ *C. Mamilius Limitanus.*) Alii, *Limentanus*. quod mendosum est. Sincerum autem, *Limitanus*, aut, *Limetanus*: cum *i*, & e vicissim veteres vsurpauerint. Est autem hic C. Mamilius is, qui legem Mamiliam celebrem tulit de limitibus, cuius mentio est in libro De limitibus agrorum, & apud Ciceronem De legibus, & in Bruto. Nummum præterea argenteum ipsi vidimus apud clarissimum virum Andream Lauretanum, patricium Venetum, in quo est, C. MAMILLI LIMETAN.

CAP. XXXIII. ¶ *Alia omnia sibi cum collega communia ratus.*) *Communia*, Fulvii liber non habet.

CAP. XLV. ¶ *Coctum cibum.*) Valerius lib. II. cap. II. Namque *lixas*, inquit, *e castris summovit*, cibumque coctum venalem proponi vetuit: in agmine neminem militum ministerio servorum iumentorumque, ut arma sua & alimenta ipsi ferrent, uti passus est. Castrorum subinde locum mutavit: eadem, tanquam Iugurtha semper adesset, vallo atque fossa amplissimo cinxit.

CAP. XLVI. ¶ *Certior Roma factus.*) Roma, legitur in Nonio, hunc locum recitante in *Innocentia*.

Obuiam procedebant.) Fulvii liber, *Obuii proe*.

Item funditorum, & &c.) *Dehinc*, pro, item, est apud Nonium, hæc recitantem in comment. De gen. arm.

Et militia inerat.) *Erat*, Fulvii liber.

CAP. XLVIII. ¶ *Humi arido, atque arenoso.*) Sic legit Priscianus lib. XVIII. nec omnino discrepant veteres libri. quemadmodum ab aliis quoque iam animadversum ac notatum video.

CAP. XLIX. ¶ *Bello melioribus.*) *Belli*, Fulvii liber.

CAP. L. ¶ *Post principia habere.*) Sic Sisenna hist. libr. III. apud Nonium: *Post principia paulatim secedunt*, atq; inde fuga se mandant. quo in loco mendose *post principia*, legitur. Sic & Gnaetho Terentianus actu IV. Sc. V. II. *Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.* Et C. Græchus apud Gellium lib. XV. cap. XII. *Sed in conuiuio liberi vestri modestius erant, quam apud principia.* sic enim est legendum, non ut vulgatis, *principem*. Et Cicero ad Marcum Brutum. *Spes libertatis nusquam, nisi in castrorum principis est.* quo in loco male quidam, *præsidiis*. Et Varro de re rusti. libr. III. cap. IV. *Et vero, ut aiunt, post principia in castris.*

CAP. LXIII. *Domi modicus.*) *Respuo*, quod a quibusdam legitur, *Domi pudicus* nam & sententia recipit, *modicus*; & vero ita recitat Nonius in verbo *Modicus*.

Arpini alitus.) Sic legit Diomedes libr. 1. & Priscianus. nec est, quod quisquam de mutatione amplius dubitet.

CAP. LXXIII. ¶ *Interdum somno excitus, arreptis armis tumultum facere.*) Apud Diomedem lib. 1. ita scriptum est: *Interdum experrektus somno, arreptis armis, tumultum facere.*

CAP. LXXVIII. ¶ *Impares magnitudine, pari natura.*) Seruius, hæc ita recitat in Virg. *Aen. lib. 1. Impares magnitudine, pares natura, vt rouis modo legas, parui refert.*

CAP. LXXXI. ¶ *Pretium fore.*) Sic reposui ex plerisque antiquis libris. quo modo locutus c. 110. *Fuerit mihi pretium eguisse aliquando amicitia tua.* Fuluii tamen liber, *Opera pretium fore.* Ego dictionem, *opera*, induxi, aliorum veterum librorum auctoritate adductus.

CAP. LXXXIV. ¶ *Militia.*) Sic antiquus Fuluii liber. in vulgatis, *Militia.* Sed antiquus loquēdi modus; *Domi, militiaq;*, adduxit me, addita p̄sertim veteris libri auctoritate, vt locū mutarem.

CAP. LXXXV. ¶ *Naturam unam & communē omnium.*) Euripides: τὴν γὰρ πάλαι & ἀπὸ τῶν ὄντων ἐγένετο, ἀλλ' οὐκ ἐκείναι ἀνεῖσται γαῖα βεβηῆσθαι, οὐ γὰρ χθὼν ἀπασὴν ἐξ ἐπαίδευσιν ὀψιν, ἰδίον ἔδδεν ἔχρησθαι.

Faciant idem maioribus suis.) Non defuere, qui & sententiam, & loquendi genus ignorātes, hunc locum deprauare conati sunt; arbitrati pro, *Faciant*, legendum, *Faciunt*: quasi dixerit Sallustius, eodem modo maiores suos despiciunt, sicuti me. quod aperte falsum est, & pulcherrima sententia deteriore commutatur. Est autem horum verborum hæc significatio: *si me iure despiciunt faciant idem, quod maiores sui fecere: id est, imitentur maiores suos in recte factis: non enim debent & me despiciere, & maiores suos non imitari.* Græca loquendi ratio, parum explorata, sententiæ tenebras offudit. sic locutus ante Sallustium Lucretius, post Horatius.

Lucretius lib. 2.

— animalia cum sint.

Atque animalibus sint mortalibus una eademque, pro vnum, & idem, quod animalia mortalia sunt.

Et lib. 3.

Sceptra patris eadem aliis sopitus quiete est, pro, eadem, qua alii.

Et lib. 4.

Nempe eadem facit, & scimus facere omnia turpi, pro, eadem, quæ turpis. Horatius autem in libro de arte poetica ad Pisones: (sic enim malo appellare, quam, vt quidam, epistolam, ex Quintiliano libr. v. III. cap. 3. Prisciano, Diomede lib. 1. II. cap. 1. Donato in Terent. Adelph. act. v. Sc. 1v. Seruio in Virg. *Aen.* 1. & Probo; et si Carisius lib. 1. i. aduersetur.

Inuitum qui seruat, idem facit occidenti, pro idem, ac si occideret.

De Græcis autem Sophocles in *Aiace.*

ὁμοῖς θ' ἰταῖροι τωπὶ τῆδι μοι πίδι.
σμεῖτε.

Et in Tyranno.

— ἦν γὰρ δὲ εὐρεθῆ λίγων.

ἐπὶ ταῦτ' ἔργω' αὐ' ἐκπεφύργειν πάρος.

Euripides quoque apud Gellium lib. xii. cap. xxi.

Δίς τωπὸν ἡμῖν εἶπι ὁ σφόδρος Αἴαυλθ.

Ἦκα γὰρ εἰς γὰρ φησὶ καὶ κητέρχουμα.

Ἦκα δὲ ταυτὸν ἐστὶ τὰ κητέρχουμα.

Νῆ τὸν δὲ ὠπασε εἰς τίς εἶποι γένοι.

Χρησάν σὺ μοί κτεσάν, εἰ δὲ βύλη κητέρχουμα.

Et Xenophon in Cyri Pædia sic: Τὸ αὐτὸ ἡμῖν ἀκούδεται: & infra in eadem sæpe.

Item Isocrates: Ἀποβανιάτης in oratione πρὸς Δημόσθην: Ταυπὶ πύχρ' ὅτις ἄρμασι. Et Aristoteles in libro de arte poetica: Αὐτὸς αὐ' εἰη μίμητις ὁμήρου Σοφοκλῆς. Et Rhetor. lib. i. i. ἰφη ὁ δὲ ἐκθ' ἐσ ταυπὶ τὰ τῆς ἴθου.

Illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant.) Thucydides libro i. i. Ποιήσατε ἢ τοῖς Ἕλλησι πικροδὲ εἰς μὲν, ἔργων τῆς αἰσῆτος ἀσθησόντες, ἀλλὰ ἔργων. ὦν ἀγαθῶν μὲν ὄντων, βραχέα ἢ ἐκταχέα ἀρκει. ἀμφοτερομένων ἢ, λόγῳ ἐπίσι κρημνέντες ἀσθησόντες γίνονται.

Neque quisquam parens liberis, uti aeterni forent, optavit, magis ut boni honestique vitam exigerent.) Sumsit hæc ex Platone in Epitaphio: Οὐ γὰρ ἀθανάτους σφίσι παῖδας εὐχρητο γηέναι, ἀλλ' ἀγαθῶν καὶ δικλῶν.

Plura dicerem Quirites, si timidis virtutem verba adderent.) In Catilina: Comperitum ego habeo milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido, exercitum oratione imperatoris fieri. Et Xenophon libro tertio Cyri Pædias, Οὐδὲμία γὰρ οὐτως ἔσται καλὴ παραινσις, ἢ τις τοὺς μὴ ὄντας ἀγαθούς, ἀθῆμιεθρὶ ἀκύνουσα, ἀγαθούς ποιήσει.

C A P. LXXXVI. ¶ A. Manlium.) Manlium Plinius nominat lib. xxi. cap. i.

C A P. LXXXVIII. ¶ Neque belli patrandi cognovit.) Sic Priscianus legit. sic & antiquus Fulvii liber. quomodo & Livius lib. v. & Hirtius de bello Alexandrino locuti sunt. quod ab aliis quoque est animadversum. His verbis hæc est subiecta sententia: Neque ad bellum patrandum pertinere cognovit.

C A P. XCIII. ¶ More humana cupidinis ignara visunt.) Pro, visundi ea, qua ignorantur. sic Gellius lib. ix. cap. xii. & Nonius in verbo Ignarus recitat. quo modo Tacitus locutus libro ii. Per occultis, & vigilibus ignara. & libro iii. Non sibi quidem ignara
qua

quæ vulgabantur. & lib. xii. Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta, & astus oppugnationum. & idem Sallustius: Regio hostibus ignara. Gnarus item, pro cognitus, apud eundem Tacitum: Idque nulli magis gnarum, quam Neroni. & Campos madentes, & ipjis gnaros.

CAP. XCV. ¶ Sulla gentis patricia nobilis fuit, familia prope iam extincta. Seruius lib. vii. Sulla patricia gentis, familia iam extincta, &c.

De uxore honestius potuit consuli.) Valeriam enim, in theatro lascive nimis blandientem, senex ipse uxorem duxit. Plutarchus.

CAP. XCVII. ¶ Vix decima parte die reliqua.) Antea in vulgatis diei legebatur, quemadmodum est in Fulvii libro. Emdaudi die, ex Prisciano libro viii. & Gell. libro ix. capit. xiv. cuius hæc sunt. Ego in Iugurtha Sallustii, summa fidei & reverende vetustatis libro, die casu patrio scriptum inveni. Verba hæc ita erant: Vix decima parte die reliqua. non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut die dictum, quasi ex die, existimemus. Supra quoque: Et iam die vesper aderat, pro diei. non enim adfentior Fulvii libro, in quo diei scriptum est, litera, quasi errasset librarius in scribendo, superscripta. Et infra: Quæ dubia nisi videbantur. sic enim habent quidam veteres libri. Et rursus: Vbi castra locata, & die vesper erat. quo item loco, diei habet Fulvii liber. Acie quoque pro aciei.

Pars equos ascendere.) Fronto, Escendere, legit. in quo dubitarem mendum inesse, nisi ab eo litterarum ordinem servatum viderem. hæc enim recitat in verbo, Escendo.

Obruncare multos.) Sublato verbo, Alios, quod in vulgatis libris erat, in quibus legebatur, Alios obruncare, multos contra, &c. mutata etiam distinctione, locum, ut opinor, illustravi. quam correctionem eidem Fulvii libro deberi fatendum est.

CAP. XCVIII. ¶ Dein custos pleno gradu in collem subducit.) Apud Nonium, Cunctos, legitur, hæc recitantem in verbo, Subduco. De pleno autem militum gradu videndus Vegetius lib. i. cap. ix. & epistola Trebonii xv. lib. xii.

CAP. XCIX. ¶ Tubicines simul omnes signa canere.) pro Signa, erat in vulgatis libris, tuba. est autem absurdum, si dicas, Tubicines tuba canere. nam, si tubicines sunt, quis dubitet, quin tuba canant. itaque reposui, quod scriptum vidi in antiquissimo Fulvii libro. Tubicines autem signa canunt, cum tubarum clangorem spiritu excitant. paullo ante dixit, Ne signa quidem canere iubet. & in Catilina capit. 59. Signa canere iubet. utroque enim modo dici po-

test, *Signa canunt*, vt *Signa* sit nominandi casus, & *Tubicines signa canunt*, vt sit accusandi casus. *Tuba* vero *signa* vocantur, quia militibus *signa* dant, quid eis agendum sit. nam, si referre, aut inferre pedem oportet, si consistere, & aut locum ordinemue mutare, varie *signa* canunt.

C A P. C II. ¶ *Iam a principio inopi.*) *Inopi*, non legitur in quibusdam antiquis libris. & sane abesse potest incolumi sententia.

Copia facta mittendi) Verbum, *Mittendi*, sustulimus, tanquam glossema, opinionem nostram confirmante Fuluii libro.

C A P. C III. ¶ *Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, nisi pariter volens.*) Hæc ex Pacuui Duloresse, a Nonio recitari video, in verbo *Munes*; vt fortasse vel a Pacuui Sallustius hoc sumserit; vel aliquid in Nonio desideretur. in quo etiam pro, *Nam etiam tum*, mendose legitur, *Animum quæsum*.

C A P. C V. ¶ *Funditorum Baleariorum.*) Rectius in aliis libris, *funditorumque Balearium*, eos enim nominat Cæsar, de bello Gall. libr. II. Et Plinius libr. III. cap. v. ait: *Baleares insulas funda fuisse bellicosas*. *Funda* autem ibi, vt ait Seruius reperta est.

C A P. C VII. ¶ *Ab inermis pedibus.*) Antea, *inermibus*, ego, *Inermis*, reposui ex Nonio hæc recitante in commentariolo de *mutata declinatione*. Facile, autem est coniecere, homines imperitos antiquæ vocis insolentia offensos, suppositum esse aliam, quæ ad illius similitudinem proxime accederet.

C A P. C VIII. ¶ *Sed ego comperior* Boebium non magis *Punica fide*, quam ob ea quæ predicabat, &c.) Sic emendavi ex Fuluii libro, & Prisciano libro VIII. quomodo supra locutus, *Metellum magnum & sapientem virum fuisse comperior*. Et Tacit. IV. Hunc ego *Lepidum* temporibus illis *grauem & sapientem virum fuisse comperior*. Sed & Gellius libro tertio, capit. secundo: *Verum esse comperior*, quod quosdam bene literatos homines dicere audiui. Vide Diomedem libro primo, cap. I. de differ.

C A P. C XII. ¶ *Vultu, colore, ac motu corporis, pariter atque animo varius.* Fuluii liber, *vultu corporis pariter atque animo varius*. Seruius *Æneid. VII. vultu & oculis pariterque animo varius*. Alii; *vultu pariter corporis atque animo varius*.

Qua scilicet tacente ipso, occulta oris mutatione, patefecissent.) Fuluii liber, *qua scilicet, tacente ipso, occulta pectoris speciei oris patefecissent*. Alii, *qua scilicet ipso tacente, occulta pectoris oris immutatione patefecissent*. vel: *qua scilicet tacente ipso*

ipso, occulta oris immutatio patefecit. vel, qua scilicet, tacente ipso, occulta cordis, specie oris patefecissent.

CAP. CXIV. ¶ *Aduersum Gallos.*) imo Cimbros. Liu. lib. VII. vel Cimbros & Tentones. Valer. libr. IV. cap. VII. & Velleius libro II.

Ea tempestate spes atque opes ciuitatis in illo sita.) Ant. Casarii Cæsenatis, & Pauli Hyantaphii Sabini libri duo scripti, ex ea tempestate, habent. præterea, *sita erant, non sita.* Alii iudicent. impressa lectio mihi quidem satis lepida videtur, quomodo locutus & Sulpitius Seuerus Sacræ historiæ lib. I. de Iosepho: *Ea tempestate spes atque salus Ægypti in illo sita erant.*

IN ORATIONEM LEPIDI.

Relegati in paludes.) Hæc Fronto ex primæ historiæ, in *Relegat* in illum locum; in quo, pro *relegati*, mendose legitur *relegat*.

Res secunda mire vitii obtentui.) Seneca controuersiarum libro V. Contr. XXXV. *Cum sit præcipua in Thucydide virtus breuitatis, hac eum Sallustius vicit, & in suis eum castris cecidit. nam in sententia Græca, tam breui, habes qua saluo sensu detrahas. deme.... vel.... deme.... constabit sensus, etiamsi non æque comtus, æque tamen integer. At ex Sallustii sententia, nihil sine detrimento sensus abesse potest. Titus autem Lilius, tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam & tanquam translata & tanquam corruptam obiiceret Sallustio, nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum præferat: laudat quem non timet, & facilius putat, posse a se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vincatur.* Hæc Senecæ ex cuius verbis admonemur, Thucydides locum nobis quærendum esse, quem Sallustius imitatus est. Eadem apud Demosthenem sententia, qui & ipse Thucydidem assidue in manibus habebat, Olynth. II. ΑΖ' εἰ μὴ γὰρ μὴ ἐπινοῦνται τοῦτο τὸ κατὰ τὸν αἰγὸν ἀπὸ πρῶτον δεινὰ συν- κρούσθαι, καὶ συνάλλασθαι τὰ τοιαῦτα ὁμοίᾳ. εἰδὶ πᾶσι τοῖς, τὸ πᾶσι βίβωσιν αὐτοῦ τοῦτ' ἐξέλεθησθαι.

IN ORAT. PHILIPPI.

Torpedo animos oppressit.) Priscianus, huic locum ex I. hist. recitans, ita legit. Apud Nonium vero in verbo, *Torpedo. Obrepsit.* scriptum est.

Cuius in urbem reditu decus, atque ordines omnes interierunt.) Fului liber: *Cuius in Urbem reditu decus ordinis huius interit.*

IN EPISTOLAM POMPEII.

Utrum censetis me vicem ararii præstare.) Diomedes lib. I. cap. IV. 31. hist. recitat, *Utrum vicem me præstare creditis.*

IN ORAT. MARC. IEPIDI.

L. Cincius.) Quidam in suo libro impiam voluere, *L. Concius*. Pedianus 3. *Sicinium* nominat. quo modo & in antiquo Fulvii libro scriptum postea animaduerti.

Quam vos iniuria pertasum est.) Hæc ex 3. Hist. recitat Fronto in verbo, Tædet.

Quo tribunos plebei modo patricium magistratum.) Mendosus locus. quod si legas, *Quum* tribunos plebei mandando patricium magistratum; mendum tolletur mutatione parua, & sententia patet.

Neque ego vos ultum iniurias hortor.) Et hæc recitat Fronto, ex eodem hist. libro, in verbo, *Hortor*: omisso verbo, *Ego*.

Munia vestra pensantur, &c.) Totus hic locus valde perturbatus, neque tamen ex antiquo libro, qui valde a vulgatis omnibus dissentit, elicere quidquam potui, quod sententiam illustraret. fortasse in hoc felicior erit aliorum industria. ego, ut in antiquo lib. scriptum vidi, ita testatum relinquam. est autem in eo sic: *Invidia vestra pensantur: quæ tamen quin is modis libertatem omnium aestimauere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. neque utilis exiguitate mors prohibetur. senescunt vires, sic ut neque absolui cura familiari tam parua res. & ignaui quisq; tenuissimas perstratur: quæ tamē, quãuis ampla, quoniam seruitii pretiū obsecratur, &c.*

Neque enim ignorantia res claudit.) Hæc recitat Donatus in Terent. Eun. act. 1. Sc. 1.

IN EPISTOLAM MITHRIDATIS.

Inter me, atque Lucullum præliis, inopia rursus ambos incesit.) Hæc ex 4. hist. Carisius lib. 1. recitat in quo, *Prope, pro, Præliis*; uendose legitur in vulgatis libris.

Meis militibus, procul ab domo, paruo labore, per nostra corpora bellum conficere.) Carisius sic lib. 2. *Meis militibus, belli prudentibus, procul ab domo, per nostra corpora bellum conficere*

AD CAESAREM, DE REP. ORDINANDA.

Reliquum est optare, uti quæ tibi placuerint, ea Diu immortales approbarent, beneque euenire scirent.) Sic & in II. ad Caesarem: *Quæ mihi utilissima factu visa sunt, quæque tibi vsui fore credidi, quam paucissimis potui, perscripsi. Ceterum Deos immortales obtestor, ut quocumque modo agas, ea res tibi, reique publica prospere eueniat. Et Demosthen. Olynth. I. Χρηστὰ δὲ οὐκ παντός ἐστι καὶ. Et III. Σχεδὸν ἀρχὴ ἀνομιλῆς συμφέρειν. ὑμεῖς δὲ ἰλοιδίεσθε, πὺ καὶ τῆ πόλει, καὶ ἀπανσιν ὑμῶν σωσέσθαι μέλλετε.*

IN ORATIONEM IN SALLVSTIVM.

Neque aliter vexauit, ac debuit.) Nihil mirò. *Vixit tamen, pro vexauit, magis placeret*

Nominis perditæ ac notissimi.) Quid si legas, *Homines perditæ ac notissimi.*

IN PORCII DECLAMATIONEM.

Qui coitiones vllas clandestinas.] Sic emendavi: cum antea in peruulgatis libris, Conciones legeretur.

CYPRIANI A POM-
PMA IN C. SALLUSTII
CRISPI BELLVM CATIL-
linarium Emendationes, publicatæ
Anno CIO IO LXXII.

CAPVT I.

Omnis homines.) Sic nos emendauimus, cum antea, in quibusdam libris prælo excusis, *Omnes homines*; in aliis vero, *Omnes homines* legeretur. Secuti autem sumus, cum veterum codicum fidem, tam Grammaticorum auctoritatem. Carisius libr. 1. Nam accusatiuus, iuxta regulam manentet. littera debet enunciari, hos & has agilis: ut est apud Sallustium: *omnis homines*. Priscianus libr. 7. *omnium* qua tam nominatiuum, quam accusatiuum similem habent, eorum accusatiuus, raro in Es. frequenter in Is. solet terminari: ut hic & hac *omnis*. Sallustius in *Catilinario*: *omnis homines, qui sese student*. Simile huic est illud Terentii in *Andria*: *Omnis nos gaudere*. & Virg. libr. 5. *Æn.*

Quo magis fessas optem dimittere nauis.

Ceteris animalibus.) Ita omnes fere impressi, quibuscum consentiunt sex mss. cod. & Carisius libr. 2. Seneca quoque libr. 8. Epist. ad hunc Sallustii locum respiciens, *animalibus* legit: *Non famas, inquit, nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Hos itaque (ut ait Sallustius) ventri obediētes, animalium loco numeremus, non hominum, quos iam vero non animalium, sed mortuorum.* Nonius in dictione *Præstare*, *animantibus* legit, sed tanti apud me nunquam Nonii fuit auctoritas, ut eū Carisio, Senecæ, & tam multorum librorum contentui preferendum pararem, proinde hanc lectionem recepi.

CAP. II. *Th. demum periculo.)* Hæc est impressorū antiquorumq; codicum lectio. Nonius in dictione, *Periculum*: *Tum vero periculo* legit. quæ scriptura, reprehendi non potest, cum & Sallustius eadem dicendi forma utatur, in fine *Catilinarii*: *Tum vero cernerēs quanta audacia, quantaq; vis animi in exercitū Catilinae fuisset.* Ego tamen nihil mutauit.

Sicuti peregrinantes transfere.) Fui aliquando in ea sententia, ut pro *peregrinantes, pecudes*, legendum existimarem; Nam & Priscianus, aut quiquis is auctor fuit, in libro de præexercitiamentis rhetoriæ, locum hunc sic adducit, dum id ostendit, quo-

modo operatio sententiæ, similis sit meditationis vsui: *A iudicio, inquit, vt Sallustius quoque comprobatur, dicens: Sed multi mortales de diti ventri, indocti, incultique, vitam sicuti pecudes transiere. Quin etiam Sallustius, in principio huius libri, ita scribit: Omnis homines, qui sese student præstare ceteris animalibus, summa ope nisi decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora.* Sed Nonius Marcellus, & Ælius Donatus, perantiqui me hercule Grammatici, hunc Sallustii locum recitantes, peregrinantes non pecudes legunt, vt prorsus fidem mihi fecerint, ne vulgatam receptamque lectionem immutarem. At inquires; Et perantiquus Grammaticus est Priscianus: Fateor. Sed tamen, vt cum Nonio & Donato in huius loci lectione præferrem, adduci non potui. Donatus enim enarrans hunc Terentii in Phormione versum,

Si ab hoc nihil fiat, tunc hunc adoriar hospitem.

aperte docet peregrinantes non pecudes legendum esse. *Astute, inquit, hospitem de eo qui superuenit, nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientia. Sallustius, Vitam sicuti peregrinantes transiere,*

Eorum ego vitam.) Priscianus, horum ego vitam legit. Manuscripti libri, quotquot ipse quidem viderim, vulgatam lectionem retinent. Et idcirco nihil mutavi.

Verum enimvero is demum mihi viuere & frui anima videtur.) Sic hunc locum ex ms. cod. fide & consensu restituumus. Sed & Priscianus, lib. 18. de coniunctione agens eodem verborum ordine vititur: *Copulatiuam autem esse, & Sallustius ostendit in Catilinario: Verum enimvero is demum mihi viuere & frui anima videtur.* Sic & Terentius in Adelphis: *Verum enimvero id demum iuuat.* Nonius Marcellus in dictione *Facinus*, plurali numero hæc verba recitat: *Verum enimvero ii demum mihi viuere atque anima frui videntur.* Nec desunt qui, *Verum enimvero, is demum mihi viuere atque anima frui videntur,* legendum putant.

C A P. III. (*Vel pace, vel bello.*) Nonnulli impressi, & antiqui codices, omissa particula *Vel*, hæc ita proferunt: *pace vel bello.* Ego priorem lectionem probo, quam & Aldinus codex & quam plurimi ex meis manuscriptis agnoscunt.

De magna virtute, atque gloria bonorum memores, qua sibi quisque facilia factu putat, &c.) Translatus est h. c. locus ex Thucydide, qui in funebri Periclis oratione sic scribit: *καλεπὸν γὰρ, &c.*

Supra veluti ficta pro falsis ducit.) Apud Gellium hæc recitantem, ita scriptum legimus, non vt vulgatis est: *Supra ea veluti ficta pro falsis ducit.* dictio enim *ea*, addenda non est: ex ora namque libri in contextum orationis irrepsit. Nam eodem in libro Sallustius: *Eam cuncta mortalium mala dissoluere; ultra neque cura, neque gaudium locum esse.* Id quod & alii, ante nos, in suis in Sallustium emendationibus adnotarunt, quamuis dictionem *ea* in libris suis deleri

deleri non iusserint. quam tamen delendam esse, ex hoc Sallustii loco intelligi potest, quo dictio *ultra* sine casu posita est.

CA P. IV. ¶ *Seruilibusue officii*) Quidam ms. & typis excusi codices, *Seruilibus officii* habent. Sed prior lectio mihi magis ardet; ut agrum colere, & venari, non sint Sallustio seruilia officia. Nec aliter Vincentius Castiloneus hunc locum intelligit.

Carptim atque ut quaque) Ex fide vetusti cod. particulam *Atque* restitui, quæ negligenter, nisi opinione fallimur, in nouis, impressisque libris, omiſsa fuit. Nonius pro *Carptim*, *Strictim* legit. quod admonere lectorem volui.

Igitur de Catilina coniuratione) Nullum ad hunc diem exemplar excusum mihi videre contigit, in quo non ita hunc locum scriptum inuenerim. In vno tamen perantiquo codice, *Igitur Catilina coniurationem*, legitur. Sic in bello Iugurthino Sallustius: *Sed qua loca, & nationes ob calorem & asperitatem, stem solitudinem minus frequensata sunt, de his haud facile compertum narrauerim: cetera quam paucissimis absoluam.* Lector sequatur quod sibi visum est.

CA P. V. ¶ *L. Catilina nobili genere natus*) De genere L. Catilinae, saepe, & multum ab eruditis viris disputatum est, neque adhuc quidquam certi definitum. Ego illum patricium fuisse existimæ; atque eius sententiæ testes habeo M. Tullium Ciceronem, Asconium Pedianum, auctorem responsuæ Catilinae in Ciceronem: ipsum denique Sallustium, apud quem Catilina. cum in eum Cicero vehementem, acerbamque orationem habuisset: *ne existimarent*, inquit, *sibi patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Romanam essent, perditæ repub. opus esse cum eam seruaret* M. Tullius, inquit *in eiuſ uerbis Roma.* quo magis miror Glareanum affirmare, ex ipso Sallustio hoc cognosci non posse.

Iuuentutem suam exercuit) Multi prælo excusi codices particulam *Suam* non habent. Nos, antiquorum codicum fidem secuti, eam recepimus: & confirmat Nonius, in *Iuuentute*; & ita loqui consuevit Sallustius.

Satis loquentia, sapientia parum) Omnes calamo descripti libri, (vno tamen excepto, quem Louanii ex Bibliotheca S. Martini habui) *Satis eloquentia, sapientia parum* legunt. nec aliter Grammatici citant. Ego tamen *loquentia* scribendum puto, plurimis argumentis in hanc sententiam ductus. Cum enim Cicero de iis verba faceret qui arte dicendi abuterentur, non nisi in bonam partem, *eloquentia* usus est; quod ea viro tantum probo innocentique conueniat; *loquentia* vero, & malo, improboque homini, cum ut loquacitas, inanisque verborum turba sine prudentia effusa. Confirmant quoque hæc correctionem verba Gellii, nō impressa modo, sed etiam scripta lib. I. cap. 15. *Valerium*, inquit, *Probum grammaticum illustrem, ex familiaritate meo, docto viro, compari, Sallustianam et*

lud: Satis eloquentia, sapientia parum, brevi antequam vita decederet, sic legere coepisse, & sic a Sallustio relictum affirmasse: Satis loquentia, sapientia parum, quod loquentia nouatori uerborum Sallustio maxime congrueret. Hæc Gellius. In quib. tamen eius errorem admonere placuit. nam & ante Sallustium Nouius poeta in Gallinaria usus est dictione loquentia.

O pestifera, Fontica fera, trux, solutim loquentia.

Addam, (quanquam uereor, ne hæc mea diligentia, nimia nonnullis in re satis aperta, uideatur) Plinii Iunioris uerba lib. 5. epist. ad Ursulum *Itaque Iulius Candidus non inueniunt solet decere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia, uix uis aut aliter imo, si Marco Antonio, credimus, nemini; hæc uero, quam Candidus loquentiam appellat, multis, atque etiam improbitissimo cuique maxime contingit.*

Ex pulcherrima atq; optima, pessima ac flagitiosissima facta sit, differere.) Omnes, & antiqui, & impressi codices, diuersas inter se lectiones habent. In quibusdam enim legitur: *Et ex pulcherrima, pessima ac flagitiosissima facta sit, differere*, sine coniunctione *Et*, quam quidam in suis mss. quoq; desse affirmat, cui astipulantur quinque ex meis mss. In uno particulam, *Atq;* reperi. quâ hoc loco in suum ordinem locumque reposui. Et sanè hæc lectio uidetur uerior.

C A P. VI. ¶ *Urbem Romam sicut ego accepi, considere atque habuere in initio Troiani.* Iliodoris lib. 11. hoc modo hæc uerba profert: *Urbem Romam, sicut ego accepi, considere atque habitauere in initio Troiani.* Ego in uno perantiquo codice in initio quoque scriptum comperi, sine ulla lectionis uarietate. Quod autem apud Iliodorum *habituere* legitur, puto id librariorum uiscitia factum. *habuere* enim pro *habituere* dixit Sallustius.

Incredibile memoratu est, quam facile coaluerint.) Euenit hoc in cunctis tabulis, ut opinor ut cum aliquem spectatæ fidei sæpe expertus fueris, haud tenere possis eum mendacii coarguere. hoc quoque mihi fortassis accidit in uno peruetusto codice. Nam cum cum multis locis sincerum cognouissem, uix posse existimari, illum fidem fallere. & ob id cum hoc loco plura esse uerba uidissem, quæ hic cum fide descripsi, *Ita breui, multis uero diuersa, atque uaga, concordia ciuitas facta erat*, Sallustii primo esse putavi: Nam sententia horum uerborum huic loco est aptissima. Sed cum postea Ciceronis fragmenta de Repub. legere n. ex libro primo huic loco a librario adscripta esse animaduerti.

Sed postquam res eorum ciuibus.) D. Augustinus lib. 3. de Ciuitate Dei cap. 10 hæc citans, *legibus non ciuibus* legit. Ego, dissentientibus libris omnibus, nihil mutauit.

C A P. VII. ¶ *Sic hostem ferire.)* Omnes impressi codices, quos quidem ipse uiderim, *Sic se hostem ferire* habent. Nos particulam *se* deleuimus, quinque mss. cod. auctoritate ducti.

Eae diuitias, eam bonā famam.) Quidam libri; *Eae diuitias, eamq; bonam famam.* Alii: *Eae diuitias, eaq; bonam famam.* Alii: *Eae esse diuitias, eam bonam famam.* Nonnulli etiam: *Eae esse diuitiam, ea bonam famam.* Nos tamen nihil mutamus.

CAP. VIII § *Verū aliquanto minores, tamē quā fama feruntur.*) Locus hic varie ac diuerse in impressis legitur, nec; tamen antiqui libri meliorem scripturā retinent. In nonnullis est: *Verunturū aliquanto minores, quā feruntur fama.* In aliis: *Verū aliquāto minores tamen. q̄ feruntur fama.* In aliis itē: *Verū aliquanto minores q̄ fama feruntur.* Lector sequatur lectionē, q̄ veriorē putat. Ego vulg. scripturā retinui, quā & D. August. agnoscit lib. xvi. de Ciui. Dei.

CAP. IX. § *in suppliciu deorum magnifici.*) Supplicium hoc loco, pro supplicatione ponitur, quomodo & infra in oratione Catonis: *Non votis, neq; suppliciu mītibribus auxilia deorum parantur.* In Iugurthino: *Itaque Senatus, ob ea feliciter acta, diis immortalibus supplicia deoornere.* & in eodem libro: *Igitur legatos ad consulem cum suppliciu missi.* Agrætius, inter supplicium, & supplicationem, hoc interesse existimauit, vt supplicium de tormentis dicatur, supplicatio de precibus diuinis sed a probatis auctoribus, minime illa differentia obseruatur; sicuti nec hic a Sallustio.

CAP. XI § *Sapientium animos.*) Cuncti fere impressi codices, *sapientum* habent. Sex ms. cod. & illi qui habentur ex impressis commendatissimi, *Sapientium* legunt. Sed & D. Augustinus lib. 16. de Ciuitate Dei, ad hunc Sallustii locū respiciens, *sapientū* legit. *Hic bonis,* inquit, *inuis, males exitum habuit. Quippe secundares, quā sapientū animos facerant, magis huic obserant, quom profure ipsa sapientia.* Idem quidam se in tribus ms. libris obseruasse refert.

CAP. XII. § *Pudorem, amicitiam, pudicitiam.*) Omnes quae quidem in manus meas peruenierunt, aditiones. *Pudorem, et pudicitiam,* habent. Nos ex peruetustis libris, dictionem *amicitiam* restituiamus. Neque ea omitti debet, cum & inter res diuinas numeretur. testimonia in re manifesta adferre super sedeo.

Cum domes atque villas cognoueris, in urbium modum adficatas) Priscianus, pro verbo *Cognoueris,* *uidens* legit. Ego, repugnantibus libris omnibus, nihil mutauit.

Hostibus.) Datus hic, in cunctis libris formis excusis, omittitur est; quem tamen alii se in vetustioribus quibusdam inuenisse affirmant, a quibus non dissentio. Hostes opposuit Sallustius locis, fortissimos viros ignauissimis hominibus.

CAP. XIV. § *In tanta itaque, tamque corrupta ciuitate.*) Vulgati libri, *In tanta tamq; corrupta ciuitate,* habent. At mihi scriptura, quā ex triū ms. cod. cōsensu hoc loco restitui, verior omnino videtur. Vidit hoc etiam Plantinus, eorum qui excudendis arate nostra optimis quibusque auctoribus nouant operam, diligentissimus, in margine enim sui codicis hoc quoque collocauit.

Flagitiosorum, atque facinorosorum) Aldinus codex, & nonnulli alii, *flagitiorum, atque facinorum* habent. quæ lectio fortasse quibusdam concinnior, & venustior, ob breuitatem, & continuum sententiæ ductum, videbitur. Ego consensum omnium m. cod. secutus sum. in quibus nulla varietate, *Flagitiosorum a'que facinorosorum* legitur. Et Sallustius, lib. 3. Historiarum: *M. Æmilius*, inquit, *omnium flagitiosorum postremus.*

Nam, quicumque impudicus, adulter, ganeo, ventre, manu, pene, alea, bona patria lacerauerat.) Sic nos emendauimus antiquorum codicem fidem & auctoritatem secuti; cum antea in quibusdam libris corrupte, ac deprauate legeretur: *Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, ventre, manu, pene bona patria dissipauerat.* Dictiones *manu & ventre* impudico, *pene* adultero, *alea* ganeoni respondent. Quam verborum connectionem accurate a Sallustio obseruatam fuisse nemo, puto, infitiabitur. Eadem loquendi ratione Piso Frugi in Annalibus est usus: quem arbitror Sallustium imitatum esse, cum ex antiquis scriptoribus multa excerpserit: unde & furti accusatus est, non sine causa. Eius verba sunt apud Ciceronem, lib. 9. epist. ad Papirium Pætum: *At hodie, inquit, pene est in obscænis: at Piso ille Frugi, in Annalibus suis queritur, adolescentem pene deditos esse: quod tu in epistola appellas suo nomine, ille testis pene: sed iam multum factum est tam obscænum, quam id verbum quo tu usus es.* Cum enim omnes intelligeret, quid ea voce denotaretur, statim factum est turpe, & obscænum: non intelligi a quouis ipsam verecundiosem reddebat, & ob id, infinitis pæne nominibus, tam Latini quam Græci, has corporis humani partes, quæ honeste nominari non possunt, indicant: vnulquisq; priscam & obsoletam vocem sectatur, turpem, & indecoram, ob inhonestatem deuita.

Lacerauerat,) In omnibus impressis libris est, *dissipauerat.* & quamuis ea lectio tollerari potest, nos tamen, antiquorum codicem fidem secuti, *lacerauerat*, scripsimus. sic & Plautus, Mercatores:

Obiurgare pater, hac me noctes & dies.

Perfidam, iniustitiam lenonum expromere,

Lacerari valde suam rem, illius auerier.

Quam ex hoc quod cuiquam, &c.) Elegantior omnino hæc lectio est, quam ex trium m. cod. auctoritate restitimus.

C A P. XV. ¶ *Mentem excitam vastabat*) Quidam legendum putant, *mentem excitam fatigabat.* Ego in nonnullis m. libr. scriptum reperi, *Mentem exagitatam vexabat.* In aliis: *mentem excitam vexabat.* receptam lectionem tamen conseruauimus.

Colos eius exsanguis) Impressi codices, quos quidem mihi videre contigit, *Color eius exsanguis* habent. Ego in quodam calamo descripto libro, *Colos* inueni, nec aliter Sallustium, scriptum reliquisse Probus Grammaticus testatur. *In or,* inquit, *tertia sunt d-*

cl. n.

elinationis, O in nominatiuo correpta, in genitiuo producta vi, syllaba terminata, hic calor, pallor: caloris, palloris: color, coloris: quamuis Sallustius, igitur colos ex sanguis, sicut labos, & labor.

Citus modo, modo tardus incessus:) Hæc est vulgata lectio, cui consentiunt omnes mei ms. cod. Aliter hæc profert Nonius: *Modo citus, modo tardus incessus*, in dictione *Citus*. sed vtraque lectio placet, & vtroque modo Sallustius loquitur: nam in Iugurthino: *ai' sensoribus m. cenium, præmia modo, modo formidinem ostentare. & lacos modo, modo vniuersos ladere.* & in oratione, de Rep. ordinanda, ad Cæsarem: *Accensum in socios modo, modo in ciues.*

CAP. XVI. ¶ *Sed ea prorsus opportuna Catilina.*) Sic hunc locum scriptum comperi in vno codice, antiquissimis & elegantissimis characteribus exarato, vulgatis omnibus dissentientibus in quibus, post dictionem *Catilina*, vel verbum *erant*, vel *videbantur* reperitur: quæ sane irrepperunt ex glossa insulsi & inepti litteratoris.

CAP. XVII ¶ *Ad hoc, multi ex coloniis, & municipiis, &c.*) Locus corruptus, quem multi emendare tentarunt, nescio tamen an id consecuti fuerint. Ego in tanta lectionum varietate, communem & receptam retinere malui, quam nouam, & eam parum sinceram reponere. non tamen alienum visum est, trium ms. lib. scripturam producere, vt ingeniosi considerent, possintne elegantiorum ex ea lectionem eruere. Sic igitur in vno per antiquo codice scriptum legitur: *Ad hoc, multi ex coloniis, & municipiis, domi nobiles erant, præterea complures, &c.* In Genepei codice: *Ad hoc, multi ex coloniis, & municipiis, qui domi nobiles erant. Præterea erant complures.* In Martiniano: *Ad hoc, multi ex coloniis & municipiis domi nobiles erant. Erant præterea, &c.*

CAP. XIX. ¶ *Sed imperia saua multa antea perpessos.*) In libris, quibus vsus est Vincencius Castiloneus, scriptum fuit: *Sed & saua imperia saua, antea perpessos.* nos eam lectionem in ms. nostris non inuenimus, nec quidquam mutamus.

CAP. XX. ¶ *Ni virtus fidesque vestra satius spectata mihi foret.*) Hæc est recepta lectio veterum quorundam codicum auctoritate confirmata. Duo manu descripti libri, diuersas ab impressis lectiones habent, quas quoque proponere lectori volo. ita autem Genepei codex: *Ni virtus fidesque vestra spectata satius mihi forent.* In Martiniano codice, quo Colonia vsus sum, ita scriptum fuit: *Ni virtus fidesque vestra spectata foret mihi*, ommissa particula *satius*, quam quidam in suis ms. quoque defuisse affirmat.

Spes magna dominationis.) Sic legendum ex veterum librorum consensu, non vt in vulgatis est. *Spes magna dominatioque.* hanc lectionem notat & Glareanus, additque sibi placere.

Sed ego, qua mente agitavi, omnes iam antea diuersi audisti.) ms. quidã: *Sed ego qua ante hac, mente agitavi, omnes iam diuersi audisti.*

Ceterum mihi in dies, animus magis magisque accenditur.) Im-
pressi nonnulli codices: *Ceterum mihi in dies, magis animus accen-*
ditur. Nos particulam *magisque*, in suum locum ordinemque re-
stituimus, & ita loqui solet Sallustius, non solum in libris Histo-
riarum, sed in Catilinario, & bello Iugurthino: *agitabatur magis*
magisque animus. & *magis magisque in aperto sunt, magis magis-*
que crescere intelligit, magis magisque eum in dies amplecti, ipsa se
virtus magis magisque extollit, magis magisque appropinquare
vident.

Aut ubi illi volunt, nobis reliquerunt pericula, repulsas, iudicia,
egestatem.) Duo ms. cod. *Aut ubi illi volunt, repulsas vobis relin-*
que, pericula, iudicia, egestatem. sed vulgata lectio bene habet, & id-
circo eam retinui.

Illi cum tabulas signa, torumata, &c.) Locus hic in omnibuse-
ditionibus corruptus fuit, cum nos vna dictione addita, & muta-
ta iatepunctione, non sine auxilio antiquorum codicum, suo ni-
tore restituis: & sic hunc locum legi debere verba præcedentia
demonstrant: *Etenim qui mortalium cui virile ingenium est, tole-*
rare potest, illi diuitias superare, quas profundunt, in extruendo ma-
ri & montibus coaquandis, nobis rem familiarem, etiam ad necessa-
ria deesse: illos biras, aut amplius domos continuare, nobis larem fa-
miliarem, nusquam nullum esse?

C A P. XXI. ¶ *Tum Cassina polliceri tabulas novas.*) Hanc le-
ctionem, & scripturam, omnes codices typis excusi, & in pergame-
no descripti habent. Verum in vno ms. reperi: *Tum Cassina capis*
pollueri tabulas novas. quæ lectio haud placet.

Et omnibus necessitudinibus.) Quidam, & omnibus necessitatibus.
emendarunt. Codices mei in membrana descripti, priorem le-
ctionem retinent. & infra: *noue nobis eam necessitudinem impona-*
tu. & in Iugurthino: *Coactus rerum necessitudine statuit armis con-*
tendere & iterum: simul nobis diuites acerbam necessitudinem, pa-
rietur & se errantem, & illum sceleratissimum persequi.

Cum eo consule se initium agendi facturum.) Nonnulli scripti li-
bri: *Cum eo consulem se initium agendi facturum.* Alii: *Cum eo con-*
sule se initium agendi belli facturum. Alii: *Cum eo se consulem in-*
itium agendi bellum facturum. Sed ego nihil pronuncio.

C A P. XXII. ¶ *Atque eo dictare fecisse.)* Locus hic, si quisquam
alias, varie ac diuerse in impressis legitur; neq; ms. libri quos vidi-
mus, perfecte restituunt. Alii: *Atque eo dictam rem fecisse.* Alii: *At-*
que eo dictantem effecisse. alii aliter habent. Nos eam lectionem se-
cuti sumus, quæ magis recta est & ingenua: neque tamen ei tan-
tum confidimus, vt antiquam esse, & veram contendamus: sine-
ritorem certe, elegantiorumque censemus.

C A P. XXII. ¶ *Erant et cum Fulvia.)* Pandectæ Florentinæ, pro
Fulvia Julia habent, l. in quaestionibus ff. ad L. Iul. maicst. Puto aut
ansam

ansam huic errori dedisse litterarum similitudinem, facilis enim lapsus fuit, ex *Fulvia*, in *Iulia*, cmissa littera V. & F. in I. mutata.

Hac mulier, genere atque forma, præterea viro, atque liberis.) Al-
dus conjunctionem atque secundo loco respuit, cum Frontonis
testimonio adductus, tum quod amator bicivitatis Sallustius, hu-
iusmodi particulas sæpe omittat. Ego cur hoc, Sallustio repugnā-
te, facerem, causam esse nullam putavi, præsertim cum ita hunc
locum Priscianus citet libr. 18. & hanc particulam in antiquis li-
bris inuenerim.

CAP. XXVI. *Quas Consuli fecerat.*) Sunt qui credant legen-
dum: *Quas consulitus fecerat.* communem, & receptam lectionem
colibentius secutus sum, quod subiicit paulo post: *Interea Roma
multa moliri, consuli in sidias tendere.* In nonnullis tamen ms. inue-
ni, *quas Coss. in campo fecerat.* Sed prior plurium codicum testimo-
nio comprobata est.

CAP. XXX *Quas Fafulus allatus sibi dicebat, a Q. Fabio, in
quibus scriptum erat.*) Locus hic corruptus & mancus fuit nec, e-
nim apparuit a quo litteræ Fæfulis missæ erant, quas L. Senius in
senatu recitavit. Ego locum in omnibus æditionibus depravatis-
simum Martiniani codicis ope adiutus, pristinae integritati resti-
tui. Quis autem hic fuerit Q. Fabius, cisi in tanta rerum omnium
obscuritate non satis habeam constitutum, coniecturam tamen
meam libenter adfero. Puto igitur hunc esse Q. Fabium Sangam,
de quo paucis interiectis paginis, eodem in libro Sallustius: *Itaq;
inquit, Q. Fabio Sanga. cuius patrocinio plurimum eiuis utebatur,
rem omnem, vis cognoverant, aperiunt.*

C. Mallium arma cepisse.) Ita nos correximus, cum antea in cun-
ctis vulgatis impressisque libris, *C. Manlium* legeretur. *Malliorum*
autem familia, nobilissima, antiquissimaque fuit, ex qua multi
celebres viri extigere, qui sæpius consulatum gesserunt. Ex his
fuit, & Cn. ille Mallius, P. Rutilii collega, ut a Valerio Maximo, lib.
2. traditur: apud quem tamen, omnes fere libri, *C. Manlium* ha-
bent, contra veterem inscriptionem, quæ duorum consulum, his
verbis mentionem facit. *AB. COLONIA. DEDUCTA. AN-
NO. XC. N. F. VLLIO. DVO. VIR. P. RUTILIO. CN. MAL-
LIO. COSS. OPERVM. LEX II.* Ne quid tamen dissimulem,
liber quidam, in pergameno descriptus, quem mihi vtendum de-
dit vir doctissimus, meique amantissimus, Gulielmus Canterus,
Mallium habet, simpliciter L. nec aliter Plutarchus vocat in vita Ci-
ceronis, *ἄτοι γὼ ἡμερὶν Μάλιον ἕταρον.* & iterum. *ὄτις τὸν Μάλιον.*
Ego tamen, *Mallium* legendum puto, consentientibus præsertim
antiquis libris, & veteri inscriptione, quam paulo ante posui &
Canteri codex aliis in locis, nulla varietate, *Mallium* duplici ll.
profert.

Vtrique ad urbem imperatores erant.) Pedianus: *Li utrique ad ur-*

hem imperatores erant, legit. Donatus: Hi utrique imperatores, ad urbem erant utriq; impediti ne triumpharent, calumnia paucorum. non contemnenda lectio. Apographon Martinianum: utrique ad urbem Romam Imperatores erant. quod mendum ex ora libri, in contextum a librario esse translaturum existimo. nam cum animaduertisset & alibi hoc modo Sallustiū esse locutū, vt supra, eo die post conditam urbem Romam, pessimū facinus patratū foret. & infra: cum eam seruaret M. Tullius inquit: nus civis urbū Roma, dictionē Romam addendam putavit, ignorans omnem magistratum, etsi intramuranus non sit, ad urbem tamen dici. Cicero lib. 9. epist. ad Atticum: *vti legi tuas litteras, quas a Fannio nostro acceperam, quibus mecum agebas, vt ad urbem essem.* Idem lib. 4. in Verrem: *Eripuit tibi istam orationem, Siculoꝝ atque aratorum statua illa equestres, quas tu paulo ante, quam ad urbem venires, parari iussisti: que iussisti.* Cæsar lib. 1. de bello ciuili: *dente oparam Coss. P. R. trib. pl. quique Coss. sunt ad urbem, ne quid respub. detrimenti capiat.*

Premium decreuere, seruo libertatem, sestertia centum, &c.) Tanta est hoc loco lectioꝝ diuersitas, vt dubites quam potissimum sequaris In quibusdam est: *Premium seruo, libertatem, & C. sestertia, libero impunitatem eius rei, & sestertia ducenta milia.* In aliis: *Seruo libertatem ex SC. sestertia C. libero impunitatem eius rei & sestertiorum terducenta milia.* In nonnullis item: *Decreuerunt premium seruo libertatem, libero impunitatem eius rei, & sestertiorum ducenta milia.* Iudicent docti. ipse quidem nihil mutare in tanta lectioꝝ varietate volui.

CAP. XXXI. ¶ *Gladiatoria familia*) Arbitror Sallustium per gladiatoriam familiam, seruos gladiatores intelligere. Horum enim amicitiam Catilina contraxerat, ita vt nemo inter eos esset, paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateretur. Cicero inuestiua secunda in Catilinam: *Gladiatores quam sibi ille maximam manum, & certissimam fore putauit, quanquam meliore animo sunt, quam pars patriciorum, potestate tamen vestra continebuntur.* Portius Latro, in declamatione in Catilinam: *Si L. Catilinam constat, dies omnes, omnium ciuium conscientia, siue in foro, siue in turmā agere; nunc stipatum catervis exoletum seruorum, nunc vero gladiatoris agminibus per ora vulgæ palam obuolitare.*

Lege Plautia) Tulit hanc legem M. Plautius Silanus tribunus plebis, in eos qui vel vi rempub. oppugnassent, vel clam & dolo aliorū salutē infidias fecissent. Cicero de responsis Araspiciū: *Deinde cum ille saxū, & ignibus, & ferro, vastitatem maiū edibus intulisset, decreuit Senatus, eos qui id fecissent, lege de vi, qua est in eos, qui uersam Rempub. oppugnassent, teneri.* Idem pro Milone: *Hanc uero quaestionem, etsi non est iniqua, nunquam tamen Senatus constituendam putauit. Erant enim leges, erant quaestioꝝ; vel de cado, vel de vi: nec tantum mœroris, ac luctum Senatus mors P. Clodii adferbat,*

bat, ut noua questio constitueretur. Accedit & huius orationis interpres Pedianus: Deinde, inquit, post paucos dies apud Considium quaestorem, lege Plautia, de vi, subscriptione eadē, accusatum est, quod loca occupasset, & cum telo fuisset ante signatus operatum Milonē. Sall. in Ciceronem: Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, qua post consulatum, cum Terentia uxore, de Rep. consuluisti, cum legis Plautia iudicia domi faciebatis. Atque hanc Plautiam rogationem C. Cæsar oratione sua suauis: id quod ex Gellio intelligi potest: cuius vebra libr. 13. cap. 3. hæc sunt: Reperi tamen in oratione C. Caesaris qua Plautiam rogationem suauis, necessitatem pro necessitudine distam, id est iure affinitatis.

Incidium meum ruina vestingam) Veteres quidam libri, *Incidium meum ruina vestra vestingam* Antiqui mei, vob excepto, cum vulgata, receptaque hodie lectione faciunt. nec aliter Florus, eadem de re loquens, *Consul*, inquit, *habito senatu, in ora sentem parricidam riuum Cicero perorauit, sed non amplius profectum, quam ut hostis euaderet, seque palam professo incendium suum restitutum ruina minaretur.* Valerius Maximus lib. 9. cap. 11. *L. vero Catilina, M. Cicerone incendio ab ipso excitato dicens: sentio, inquit, & quidem illud, si aqua non potero, ruina vestingam.* Et Cicero pro Murena; *Catilinam aut Catoni iudicium minitanti respondisse, si quod esset in suis fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restitutum.*

CAP. XXXII. § *Multo ante capere ea qua bello vsui forent*) Im-pressi omnes, quibus consentiunt quidam m. cod. *mulso ante capere qua bello vsui forent.* Sed verior omnino elegantiorque est lectio a me restituta. nam in Iugurthino: *& ignaris omnia parare qua mox vsui forent.*

CAP. XXXIII. § *Argentum are solutum est*) Sunt, qui *Argentum are communi solutum est*, scribendum existimant. Sed hi aperte Nonii Marcelli auctoritate, refelluntur, qui in verbo *Soluere* omissa dictione *communi* hæc profert.

Non imperium, neque diuisias) Quidam libri m. *neq; imperium, neque diuisias.* Ego tamen nihil mutō.

CAP. XXXV. § *Commendationi meae tribuit*) In quibusdam est: *Commendationi nostra tribuit.*

Non quia es alienum, meis nominibus ex possessionibus soluere non possem;) Magna est lectionum huius loci diuersitas. quidam libri: *Non quia es alienum meis nominibus ex possessionibus soluere possem.* Quidam: *non quin es alienum meis nominibus soluere possem.* Quidam etiam: *non quia es alienum meis sumtum nominibus.* Ego hanc eodicum veterum scripturam respicio, nostramque quam hoc loco, reposuimus, multo elegantiore ac veriore puto.

Honore honestos) Est in cunctis fere quæ ipse viderim exemplaribus: *Honore honestos.* Nos, *honore honestos*, scripsimus: idque

antiquo more dictum Plaut. in Captiuis: *Qui me honore honestitatem semper fecit & facit.* Confirmat & hanc lectionem Felicius Durantinus. Quamuis non negem honore honestatos, eleganter ac Latine dici. Cicero in oratione pro domo sua: *Tamen ne inquit, sum tua voce violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum tot vides iudicium Senatum P. R. totius Italia honestatum.*

Haueto.) Omnes antiqui, & impressi codices, *Haueto* habent. Ego in uitis libris omnibus, *Haueto* scripsi. atque eius scripturæ, cum multa & manifesta vetera monumenta adferre possim. pauca que sunt eminentissima proponam, & primum illud Ciceronis, quod in Zacintho extare dicitur: MARCE. TVLLI. CICERO. ET. TV. TERTIA. ANTONIA. HAYE. & IYLIAE. S. P. F. THAID. I. HAYE. THAIS. DIL. TIBI. BENE. FACIANT. Est & alia quædam inscriptio vetus, id liquido demonstrans his verbis: QVINQV. INNIO. POSTQVAM. VXOR. ABISTI. DEDICATA. PRIVS. ÆDICVLA. MONVMENTVM. HOC. TIBI. STATVI. TECVM. QVOTIDIANVS. VT. LOQVERER. NEC. SI. MIHI. NON. RESPONDES. NON. RESPONDEBIT. DESIDERIVM. TVI. PER. QVOD. IPSA. MECVM. SEMPER. ES. AVT. OBMYTESCIT. MEMORIA. PER. QVAM. IPSE. TECVM. NVNC. LOQVOR. HAYE. IGITVR. MEA. HADRIANA. VBI. OSSA. MEA. TVIS. MISCVERO. VTERQVE. SIMVL. BENE. VALEBIMVS. VIVENS. TECVM. VIXI. AN. XXIX. DIES. XIX. VICTVRYVS. POST. MORTVVS. ÆTERNITATEM. ÆTERNAM.

Sed ipse paucos dies commemoratus.) Vetus liber *Sed ipse prius paucos dies commemoratus.*

In agro Reatino.) In nonnullis legitur: *In agro Aratino.* quæ scripturam & Vincentius Castiloneus se in suis aliquot antiquis codicibus reperisse testatur. Nos interim vulgatam lectionem retineamus.

CAP. XXXVI. ¶ *Ea tempestate, mihi imperium pop Rom (Sic.)* Hæc est vulgata lectio, multorum mss. cod. fide comprobata. Non dissimulabo tamen peruetusti cuiusdam libri scripturam: *Ea tempestate imperium P. R. multo maximo miserabile mihi visum est, cui cum ab occasu ad ortum solis omnia arvis domita parerent, &c.*

Neque castris Catilina quisquam omnium excesserat.) Omnes impressi codices: *Neque ex castris Catilina quisquam omnium discesserat.* Nos vnus codicis fidem & auctoritatem secuti, *neq. castris Catilina quisquæ omnia excesserat,* scripsimus. Sic & Cæsar lib. 1. v. de bello Gal. *Nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenumque transferant.*

CAP. XXXVII. ¶ *Ætatem agerent.*) Tres mss. lib. *Vitam agerent,* ut in oratione Catonis: *qui demissi in obscuro vitam agunt.* Sed frequentius apud Sallustium, *ætatem agerent,* legimus. ut, *Sine metu ætatem agere. Regio victu atque cultu ætatem agerent. In excelso ætatem agunt. In exsilio ætatem agere. Pax luxum, atque ignauiam,*
ætatem

atatem agunt. Procul a republ. atatem agere. & ideo nihil muto.

Reverserat.) Hanc scripturam perantiquus quidam liber agnoscit. In aliis *rederat* scriptum offendi. quæ an purior & elegantior sit lectio, alii erunt iudices.

CAP. XXXIX. ¶ *In his erat A. Fulvius.*) Prænomen Fulvii hoc loco restituumus, adiuti ab antiquis exemplaribus.

Parens necari iussit.) Quidam libri *parens necari præcepit.* quo verbo in eadem significatione & in Iugurthino vitur.

CAP. XL. ¶ *Miseriis suis remedium mortem expectare.*) Mirè hic variant exemplaria vetusta. quædã habent, *miseriis suis remediũ morte expectare.* quib. consentiunt impressa nonnulla. Alia: *miseriis suis mortẽ sperare.* Alia: *miseriis suis mortem, & non remediũ spectare:* quæ melior sit scriptura iudicabunt alii: nos interim nihil mutamus.

CAP. XLIII. ¶ *Filiis familiarum.*) Particulam *Sed,* quæ in cunctis impressis libris reperitur, deleuimus. sententiam nostram confirmante antiquo Prisciani codice, quem habet Sixtus à Popma.

CAP. XLIV. ¶ *Ceteri nihil suspicantes dant.*) Nonnulli m. lib. *Ceteri nihil doli suspicantes dant.* Ego vulgatam lectionem sequor.

Qui sum ex eo, quem ad te misi, cognosces.) Recte aliquot eruditissimi viri existimarunt scripturam hanc non carere mendo. mihi quoque de eius integritate certum non est. Veterum tamen codicum lectionem cum fide proponam, ut possit ex ea lector meliorem elegantiorumque eligere. sic igitur in quibusdam scriptum legitur: *Qui sum ex eo quem ad te misi, cognosces. fac ut cogites in quanta calamitate versaris: memineris te virum esse, consideres quid tua rationes postulent: petas auxiliũ ab omnibus, etiam ab infirmis.* In nonnullis: *Quis sum, ex eo quem ad te misi, cognosces. fac cogites in quanta calamitate sis, & memineris te virum esse, consideres quid tua rationes postulent, ut auxiliũ petas ab omnib. nobilibus, etiam infirmis.* In aliis: *Qui sum, ex eo quem ad te misi, cognosces, fac tu cogites, in quanta calamitate sis, & memineris te esse virum, & consideres quid tua rationes postulant: petas auxiliũ ab omnib. & ab infirmis.*

CAP. XLVIII. ¶ *Neque amplius potestatem faciendam.*) Locum hunc corruptum esse, sensumque ex eo aptum, & idoneum elici non posse, Glareanus existimat. Mihi certe vel maxime probatur, ita ut nihil desiderari credam. Nam *mi* mei cum impressis concordat. & sensus, nullo iuncto verbo, plenus & absolutus est. Cum Tarquinius ea dixisset, quæ de Catilinæ coniuratione, cum ex ipso Catilina, tum vero ab aliis audierat, & M. Crassum, hominem potentem nominaret, frequens senatus decrevit, idque Cicerone consulente, Tarquinium falsa dicere, neque amplius illi potestatem loquendi esse faciendam, nisi auctorem iudicaret, cuius consilio rem tantam mentitus foret.

CAP. LI. ¶ *Omnes homines.*) Etsi in quibusdam antiquioribus, *Omnia homines* scriptum sit, hoc tamen loco, non *omnia*, sed

omnes, legendum est. id quod partim m^s. lib. partim Carisius, lib. I. de Analogia agens, confirmat.

Compleri) Variant hic veteres libri. cum sic nonnulli, alii *impleri* habeant. & quanquam idem est utrobique sensus, prior tamen lectio verior. nam in Iugurthino: *Luctu atque cado omnia complentur*. D. quoque Augustinus, libro primo de Ciuitate Dei ad Marcellum, *Compleri*, non *Impleri* legit.

Ex bonis iniitiis, orta sunt) In m^s. quodam scriptum comperi) *Ex bonis rebus vel domesticis orta sunt*. Nihil interim mutuo.

C A P. LII. ¶ *Sint misericordes in furibus araris: ne illi sanguinem nostrum largiantur*) Et si hæc est vulgata, receptaque lectio, multorum quoque veterum codicum auctoritate comprobata; non ex labo tamen per antiqui cuiusdam libri scripturam: *Sint misericordes in furibus araris; caueant, ne illis sit periculum, dum sanguinem nostrum largiantur, & dum paucis sceleribus parcunt, bonos omnes perditum eant*.

Ne ista vobis mansuetudo,) Sic omnes impressi libri: quidam ex m^s. meis: *Sed caueat ne ista vobis mansuetudo*. Alii: *Veretur ne ista mansuetudo*. quomodo & Felicius Durantinus legit, sed male. nam Donatus in Andriam Terentii hunc locum citans, vulgatam lectionem sequitur, & idcirco hoc modo legendum puto. *Atque etiam armatos dimittatis: na ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet. ut verba illa, Atque etiam armatos dimittatis, per interrogationis signum efferantur: quod & doctis quibusdam placere video.*

Vigilando, agendo, bene consulendo.) Sic quidem omnes habent codices prælo excusi, per antiquus liber: *Vigilando, agendo, bene operando, vel consulendo*. Si mihi tamen quod sentio, dicere liceat, puto hæc verba, *vel consulendo*, aliunde in textum orationis irrepsisse: cuius mex suspicionis ea est ratio; quod in antiquo libro, *bene operando, vel consulendo*, scriptum inueni. Nam cum agendi duo possint esse actus, operari videlicet, & consulere, hæc primo in ora libri scripta fuerunt, eaque deinde scriptor librarius in contextum recepit. Huc etiam accedit quod Seruius verba illa, *bene consulendo* omiserit: ita enim hunc locum profert. *Non votis, neque suppliciiis muliebribus deorum auxilia comparantur, vigilando, laborando, prospere omnia cedunt. ubi socordia sese atque ignauia tradideris, nequicquam deos impletes.*

C A P. LIII. ¶ *Senati decretum fit,*) Vulgati omnes quibus cum faciunt antiqui mei: *Senatus decretum fit*, habent. Nos *senati decretum fit* restituumus, ex Carisio locum hunc citante. Est autem *Senati* genitiuus antiquus, qui etiã in inscriptione veteri reperitur, quæ in agro Veronensi extat, verbis ad hunc modum conceptis. **S. E. A. T. T. I. L. I. V. S. M. F. S. A. R. A. N. V. S. P. R. O. C. O. S. E. X. S. E. N. A. T. I. C. O. N. S. V. L. T. O. I. N. T. E. R. A. T. T. E. S. T. I. N. O. S. E. T. V. I. C. I. T. I.**

RETINOS. FINIS. TERMINOS QUE. STATVI. IVSSIT.
& in Sallustii libris Historiarum, *Senati decreto serviendum no sit.*
Sed & *Senatus* veteres dixerunt: id quod *Helenius Acron*, ad *Terentianum* illud in *Adelphis*.

Nunc exacta atate, hoc fructi pro labore ab his fero.
adnotavit: & *senatis consulto* *Sisenna* libr. III. *Histor.* simul & *senatis consultis clarissimis amplificatis.*

CAP. LIV. ¶ *Non de divitiis, cum diuite, neque de factione cum factioso, sed cum strenuo de virtute, cum modesto de pudore, cum innocente de abstinentia certabat.*) Ita nos totum hunc locum restituumus; cum antea in vulgatis receprisque libris legeretur, *non divitiis cum diuite, nec factione cum factioso, sed cum strenuo, virtute, cum modesto, pudori; cum innocente, abstinentia certabat.* Confirmat autem veterum codicum scripturam *Q. Curtius* libr. 4. *Iam non de gloria, sed de salute; &, quod saluti proponitis, de libertate pugnandum est.* *Cicero* in *Divinatione* in *Verrem*: *Ecquis unquam iam palam de honore, iam vehementer de salute sua contendit.*

Postquam, uti dixi.) *Mf. quidam: Postquam autem senatus.* Nos nihil mutamus, neque tamen antiquam scripturam dampnamus.

CAP. LVIII. ¶ *Verba virtutem viris non addere*) *Dictionem viris* hoc loco restituumus in omnibus editionibus omisam: eamque addendam esse, & *Felicius Durantinus* confirmat. *Quin & ipse Sallustius* in bello *Iugurthino*: *plura dicerem, Quirites, si timidus virtutem verba adderet.*

Præterea necessitudo que etiam timidos fortes facit) Hunc locum *Nonius* citat, in dictione *Necessitudo*. Sed *Nonii* verba, a deo mance deminuteque leguntur, ut nullus certus, ac idoneus sensus, ex iis elici possit. Verba eius, quo clarior res sit, apponam. *Necessitudo pro necessitas. Sall. Iugurth. bello: Etiam iam ante Iugurtha filia, Boccho nupserat. verum ea necessitudo, qua etiam timidos fortes facit.* Ego verba hæc non errore libratorum ita scripta esse, sed *Nonium*, ut in aliis multis, memoria lapsum existimo. nam verba illa: *Etiam iam ante Iugurtha filia, Boccho nupserat. verum ea necessitudo,* legenda sunt hoc pacto: *Etiam iam ante Iugurtha filia Boccho nupserat. verum ea necessitudo, apud Numidus, Maurosqque, levis ducitur.* Neque sententia horum verborum huic loco est conveniens: nam apud *Sallustium*, *necessitudo* pro *affinitate*; apud *Nonium* vero, pro *necessitate* ponitur. Verba quæ sequuntur: *Quæ etiam timidos, fortes facit,* ex hoc loco desumpta sunt, eaque legenda & ponenda sunt, post illa, *Necessitudo pro necessitas. Sall. Catil. bello. cictis* explorisque ceteris, quæ apud *Nonium* primo loco ponuntur.

Quod si virtuti vestra fortuna invidet) *Quidam mf. cod. Quod si forte virtuti vestra fortuna invidet. nec reucienda lectio.*

CAP. LIX. ¶ *Ipsa cum liberis*) *Docti quidam legendum existimant. Ipse Catilina cum liberis. Alii: Ipse Catilina cum libertis. Ac*

mihi dictio *Catilina* ex annotatiuncula nata videtur. nec antiqui libri eam habent.

C A P. L X. § *Sereni militis. & boni imperatoris officia, simul exsequobatur.*) Videtur respexisse ad Homericum versum, quem de Agamemnone scripsit.

ἄμφότερον βασιλῆος τ' ἀγαθὸς καὶ πειρῆος τ' ἀρχηγῆτος. quo ita Alexander Magnus delectabatur, ut cum omnibus Homericis versibus præferret, quasi ea duo in ipso essent.

C A P. L X I. § *Paulo diuersi, alii alibi stantes, omnes tamen aduersis vulneribus conciderunt.*) Ita hunc locum, ex Carisio, Prisciano, & Diomede restitutum; cum in omnibus libris, prælo excusis, legeretur: *Paulo diuersus, sed omnes tamen aduersis vulneribus conciderant.* Neque vero me fugit, hunc locum ab aliis quoque animaduersum ac notatum; eum tamen in contextum nondum receperunt. Ego, cum hæc vera sit huius loci lectio, in textum eam recipere non debitaui. Confirmant enim, præter grammaticorum auctoritatem, & verba paulo ante præcedentia: *Eosque perurbasos, atque alios alibi resistentes, interficit.* Dixit aliis antiquorum more, sic Plautus in Milite:

Qui nisi adulterio studiosus, nulli ali rei est improbus.

& Catullus Epigrammatis:

Coniugium quod non fortior ausit alii.

Paululum etiam spirans.) Ita in veteribus libris legitur, vulgaris omnibus reclamantibus; in quibus, *paululum etiam adhuc spirans*, scriptum est, sed prior vera, & ingenua est, (ut opinor) lectio, eamque secutus sum.

CYPRIANA POPMA IN C. SALLV- stii Crispi Bellum Iugurthinum, Emendationes.

C A P V T I.

C*eterasque bonas artes.*) Hæc lectio in omnibus peruulgatis exemplaribus, & quatuor manu descriptis reperitur. Verum in duobus peruetustis libris: *Aliaque bonas artes* scriptum animaduerti; quomodo & Donatus citat, act. 2. scen. 2. in Eunuchum Terentii. Nos tamen hic vulgatam, receptamque lectionem non mutauimus. Etenim apte sane quadrat eum illo Catilinarii loco: *Namque auaritia, fides, probitatem, ceterasque bonas artes subuertit.*

Vires, tempus, ingenium.) Impressi quidam codices: *Vires, tempus, ingenium, atus*, habent. Vincentius Castiloneus se, dictionem *atus*, in nullis ms. reperisse affirmat. Ego in duobus codicibus in pergameno descriptis inueni, quod lectorem adiuuare volui, et, si in contextum non receperim.

Neque regerentur magis casibus, quam regerent casus.) Quisdam in suis mss. libris dativum, *casibus*, deesse, refert. Ego consentientibus antiquis libris, eum minime delendum censeo. In vno tamen mss. permutato verborum ordine legitur: *Neque casibus regerentur magis, quam regerent casus.*

CAP. III. § *Neque illi quibus per fraudem ius fuit.*) Sic omnes habent impressi libri, quos viderim, neque aliter manuscripti quidam. In vno per antiquo libro scriptum comperi: *Neque illis quibus per fraudem concessum ius fuit.* quam lectionem quamvis non probeam, silentio tamen præterire nolui, præsertim cum eam & Ascensianus, & Beroaldinus codex agnoscant.

Cadem, fugam, incendia.) Dictionem *Incendia* hoc loco restitutumus, a librario properante, vel aliud agente in omnibus editionibus omissam. eamque addendam esse intelliges, si præcedentia cum sequentibus conferas, & locum accurate totum excutias.

CAP. V. § *Furtim & per latrocinia potius.*) Mss. quidam. *Furtim & quasi per latrocinia potius.* Ego, quamvis vulgatam scripturam non mutaverim, non tamen hanc damno.

CAP. VII. § *Neque per vim, neque per insidias.*) Sic mss. libræque lectio mihi magis probatur, tamen si parum intersit.

CAP. VIII. § *Novi atque nobilis.*) Ita impressi, ita antiqui omnes habent. Nonius in dictione *Tempestat*, *novi atque ignobiles legit.* Ego tamen, pace Nonii dixerim, non *ignobiles*, sed *nobiles* legendum puto: idque verba statim sequentia aperte, dilucideque demonstrant. Credo autem ansam errori Nonio dedisse dictionem *Novi*: cui cum *ignobilis* responderet, non inspecto Sallustii libro, sed memoriæ confidens, *novi atque ignobiles* scriptum fuisse putavit.

Non aliquibus largiri insuesceret.) In multis legitur: *Non quibus largiri insuesceret.* & ita alii in suis quoque scriptum fuisse testantur. Ego nihil mutô.

CAP. IX. § *Cum liberis.*) Sic codices antiqui habent. & supra: *tamen postquam hominem adolescentem exacta sua aetate & parvis liberis, magis magisque crescere intelligit.* & infra: *quoniam in parvis cum liberis suis, regni quæ participem fecisti.*

Huiusmodi verba cum Iugurtha fersur habuisse.) Ita codices vulgati, quibus cum consentiunt nonnulli manuscripti. Ego, licet hanc scripturam religiose conservandam putem, proponam tamen lectionem quam in vno codice per antiquo reperi: *Dicitur huiusmodi orationem cum Iugurtha habuisse.*

CAP. X. § *Parvum ego te Iugurtha.*) Sic cuncti impressi habent. Donatus *Parvulum* legit, Terentianum illud in *Andria* exponens: *Ego postquam te emi a parvulo, tale est,* inquit, apud Sallustium: *parvulum ego te Iugurtha.*

Officio & fide parantur.) Antiquus quidam codex: *Obsequio & fide parantur.* sic & Terentius in *Andria*: *Obsequia,* inquit, *amicos, ve-*

vitae odium parit. Non tamen sum ausus vulgatam scripturam delere, ceteris libris dissentientibus, in quibus ea reperitur.

Vos autem Adherbal, & Hiempsal colite, veneramini & observate talem hunc virum) In omnibus antiquis, novisque, quæ vidi, exemplaribus, locus hic mancus, deminutusque fuit. cum nos repleuimus ex Priticiano, locum hunc citante.

C A P. XI § *Ingurtha inter alias res iacit oportere*) Quidam prælo excusi codices: *Iugurtha inter alias res aut oportere.* Nonnulli ex manuscriptis meis: *Iugurtha inter alias res dicit oportere.* Nos tamē *iacit* legendum arbitramur, ob rationes quas illi adferunt, qui antea nos in Sallustium Castigationes scripsere.

Quam quisquam ratum erat, descendit) Secutus antiquorum codicum fidem, locum hunc sic scripsi, damnata vulgata lectione, in qua verbum *erat* omissum est. Nam paulo ante. *Sed ea res longe aliter, ac ratum erat, euenit.* Quare minime illis assentior. qui verbum *erat*, ex glossa inepti alicuius & insulsi litteratoris irrepsisse putât.

C A P. XIII. § *Quam maximas potest copias parat*) Sic ex duorum ms. cod. consensu legimus: & ita nonnulli in vetustioribus suis impressis, & Merseburgensi exemplari scriptum fuisse restantur. Confirmant hanc scripturam verba sequentia: *Adherbal ubi intelligit eo processum, uti regnum aut relinquendum, aut armis retinendum esset, necessario copias parat. & Consul impeditus a trib. pleb. ne quæ parauerat copias. & iterum: Igitur explorato hostium itinere, in spe victoria adductus, ex opportunitate loci, quam maximas potest copias omnium generum parat. & libr. I. Histor. Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copiis, quas parauerat, accersit.*

Sed ubi res ad certamen venit) Ms. quidam: *Sed ubi rex ad certamen venit*, habent. sed utraque lectio sustineri potest.

C A P. XIV. § *Iugurtha homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus*) Canteri liber hoc modo hunc locum profert: *Iugurtha hominum, quos terra sustinet, sceleratissimus.* non contemta lectio.

Secundum ea si desideranda erant, uti debitis, uter.) In nonnullis ms. inuenio: *Sed ea si desideranda erant*) *uti debitis uter.* Quam lectionem & impressi quidam habent. Locus hic obscurissimus est, & doctos etiam homines diu torfit. Ego sensum hunc esse existimo. Conqueritur Adherbal optare se, ut a P. R. auxilium petere possit, non ob maiorum beneficia, sed ob propria in Rempub. collata; tum enim iis, tanquam sibi debitis, uti posset. Sed quoniam contra accidit, & Iugurtham hominem sceleratissimū cognouerit, qui contemto P. R. imperio, Masanissæ nepotem & illorum amicum, regno, fortunisque omnibus expulerit, illorum se nunc auxilium & opem implorare, quibus tamen, quod sibi miseritimum est, cogitur prius oneri, quam vsui esse.

Summa ope niti) Eruditi nonnulli viri legendum arbitrantur: *maxima ope niti*. priorem lectionem in meis libris inueni; & confirmat Salustius in initio Catilinaris: *omnis homines qui sese stident praestare ceteris animalibus.* & in Iugurthino: *nobis uo merita sua carus, ut idem senatus populoque Romano sit, summa ope nitentur.* &: *sed ab iisdem regis fautoribus summa ope eni uim item: contra eos summa ope nitentur.* &: *Vos pro libertate quam au illu accepistis, nonne summa ope nitimini.* & in oratione ad Caesarem de rep. ordinanda: *M. L. uio Druso semper consiliu fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate.*

Qua me premunt arumnas.) Scripti quidam libri: *qua me premunt miseriae*, ut paulo ante: *cuius impio facinore, in has miseriae proiectus sum.* & iterum: *fratris mei necu, mearumque arumnarum graues pœnas reddat.* Si quis tamen non *miseriae*, sed *arumnas* legendum existimat habet codices quos sequatur.

CAP. XV. (Seuere vindicandam) Nonnulli codices *diu vindicandam*. Sed nos priorem lectionem sequemur, quam plurima exemplaria comprobant.

CAP. XVI. (Qui Coss. C. Graccho & M. Fului interfecit, acerrime vindictam. &c.) Omnes fere vulgati, impressique codices: *Quia consul C. Graccho & M. Fului interfecit, acerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat*, habent. Ego hanc scripturam, quam in antiquis libris inueni, elegantiore, ueritate neque arbitrator. Cum enim C. Gracchus tribuus plebis, legem agrariam tulisset, eaque post tribunatum abrogaretur, cum Fului Flacco, uisceratorum hominum corroborata, Auentinum occupauit: quos tamen L. Opimius consul, ex senatus decreto, quo cautum erat, ne quid resp. detrimenti caperet, immixtis sagittariis oppressit. Neq; Opimio auctores seditionis necesse satis fuit, sed & tria millia hominũ interfecit. quare a Q. Decio in iudicium uocatus, defendente Carbone senatus eum periculo liberauit. Tandem a Iugurtha magnitudine pecuniae a bono, honestoque in prauum abstractus, reus Manlianae rogationis factus, eiectus est a patria. Cicero in uelutã prima in Catilinam: *Decreuit quondam senatus, ut L. Opimius uideret, ne quid resp. detrimenti caperet. nox nullis intercessit. mox interfecit est propter quosdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus, uisus, maioribus: Occisus est cum liberis M. Fuluius consularis. Pro Sestio: Unus in hac ciuitate, quem quidem ego possum dicere praclare uir de repub. meritis, L. Opimius indignissime concidit. cuius monumentum celeberrimum est in foro, sepulchrum desertissimum in littore Dyrrachino relictum est, atque hunc tamen flagrantem in inuidia propter interitum G. Gracchi semper spe P. R. periculo liberauit, alia quadam ciuũ egregium iniqui iudicis procella peruerit. Et in Pisonem: L. Opimius eiectus est a patria, u qui pator, & consul a maximis tempub. periculo liberatus*

non in eo cui facta est iniuria, sed in iis qui fecerunt, sceleris, ac conscientia poena veniant. Vide eundem in Bruto, & de Legibus.

C A P. XXI. ¶ *Velle & censere eos ab armis discedere, de controversiis suis iure potius, quam bello discutere; ita sequi illi: que dignum esse.*) Locus hic in omnibus vulgatis libris, maucus, deminutusq; fuit: quem nos additis his verbis: *De controversiis suis iure potius, quam bello discutere*, supplevimus ex codice Parcensi, quem nobis praestitit Gosuinus Rivius, vir cum religiosus, tum humanus. & sane abesse non possunt: sed negligentia librariorum ommissa sunt, qui auctorem nostrum & alios in locis frequentissime male multatum reliquerunt, ablatis aliquot verbis. Neq; id, quod magis dolendum, in Sallustio solum, sed etiam in Cicerone, Livio, Plinio, aliisque multis auctoribus accidit, in quibus emendandis, doctissimi viri certatim laborant, quod germana lectio, eorundem indigna temporum iniuria depravata, tandem priscum recipiat nitorem, ac in integrum restitatur. Sed Ciceronis mentio paullo ante habita, nos admonet, ut locum quemdam summi illius oratoris, in omnibus exemplaribus corruptissimum, huc adscribamus. Eius verba ad senatum, & ceteros, haec sunt: *Amicosq; in patriam eius fide, atque iudicio probatos hortatus sum.* quae ex vetustissimo illo, & omnium integerrimo codice, ex quo infinita paene loca Titus a Popma in Emendationibus suis in Epist. ad Familiares restituit, quas brevis in communem rei litterariae utilitatem emittere, hoc pacto legenda sunt: *Amicosq; patriam eius, atq; qui iudicio probatos hortatus sum.*

C A P. XXII. ¶ *Sed iu rumor clemens erat.*) Alii: *Sed hic rumor clemens erat*, scripserunt. Sed cum in antiquis libris, & Prisciano prior lectio reperitur, eam retinendam censeo.

C A P. XXIV. ¶ *Nisi tamen intelligo illum supra quam ego sum, petere, neque simul amicitiam vestram, & regnum meum sperare.*) Locus hic, librariorum incuria, turpiter sceleratus est, nonnullique cruditi viri, summo studio, summaque industria elaborarunt, ut antiquam & sinceram lectionem restituerent. Sed quamvis diu multumque quaesierint, nihil excogitare potuerunt, quod aliquo modo veterem scripturam referret. Non relabo lectorem quorundam opinionem, existimantium hoc pacto esse legendum: *Nisi tamen intelligo illum supra quam ego sum, petere, & simul amicitiam vestram, & regnum meum sperare.* Et hanc quidem lectionem confirmari ex eo purant, quod paullo ante scribit Sallustius, Iugurthae nihil carius auctoritate senatus fuisse, & ita ab adolescentia vitam instituisse, ut ab optimo quoque probaretur, virtute, non malitia P. Scipioni summo viro placuisse.

Vt libet consulere.) Ms. quidam: *ut placet consulite* vulgatam tamen lectionem, quo libentius retineam facit, quod eam plurimum codicum auctoritate comprobata inuenio.

C A P. XXV. ¶ *Hi quod in invidia res erat.*) Ita in vulgatis, im-

pres-

pressisq; libris legitur. Ego in duobus ms. cod. reperi: *S: d quia in Numidia res erat.* quare docti deliberent quomodo legendum sit.

CAP. XXVII. ¶ *Prolatandis consultationibus.* Ita legendum, non ut alii volunt: *Prolatandis consultationibus.* Sallustius in *Catilinatio: illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.* Idem in oratione Philippi, libro *Historiarum primo: Non prolatandis seditionibus, inquit ipse, nos in solitudine retineras.* Liuius libro II. ab V.C. *prolatandum igitur comitiis cum magistratu dictator abisset, res ad interregnum rediit.*

CAP. XXIX. ¶ *Per Satyram.* Manuscripti quidam libri: *Per Satyram legem* habent. Sed siue vulgaram, siue antiquam lectionem sequamur, sensus meo iudicio est apprime commodus. *Fuit lex Satyra, Festo auctore, ex multis alius legibus confecta. Itaque in sanctione legum adscribitur, Neve per Satyram abrogato, aut derogato. T. Annius Luscus, in ea, quam dixit aduersus Ti. Gracchum: Imperium quod plebes per Satyram dederat, id abrogatum est. & C. Laelius in ea, quam pro se dixit: Dein postera die, quasi per Satyram sententiis exquisitis, in deditionem accipitur.* Hæc Festus, ex quibus factis euidenter apparet, Sallustiū hæc verba ex oratione Lælii, in hæc historiam transtulisse, multa que alia a veteribus summissa, ut non sine causa olim hoc Epigrammate eum inceserint:

Et verba antiqui multum furate Catonæ

Crispe, Iugurthina conditor historia.

Deinde lex Satyra, lege Cæcilia & Dedia, abrogata fuit: id quod Cicero in oratione pro Domo sua, testatur: *Decreuit, inquit, Senatus M. Drusi legibus, qua contra legem Cæciliam & Dediā lata essent, populum non teneri. & intra: Qua est quasi alia vni qua sententia Cæcilia legis, & Dedia, nisi hæc; ne populo necesse sit in conueniis rebus compluribus, aut id quod velis suscipere, aut id quod nolit repudiare.* Hinc Piscenius Festus libros suos *Historiarum* per Satyrā inscripsit, quod ex multis, variisque libris collecti, & in vnum volumen digesti essent: quemadmodum & Pandect. opus, ex immensis 10. libris, in L. auctoritate suasioneq; Iustiniani redacti sunt. id quod ex eius, in *π.* præfatione intelligitur, in qua sic scribit: *Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur, non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim, & quasi per Satyrā collectum, & utile cum inutilibus mistum, maxima parte inutilibus deputatum: id est, nullo ordine, sed confuse ac perturbate, dummodo hinc, modo illinc, aliquid decerpitur.* Sic Sulpater Catilius, lib. 2. *Nam omnia in se capit quasi collecta per Satyrā, concessa sibi rerum varia potestate.*

CAP. XXXI. ¶ *Non manu, neque vi.* Quidam: *non manu neque vi censeo*, legunt. sed in meis mss. & codice Aldino, verbum *Censeo* omisum est. præcedenti enim versu, *quid igitur censeo*, inquit; idque errori occasionem dedit. & in *Catilinario* Sallustius: *Placet*

igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilina? minimo: sed ita censeo, Publicandas eorum pecunias ipsos in vinculis habendos per municipia, qua maximo opibus valent, neu quis de his postea ad senatum referat, nemo cum populo agat: qui aliter fecerit, senatum existimare eum contra rempub. & salutem omnium facturum. Neque enim hoc loco verbum *Censeo*, bis repetitum est, in antiquis, & impressis quibusdam libris: & ob id, cum multo verior, tum elegantior est hæc lectio.

Vos autem inuicti ab hostibus) Impressorum, antiquorumque codicum lectio est: *Vos autem, hoc est populus Romanus, inuicti ab hostibus*. Ego verba illa: *Hoc est populus Romanus*, delcui. Fieri namque solet, vt in margine, glossematis vice quædam adiciantur, quæ deinde ab iis qui libros exscribunt imperitis (vt id genus hominum esse solet) in textum irrepant. Neque vero me fugit, nonnullis, quibus nihil placet immutari in vulgatis, impressisque libris, hanc meam emendationem non placituram. Fremant licet isti, spument, sibilent, dicam tamen aperte quod sentio: Si patres maioresque nostri, attentiori cura in veterum scriptis conseruandis laborassent, non artium plurimarum scientia, quarum adiumento ad vitam bene, beateque instituendam indigemus, desideraretur. Si, inquam, nihil ab illis immutatum fuisset, non ea quæ a sapientissimis viris, magno labore, magnoque vigiliis sunt elucubrata, tam mutila, trunca, & pluribus plagis quam Orpheus ille, a Thressis mulieribus conceptus, nostram ad ætatem peruenissent. Vnde obsecro maiores errores, quam ex corruptis, & deprauatis libris promanarunt? videre id licet in iure nostro, in quo interpretãdo, cum in mendosos codices incidissent Accursius. Bartolus, Iason, Zasius aliique iuris veteris interpretes, in maximas difficultates, & plusquam Cimmercas tenebras deueherunt. Quamobrem cū omnis nostra Latini sermonis locutio, ex veterum scriptis emanet, eaque deprauate leguntur, qui in iis emendandis operam, & studium suum ponit, non solum id agit, vt melius intelligi possint, sed id etiam non minus, vt rectius quoque si quis quid scribere voluerit, id agi possit; Et veluti qui impurum & turbidum fontem, ex quo multi riuus deducuntur purgat, non id tantum facit, vt fons ipse nitidior sit, sed & vt riuuli, quoque ipsi, qui lutulenti antea, & impuri fluebant, puriore vnda accepta, & aspectu gratiores, & potu suauiores fiant. Sic is qui deprauata veterum scripta, emendat, quæ fontem ipsum perpurgat; nec id facit solum, sed vt ea quæ a vobis edita, ab fonte illo quasi quidam riuuli deriuantur, elegantiora esse possint.

Neque ego vos Quirites hortor, vt malitia ciuos vestros perperam, quam recto facisset.) Hoc loco particulam *iam* sustuli ex consensu omnium mss. cod. quæ in vulgatis libris post verbum *Malitia* erat. Sensus autem horum verborum & Glareanum, & multos post illam

lum torst, diu me quoque suspensum tenuit. tandem puto ita accipiendum esse. C. Memmius cum superbiam & auaritiam nobilium accusaret, quod ante oculos ciuium magnifice incederent, triumphos ostentarent, senatus auctoritatem proderent, domi, militiaeque republ. venalem haberent, videbantur ciues, iniuriam reipub. & sibi illatam effrenato, & præcipiti furore vindicaturi. eos his verbis, atrocitatem rei leniens, hortatur Memmius, ne id facerent, neue putarent omnia perperam, & sine causa ab iis facta esse, sed viderent ne semper ignoscendo malis, bonos perditum irent. Atque hæc interpretatio nostra, ipsius Memmii verbis confirmatur. nam paullo ante: *neq; ego vos, inquit, hortor, quod saepe maioris vestri fecere, vii contra iniurias armati eatis.*

CAP. XXXV. ¶ *Sp. Albinus, qui proximo anno*) Omnes fere prælo excusi codices *Sp. Albinus is qui proximo anno.* quam dictionem nos reiecimus ex fide omnium codicum: neque sententia exposcit.

Italia decedere.) Quidam ediderunt: *Italia saepe discedere.* quam dictionem ex auctoritate ms. librorum delcuimus. versu enim sequenti sequitur, vnde error irrepsit.

CAP. XXXVIII. ¶ *Arma capere alii, alii sese abdere*) Et si omnes excusi codices, quibus cum consentiunt ms. quidam: *Arma capere, alii sese abdere,* habeant, longe tamen, meo quidem iudicio, concinnior & elegantior est hæc lectio, quam hic restitimus. Hoc eodem in libro Sallustius: *alii fugere, alii arma capere. & monere alii, alii hortari. & iterum: quam plurimas uxores alii, alii denas habent.*

Tamet si ipsum cum exercitu, fame & ferro, clausum tenet, tamen se humanarum rerum memorem, &c.) Ex fide librorum veterum ita hic locus legendus erit: quod etiam ante nos alii animaduertentur. voluimus tamen nostrorum etiam codicum consensum, & auctoritatem producere, quo pluribus quasi testibus, vera & antiqua Sallustio restituatur lectio. De varia autem rerum humanarum vicissitudine, vide quæ in Commentariis nostris in librum primum Henrici Mediolanensis, de Controuersia Hominis, & Fortunæ diximus: locum enim hunc non parum illustrabunt.

Mortis metu minitabantur.) Codex quidam perantiquus. *Mortis metu cogebantur.* alii: *mortis metu multabantur.* alii: *mortis metu nitebantur,* ediderunt. Nec desunt qui in antiquis aliquot libris, *mutabantur, & urgebantur, & mutabant,* scriptum reperisse affirmant. Ego vulgatam lectionem sequor, quod ea plurimis meorum codicum exemplaribus comprobatur.

Sicuti regi liberat.) Passim in omnibus exemplaribus excusis sic legitur. Libri duo calamo exarati: *Sicuti regi placuerat:* quo verbo saepe Sallustius vtitur. nam supra: *propter dissensionem placuerat diuidi thesauros.* & infra: *atque hoc usinam a principio tibi placuisset.*

set. & iterum: Ita Iugurtha placuerat speranti mox effusus hostes inuadi posse. Nos tamen nihil mutamus.

CAP. XXXIX. ¶ (Sed ubi e Roma comperta sunt.) Vulgati receptio; codices ita habent. Priscianus: *Hac ubi Roma comperta sunt,* legit. Sed & ipse Sallustius in *Cardiano*: *Hac,* inquit, *ubi Roma comperta sunt, Senatus Castellanam, & Mallium hostes iudicat.* Nos tamen nihil mutamus.

Armo ardebat.) In nonnullis est, *animus ardebat*: quam lectionem nonnulli se in quibusdam libris inuenisse testantur. priorem tamen lectionem, ut veriore, secuti sunt, quam & ego malim.

CAP. XLI. ¶ (Osum postquam adeptus fuero, acorbis, asperiusque tulere.) Reiecta vulgata lectione, hanc scripturam amplector, ut sinceram, & cum iis quæ sequuntur, congruentem, & consentaneam.

CAP. XLIV. ¶ (Neque muniebantur ea, neque more militari vigilia dicebantur.) Locus hic in omnibus editionibus mancus, demutusque fuit: eum nos ope, & auxilio antiquissimi codicis restitimus. Neque hæc priora verba adulterina, vel è glossemate alienius inserta sunt, sed Sallustiano stylo & sententiæ huius loci optime conueniunt. loquitur enim de castris, id quod verba paulo ante præcedentia ostendunt.

CAP. XLV. ¶ (Adiumenta ignauia sustulisse.) Nonnulli ediderunt: *Adiumenta ignaua sustulisse dicitur*: quæ lectio mihi displicet. nam verbum, *dicitur*, aliunde in textum orationis irrepit, ac maiori cum gratia abesse potest: si præcessit enim verbum *Comperio*. sed nec Aldinus codex habet.

CAP. XLVI. ¶ (Vbi qua Metellus agebat, ex nuntiis accepit, simul de innocentia eius certior Roma factus, diffidere suis rebus, ac sum demum veram deditorem facere conatus est.) Antiqui & typis excusi codices, quos quidem mihi videre contigit, *Roma* non *Roma* habent, mendose & nullo intellectu: nec tamen quisquam mendum subesse sensit. Dubitandi autem occasionem Nonius mihi præbuit, qui totum hunc locum in, *Innocens*, recitat omitta dictione, *Roma*. Ego quamquam Nonii Marcelli lectionem ferri sustinerique posse existimem, dictionem tamen *Romam*, ut omnino delerem antiquis libris refragantibus, nulla ratione adduci possum. nam si *Roma* legamus, locus, planum, apertumque sensum continet.

CAP. XLIX. ¶ (Iugurtha extenuata suorum acie consedit.) Aliiter hæc verba Priscianus refert libr. 18 quo loco docet verbum *Sedes* apud Latinos diuersos habere casus; subiiciens hæc duo exempla Virgilio:

Tus, nero templo Diuum patriaque Latinus Sædo sedens.
Idem lib. 10.

Summa possit scopulis, siccaque in rupe resedit.

Et mox Sallustii: *Iugurtha extenuata suorum acie, montem insedit.* Verum ego Pisciianum memoria lapsus existimo. Nam & antiqui libri recepram lectionem retinent; & paulo ante collis meminit: *ex eo*, inquit, *medio quasi collu oriebatur in immensum perzingens.* Itaque nihil immutandum censeo.

Cum interea Metellus ignavia hostium.) Sic scripta omnis, & impressa lectio. Sed Donatus act. 2. Scen. 2. in Terentii Eunuchum hæc ita citat: *Cum interea Metellus monte digrediens cum exercitu conspicatur, quidam insaluta facies ostenderet.* memoria ne lapsus, an quod in corruptum Sallustii exemplar incidere, dubito.

CAP. LI. § *Ordines restituit.*) Quidam libri: *Agmen restituit.* Alii: *ordines constituit.* Priorem lectionem & probatissimi quique ex impressis habent. Ego nihil interesse existimo, hanc an illam sequaris.

CAP. LIII. § *XXX. numero interfecti.*) Omnes libri impressi habent *XL. numero interfecti*: nos *xx.* legimus omnium librorum veterum auctoritatem secuti, qui unanimiter hunc numerum expressum habent. euaque & alii nonnulli se in suis inuenisse testantur.

Et pane imprudentia admissum facinus miserabile foret.) Quidam legi voluit: *Et pane imprudentia admissum esset facinus miserabile.* alii & *verbum foret*, & *esset* sustulerunt. qua ratione ducti id fecerint ignoro. fecisse tamen suspicor non sine causa. Ego tamen hoc loco *verbum foret*, reposui, & *duos ml. secutus*, a quo ita esse legendum declarat locus ille in Catilinatio: *Eo die, post conditam urbem Romam, pessimum facinus patratum foret.* vultu hæpe *verbo foret* Sallustius.

Igitur pro metu repente gaudium exortum.) Omnes mei, & antiqui, & impressi codices consentiunt quare nihil immutavi. Pisciiani tamen lectionem proferre non ingratum fore arbitror. Ea autem hæc est: *Pro metu repente gaudium mutatum.*

CAP. LIV § *Qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere.*) Hæc verba varie coniectandi materiam subministrarunt iis, qui in Sallustium annotationes scripserunt. Glareanus quidem se ignorare confitetur, quid illud, *Alienis* significet. Badius rationem coniecturamque; iniit quædam haud mihi satis probatâ. Quamobrem hanc esse existimo huius loci sententiam. Metellus cum agros vastaret, oppida, castellaque temere munita caperet, ea formidine Numidæ perterriti frumentum, omniaque quæ ei vni sui essent, dederunt: vnde maiorem cladem Iugurtha accepit, quam si parum feliciter cum Metello pugnasset. Nam cum omnem spem in fuga poneret, magnisque itineribus Metellum antevenerat, cum sequi cogebatur: & dum propria loca defendere non posset, in iis nunc, quæ ab eo defecerant, & in Metelli potestatem venerant, bellum gerere oportebat. Huac esse horum verborum

fenſum, cōiecturam inde capio, quod paulo ante dixit, *Iugurtham a Metello ſuperatum, ſeſe in loca ſaltuoſa, & natura munita recepiffe.* Eum vero Metellum in alienis locis inſecutum, his verbis oſtendit: *Exercitum plerumque in iſdem locis operiri iubet, ipſe cum dele- ctis Metellum ſequitur*

C A P. L V. ¶ *Supplicia decernere*) Ita legendum, non, vt quidam habent codices: *Supplicationem decernere.* frequenter enim Salluſtius, *ſupplicium pro ſupplicationibus* vtitur: id quod in Catilinario oſtendimus.

C A P. L V I I. ¶ *Præterea picem cum ſulphure, eadæ mixtam, omnia ardentia mittere.*) Variant in huius loci lectione libri calamo exarati. quidam: *Pice & ſulphure eadæ ardentia mittere.* alii: *Picem ſulphure & eadæ miſtam ardentia mittere.* alii: *picem & ſulphur, & eadæ mixtam ardentia mittere.* Sed his lectionibus reiectis, ita ſine dubio vt nos reſtituimus, legendum. Librarii mendose præſcripſerunt.

C A P. L I X. ¶ *Non uti equeſtri prælio ſolet.*) Quidam impreſſi & antiqui codices: *Non uti equeſtri prælio fieri ſolet.* quæ lectio ſuſtineri non poteſt. nam ſemper Salluſtius verbum *fieri* omittit: & ex gloſſa inepti & indocti librarii, in contextum irrepſit. id quod in bello Catilinario, ac Iugurthino, nec non in fragmentis Hiftoriarum videre licet, quæ nobis reliqua cum temporum, tum hominum fecit iniuria,

C A P. L X I V. ¶ *Iſ eo tempore.*) In duobus manuſcriptis legitur: *Nam in eo tempore.* & infra: *nam in ciuis ex Latino erat.* quare addendum ne ſit, docti videant.

Morbis confectus.) Quidam edidit *Moribus confectus.* ſed vulgatam lectionem antiquorum codicum auctoritate confirmatam magis probo. nam & paulo poſt *Hominem ob mortuos animo parum valido, ſecunda oratione extollit.*

C A P. L X V. ¶ *Et equites Romanos milites, & negotiatores.*) Sic habent omnes fere libri in pergamento deſcripti. Non celabo tamen lectorem, antiqui cuiuſdam libri ſcripturam: *Et equites Romanos multos, & negotiatores.*

In ea tanta aſperitate, tamque ſauiffimis Numidis) Ita legendum ex vetuſtis libris, qui hac in parte ſinceri, incorruptique ſunt, vulgatis omnibus mendoſis, in quibus particula *tamque* omiſſa eſt. confirmat hanc correctionem meam, eodem in libro Salluſtius: *zanto tamque utili labori meo, nomen inertia imponant.* Et in Catilinario: *In tanta iſtæque, tamque corrupta ciuitate.*

C A P. L X V I I I. ¶ *Equites in primo latere.*) Reperi in vno mſ. *Equites in primo latere ponit.* Sed nihil mutandum puto.

Pedites quam artiſſime ire.) Aliquot manuſcripti & typis excuſi codices: *Pedites quam artiſſime pergere.* Nos *ire* ſcripſimus, veterum librorum fidem ſecuti iſtra *Animum Manium legatum cum cohort-*

*cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium & commea-
rum locauerat, ire iubet. item in eodem libro: ille statim L. Syllam,
& Anulum Manlium legatos ire iubet. & iterum: Eos ad Marsum, ac
dein, si placeat, Romam legatos ire iubet. Errori occasionem dedit,
quod versu proximo pergere sequitur.*

C A P. LXXII. ¶ *Placide respondit.*) In vno m. *benigne respondit*
scriptum fuit. vtrumque mihi placet, & vtroque modo loqui con-
fuevit Sallustius. nam & supra: *tamen pro tempore benigne respondit.*
& infra. *Ad ea Rex satis placide verba facit.* & alibi coniungit: *Ad
ea Bocchus placide & benigne simul pauca pro delicto suo verba
facit.*

C A P. LXXV. ¶ *Milites religione.*) Locus hic varie scriptus est
in codicibus antiquis. Alii enim habent: *milites pro religione.* Alii
sic: *milites religiosi pluvia magis vsi.* Vetus exemplar *milites legio-
num*, quod rectius, alii iudicent.

C A P. LXXVI. ¶ *Vineas agere, superque aggerem iacere, & su-
per aggerem, impositis turrib. opus, & ministros tutari.*) Quidam
antiqui & impressi codices: *Vineas agere, superque eas aggerem iace-
re* Giareanus ex ingenio reponendum putat: *In super aggerem iace-
ris, superque aggerem impositis turribus, opus ministros tutari.* Ego a-
liquando putavi locum hunc transpositis verbis a Sallustio scri-
ptum fuisse: *Vineas agere, easque super aggerem iacere*, quod hanc
lectionem sensum planum, & apertum continere arbitrater. Sed
cum in duobus manu descriptis, quos multis in locis sinceros, &
incorruptos esse cognoui, diuersam ab impressis lectionem inue-
nerim, (in vno enim particula *super* deerat, in altero, *opus admini-
strosque tutari* legebatur) venit mihi in mentem dubitare, an ne
etiam, *Vineas agere, aggerem iacere, & super aggerem impositis turri-
bus opus ministrosque tutari*, legendum sit. Suspicionis meæ ea
est ratio, quod eodem in libro ita locutus est Sallustius: *Vineas a-
gere, aggerem iacere: aliaque qua incepto vsui forent, properare.*

C A P. LXXIX. ¶ *Aliisque domi honores instituire.*) In omni-
bus impressis scriptum legitur. *Aliique illi domi honores instituti.*
sed multo verior lectio a nobis hoc loco restituta.

C A P. LXXX. ¶ *Procliuusque fuit.*) Quidam libri, *proniusque
fuit*. vtrumque non male, etiam si nihil mutauit,

C A P. LXXXVIII. ¶ *Qua postquam gloriosa modo, neque belli
patrandi cognouit*) Alii: *Qua postquam gloriosa facta sunt, neque bel-
li patrandi capiam cognouit*, castigarunt; adiuti, vt opinor, ab anti-
quis libris. Sed ea mihi displicet lectio. nam duo hæc verba *facta
& sunt*. ab imperito, qui sensum parum integrum credebat, addita
sunt. nonnulla item desunt, sine quibus sensus perfectus non est.
Conseruandam igitur puto priorem hanc lectionem, eoque mi-
nus immutandam, quod & Priscianus libro 18. ita legat. Verba
cius hæc sunt: *Romani quoque frequenter h* *ssione visum-*

tur in genitio neminum, qua supinorum terminationes habent: ut, populi seruandi laborat Reipub. defendenda periclitatur. deest causa. Sallustium in Iugurthino. Qua postquã glorioso modo, neq; belli parandi cognouit. Sensus autem hic est: Marius cum res bellicas strenue, prudentetq; gereret, & nihil Iugurtha agere, nihil moliri posset, quin cõsiliis, & insidis eius anteueneret, ea præclara facinora gloriosa ei quidẽ fuere, non tamen belli patrandi copiam præbuere.

C A P. LXXXIX. ¶ *Oppidum magnum, atq; validum.* Nos pro *Validum, valens* resposuimus, duorum mss. cod. fidem secuti; idq; antiquitatem sapit. & eodem in libro *opulens, non opulentum*, dixit Sallustius.

Lactis & ferina vescobantur.) Nonnulli manuscripti & impressi codices: *Lactis, & ferina carne vescobantur*, habent. Ego dictionem *carne*, numquam a Sallustio scriptam fuisse arbitror, sed ab imperito quodam, qui tamen sibi valde doctus videretur, solæcisimum committi existimans, additam: ignorant sæpe apud probatos auctores solæcisimum inueiri: ut in hoc versu Virgilio:

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina. deest enim carnis.

Sic apud Ciceronem de Diuinatione in Verrem. *Si quis vestrum iudices, aut corum qui adsunt, forte miratur, me, qui tot annos, in causis, iudiciisq; publicis, ita sim versatus, ut defenderim multos, laferim neminem, subita nunc mutata voluntate, ad accusandũ descendere. Toro enim hoc exordio, solæcisimi species continetur, nisi addas, &, aut idem: ut sit, & subito nunc mutata voluntate ad accusandum descenderim; id quod Pedianus quoque obseruauit.*

C A P. XCI. ¶ *Ignarus omnia parare.*) Secutus sum codices antiquos, in quibus ita scriptum est, quemadmodum edendum curari: & ita esse legendum sensus ipse postulat.

In hostium potestate.) D 30 mss. cod. *In hostium deprehensa potestate.* Neque hæc scriptura, absurda cuiquam videri debet, etsi non omnium veterum librorum auctoritate confirmata sit.

C A P. XCIII. ¶ *Mors humana cupidinis ignara uisundi animum aduertit.*) Nonius Marcellus, & A. Gellius, ita hunc locum recitant ut passim in vulgatis, excusisque libris legitur. Antiquorum tamen codicum, mira est in huius loci lectione varietas. Quidam enim habent: *Mors humana cupidinis ignara uisundi animum accendit.* Alii: *mors ingeni humani, cupidus difficilia faciendi, animum uertit.* Alii: *mors ingeni humani cupido difficilia faciendi animum accendit.* Lector sequatur quod velit.

Pollicitur sese cum emiseris: periculique nihil esse docet.) Secuti veterum codicum fidem, qui in hoc omnes conueniebant, ita hunc locum restitimus. Sed & Plantinus hanc lectionem in margine sui codicis adnotarat.

C A P. XCIV. ¶ *Ac sapiens eadem ascendens, descendensque dein statim digrediens.* Vercorne hic locus corruptus sit, non parum sane

ne mihi suspectus est, quod in melioribus libris dictionem *descendens* quae non inuenierim, de quo eruditi iudicent.

Testudine astra succedere.) Sic habent omnes codices vulgati. In vno ms. cod. comperi: *Testudine clypeorum astra succedere.*

Vinea Romanorum subuersis, item incensis.) Haec verba: *Item incensis* in quibusdam libris inanu descriptis desiderantur. Ego tamen minime delenda cenfeo: nam apud veteres, vineae quoque, incendi poterant, id quod ex iis intelligi licet, qui de re militari scripserunt.

CAP. XCV. § *Ceterum dum ea res geritur.*) Quatuor ms. cod. *Ceterum dum ea res agitur.* non contemnenda scriptura.

Persecutus historiam) Dictionem *historiam* nullis quos quidem ego viderim ms. lib. reperi. sensum tamen eam exposcere opinor.

CAP. XCVI. § *Quibus rebus & artibus.*) M. quidam, *quibus rebus & artibus*, habent. In aliis vero *artibus* omissum est. Ego tamen ita legendum puto, ut habent vulgati, impressique libri.

CAP. XCVII. § *Quamprimum in Numidiam copias adduceret.*) Nonnulli in pergamenò descripti libri: *Quam plurimas in Numidiam copias adduceret.* Alii: *Quam maximas in Numidiam copias adduceret.* Ego vulgatam lectionem retinco, atque amplector.

Vix decima parte die reliqua inuadunt.) Corrupti hoc loco erant, quidam formis excusi codices, qui pro *die* diei scriptum habebant. Nos antiquam, & veram lectionem reposuimus. Nam & Gellius in Iugurtha Sallustii, summæ fidei & venerandæ vetustatis libro (ut sunt eius verba) *se die non diei* scriptum inuenisse affirmat: nec sane aliter nos in omnib. antiquis libris scriptum comperimus.

Igitur postquam consul.) Ita nos emendauimus, & ita semper loqui consuevit Sallustius.

Attamen pristina virtutis memores.) Antea in omnibus impressis dictio *Pristina* omissa fuit. Eam nos ex Canteri libro restituumus. Sic in Catilinario: *quo audacius aggredimini, memores pristina virtutis.* & *veterani pristina virtutis memores.* & iterum: *Catilina postquam suas copias, seque cum paucis relictum videt, memor generis atque pristina dignitatis sua.*

Equos ascendere.) Tamen in nostro libro (*Loanis excuso*) typographorum incuria *Ascendere*, impressum est: tamen *ascendere* legendum ex Frontone constat, qui hunc locum in verbo *Escendo* citat: tum ex eo quod veteres *Escendo* pro *Ascendo* dixerunt. Varro libro quarto De lingua Latina: *Et vnde escendebant ad imam noxiam viam, lucus est, & sacellum Larum.* & alio in loco: *e vinea in arbores escendit vites. item: in carinarium escendit.* Liuius AD. X. Calend. Octob. ludorum Romanorum II. die, C. Licinio Consuli ad quadrigas mittendas escendenti, tabellarium, qui se ex Macedonia venire diceret, reddidit laureatas litteras. quadrigis missis consul curvum escendit.

Pedites permixti cadere alios, alios obruncare, multos etiam, &c.)

tiam nondum rettulit: rettulit qui destitit habere. multum ergo hic dixit: Et habetur gratia, & refertur. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum: *Arma, pecuniam sume, utero: & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: semper apud me inagra eris.* Proinde re diligenter animaduersa, venio in eam coniecturam, ut existimem verba illa, postremo quidquid animo, libet, errore librarii defecisse. Liberum est, & suum cuique iudicium.

CAP. CXI. § *Ad ea Sylla pro se breuiter & modice respondit. de pace vero & de communibus multis rebus differuit.*) Locus hic mancus, & lacer fuit, a nobis vero suo nitore restitutus est.

Rex primum negare, affinitatem, cognationem, praterea fœdus interuenisse.) Mf. libri: *Rex primum negare, agitare affinitatem, cognationem, praterea fœdus interuenisse.* Sed quia vulgata receptaque lectio sensum planum & apertum continet, nihil immuto.

CAP. CXIV. § *Cum Gallus pro salute, non pro gloria certare.*) Diomedes libro primo: *Cum Gallus de salute, & non de gloria certare legit. & in Catilinario (ut nos eum locum restituimus) non de diuitiis, inquit, cum diuitis, neq; de factione, cum factioso, sed cum strenuo de virtute, cum modesto de pudore, cum innocente de abstinentia certabat.* Neque tamen vulgatam scripturam damno. huic enim apte conuenit; quod supra eodem in libro scribit Sallustius: *magna viximque pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus.*

IN ORATIONEM IN CICERONEM, Sallustio falso adscriptam.

Pag. 129. *Petulantia ista uti*) Impressi quidam codices habent: *Petulantia ista tua uti.* quam dictionem & illi codices, qui habentur prælo excusi emendatissimi, non habent: nec in quinque mf. & codice antiquo Venetiis impresso reperi. Est enim in initio orationis, idque forte errori occasionem dedit.

Ibid. *Ut sese fortunaque suas.*) Ita nos ex consensu trium antiquorum codicum restituimus, cum antea legeretur: *ut sese ac fortunas suas.*

Ibid. *Vbi M. Tullius, iudicia, legesque defendit.*) Omnes quos vidi, & ut opinor, quos non vidi codices habent, *Vbi M. Tullius leges, iudicia Pop. Rom. defendit.* Sed melior omnino lectio a nobis hoc loco restituta.

Ibid. *Itaque minime mirandum.*) Quidam mf. *Itaque non mirandum.*

Pag. 130. *Ex sanguine & visceribus.*) Veteri codices habent: *Ex sanguine & misera.* nihil tamen mutuo.

Ibid. *Ex C. Marii familia.*) Quatuor mf. libri, nulla varietate: *ex M. Crassi familia* habent. Aldus in suo libro scribi voluit: *Ex C.*

Marii familia. nullos (vt opinor) manuscriptos secutus, eaque lectio libris etiam omnibus reclamantibus mihi videtur, & certa, & ad sententiam huius loci accommodata. Nam cum Sallustius, siue quicumque ille tandem est, Ciceroni nouitatem obiiceret, ex M. Crassi familia cum esse dicere non potuit: cum Crassus non Arpinas, nec nouus homo, sed Romanus & patricius esset: Marius vero & Arpinas, & nouus homo. eius igitur virtutem imitabatur. nam Marius strenuus miles & bonus imperator, Cicero summus orator erat; ille manu, hic lingua promptus.

Ibid. *Obluiscipi seruitutis (sua.)* Scripsimus vt in vetustis libris legitur, eamque scripturam, & Glareanus probat.

P. 131. *Cui in ciuitate fecisti insidias, ancillarum?* Verbum *ancillarum* in codice Venetiis impresso deest.

IN ORATIONEM IN SALLUSTIUM falso Ciceroni adscriptam.

P. Ag. 131. *Nisi vt iustulentus, cum quoum velitari. At longe opinione fallitur.* Secuti hic sumus, partim antiquorum codicum fidem, partim Iusti Lipsii eruditissimi inuenis, & mihi amicissimi coniecturam, qui libr. i v. Variarum Lectionum cap. xv. hunc locum ingeniose & eleganter restituit. Est autem *velitatio* vt Festus lib. xx. ait, *ulero citroque probrorum obiectio, dicta ab exemplo velitarum pugna.* Plautus: *Nescio quid velitati estis inter vos Afranius: Interea verba iactare inter se, & labium velitari.*

132. *Qui iam decesserunt.* Nonnulli ml. *Qui omnino decesserunt.* ibid. *Neque te tui piget.* Quidam antiqui codices. *Nec te tui piget:* alii, *Numquid te tui piget.*

134. *Et quod factum, aut dictum turpe hunc mouere possit P. C. quem non puduerit.* Sic hunc locum emendavi, veterum codicum fidem, & auctoritatem secutus. eamque lectionem vetiorem, elegantioreque esse videbit, qui eam cum vulgata contulerit.

LVD OVIC. CARRIONIS IN C. SALLVSTII CRISPI HISTORIARVM LIBRVM I. SCHOLIA, ex recensione postrema, anno MDCLXXIX.

R. *Es Populi.*) In tanta rerum antiquatum, obscuritate, tamque densis errorum tenebris, quæ prima sint in his C. Sallustii Crispi historiis, quæ secunda; difficilis est diudicatio atque eo difficilior; quod neque veteres eam rem oratione

tionē persecuti sunt: & si qui ætatis posterioris idem agere tentarunt, hisdem etiam vestigiis, quibus insistimus, inhærere, & per omne scriptorum genus errare debuerunt: neque certam aliquam scribendi rationem quasi viam, tenere potuerunt. Igitur nos, quibus in rebus huiusmodi diligentius inquirendis industriam grauiorum disciplinarum tractatio negauit, & in inueniendis ingenium, natura satis parce est elargita, ita hæc historiæ sallustianæ fragmenta, & veluti e naufragio tabulas, componemus, vt si nauem integram & sartam rectam esse præstare non possumus: quis enim id speret? saltem efficiamus vt minus lacera, minusq; dissipata, & in partes paticiores dissoluta esse videatur. Hæc autem primo historię loco posui, quod Tib. Donatus sub initium Æucidos, Virgilium qui prius rem, deinde posuerit personam, ita tueatur; vt Sallustium omni metrorum ratione liberum sic historiam cepisse scribat, *primo vt rem, mox pop. Rom. personam poneret.* Adde quod Aufonius in protreptico suo, historiarum Sallusti argumentum breuiter recensens, ita canat: *Iam facinus Catilina tuum, Lepidique tumultum, ab Lepido & Catulo iam res & tempora Roma Orsus, bis senos seriem coniecto per annos. Iam lego ciuili mistum Mauorte duellum, mouit quod socio Sertorius exsul Ibero.* Quæ Aufonii ac Donati, commode ni fallor, ad hæc verba referri possunt. quæ cum bis a Prisciano, primo genituum Romæ, pro aduerbio notante, deinde idem posteriùs repente, tum vero etiam apud Rufinum, siue quis alius auctor est libelli de *metris Comicis*, a Pompeio Messallino adducuntur. Messallini verba ex libro *de pedibus & numeris oratorum* adscribam. neque enim parum ad eam quam exprimendam curauit scripturam confirmandam, & vero multum ad Priscianum vehementer duobus libris xv. in locis corruptum emendandum faciunt. *Nunc si videatur, inquit, Sallustiana priodi numeros inspiciamur.* Res populi, dactylus. li. Ro, mani, Marco, tres spondei. Lepido. anapaustus. Quinto Catulo: spondeus & anapaustus. Consulibus; præcipuus. ac deinde; dichoreus siue ditrochæus. militi, dactylus. & dum; creticus. g. stas, spondeus. composui, choriambus. hætenus ille, quod tamen ita certum loci huius constituendi argumentum sit, vt vehementer mirer homines quosdam cum in hunc scriptorem incidissent, magis etiam, quasi dedita opera eius scripturam vitare voluisse: tamen & apud Messalinum & apud Rufinum, copulam, &, ex veteribus Prisciani libris, cum in alio etiam vulgato exstaret, necessario reposui. Fuerunt consules M. Aimilius Q. F. M. N. Lepidus, & Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus, an. v. c. i. o. c. l. x. x. y.

Caso.) Marius Fabius Victorinus commentario I. ad Ciceronem de inuentione, Sallust. inquit, cum aliis historiographis singula tradidisset lib. I. historiarum: dat Catoni breuitati; Romani generis diser-

tiffimus multa paucis absoluit. Seruius quoque lib. 1. *Æneidos* notat a Sallustio dictum: *Romani generis disertissimus.* quin & Acron. *satyr. vlt. lib. 1. Horat. ad illud; est breuitatis opus; sic.* inquit, & *Caeso laudatur a Sallustio quod multa paucis absolueret.* Vox multa, ex Acrone apud Victorinum reponenda est.

Non in) Et hæc ab eodem Seruio lib. 1. v. *Æneid.* sine libri numero allata, huc pertinere existimaui. cum enim, *Marcia* Victorino teste, singulos historiographos recensisset: tandem de se loquens; *nos,* inquit, hoc est, eodem interpretante Seruio, *ego in tanta,* &c.

Fannius vero) *Sallustius,* inquit, ibi idem Victorinus, dat *Fannio veritatem.*

Nobis) Ex Prisciano libr. v. Exemplar S. Martini Louanienfis duas voces a vulgata editione variat. primum enim legit; *nobis nuper prima;* deinde; *agitur:* pro; *agit.* quod posterius, licet probante Thofano codice, nondum admisi. Sic in Critico emendationum Sallustianarum emendauimus apud Sallust. bello Iugurthino cap. xxv. *Porro animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiabat.* Cum vulgo vbique legeretur, *rapiabatur;* loco ab hominibus ineptissimis Sallustianas loquendi rationes ignoratibus fœde deprauato.

Nam a) Priscianus obseruat hic, *Perfi,* pro, *Perfis.* idem quoque bis li. x. v. *Ad,* inquit, *modo persona, modo loco, modo tempore, modo, numero adiungitur. persona; Virgilius primo Æneid. Ad te cōfugio. loco; idem eod. ad Troiam pro caris gesserat Argis. tempore; vs Sallustius libr. 1. hist. Ad bellum Perfi Macedonicum. numerus; vs ad quinquaginta milia.* quæ Prisciani verba minime in medium afferret; nisi viderem homines quosdam, qui quicquid manibus suis semel attigerunt, idem continuo eos contaminare necesse est, ita postrema hæc accepisse, quasi Sallustiana, & non potius exempli causa a Prisciano essent adducta. sed id genus errorum numerus in eorum libris insinatus est. Sospater Carisus libr. 11. Inst. Gram. *Inueniuntur,* inquit, *quædam, qua sine ratione genitium faciunt per i. apud Virgilium, Achilli, & Vlyssi: apud Sallustium, Perfi.* Seruius lib. 1. *Æneid. Virgilius,* inquit, *detraxit S. litteram in Achil; euphonia causa, vs Sall. in Perfi. libro quoque vii. tres postremas affert voces. quin & Probus Catholicis; quod Sallustius,* inquit, *Perfi dixit, non declinationem mutauit, sed antiqua usus est consuetudine.* In quibusdam libris est; *principio.* in pluribus; *primordio.* Est autem tempus hoc quod Sallustius inuuit 1000 fere annorum. triumphatum enim est de Perse triumpho tam nauali, quam terrestri per quadriduum a L. Aemilio Paulo procons. & Cn. Octauius propret. an. ab v. c. 1021 c. vi. Kal. Decemb.

Res Romana) Marius Fabius Victorinus eodem quo superiora libro. *Sallustius,* inquit, *cum de rebus Romanis loqueretur, dixit prius bella gesta, post pacem esse fundas armis,* inquit, *Romana,* &c. deinde *pacem*

pacem memorat consequutam: Optimis autem moribus, &c. quin & Augustinus Hipponensis Episcopus lib. II. cap. XVIII. de ciuitate Dei, Sallustius, inquit, primo historia sue libro, atque ipso eius exordio fatetur etiam tunc, cum ad consules à regibus esset, tralata resp. post paruum interuallum iniurias validiorum, & ob eas discessionem à patribus, aliasque in urbe dissensiones fuisse. nam cum optimis moribus & maxima concordia P. R. inter secundum, & postremum bellum Carthaginense: causamque huius boni non amorem iusticiæ sed stante Carthagine merum pacis infidæ fuisse dixisset: vnde & Nafica ille ad reprimendam nequitiam, seruandosque istos optimos mores vt metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat cuerti: continuo subiecit, ac discordia, &c. Hæc ille. Vnde Sallustianorum verborum sententia cuius patere liquido potest. Ammianus Marcellinus eadem lib. xv. tradidit: sed verbis ita corruptis, vt qui ea ex ingenio emendare sunt conati, magis etiam corrupisse videantur. Gallia regiones, inquit, præcipue qua confines Italicis; paulatim leuius odere, sub imperium venire Romanum: primo tentata per Fuluium præliis paruis, quassata per Sextium, ad vltimum per Fabium Maximum deuicta, cui negotij plenus effectus asperiore Allobrogum gente deuicta, hoc indidit cognomentum. nam omnes Gallia, nisi qua paludibus inuia fuere, vt Sallustio docetur auctore, post decennalis belli mutuas clades* societatique nostra fœderibus iunxit æternis. Verba Ammiani attuli: primum vt ea ad historiam fidem examinarem: deinde, vt quid alij, dum corrigere voluerunt, promouerint, ostenderem. postremo, vt cum nostro hoc loco componerem. Igitur, vt ne vltiora attingamus, quæ ab ipso æne urbis Romæ natali repetenda erant, vtque bella Gallica Cisalpina prætereamus, anno ab v. c. 10 cxxviii. M. Plautio Hipsæo, M. Fulvio Flacco Coss. bellum Allobrogicum exarsit: qui M. Fuluius biennio post de Luginibus, Vocontijs & Saluijs triumphauit. de quibus iisdem sequenti deinde anno à C. Sextio Caluino præcons. vt à C. Cassio Longino de Allobrogibus, Aruernis, & Ruthenis triumphus actus est. post Allobroges cum rursus viribus relictis Romanis sese opponerent, in eosque pro gentis suæ consuetudine, continuum bellum gererent, tandem a Q. Fabio Maximo procos. vna cum rege Aruernorum Betulto superati, ab eodem anno 10 cxxxiii. in triumphum ducti sunt. atque hoc est quod ait Marcellinus, Gallias à Fulvio tentatas: à Sextio quassatas; à Fabio Maximo deuictas in Romanorum potestatem concessisse. quod vero ait ex Allobrogibus deuictis Fabio Maximi cognomentum inditum fuisse: id equidem semper ne verum esse, summo opere sum veritus: cum in Fastis Capitolinis, etiam ante triumphum hunc Maximi titulo insignis esse inueniatur. additur in Marcellino. post decennalis belli mutuas clades, societatique nostra fœderibus iunxit æternis. quæ eius oratio apertis vitijs non caret: iisq; eiusmodi, vt à me sine veteribus libris

purgari nequeant. nam quod quidam supposuerunt: *Cæsar societati nostræ fœderibus iunxit æternis*: hoc cum & contra rei gestæ veritatem, & præter historiæ fidem sit, concoquere nullo modo possum. Cæsar id fecit: qui potest? cum Seruius Sulpicius Rufus & M. Claudius Marcellus, sub quibus omnem Galliam perdomitâ fuisse scribit Sallustius, anno v. c. 10 c c x i. hoc est, biennio ante bellū ciuile Cæsar's & Pompeij, fuerint cōsules. Igitur locū corruptū esse fateamur, atque ita à nobis relinquī debere; doleamus. nam quod in Mariangeli Accursij hoc est, prima, ni fallor, huius historici editione legitur: *Omnes Gallia, nisi qua paludibus inuia fuere, Sallustio docetur auctore post decennalis belli mutuas clades perpeffas, societati que nostræ fœderibus iunxit æternis*: id satis magno argumento esse debet reliquorum scripturas ab ingenio & coniectura, non autem ab ipsa rei veritate proficisci. Sed redeo vnde digressus sum: meamque hanc à re proposita digressionem, ijs qti historiæ, hoc est omnium disciplinarum magistræ studio capiuntur; quibusque solis hæc scribimus, & vtilem & iucundam fore spero. Igitur Seruius lib. v i. *Æneid.* scribit Sallustium *inter secundum atque vltimum bellum Carthaginense* maluisse dicere, quam *inter secundum & tertium.* sed in Fabio Victorino, & in Augustino legitur: *postremum*, non *vltimum.* vnde & Seruius emendandus est. vitima autem verba, *cis Rhenum &c.* habet & Nonius Marcellus in voce, *Cis.* nullo tamen Sallustiani libri expressio numero: qui apud eum ex vet. cod. reponendus est. ea ipsa quoq; *nisi qua paludibus inuia fuit*, non eodem apud omnes scribuntur modo. Ammianus enim Marcellinus; *nisi qua paludibus inuia fuere*: Marius Victorinus, *nisi qua à paludibus inuia fuit*: Nonius denique Marcellus; *nisi qua fuit paludibus inuia*: legisse videntur. Victorini scriptura & optima, & mihi quidē maxime Sallustiana est. aliam autē illā, *nisi qua*, è collisione illa, *nisi qua à*: natam suspicor. itaque libri emendentur: & eorū corrigatur error, qui nō tantum hæc nescio quo apud Sallustii loco ponūt, sed etiā ab eo inuito pane auferūt.

At discordiā. Idem Augustinus ibid. *iniurias validiorum* vocat, annotante Seruio lib. i v. Georg. quas validiores inferebant. Totum autem locum hunc idem Augustinus lib. v. cap. x i i. ita exponit. *dicit, inquit, Sallustius iniurias validiorum, & ob eas discessionem plebis à patribus, aliasq; domi dissensiones fuisse iam inde à principio: neq; amplius æquo & modesto iure agitatum, quam expulsis regibus. quamdiu metus à Tarquino fuit, donec bellum græue cum Etruria, quod propter ipsum susceptum erat, finiretur. postea vero seruili imperio patres exercuisse plebem, regio more verberasse & ceteris expertib.* (sic enim legendū est) *solos in imperio egisse. quarū discordiā, dum illi dominari vellent, isti seruire nollent. sine fuisse bellum Punicum secundū. imperio.* Id est dominatu. interprete Æl. Donato act. i. sc. i. Andriæ. apud quem non recte est; *patres conscripti* pro;

pro; *patres plebem*. quæ causa fuit cur hoc de loco Donatum agere alij minime intelligerent, & nouum fragmentum constituerent.

Inferdit.] Arufianus Meff. libello *de elocutionum exemplis*, quem quidam inepte pariter & infcienrer Cor. Frontoni tribuunt, hæc Salluftiana citat. Diomedes vero lib. II. cap. VI. prolepfim figuram hic eſſe docet: eo quod mons poſtea quam plebs illum infederat, *facer* dictus eſt. totum autem hoc hiftoriæ fragmentum peſſime ab ijs acceptum eſt, qui ſe harum hiftoriarum emendatores eſſe ſunt profeſſi.

Postquam.] Ex Agellio noct: Att. lib. IX. cap. XXI. tam eſſi ille librum Salluſtij vt vulgo eſt, non nominat. In Agellio Buſlidiano eſt: *poſt remoto metu Punicos milites exercere vacuum fuit*. non recte. Vult enim Salluſtius Romanis metu belli Punici impeditis parum otij fuiſſe exercendis ſimulatibus: remoto vero metu Punico ſtatu Reip. nimio otio & luxu conquaſſato, priuatim ſingulos priuis ſimulatibus indulſiſſe. quod bello Cætilinario & Iugurthino itemq; multis hiftoriarum locis frequenter repetit. de quo itē Silius Italicus, quem plurima à Salluſtio mutuati, alibi teſtati ſumus, extremo decimo libro, ita canit: *Hæc tum Roma fuit, poſt te cui vertere mores Si ſtabat fatiſ; potius Carthago maneres.*

Ex quo tempore.] Sintne hæc certa Salluſtiana orationis verba, an verò etiam cum ſuperioribus debeant coniungi; valde dubito. certe idem Auguſtinus eodem, quo ſuperiora loco, paucis interiectis memorat.

Plurima turba.] Arufianus Meſſus primo hiftoriarum libro à Salluſtio dictum notat; *concedere in gratia*. atque hæc verba; *quorum in gratia plerique conceſſerant*; ex eodem deſumpta libro, vite probationis affert. quæ apud Auguſtinum lib. III. cap. XVI. (is enim totum hoc Salluſtio fragmentum conſeruat) mutata loquendi ratione leguntur: *quorum in gratiam plerique conceſſerant*. ſed hoc alij ne ſuſpicionem quidem attingere potuerunt.

Igitur.] Agellius lib. XV. cap. XII. noct. Att. Salluſtius, inquit, *eodem modo dilargitiſ proſcriptorum bonis dicit, tamquæ verbum largior ſit ex verbis communibus*. Prifcianus lib. VII. horto, inquit, *pro hortor, & largio pro largior, dicebant*. vt Salluſtius lib. I. hiftoriarum. Igitur &c. opinor autem hunc locum de Sullana proſcriptione accipiendum. Auguſtinus enim cap. XVI. li. I. I. plura hic Salluſtium de Sullæ vitijſ ceteraque ſcæditate reip. tradidiſſe ſcribit.

Id bellum.] idem Agellius lib. IX. cap. IX. hæc adducens, *Pompeij metum*, interpretatur, non quod Pompeius metueret, ſed quod metuereetur. quod & Nonium Marcellum in voce metus obſeruate memini: apud quem tamen prima vox eſt emendanda.

Maximeque.] Hæc Donatus Terent. Phor. act. II. scæna quarta. qui libri tamen Sallustiani non meminit: huc autem referre non dubitavi, quod Arusianus Mellus tres postremas voces, ut ex primo historiarum libro, sumptas, afferat: illudque, *in tempore, explicet opportune.*

Quin lenoves] Carisius lib. I. Inst. gramm. observat in Sallustio, Lanus & Vinarius. Nonius in iisdem verbis, *compositi, exponit, redempti*, apud quem in veteri codice est *in diem*, pro *in dies.*

Genus] ex Arusiano *de elocutionum exemplis: insolitus huius.*

Clementia] M. Æmiliij Lepidi Cos. ad P. R. ut arma sumantur contra Sullam dictatorem. ita hæc vulgo inscribitur oratio; quam eidem huic libro I. deberi, post docebitur. *ne aut ipsi*] quidam; *ne qua ipsi nefanda existimatis ea.* alij vocem, *nefanda*, omittunt. nonnulli, *ne que ipsi nefanda non asstimatis ea &c.* *instabilior*] vulgo; *instabilior.* male. sic idem Jugurth. *Improbior instabilis q.* verbis ex legibus XII. tab. derivatis, quæ in iure nostro civili sunt frequentia. *mercedem*] ita malo; quam *mercede dant.* *scimus iste Romulus*] Seruius in Palæmone Virgiliano, hæc tria verba pro Sallustianis agnoscit. Scio esse qui legant, *scimus iste Romulus*; qui tamen me in tanta tamq; constanti librorum omnium consensione, parum movent. *Agendum atque obuiam eundum est*] Donat. act. I. sc. v. And. quinque has voces Sallustio dat: libro tamen historiae non nominato. *penes illum*] ita melius, quam; *penes illos.* loquitur enim de Sulla. *agitandi inops*] omnes vulgari libri; *cogitandi inops.* Hanc autem scripturam mihi suggestit Arusianus Mellus, apud quem est, *Inops illius rei: ut Sallustius, agitandi inops.* *mercedem scelerum*] ita malo, quam *mercede scelerum.* quod quidam retinent. *denique necis*] verustiores excusi, *denique necis civium & vite licentiam, simul humanas hostias vidistis.* non placet. *scriba*] quidam; & *scriba.* sed non raro, neque vero illubenter facit Sallustius huiusmodi copulas ut non addat.

parata.] alij; *parata.* alterum Sallustio familiarius est. *Approbaueritis.*] qui malunt; *approbaritis.* nec mihi, nec numeris Sallustianis iudicium suum approbant. *Vastam.*] alij legunt *vastam,* inepte: certe non æque eleganter. *obicitat.*] vulgo *obicit;* male. gaudet enim his frequentatiuis Sallustius. *dominis tamen restituo*] alij: *mercatu sum optimo precio, soluto iure, restituo dorsis.* alij aliter. mihi hæc optima visa est distinctio. hoc enim vult. quæ prius adductus timore quodam sum mercatus, ea dominis, soluto precio, restituo. iure, inquis, facior, sed tamen restituo.

Ut & facta] Dionodes lib. I. cap. VII. *U,* inquit, *vice præpositivis, pro, est hic positum.* apud eum tamen prius legitur; *nam eronam hic, numeris; illud autem melius; fecerit: quam faceret.* quæ

quam & hoc sustineri potest. quem Diomedes locum apud eos, qui hoc fragmento Sallustianam historiam locupletare, si Dijs placet, voluerunt, etiam corruptiorē, quam vulgo, est videre. *Capitulum iri*] quidam; *raptum iri*. alij; *ratum iri*. loci huius sententia; vereri se, ne ante capiantur, quam capi debeant. *Relegati in paludes.*] hanc Æmilij Lepidi orationem ex lib. i. historiarum Sallustij esse, præterquam quod magno satis argumento sit oratio Philippi, qua Æmilio bellum mouenti resistit, idem tamen Messus demonstrat, qui libello de elocutionum exemplis primo historiarum Sallustij libro has voces, *relegati in paludes*, tribuit. sed non recte apud eum est, *relegat*; pro, *relegati*, vltima litera desiderata. *Vitijs obrentui.*] Porphyrio, siue quis alius est interpret Horatianus lib. i. epist. xvii. ad illud: *stultitiam patiuntur opes. Simile est*, inquit, *illud Sallustij, secunda res mire sunt vitijs obtentui.* sed hoc de loco vide antiquas lectiones nostras commentario secundo cap. X. *Populo.*] ita scribo. alij; *Populi Romani*, errore ex notis, P. R. nato. *Æmilium.*] In veteribus numismatibus est *Aimilius*, vbi etiam, *Lutatius*; non, *Luctatius*; quo more posteriorem hanc familiam scribendam esse, & antiquissima vetustatis monumenta, & Poëtæ iudicio sunt. scio quidem semel apud Silium Italicum legi, *Luctatius*; sed locum corruptum esse veteres testantur libri.

Tunc vero.] Nonius *irritare* interpretatur, *prouocare*. apud quem vulgo est: *caussa*: pro, *caussa*, & in veteribus, *educere*, pro, *educere*. sed hæc verba alij coniecturis suis adiectis turpissime fecerunt. *Irritare* autem per geminum *rr* scribendam esse idem ostendit Nonius: à canibus tractum docens, qui, cum prouocantur irriunt.

Curionem.] Jex Prisciano lib. x. videtur autem Curio se Æmilio Lepido opposuisse, & præferri voluisse. *Quasere* apud Sallustium & Tullium notauit Phocas: à quo verbo *quasere*, fortasse can dixerit Sallustius. In quibusdam libris est, *à populi suffragiis*.

Philippus.] A Seruio lib. ix. Æneid. non expresso historiz numero hæc afferuntur. quæ quod fragmento proxime consequenti est L. Philippi oratio, huc pertinere non dubitavi.

Maxime.] Oratio est L. Philippi in Senatu, vt bellum Lepido mouenti, resistat. *aut in periculis à prom.*] vtramque hanc præpositionem alij omiserunt. quam vero recte, ipsi viderint.

ea bonis.] quidam: *ea nobis capientibus*. non placet. alij à *bonis* & *sapientibus*. ne hoc quidem: cum à breuitate huius scriptoris alienum sit. Deinde opponit stultos sapientibus, bonos malis. *peior an ignauior.*] Sic dixit Corn. Tacitus *Inualidum senem T. Vinicus* & *Corn. Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignauissimus, odio flagitiorum operatorem contemptæ inertis destruebant.* Ita enim locus. ille Historiarum primo à libris vix omnibus scribendus est nō au-

tem voce illa *oneratum*, quod Rhenanus volebat, sublata, aut quod docti viri tentarunt, in *onerabant*, mutata. *At scilicet ij.*] longe aliter veteres vulgati: *At scilicet sis, qui legatos, pacem, concordiam, & alia huiusmodi decreverunt: ad postremum usque gratiam habeo peperisse.* Glarcanus legit: *At scilicet ijs qui ad postremum usque Legatos pacem, concordiam, & alia huiusmodi pepererunt, gratias habeo peperisse.* neutrum assequor: neq; in hac lectione quicquam difficultatis inest. si quid tamen latet aliud: id fortasse ex scriptura vocis, *habeo*, pro, *auero*, veteribus vulgata originem duxit, *indigni rep.*] Messus elocutionum exemplo: *indignus, inquit, hac re. Sallustius libro primo hist. indigni rep. habiti. quorum nemo.*] Glarcanus: *nemo diurna mercede vitam mutauerit. alij, quorum nemo diurna mercede vitam mutauerit.* atqui contra, sentit Philippus eos vel diurna mercede conductos, vitam etiam nihili facturos. *quasi rabiem.*] forte, *quasi tabem.* frequenter enim ea similitudine utitur noster Sallustius. sed in re incerta nihil asseuero. *puet.*] *Dicimus, inquit Seruius lib. iv. Æneid. piget me facere, & puet me fecisse: qua tamen interdum à Sallustio simul ponuntur. plebei.*] hæc vox ab omnibus editis libris exfulat. eam tamen & veteres recipiunt codices, & Priscianus agnoscit. qui lib. vi. à plebe tertium casum *plebei* esse docet, atque hoc testimonio è libro Sallustij primo suam confirmat opinionem, nihil ut necesse fuerit nouum, hoc est alijs fragmentum statui. *Deorum puet.*] ita malo, quam pudeat. cuius elocutionis exempla sunt in promptu. *tanta torpedo.*] ita legunt Priscianus & Nonius Marcellus: qui hæc primo historiarum libro collocant. apud hunc tamen totus ille locus ita legendus est. *Torpor: generis masculini. Lucretius: tantus conduxerat omnia torpor. torpedo feminini: Sallustius lib. i. histor. si tanta torpedo animos oppressit. Carisus lib. i. Inst gramm. Torpor, inquit, & animi & corporis dicitur debilitatio, scilicet à torpedine, cuius contactu corpus debilitatur, unde & Sallustius lib. i. idem vitium torpedinem dixit. decus atque ordines.*] quidam, *cuius in urbem reditu, decus ordinis huius interit.* sic infra: *contra ordinis huius auctori- ratem.*

Vti Lepidus.] Carisus lib. i. Inst. gramm. *maturrime.* sic supra dixit: *ut quam maturrime merita inuenias.*

Obuiam.] Arufianus Messus de elocutionum exemplis: *com- moritur illis.*

Lepidus.] Paniseo, inquit Carisus lib. iii. *non dicimus, & tamen Sallustius lib. i. Lepidum panitentem consilij dixit.*

Sic vero.] Nonius, *competere*, interpretatur, rei alicuius meminisse, aut constanter valere.

Prudens.] & hoc ex Arufiano est, de elocutionum exemplis: *prudens rerum.*

Magnis opibus.] Festus Pompeius, siue Paullus Diaconus qui

Festus

Festum in epitomen redactū Carolo Magno inscripsit, *Obsidium tamquam praesidium, recte, inquit, subsidium dicitur*, quod & hoc loco probat. pro, *profectis*, sunt qui legendum putent: *profectus*. alij vero, *operibus confectis*. sed in re ambigua quid asseueres?

Domitium.] Priscianus libro decimo *arcessiuit*, inquit, & *la-*
cessiuit.

Sanctus.] ex Cariso libro II. *aliter*, id est, *alias*.

Gens raro.] Honoratus libro II. *Æneid.* Virgilij vtrumque dici, *egredior urbe & urbem, notat*. atque hæc Sallustiana affert. apud eum tamen vox, *gens*, quæ in quibusdam libris & Mello de elocutionum exemplis hæc eadem ex prima Sallustij historia adducente & obseruante, *egressus illam rem, existat, desideratur*.

Nisi cum.] Priscianus libro X. A *Seneco* inquit, non à *senesco*, sit præteritum *seni*.

Maturauerunt.] Arusianus eodem quo superiora libro: *Cogote domum.* Dyrrachium autem posui pro *brachium*, quod ita in libro Elnonensi esset. quo etiam modo legendum esse, cum quidam coniecissent, alij pro certo id, sine vlla librorum auctoritate, audacter receperunt.

Illo.] locus hic plane deprauatus est, neque qui constitui possit video. pro *elata*, in vet. cod. est, *elate*. pro quo inepte posteriores, *elatus*, posuerunt. pro, *aut securissimus*, teste Iunio, *vetustissimus*: & in meo, alijque quibusdam, *secustissimus*: pro quo deprauatores Sallustiani, *securus*. Hæc autem citat Nonius. Seruius quoque lib. XI. *Æneid.* ad illud: *furta paro belli furta*, inquit, *sunt insidia.* Sallustius: *gens ad furta belli peridonea*.

Liberis.] Donatus Phorm. actu quinto, sc. VI. & Hecyr. actu II. sc. II.

p. 158. v. 26. *Nihil*] ex eodem Arusiano de elocutionum exemplis: *abnuituros*

Insanum.] Carisius lib. I. Inst. gramm. *aliter*, inquit, *id est, alias*. sic supra: *sanctus aliter atque ingenio validus*.

Recens.] Idem lib. II. *Asper*, Sallustiana historia commentario, *recens nunc aduerbium, nunc nomen esse docet; potest esse, & temporis: ut hic*.

Solis.] Donat. Phorm. act. V. sc. VIII.

Inssu.] Priscianus lib. X. *Quidam occanui*, pro, *occinui protulerunt*. Seruius II. Geor. Virgil. *A cano*, inquit, *veteres non cecini, sed canui dixerunt*. Sallustius: *Cornua occanuerunt*. apud Diomedem lib. I. c. IV. male legitur: *sensim Metello cornicines occinuerunt*, & apud Seruium: *cornua*, pro, *cornicines*. qui loci ex hoc emendandi sunt.

Nexuit.] Priscianus ibidem: *nexi & nexui dicitur*. Vnde etiam versus ille Propertianus: *At tibi qui nostro tendisti retia lecto*. ipso Prisciano, auctore, ita legendus est: *At tibi qui nostro nexisti retia lecto*.

Doctus.] Arufianus cod. libello: *doctus illam rem.*

Neque.] Ex Prifciano lib. x.

Equi.] Idem Prifcianus lib. xv. *confternor*, inquit, *apud Salluftium deponens est.* pro, *aut faucij* est in Martinenfi & Thofano & *faucij.*

Occupatusque.] Prifcianus lib. v. ex I. hiftoriarum Salluftij adducit: *apud Hilerdam cum multa cura circumdata.* quo in loco in Gemblaceni & optimo Colonienfi est: *apud Hilerdam cum multa opera circumdata.* quam veram efle huius loci reftitutionem docet Meffius, qui in Salluftio obferuat: *circumdare hac re illam rē.* quod alioqui cum his verbis minime congrueret: & tamen hæc ipfa afert: *occupatusque collis editiffimus, & eum multa opera circumdata.* non itaque dubium eft quin apud Arufianum interiiciendum fit, ex Prifciano; *apud Hilerdam.* in vtroque vero mutandum fit, *cum*, in, *eum*: ex verbis Meffi & veteribus cod. Prifciani. qui loci tantum abeft, vt ab alijs emendati fint, vt etiam monftrofe corrupti fint.

At inde.] Prifcianus lib. xvii. *requie*, pro *requiei.* & certe quod Agellius lib. ix. cap. xiiii. Noctium Atticarum tradit *ſe in Iugurthino Salluftij de casu patrio* in veteribus libris ſcriptum reperiffe, id adeo verum eft, vt & ego in vetuſtiſſimo Salluſtio, quem ad me vir & eruditione & humanitate ſingulari Ludouicus Sonbecus bibliothecæ Gemblaceni præfeſtus, Gemblaco miſit, idem plane ſine vlla litura perſcriptum deprehenderim. de quo in Critico noſtro non nihil diximus.

Agreſte.] Carifius lib. primo: *in animali*, inquit, *ſignificatione* interpretatur Plinius.

Ardebat.] M. Fabius Victorinus de inuent. Ciceronis lib. i. ita tamen obſcure, vix vt colligas Salluſtio ne, an verò alij neſcio cui ea tribuat. certe loquendi ratio conuenit.

Et ponere.] Nonius de doctorum indagine. *Æque de hiftoria cui dari debeat, dubitari poteſt. in vet. cod. meo eſt: & deponere.* in Iuniano: *& digonem*, pro quo reponit, *Olyſſiponem.* ſed hoc coniecere eſt: itaque *amplius.*

Itaque Sertorius.] Ex Agellio libro x. cap. xxvi. & Nonio de *impropriis.* quorum ille Salluſtium aduerſus Afinium Pollionem defendit, quod maris tranſitum tranſmiſſumque nauibus factum *tranſgreſſum* appellauerit: hic vero, hoc modo ſcriptum reliquit: *tranſgreſſus.* Salluſtius etiam de *iis qui nauigaſſent*, & de *ipſis nauibus in quib. gradus non ſint.* eo verbo *vti voluit: de Sertorio.* ita. n. ex vet. cod. legenda ſunt. quid? quod apud Agellium ſcribitur: *furtim aut celeritate:* cum in Buſſidiano: *furtina autem celeritate:* in alijs: *furtinaque celeritate,* ſit.

Transgreſſos.] Eodem apud Marcellum & Agellium hæc leguntur loco: ſed vtroque mendose; *præcepturus*, vel, *receptus:* cum

Junius

Iunius in Nonio ex vet. cod. legi obseruauerit *præceptus*. quod ego ex libro Buslidiano in Agellio deprehendi : & auctor indicis Lucretiani in sua conlectanea pro suo transcripsit. In neutro etiam horum, nomen montis adiectum est, quod ex Seruio lib. 1. Aeneid. si locus *mendo* vacat, apposui. postremo in Nonio nuper edito, eoque *omnium* hæctenus vulgatorum optimo, male hæc duo fragmenta coniunguntur; cum aperte tradat Agellius hæc infra à Sallustio esse scripta. quare totus ille Nonij locus hunc in modum emendandus est : *nactus obscuram noctem, astu secundo*: ac inde: *Transgressos, &c.* vt ex voces ac inde, Nonij sint; non Sallustij. quemadmodum apud Agellium est: *ac deinde infra ita scripsit, &c.*

Earum] Agellius & Nonius ibidem. sed vterque diuerse; ita tamen vt Nonius ex Agellio nostraque scriptura corrigendus sit. in Buslidiano exemplari est; *eadem*: pro; *earum*.

Locum] Seruius VIII. Aeneid. & Messus de elocutionum exemplis, qui ex Seruio corrigendus est, cum in eo male sit; *et itio rem quem*.

Et mox.] *Vadum*, inquit Nonius, *generis neut. Virgilius libro 1. Aeneid. in vada caca tulit.* masculini, &c. sic enim sibi legendum. pro, *Stipidius*: scripsi: *Fusidius*. & quod hoc veteribus in libris esset, & quod supra *Fusidij* meminisset : *A quibus prælatus in capiendis magistratibus Fusidius.* dein pro *spiras*; posui, *asperitates*: Nonium Iunij secutus. postremo ea quæ posteriores vltro peruerterunt, restitui quanquam contra quam voluit Nonius, videatur Charisius lib. 1. Institit *vadum* hic neutro, non masculino genere accipere : si libros eius manuscriptos sequamur, nam vulgo ibi, vt in infinitis aliis in locis lacuna est, quam in eius editione supplebimus.

Fugam.] Messus: *mature hanc rem.*

Itineris.] Ita in meo Arufiano est, quod ab aliis legi video: *muneris eorum.* male. Messus in locutione: *gnarius illius.*

Itaque.] Vulgo non recte, *Atque*. Priora Priscianus libro decimo quinto; posteriora Nonius. quæ coniungenda esse plane existimo. apud Nonium tamen posterioribus, libri secundi numerus non recte adscriptus est, cum ex primo esse hæc voces, *ad Corycum*, quas idem Priscianus ex eodem adducit libro, satis ostendant. pro quibus, quæ monstra, dij boni, ab aliis nobis obtrusa sunt!

Ad Olympum.] Et hæc ad superiora quodammodo pertinent. scribit enim Prædianus Verrina tertia, P. Seruilius bellum in Cilicia gessisse, deque ea triumphasse, captis Coryco, Olympo, & Phaselide, tribus magnis eius terræ urbibus, sed in Asconio deprauatum est: *Fasylide.*

Apud.] Idem Priscianus ibidem.

Apud lere.] Idem ibidem. in Martinensi et Colonienſi libro eſt; *Lepte.* in Gemblacenſi; *Late.* in Thoſano; *Lethe.*

Repulſus.] Idem ibidem.

p. 160. v. 32. *Apud Mutinã,*] idem ibidem. quidã legunt; *Numantiam.* quibus, diſſentientibus libris, nondum aſſentior. quamquã alioqui ſi, *apud Numantiam,* legatur, bello Iugurthino potius quam hiftoriarum libris deberi videbatur. ſic enim ibi legitur: Ibi Latinẽ, nam apud Numantiam loqui didicerat, exclamat noſtros fruſtra pugnare.

p. 161. v. 1. *Apud Praneſte.*] Idem ibidem.

p. 161. v. 3. *Medio.*] Meſſus: *medio illius rei:*

p. 161. v. 5. *Omni.*] idem *paueſco illa re.*

p. 161. v. 7. *Quietam.*] Idem: *quietus ab illa re.*

p. 161. v. 9. *Militia.*] idem: *peritus huius rei.*

p. 161. v. 11. *Sertorius.*] Bis hic locus à Nonio adducitur, & in libello *de Doſtorum indagine,* & in voce; *diſcrimen.* ſed utrobique nõ ſatis recte. in quodam eſt; *turbam orantibus.* in alio; *fortis turbam morantib.* in tertio: *multo;* pro; *nullo.* neq; habeo certi quod hoc de loco definiam, etſi Seruius lib. ix. Aeneid. quid ſibi voluerit Salluſtius ſatis indicat. *Muri,* inquit, *olim alti non erant, ſed ad impetum tantum repellendum. Ut etiam Salluſtius oſtendit, ubi Sertorium humeris ſublatur muros aſcendiſſe memorat.* quæ poſtrema qui pro Salluſtianiſ accipiunt, fruſtra ſunt; cùm huc referri debeant.

Neque detruſus &c.] *In ens,* inquit Priscianus lib. xv. *totiens à tot, quotiens à quot, & à multo, multotiens, ab aliquot aliquotiens.* Salluſtius lib. 1. *Hift. &c.* Videntur autem hæc non male cum ſuperioribus coniungi poſſe: & forſitan ita olim cum alijs fuerant coniuncta.

Dubitauit.] Priscianus extremo ſeptimo lib. tradit veteres cõſueuiſſe frequenter in quinta coniugatione tam genitiuum quã datiuum ablatiuo ſimiles proferre: & hæc ex prima Salluſtij hiftoria allegat: prout vulgati habent libri. nam à manu ſcriptis abeſt numerus: & in hiftorijs ita ſcripſiſſe Salluſtium in Catholicis refert Probus: nec librum nominat; vti nec Seruius. lib. 1. Georg. Virgil. Probi hæc ſunt: *E, ſiue correpta, ſiue producta, nullius generis caſus genitiuum reperitur terminatus, niſi antiq̃ue.* Virgilius: *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.* Salluſtius: *dubitauit acie pars.*

Quos inter.] *Præpoſitiones,* inquit Carifiſus, ſeu potius Suetonius Tranquillus de rebus varijs apud Carifiſum lib. 11: *qua præponuntur merito cenſentur. nam & illud Salluſtij hiftoriarum lib. 1. quos inter maxime, præpoſitio eſt, quam per anastropham dicimus poſſe conuerſi.*

IN HISTOR. LIB. II.

SARDINIA.] Ex Agelliō lib. XIII. c. XVIII. Nonio; *Facies*. Isidoro in voce, *Sardinia*. lib. XIV. sed apud Nonium hic fere verborū est ordo: *Facie vestigij humani prominet in occidentem quam orientem latior*. in veterib. lib. deest *prominet*. vnde audacior aliquis Sallustianum id non esse suspicetur. vt vt est; Nonius ex Isidoro & Agellio corrigendus est.

Inde.] Scribit Plinius, *cum Sardinia alijs Sandaliois appelletur, Melissum eā à similitudine planta humana Ichnusam dixisse*. quod posterius Solinus, Plinij transcriptor *Chryssippo* tribuit, vt quidem vulgo est. nam in veteribus libris *Crispum*, non *Chryssippum* esse, deque *Sallustio Crispo* accipiendum videri, olim obseruauimus; et V. C. Martinus Delrius cum laude multa in his studijs versatus, in Scholijs Soliniahis notauit; quod eo mihi propius vero est, quod videam Siliū Italicū, qui in plerisque, vt alibi docemus, Sallustium studiose imitatus est, idem in poemā suū transtulisse. Versus eius lib. XII. sunt.

*Insula fluctifono circumuallata profundo.
Castigatur aquis: compressaq; gurgite terras
Enormes, cohibet nuda sub imagine planta.
Inde Ichnusa prius Graijs memorata colonis:
Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens
Herculus, ex sese mutauit nomina terra.*

Dubium.] Nonius de mutatis coniugationibus, *lauit*, pro, *lauat*.

Nam Sullam.] Notat Agellius lib. X. cap. XX. Sallustium proprietatis in verbis retinentissimum consuetudini concessisse, & priuilegium quod de Cn. Pompeij, Magni Pompeij patris reditu ferebatur legem appellasse.

Nam procul.] Ex Carisio lib. II. vbi; *Asper, Procul, inquit, est à loco*.

Obuiam.] Carisius ibidem. vbi *Asper ait vetuste obuiam fuere: aduerbio, quam nomine vti maluit*.

Vrbe.] Messus de elocutionum exemplis: *extorris his*. apud eum male est *orbe*, pro, *vrbe*.

p. 162. v. 24. *Genus*.] Idem ibidem: *suetus his*.

p. 162. v. 26. *inter Laua*.] Priscianus lib. V. & lib. VI. *Turiam*, inquit, *dixit, qui accusatiuus masculini est generis, non neut*. Probus tamen & Pompeius *Turia* videntur legisse. *Lectum est*, inquit Probus, *unum neut. generis nomen hac declinatione apud Sallustium: Et dextrum flumen Turia*. Idem ibidem: *Hoc Turia*, inquit, *nomen fluminis lectum in 2. hist. Sallustij*. Pompeius in posteriorem artem

Argentum.] Priscianus lib. VIII. *arcessiuit*. in quibusdam; *argentum multum arcessiuit*. in vetustissimo Colonienfi, *argentum multum arcessiuit*. cum superlineari glossemate, *id est simulachrum*.

Eam deditioem.] Priscianus lib. VI. in Martinensi est; *eandem deditioem*.

Nisi.] Docet ibid. Priscianus non solum in Africa, sed etiam in alijs regionibus nomina fluuiorum in a desinere: eoque hæc refert verba. in vulgatis est; *Lurda*: in Gemblacensi; *Clurda*: in Martinensi & Thofano; *Durda*: ita vt aut *Clurda*, aut, *Durda* scribendum esse existimem.

Frugum.] Arufianus: *latus huius rei*. Seruius lib. I. *Æneid*. *Latissimus*, inquit, *umbra*, aut *septimus casus est*, aut, *secundum Probum, secundus*; vt sit *umbra*: quemadmodum dixit Sallustius: *Frugum pabulique latus ager*.

Neque.] Idem Mellus: *Promptus illius rei*.

Modestus.] *Modeste*, inquit Donatus Phorm. act. I. sc. II. *est moderate*. sic Sallustius lib. II. *modestus est*.

Noctū diuque.] Ex Carifio lib. II. *Inst. gramm.*

At Lucullum.] Priscianus lib. VIII. *machinata*, inquit, *Sallustius passim extulit*.

Multique.] *interfici*, inquit Nonius, *de rebus inanimatis dixit Sallustius*. Vnde aut apud Sallustium, *commeatus interfecti erant*; aut apud Nonium, *interire*, pro, *interfici*, scribendum videtur. in vet. quodam hæc ex I. Histor. Sallustij adducuntur. in altero, libri numerus non est.

Namque.] Priscianus lib. VIII. apud quem in excusis libris IIII. Sallustij historiz adscribuntur. in Gemblacensi IIII. at Martinensis ex eadem hac desumpta esse vult; quem hac in parte vt reliquis meliorem sum secutus.

Tartessum.] Idem Priscianus lib. V. *Gadir*, inquit, *nomen ciuitatis, Sallustius neutrum esse ostendit in II. historia, ponens nominatiuo accusatiuum similem, vt alij tradiderunt: nam si esset femininum, Gadirem dixisset*. eadem lib. VI. repetit. à Donato quoque hæc adducuntur: vbi mendose est; *Gadirum*, Eunuch. act. III. sc. I. nec historiam Sallustij nominat. quid? quod eas voces, vt alij tradiderunt; vt etiam alias in his historijs infinitas, quidam non recte, quasi Sallustianas, acceperunt, cum Prisciani sine Huc pertinent versus Rufi Auieni, nondum, quod sciam, edit: quos V. C. Iacobus Susius, tibi, Guido Laurine, & eruditionis & affinitatis nomine carissimus, & ego, huius Sallustiani loci occasione, correximus:

Tartessumque dehinc Tirij dixere coloni,

Barbara quæ etiam Gadir hanc lingua frequentat.

Pœnus quippe locum Gadir vocat vniûque clausum.

Nec minus in eadem voce apud Iulium Solinum Polyhistoris peccatum est. apud quem legitur *sepem*, cum in vet. cod. Sufiano sit, VII. vnde legendum conieci, *saptum*.

Neque subsidij.] Ex Prisciano lib. x. *solvèrat* autem est, *solvitus fuerat*.

Neque inermes.] Idem Priscianus eodem lib. x. in Gemblacensi est *agnoturus*, secundum analogiam, pro *agniturus*, & *inermos*: pro, *inermes*. in Tholano; *agnosciturum*: pro, *agniturum*. in vulgatis: *agniturum*. utrumque non recte.

Ea continet.] Ex Arufiano: *inferior tibi*. & Nonio: *gravis*. apud quos male est, & *continetur*: pro, *ea continet vir*. de interpretatio-
ne, Nonius viderit.

Omnes.] Ex eodem Arufiano: *praminet*.

Et Pæni.] Donatus act. 1. sc. III. apud quem extrema tantum verba singulis designata sunt: quæ quid novent, diuinare nequeo.

Quia.] Vulgarem huius loci apud Priscianum lib. vi. scripturâ expressi. nã manu scripti libri variant. Martinensis habet: *perfcitum*: Gemblacensis: *percitum*: cum hoc glossmate interlineari: *id est valde citum*. idem quoque Martinensis: *burbuleium*. at Gemblacensis; *burbulequim* cû hac adiuncta interpretatione: *id est: valde luxuriosum*: uterque in hoc consentit scribendum esse, *appellabat*; non *appellabant*. cogitet lector. quid? quod, *quietem*, non *inquietem*, legendum videtur? cum dicat, *inquietis*, simplex etiam in usu inueniri: idque Nzuij belli Punici lib. II. Macrii Annalium. I. & Sallustij lib. II. auctoritate probet.

Audaciter.] Idem Priscianus lib. xv. *secundum analogiam*.

Ibi Fimbriana.] Nonius: *obsequium neutro genere*: *obsequela feminino*. Iunius eas voces, *graves*, & copulam *que* omittit, librorum, quantum conicere est, suffragijs. alij *grati carique*, *petperam* reponunt.

Mœnibus.] Nonius, *deturbare est*, inquit, *deijcere, demouere*.

E muris.] Idem Nonius *sportas à sparto*, quasi *sparteas*, aut ab asportando dictas esse vult. in vulgatis hæc quinto libro tribuuntur. in vet. cod. secundo. Viri docti, *ciues* pro *caues* legendum diuinarunt.

Adhæc.] Nonius *est*, inquit, *rumor, ut plerunque opinio*.

At Metellus.] Totum hunc locum citat Macrobius Saturnal. lib. III. cap. XIII. pro eo quod est in Macrobio: *Concurrentibus undique virili & muliebri sexu*: posui aliquando: *concurrentium undique virile & muliebri sexu*. primum quod ita in Nonio legeretur: deinde quod Carisius, & ille ipse Nonius obseruent hic *sexus* neutro genere. quod hinc alioqui probari non poterit, quamquam & apud Carisium & Probum legitur, *secus*, pro, *sexus*. Sosipatri libro I. Institut. gramm. verba hæc sunt. *Secus neutri gene-*

*Vt nomen. unde & Sallustius dixit, virile secus, hoc est, virilis sexus, quod per omnes casus integra forma declinatur. est & secus aduerbium. Probus Catholicis; Secus, inquit, duas res significat, aduerbium separandi, & sexum. Sallustius: Virile & muliebri secus. Hactenus illi. fuit cum diuinarem vtrumque esse alucinatum, & sexus apud Sallustium neutro genere esse retinendum. quod etiam in Plauto Priscianus notauit. is enim lib. v: Plautus, inquit, hoc sexus neutro genere protulit in Rudente: Virile sexus nullum vquam habui. Sed cum in Festi veteribus libris, secus esse, non sexus. in exemplis autem a Festo citatis sexus non secus monuerit Antonius Augustinus I. C. elegantissimus; scripturam quam expressi retinendam iudico. neq; virum doctissimum mihiq; familiarem audio, qui cum in veteri scriptura, secus esse fateretur, sexum tamen neutro genere, apud Festum aliosq; scriptores a Festo adductos, reponi volebat. hoc enim esset arbitrarias deq; opinione factas emendationes libris veteribus, & à quibus libri veteres & longe vincuntur ætate, Grammaticorum quos dixit ætate præponere; quod nemo, credo, doctus temere fecerit. neq; enim in librorum correctionibus Pythagoricum illud, *ὠρὸς ἔφα*, sed ea quæ modo laudauimus verustatis testimonia solidissimis rationibus adiuta, apud bonos harum rerum iudices valere consueuerunt. Adde quod idem Charisius eodem lib. i. ita scribat: *Alia nominatiuum & ablatiuum habent; vt tabes, pluris, siremps; facit ab hac tabe, plure, sirempte. Cinna autem in Smyrna, huius tabis dixit, nullo auctore. alia vnus tantum casus sunt, vt hoc secus, adfatim, adincitas, insitias, suppetias, pedum, spēte, dicis ergo, nequam, nihili, frugi.* ita enim locus ille Charisij reliquis, quæ interposita sunt, eiectis de veteri libro restituendus est. *cum sedenti.*] mire duas hic copulas, *exm, tum,* pro *&, &*, vsurpauit. cuius ratio alijs ignota locum hunc mala interpretatione, & præpositionis, *in*, adiectione, quam sustulimus, deprauauit. *Transenna.*] *transennam* Seruius Æneid. lib. v. *extensum funem* interpretatur. Nonius vero non *transitum* vt quidam, inquit, putant, sed *fensstram*. Seruij autem interpretatio & melior est, & cum hoc loco magis conuenit. apud illum etiam male est; *dimissum*: pro *demissum*. nam *Demitro*, inquit Caper, est *deorsum mitto. dimitto ne dicas.* apud hunc vero; *Victoriale*: pro, *victoria*, errore ex diphthongo nato. *machinato.*] Nonius; *Demistere*, inquit, est *desuper mittere.* Sallustius lib. i. ii. *cum machinis strepitus demissu.* qui locus ex hoc restituatur. *Capiti imponebat.*] in Macrobio vox, *capiti*, desideratur, & pro illa, *ei*, subrogatū est: idq; à sciolis hanc loquedi rationē, *sedenti ei coronam capiti imponebat*, ignorantib. Hæc autē apud Noniū in verbo, *Demistere*, in vulgaris omnibus & duobus veteribus libris ex lib. i. v. male adducuntur; cum ex i. i. sint.*

Ruina.] scribit Nonius accusatiuum vel nominatiuum hic

poni pro ablatiuo. quod qua ratione scribat, nescio. vulgo *ruina-que*.

Occurrere.] *Sagum*, inquit, Nonius, *vestimentum militare est.* & hæc Sallustij ex i i. historia affert. pro, *uti*; non recte ibi est; *ut*: pro *Hirtuleio*; *Herculeio*. de quo nihil me quidquam inemini legere. præterea in vet. cod. manifeste est *Hirtuleio*. quem Eutropius lib. v i. epitome Liuiana x c. & x c i. Orosius lib. v. Sertorij ducem nominant, voce nonnihil in ijs omnibus corrupta. de eodem hoc *Hirtuleio* ita scribit Frontinus Stratagematum lib. ii. cap. vii: *Q. Sertorius cum acie decertaret, Barbarum qui ei nuntiauerat Hirtuleiū perijisse, pugione traiecit, ne & in aliorū id notitiam perferret, & ob hoc animi suorum infirmarentur.* quamquam & alius *Hirtuleius* huius ducis frater fuisse videtur, qui in bello Sertoriano quæstor fuerit; vt Epitome Liuiana nominat. ideoque Plinius & Orosius *Hirtuleios* fratres à *Q. Metelio Pio* in Hispania oppressos scribunt.

Auidisque.] *Saucij*, inquit Nonius, *sunt vulnerati: & , tragula, est, hasta.* in harum autem posteriore voce, male legitur, *auidissimis atque promtis*, pro, *auidisque ita promtisque*. præterea non recte ibi ex i i i. historia recitantur; cum ex secunda esse, libri omnes in voce, *Saucij*, constanter asserant.

Primo.] Pro, *incidit*, apud Nonium est, *indicit*: in veteri etiam quodam; *inducit*: pro, *per*, vulgo, *super*: pro *renunculo*, quam vocem Agellius lib. x. cap. x x i. pro nauigio piscatorio accipit, *Lenunculo*. male.

Adhocq;] *Piratica*, inquit Nonius, *nauicula celeres quod cito agi possint.*

Omnia.] Arustianus de elocutionum exemplis: *imposuit in illam.*

Suos.] idem Messus: *transmitto illare.*

letu.] Donatus Adelph. act. i i i. sc. ii. *ruere*, inquit, *est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt qui ipsi præcipites alios prosterunt.*

Circumuenti.] Idem, *afflictus illam rem.*

Sed Metellus.] Donatus Phorm. act. i. sc. i i i i. Fuit tamen cū locum Donati corruptum esse, & hæc ad superius illud fragmentum, *At Metellus*, referenda iudicarem.

Immane.] Nonius; nomen positum pro aduerbio.

HISTORIAR. LIB. III.

Exaudirique.] Macrobius lib. i. cap. i i i i. Saturnal. notat in i i i. Sallustij historia, *Bacchanaliorum*, pro, *Bacchanalium*. Nonius quoque *de mutata declinatione* hæc eadem affert. neque vero dubito quin in eundem vterq; incidit locum. cum & apud Nonium in vet. cod. numerus historiae, qui à vulgatis abest, plane perscriptus reperiat. Itaque reponatur.

Diuersa

Diuersa.] Sex primæ voces à Prisciano lib. x. adducuntur, & Nonio in verbo, *gnaritas*. reliqua vero ab eodem Nonio. sed mira ubique est varietas. apud Priscianum vulgo sub II. historię leguntur. at in manuscriptis, tertio lib. tribuuntur. denique in vulgato & Martinensi est; *laceffunt*: quomodo ipse etiam Priscianus legisse videtur. in Gemblacensi vero & Colonensi; *capeffunt*. at in Nonio; *capeffunt*. quam scripturam secutus sum. neque enim raro fit vt Grammatici alucinati falsa pro veris afferant.

Vnus.] Priscianus libr. vi. *Antiqui Publipor & Marcipor, pro Publij puer & Marti puer dicebant: quæ O non produciunt in obliquis casibus.* Probus Catholicis: *Legi vnum nouo modo figuratum apud Sallustium, Publipor Publiporis. est enim quasi proprium.* sic erat & Quinctipor, Varroni ad Fufidium; apud Nonium *gargaridare, & edolare.* de quo vide nostrum Antiqui lect. Comment. III. cap. VII. *Caipor, Festo, Marcipor* eidem Festo, Plinio lib. xxxiii. cap. I. & Quinctiliano lib. I. cap. IV.

Male.] *Excipitur, inquit Priscianus libr. vi. hac vis, huius vis, cuius plurale similiter vis, tam Lucretius quam Sallustius, protulerunt.* Lucretius lib. II.

*Sed quam multarum rerum vis possidet in se,
Atque potestatem.*

Coniuratione.] Ex Prisciano lib. x. *claudio, & claudeo.* pro; *claudico.* in libro Martinensi ex IV. historia Sallustii male adfertur.

p. 168. v. 3. *Quasi par.*] Nonius in voce; *mador*, ex III. historia affert cui etiam omnes tam eiusdem Nonij quam Prisciani veteres consentiunt cod. licet vulgati I v. lib. dent. mendose; vt & ipsa verba: *monumenta madore infirmantur*: cum scribendum sit; *minimenta madore infirmarentur.* emendentur itaque Nonius & Priscianus bis eodem in loco. quin & Iunius pro *mænia oppidi*, legit, *amnia oppidi*: pro quo vetusti libri; *omnia oppida*: & procul vero est, si eam vocem ita à communi omnium vsu variasset Sallustius, Nonium id taciturnum fuisse.

Equis.] Ex eodem Prisciano lib. VI

Decores.] Idem ibidem. in quo non recte est, *dedecores*: cum aperte Martinensis & Thofanus habeant; *decores*: idque ipsa Prisciani hunc in modum scribentis. postulet sententia: *Inuenitur & simplex decor decoris, penultima correpta, apud vetustos, quando pro decorus accipitur.* quibuscum verbis exemplum hoc minime conueniet, si *dedecores*, legamus. vocem etiam, *per*, quæ ab ineruditis erat adscripta, auctoribus veteribus libris, sustuli.

Contra.] Ex Nonio in voce; *caluitur*; & Prisciani libris VIII. & x. postrema verba habet Eutyechius.

Parte.] *Sallerent*, inquit Priscianus lib. VI. *dixit à fallo, non à salio.* in Martinensi libro afferuntur ex IV. hist. Sallustii.

Si aduersus.] Epistola Cn. Pompēii ad senatum. *Totiens*] Libui, Vaticanus, Nicolai Fabri, & Cardinalis Briconeti, quorum scripturas quotiescumq; laudo, V. C. & eruditissimo Claudio Puteano. Senatori regio debere volo, habent; *tot labores*, quæ loquēdi ratio à Sallustii aliena non est. *Vtrum censetis.*] Diomedes lib. 1. c. 1v. notat hic, *præstare*, pro, *præbere*: cum, *præstare sit melius esse & antecedere*. sed ibi male est; *utrum vicem me præstare creditis. Laetaniam.*] in aliis est; *Laetaniam*, uti etiam in omnibus ijs quos modo iam nominaui libros: *Indigetes non Ilergetum*. sunt autem Laetani & Indigetes Plinio lib. III. c. III. not. *nobis quidē.*] vocē illam quidem Fabri & Briconeti libri ignorant. *Plus valet.*] emenda iisdem illis volentibus libris, *plus valet. Durium*] Ita hoc flumen nunc vocat, quod libro superiore, *Turiam*, siue, *Turid*, ni fallor, dixit. similiter Cicero oratione pro Balbo *Pro qui.*] Vulgo, *proque his*. nostram autem correctionem probat Vaticanus. *Necessitatibus.*] Carisius lib. 1. *neccitas*, inquit, *imperij est; neccitudo, sanguinis coniunctio*. Sallustius tamen, *neccititudinem sæpe pro neccitate*, ponit: *nec unquam pro neccitudine, neccitatem, aut ipse aut quispiã veterum*. ita Cariliū emenda. *Qua ultro.*] quidã libri, *ciuitates ultro nobis sunt tui oneri*; duabus illis vocibus omissis. *Namq;*] *grauē*, inquit Nonius, *est multum*. legendum est autem, *his, non, is, & infecunditate, non, in fecunditate.*

Hi saltibus.] Nonius *satias pro satietas*. in vetere cod. Nonii est, *in saltibus occupatus*. in Iuniano; *hi saltibus occupatis tamen*. in alio etiã vetusto; *in saltib. occupatis, tū &c.* viri docti aliter de opinione emendant. habeo itaque quod ille dicebat, quod fugiam; quod lequar non habeo.

Neque iam.] Nonius, *gliscit*, inquit, *est congelascit; colligitur, & gnescit, crescit*. in veteri est; *gliscenti*: pro vulgato, *gliscente*. recte, ad ipsum enim mare, non ad ventum referendum.

Ac cum.] *Munia*, Nonius interpretatur, *officia*. vulgo non recte; *clarissimum domi recordari*. vnde etiam abest verbum; *extrema*: vt à vet. cod. *munia*. quas duas interpolando voces, recte hunc locum emendauit Iunius.

Et forte.] Bis hæc adducit Nonius, & in voce *Faselus*, & in voce *Myoparo*, sed illic ex li. 3. hic vero ex 4. difficile vt sit verū inuenire.

Eum atq;] Hic quoq; Noniani à se dissentiuunt libri. nam veteres pleriq; tertix dant historix, quæ vulgati quartæ. Carisius lib. 8. *Ostia exitus fluminū in mare neutro genere semper pluraliter dicuntur*: sed si urbem significare voles, singularem potius numerū obseruabis; uti Sallustius: *quamuis frequenter etiam plurali numero urbem significet. sic corrige Carisium.*

Duos quam.] Nonius, *vitabundus*, pro, *vitans*. pro; *quam super*: scripti ex vet. cod. *qua super*. ex eodē quoq; pro; *tracto pede*: posuit *tractu pedis*. pro; *quas quasi*. quæ vox ab alio tamen manu scripto abest.

abest. postremo, pro; *inter molam qua infulam*; lego; *inter molam atque infulam*; ijs ipsis veteribus iubentibus libris.

Nam qui.] Nonio, tamen, est, tandem. apud quem vox *aluos*; ex Arufiano Mello inserta est. Arufianus vero Messus ex Nonio ita corrigendus: *Afflictus illam rem Sallust. iii. historiarum. Afflicti aluos undarum vi; multato sæde corpore, postremo tamen periere.*

Nam tertia] idem Nonius de mutata declinatione: *sublima*, in quodã est *nam terra tunc erat*. in pletisq; manu scriptis, vix *Thracia* an *Tertia* sic scriptum diiudices. Iunius legit, *Thrascias*. ego *tertia*. vt seraiam nocte tertiam vigiliam fuisse significet.

Illum.] *Forũ* generis masculini obseruat Noni⁹. ego vero de *nauiũ foris* loqui eũ non dubito. atq; ita vana erit hæc Nonii, vt *pletzq; aliz*, obseruatio. in quibusdã li. i. in alijs hæc assignatur tertio.

Si Quirites.] Oratio Marci Lepidi tribuni plebis ad plebẽ de tribunicia potestate recuperanda. *Existimaretis.*] Donatus Photm. act. i. sc. i *existimans*, inquit, *dixit Terentius pro astimans*; & Salustius: *si Quirites parum existimaretis*. sic enim ibi legẽdum est, non; *pacem. Differendum fuisset.*] Libri, Vaticanus, Briconeti & Fabri, *differendum fuit. Omnino non.*] A libro Briconeti non tantum

abest, sed etiã deest vox illa abutiua. *Pramiis.*] Inepte *pletzque* editiones, *prauis*; quod iam olim arbitrario iure cõstitutum; pro quo nunc omnes libri dicunt. *Vosmetipsi.*] vulgo *nosmet*; cõtra vet. libros, & præter Lepidi sententiam. *Rarus enim.*] emenda ex tribus illis superioribus libris, *raris enim, Cetera validiorum.*] omnes libri, *ceteri validiorum. Ne officere.*] rectius veteres libri; *num officere. L. Sicinius.*] varie hoc nomen est corruptũ, alijs; *L. Cincium* alij; *Concium*; alij; *Sincium* appellauerunt. *Sicinium* præter vet. cod. Dionysius, & Prædianus nominant. neque veto Sicinij in rep. R. ignobiles fuere. vidi enim præter cetera numisma in cuius fronte hæc erant notæ: *Q. Sicinius III. vir.* in tergo hæc: *C. Coponius P. R. S. C.* quamquam Cinciam legem de donis & muneribus, neue quis ob causam orandam, pecuniam accipiat i. c. nouerunt. sed nihil ad rem. *Tribunus.*] ita Fabri & Briconeti. at Vaticanus, *tribunicia. Quam vos iniuria.*] Messus in voce, *tadet*, hæc ex III. lib. histor. Sallustii affert. *Æmilio.*] deest libro Vaticano. *In cassum agerentur.*] Vaticanus, quem in his historiarum libris insignite bonum fuisse comperior, *in cassum agebantur. Nomina.*] ridicule vulgo omnia. *Si vera.*] scriptura quæ in alijs est edd. totam hanc peruertit sententiam. sic enim ibi legitur: *Si vera & honesta flagitium superauerint: cum contra dicere voluerint; cum in flagitiũ honestatẽ & æquitatẽ superauerit, illo ipso frui non placere.*

Placere. emẽdatio mea ante annos duodeniginti facta veterũ librorũ iuuatur suffragio. *Animũ aduertite.*] Fabri & Bric. animũ aduertere. *Omittendum.*] Arufianus de elocutione exemplis: *Agõ illã rem. Sallustius li. 3. hist. omittendũ morem hũc quem agitis. quã-*

quam ibi legitur, *amittendum*. quod pæne Sallustio suum esse ad-
 ueruerim. § *tribunis plebei*.] hiulcus & plane mendosus locus,
 cum ita legatur vulgo: *quo tribunos plebei modo patricium magistra-*
tum. quod nullam, ut opinor, commodam potest eicere senten-
 tiam. Vaticanus; *quo tribunos plebei modo patricium magistratum*.
 Fabri & Bricon: *quo tribuni plebei modo patricium magistratum*.
 Eam autem quam expressi, parum abest, quin veram & certam
 scripturam esse existimem. *Quirites*.] Locum partim ex Vatica-
 no, partim ex aliis duobus, ita constituendum iudico: *cum vis o-*
mnis, Quirites, in vobis sit, & qua iussa unde pro alijs toleratis, pro
vobis agere, aut non agere certe possitis. prius illud, *cum vis omnis*,
 à Vaticano est. posterius *&* pro *ut*, etiam ab aliis duobus. *ne-*
que ego vos.] idem Mellus ex hoc ipso historiarum hæc reci-
 tat libro. sed apud eum vox *una*, quæ in vulgato desideratur, ex
 meo reponenda est. *capiatis*] *omnes libri cupiatis. censeo*] re-
 cte tres libri vet. *censebo. nisi forte repentina*] locus corruptus,
 & absque erudito illo acumine doctissimi & humanissimi Cl. Pu-
 teani, fuisset plane depositus. itaque primum librorum variantes
 scripturas indicabo; dein ipsius Puteani emendationem adpo-
 nam: Liber Vaticanus, *frumentaria lege munia vestra pensantur*.
qua tamen quivis modis libertatem omnium aestimare: qui profecto
non amplius possunt alimentis carceris. namque utilis exiguitate
mors prohibetur, senescunt vires; sic neque absolui cura familiari tam
parua res, & ignavi quivisque tenuissimas perfrustratur. In Bricon.
 & Fabri: *quinis modijs*, scriptum est: ut etiam illud, *qui profe-*
cto. Deinde ab iisdem illis absunt duæ voces, *ut* & *possit*. Po-
 stremo in iisdem est, *& ignavi qui usque ten. perfrustrantur*. hinc
 diuina illa Puteani correctio existit; *Nisi forte repentina ista fru-*
mentaria lege munia vestra pensantur: qua tamen quivis modis li-
bertatem omnium aestimare; qui profecto; non amplius possunt ali-
mentis carceris: namque ut illis exiguitate mors prohibetur; sen-
escunt vires; sic neque absoluit cura familiari tam parua res, &
ignavi quisque tenuissima spe frustratur. sententia plana, & emen-
 datio diuina: de qua illud habeo dicere: *conueniant omnes au-*
gures, haruspices. nemo verius, nemo certius diuinaverit: compa-
rat enim legem frumentariam; qua quinque modij plebi daban-
tur, de quo nihil alibi legere memini; cum alimentis captiuorum.
ut, inquit, captiuis ea alimenta dantur, quibus mors quidem pro-
hibeatur, vires autem non tantum non confixentur, verum etiã
senescant, & atterantur: sic frumentaria ista lex plebem cura fa-
miliari, non liberat; sed est, ut ignavi quisque tenuissima spe
frustretur. dominationis socium] antea *& socium*. quam vo-
 cem tollendo, recte locum emendauit Lipsius; cuius emen-
 datio Fabri & Bricon. libros subscriptores habet. *neque enim*
ignorantia] Donatus Eunuchi act. I. sc. III. *vos nescio*] o-
 mnes,

mnes libri, occupavit, nescio qua vos, vetulle. quia neque] Vaticanus, quia non. Fabri & Briconeti, qui non. mutastis.] omnes libri mutavistis. tergis] Servius libro primo Æn. Tergum, inquit, dorsum significat. Sallustius; quia tergis abstinetur. Carifus lib. I. tergum, dorsum est; sed contrario Vergilius terga boum dixit. & in IX. hinc raptas fugientibus ingerit hastas in tergus. quo exemplo etiam illis resistitur, qui volunt tergum hominis esse, tergus pecoris. sic Carifii defectum supple. munere] figurate omnes veteres libri, munera. vincitur à paucis] longe alia, neque tamen animo meo melior, Fabri & Bricon. scriptura, vincitur à paucis plebes; quodcumque accidit pro victis est: et si illud, pro victis est, etiam Vaticanus agnoscat liber.

Postquam] Messus de elocutionū exemplis: egressus illam rem. Ad Cyzicum.] ex eodem Arufiano: firmatus illius rei.

Vt sustinere] Arufianus; incumbit illam rem. Servius lib. VII. Æneid. Stant longis adnixa hastis & scuta tenentes: Romani moris est & bellica necessitatis, ut Sallustius commemorat, fessi arma sua quisq; stantes incumberent. sic enim ibi legēdum, & apud Arufianū vox fessi inferenda. totus deniq; locus ex hoc constituendus.

Ac statim] Nonius de improptiis ex III. hæc adducit: ut vulgo legitur, ut autem in vet. cod. ex lib. IV. notans stuprum de quouis luxu improprie dici.

Quia Sertorio] Servius li. II. Æneid. Sallustius, inquit, dixit: Quia Sertorio triplices insidia per saltus posita erant: prima; subaudiendum reliquit, insidia. quod dicere non possumus. idem lib. X. Æneid. Sallustius dixit: prima qui venientes exciperent, cum de insidijs loqueretur: quas numeri pluralis esse constat. nōtro autem in loco numerus historiz adscriptus est, qui apud eundem Servium lib. II. Georg. exprimitur. in quodam etiam legitur. Qua à Sertorio. male.

Ingens ipse.] idem Arufianus: illius rei ingens.

Locus.] idem Messus: insisto in illo loco. vnde manifeste scribendum est: in quo armati; addita præpositione in.

At Oppius.] Nonius de genere armorum: pugio, inquit, est brevis gladius.

Castrisq;.] idem Nonius; ingenium hic naturam interpretatur.

Sed Pompeius.] Nonius Marcellus, amulus, inquit, est imitator. idem obseruat hic accusatiū pro genitio. rectius itaq; est in vet. cod. amulus facta consultaque, quam vulgo, amulatus. primū quod vocem, amulus, hic explicat: deinde quod alioqui accusatiū pro genitio positus non erit: postremo quod sæpe veteres nominibus eisdem casus dabant (grammatice loquor) quos ipsis verbis, de quo dixi non nihil Antiquarum lect. comment. II. c. XIX. est itaq; vno apud Nonium loco, amulus, pro, amulatus, scribendum: altero hæc ponenda verba: facta consultaq; eius quondam amulus erat. quæ, si Nonii sententiam spectas, non recte absunt.

Dubius.] Arufianus Messus: *dubius huius.*

Post reditum.] idem Messus: *gratiam illius criminis facio.* sic scribo: non, illi.

Quod ubi.] *aptum*, interpretatur Nonius, *connexum & colligatum.* vulgo; *socordius ire miles obrepere.* Hinc legēdum coniecit Iunius: *socordius ire milites occæpere.* quam eius coniecturam, vt certam, secutus sum.

Atque eum.] Nonio *optare* est *eligere*, pro; *eum*; in aliis est; *cum*. pro; *accensumq;* *præmiorū spe*; est; *accensum qua præmiorum spes.* pro; *iuber*; & *Curio* vel *Capio*, denique in duobus veteribus est, *inuet & cupio.* pessime.

Eodem.] *Paludamentum*, teste Nonio, est vestis, nunc chlamys.

Alfati.] vet. cod. *obstari delecta cohortes.* &c. docti viri legunt *hastati*, sententia non repugnante. *Si nihil.*] Priscianus lib. XIV. *corā ad verbum.* *Sine inguinum.*] ex Arufiano: *sine illius rei.* sed hic quippiam, quod non satis integrum sit, esse existimo.

M. Antonius.] idem Arufianus: *genitus illi rei faciunda.* hic autem est ille Antonius dissolutissimus, qui gratia Cottæ Consulis & Cethegi, curationem nactus totius oræ maritimæ Siciliam & provincias omnes depopulatus est; & ad postremum inferēs Cretæ bellum morbo periit. Asconius Pædianus IV. Verr. Cicer.

Muros.] idem Arufianus: *successit illum.*

Saxaq;] *verutū* interpretatur Marcellus *telum acutū & breue.* Turnebus *Aduersar.* li. 8. cap. 7. legit; *& axe vincti orbes. ericij.*] Seruius lib. IX. *Æneid.* *In armorum*, inquit, *generibus milites sumūt ab animalibus nomina.* Sallustius: *in modum hirci militaris.* Et icium autem bellicam esse machinam, præter ceteros, satis ostendit *Cæsar* lib. III. de bello ciuili.

Octauium.] ex Arufiano, Messo: *captus hoc.*

p. 176. 25. *Igitur discubere.*] hæc ex III. historia esse docet Nonius in voce *dominus*, vbi postrema verba adducit. sed apud eum non recte scriptū est: *alteri scribā Macenas in imo inter Tarquinium, & dominū Perpennam.* quin & Seruius lib. I. *Æneid.* corruptus est, cum apud eū legatur, *Tuscus*, pro, *Lucius: Tarquinium*, pro, *Tarquitium*: *Denatium Perpenna*, pro, *dominū Perpennam.* nam & in veteribus, usq; melioribus libris est lectio, quam exprimentā curauit, & Nonius per *dominū*, conuiui exhibitorē intellegit. quod ipse etiam Serpius innuete videtur. dicit enim apud maiores locū medium *semper fuisse domini.* Lucii autem Hispanientis in veteribus libris nulla, quod sciam metio; in numismatibus plurima. exstat apud c. v. Latinis & Grecis literis iuxta ac doctissimū Læuinum Torrentium; apud quē huiusmodi cimitiorū infinita copia est. exstat & apud Abrahamū Ortelium geographū exactissimum, numisma argenteum cum hac inscriptione: *L. Fab. Hisp. cuius viramq; partē, historia illustranda, apposimus.* & alioqui *L. Fabium Hispanientem*, in coniectatis fuisse constat.

Ligneas

Ligneas has figuras, quarū Commentarij faciunt mentionem, proxime ante Indicem inuenies.

Quarum.] Scorpio genus teli est, inquit Marcellus. vulgo, vna epistola. male. in quibusdā etiam est; scorpione: in alijs, scorpionem.

IN HISTOR. LIB. IIII.

Pag. 177. vers. 16.

AT Cn.] Ex Agellio lib. xviii. cap. iv. de stolidi & vni differentia differente. & certe M. quoque Tullius Cicero in oratione quam pro Quinctio habuit, eodem modo vanitatem accepit, cum eam veritati opponeret. Clodianum autem Latine gentis esse, patet ex Varrone, Quinctiporem Clodianum, Epistola ad Fusium nominante.

P. 177. ver. 22. *Omyes.*] Priscianus lib. ix. & x. *Sallustius*, inquit, *participium preteriti temporis ex senecā protulit.* Addidi autem ex vetustissimo Coloniensi, *atas*, quod in alijs non erat.

Dein.] Priscianus eodem lib. ix. *permulsum*, pro, *permulctum*, Sallustij autē verba in hunc librū coniecimus, quod omnes li. ver. ex lib. xv. non, vt vulgatis, ex lib. iiii. hęc adducerent. quid? quod *liberalibus*, pro, *libralibus* iisdem auctoꝝ scripsi?

Implicita.] idem Priscianus ibidem, ostendens composita à *plico* penultimam *a*, vel *i* habere in supino, inter cetera hoc etiam ponit. sed cum in excusis sit *implicita*, exemplaria tria vetustissima habent; *implicita*. nisi q̄ hoc in Gemblacensi delerum & aliud, vt in pleriq; bibliothecę illius libris solet, alia manu substitutum est.

Igitur.] ex eodem Prisciano libro decimo, in Martinensi exemplari est; *inaccessiui*.

Anxius.] *Messus*: *anxius huius rei.*

Magnam.] idem *Messus*: *exorsus orationem.*

Impotens.] ex eodem: *nimius illius rei.*

Amissumq;.] lib. viii. Priscianus, *obsideo*, inquit, & *assideo actiua sunt. faciunt. n. assideor & obsideor.* in Martinēsi libro est; *admissumq;.*

Qui quidē.] Festus Pompeius, *tabes*, inquit, *est qua facit tabescere.* libenter autē hac similitudine vtitur Sallustius. de qua in Catilina.

Castella.] ex Seruio xi. *Æneid.* & Carisio lib. i. Inst. Gram. *custodias*, pro, *custodia*. ita etiam Asper intellegit, licet alij accusatiuum esse velint. Verba autem Carisij aliter vulgo, aliter in membranis, quarum vsus, vt reliquarum Coloniensium omnium, mihi, dū in Vbijs essem, vir eruditione singulari & eximia humanitate ornatus Melchior Hittorpius libenter expensum ferebat, hunc in modum præscribi video: *Paterfamilias & materfamilias, antiqui magis vsurpariunt; propterea quod nominatiuo singulari s̄ literā adyctebant, vt facerent genitiuum: hac familia, huius familia: hac Maia, huius Maias. quam declinationem & Sallustius in tertio secutus est: Castella custodias thesaurum, in deditioem acciperentur. sed emendatius, custodia, Maia, & familia dicitur.*

Reliqua.] Diomedes lib. i. cap. iv. *Veteres*, inquit, *ambiguitatis causa salitus dixerunt à salo, non salio. nescio autem an hæc ad III. historiarum pertineant librum, & eodem cum illo referenda sint fragmento, quod à me yndecimo positum est loco, an vero decimum illud libri tertij fragmentum in hunc potius librum coniiciendum sit: infinita enim sunt in Diomede menda: eaq; emendatorum audacia mirum ac pœne incredibile dictu quantum excreuerint; ita vt primâ eius editionem omnium quæ hæctenus sunt visæ, integerrimam, aut certe minime corruptam præstare ausim.*

Rex Mithradates.] *Epistola regis Mithradatis ad regem Persarum, ex libro IIII. Historiarum Sallustij, vt mox docebitur.* ¶ *Deinde.* ¶ *scripsi more Sallustiano; dein: probat Vaticanus.* ¶ *Tibi perpetua pace frui liceret.* ¶ *locus mendosus & qui sententiam nullam eiciat: præsertim qua à distinctione. quo enim illud, egregia fama si Romanos opprefferis futura est? emenda, emendationi elegantissima Vaticano alijsq; libris assentientibus; Tibi si perpetua pace frui licet, nisi hostes opportuni & scelestissimi, & egregia fama, si Romanos opprefferis, futura est: neq; petere audeam societatem; & frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem. frustra, inquit, à me ad societatem belli peteris, si ea esset rerum tuarum cõdicio, vt tibi perpetua pace liceret frui; nisi in ipsis regni tui faucibus hostes essent opportuni & sceleratissimi; nisi denique egregia fama, Romanis opprefferis, te esset secutura, vsus vocis illius neque, Sallustio frequens, vulgo ignoratus locum corruptit.* ¶ *Atqui ea.* ¶ *libri omnes atq; ea.* ¶ *Videntur.* ¶ *Fabri & Briconeti, videtur nostram scripturam, qua à Vaticano est, seruari placet.* ¶ *Qua primum.* ¶ *libri nonnulli, primo.* ¶ *à Philippo.* ¶ *à, deest libris Briconeti & Fabri Vaticano; tracto Philippo.* ¶ *In somnis occidère.* ¶ *recte correxi, in somniis occidère, voce Sallustiana; quam apud eundem in Catilinario Criticus noster reponit: dies noctisque festinare: vigilare: neque in somniis, neque labore fatigari.* ¶ *oratione de Rep. profecto, si id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedauerit; quin in somniis excitus, furiundus, atq; amens alienata mente feraris. error ex eo natus, quod veteres, in somniis, scriberent, pro in somniis, i longa videlicet, pro geminata. Certe antiquissime vulgati, qualis est apud eruditissimum Nicolaum Fabrum, in somnia, agnoscunt. dicunt Latini in somnia, utroque numero; pro eo quod est iisdem vigilia, & Græcis ἀννία. prior quidem numero Pacuuius Antiocha:*
perdita illuic atque in somnia.

item Cæcilius Plocio:

Consequitur comes in somnia. ea vero insaniam adfert.

posteriore vero Terentius Eunuchio:

Aut mox noctu te horisum adigent in somnia.

sic enim Donatus illa Terentij accepisse visus est; etsi non dissimulat, adiget in somnia, alibi scriptum reperiri. Virgilius:

Sed falsa ad cælum mittunt infomnia Manes.

quamquam ibi, somnia, significari volunt Grammatici, addita scilicet præpositione; ut Græci dicunt ἐνὶ νύκτι. sed idē Virgilius, infomnia, etiam plurali pro vigilijs posuit:

Quæ me suspensam infomnia terrent?

quamvis & hic somnia intelligi possunt, quib. terreri potuerit. ita Carisum emenda. Falluntur autem qui, infomnium, pro eodem extulisse antiquos crediderunt: cuius exempla nulla sunt. itaque apud Suetonium Caligula scribe ex vetere libro, Incitabatur infomniis maxime: neque enim plusquam tribus nocturnis horis quiescebat, non, infomnio; ut vulgo. quod vero propius ad rem attinet, Persen Philippi, inter ceteras de morte illius opiniones, ἀνύκτια extinctum esse, scriptoribus plerisque placuisse à Plutarcho relatam est. Eumenem.] male in Glareani aliorumque editionibus; En cuius: in veteribus impressis propius à veritate; Eum En En: pro; Eumenem cuius: diuisis tantummodo à se syllabis. male etiam in nostra: Eumeniem: operarum vitio. sed hoc leue. illud alterius momenti, quod sequitur. mercede posthabita, custodi.] duabus historijs inter se confusis quid sibi velit Mithradates, plane nequit intelligi. Vaticanus, pacis mercedem posthabitu. pulcherrime Fabri & Briconeti; Eumenem, cuius amicitia gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho pacis mercedem. post Attalum, custodem agri captiui, sumtibus & contumeliis ex rege miserum seruorum effecere. quo quid apertius? quid eruditius? ¶ postremo totam Bithyniam:] vox totam, à libris veteribus abest. abest, inquam, non deest; cum vulgo superstit. ¶ Cum filius Nysa, quem regem appellauerat, genitus haud dubie esset.] scriptura præ aliis insignite praua, & qua Sallustio non modo fraudi fuit, sed etiam viros maximos in errores grauissimos induxit: quorum partim an hac Sallustij essent dubitarunt, nonnulli Nysam, siue Nysam Nicomedis Regis Bithynia filium esse crediderunt; alij etiam eadem occasione locum Suetonij, ea de re, qui recte habet, corrigere tentarunt. vetus editio; cum filius Nysa, quam regiam appellauerat, genitus haud dubie esset. minimum à veritate. Fabri & Briconeti; quem Regem iam appellauerant, in qua scriptura illud, appellauerant, rectum videlicet. Vaticanus; Nysa, quam Reginam. hinc lege, quod & humanissimo doctissimoque Puteano placuit; cum filius Nysæ, quam Reginam appellauerant, genitus haud dubie esset. vult enim Mithradates, Nysa Nicomedis filia, quam Romani reginam appellauerant, priusquam Bithyniam diriperent, filium regni heredem natum fuisse. nõ tantum verisimiliter, sed omnino vere. Nysam enim muliebrem nomen esse à Plutarcho constat. qui, in vita Luculli magni illius Mithradatis sororem ita appellatam scribit. ac sane nisi Suetonius Nysam Nicomedis filiam diceret, parü abesset quin illam Plutarchi eandem cum hac esse, & nescio cui Nicomedis filio, ex quo etiam filium sustulerit, nuptam fuisse existimare. Suetonius Iulio; (Cicero) quon-

dam in Senatu (Cæsari) defendenti Nysæ causam filix Nicomedis, beneficiaq; regis in se cōmemorant; Remoue, inquit, isthæc oro: quando notum est & quid ille tibi & quid illi tu dederis. *nisi forte verba illa, Nysæ filix, quæ varia leguntur, delenda sunt, aut ita interpretanda uti, quod iam dixi, non filia fuerit sed nurus: verba autem Cæsaris in ea oratione hæc fuerunt.* Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate quorum res agitur, refugere hoc munus, Memmi, non potui. nam neq; hominū morte memoria deleri debet, quin à proximis retineatur: neque clientes, sine summa infamia, deleri possunt, quibus etiam à propinquis nostris opem ferre instituimus. *male autem opera Musa, pro Nysa, expresserunt.* Testatum antea Cretenses soli omnium liberi ea tempestate & rex Ptolemæus.] *emenda ex omnibus libris; sceleris eorum haud ignarum, & ea quæ accidere, testatum antea Cretenses solos omnium liberos ea tempestate, & regem Ptolemæum. quam emendationem certam esse vetustissimas editiones testor.* Ptolemæus pretio diē belli prolatat.] *hic vulnus plane Chironcū. Fabri & Briconeti; dies bellū prolatas ut & vet^o editio. Vatican^o, in dies bellū prolatas, pulcherrime. scribe itaq; illiq; quos ignauia, aut praua callidi as, uti meis iaboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissimas pœnas soluit, Ptolemæus pretio in dies bellū prolatas, Cretenses impugnati, semel iam, neq; finē, nisi exscidio, habituri. abnuete Tigrane.] suadebat bellū suscipiendū Mithradates: negabat Tigranes: eog; dissuadeie, Mithradates arma sumsit. atq; hoc est quod dicit: abnuente Tigraue bellam cœpi. sic enim legendum esse. non, cœpit: præter certam horum verborum sententiam, res ipsa clamat.*
 in obsidione moranti] *Fabri & Briconeti, in obsidio moranti. & sane obsidium veteres etiam dixisse constat. C. Lalius ad populum pro se: uti terra marique simul, nobis obsidium facerent. & Sallustius libro 1. historiarum, magnis opibus profectus, obsidium cepit per L. Catilinam legatum. vide Nonium. Regredi coactus.] vetus editio, & Fabri; regredi conatus. Apud Parum.] vetus editio; apud Paruum. Fabri & Briconeti; apud Parum. Vaticanus. apud Patrum. Apud] Cabira.] vetus editio; apud Caberam. pro qua faciūt libri manuscripti. inter me.] Carisus lib. 1. hæc xv. Sallustij historia dat; notatque ambos, non ambo: quod & Helenius Aëron sic oportere dici in Adelpis Terentij disputauit. Verriumque dicit errare, qui putat, hos ambo, dici oportere. locum Carisi. antea corruptum, in eius editione emendabimus. Valtis circum.] Fabri & vetus editio: vastis citcum. vox historicis familiaris, neque minus poetis. Scio equidem.] & hæc Carisus libro 1. recitat. qui locus partim hæc corrigit. partim ab his corrigitur, quod enim illic est, petietis; melius hic: petetis: quod vero hic, meis militibus, absolute: hoc illic rectius, meis militibus belli prudentibus, scriptum est: uti in eodem orationi. o correximus. Asper, Ceterum, inquit. quomodo po-*

do positum est? an pro alioquin consilium est? an pro reliquum consilium est? Quando neque.] *vetus editio, item Fabri & Briconeti: quomodo neque. Procul iuxtaque.] omnes libri, procul iuxta sitos: Sallustian. excidantque.] Vaticanus: excidantque. Fabri libro abest copula. Omaiique & maxime.] quid illud, quod in libris omnibus legitur? omniaque non serua & maxime regna hostilia ducant, nisi forte, non serua, pro ijs qua libera sunt, nulliusque imperio parent, acceperit. In tempore.] tale est illud libro 1. historiarum, Maximeque ferocia regis Mithradatis in tempore bellaturi. In omnes arma.] omnes libri: arma in omnes. Bella ex bellis ferendo.] inapte pleraque editiones: ex bellis ferendo. difficile non est.] Vaticanus: difficile haud est. Fabri & Briconeti aut difficile est. vitij mater antiquorum consuetudo modo haud, aliquando haur, scribentium. Circumgredimur: exercitus.] locus, qua à scriptura qua ab interpunctione valde mendosus: scribe: circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis, fortuna aut nostris vitiis adhuc incolumem. qua emendatio palmaria est: eoque certior, quod eam vetustissima etiam editio (ne quid de Vaticano, aliisque libris manu scriptis dicam) plane praesferat, nostra vnum imperium.] alij. nostra tuum imperium. Vaticanus: pernicie nostra tua prolatate. optime vetus editio, vti & Fabri & Briconeti: non malis pernicie nostra tuam prolatate, quam societate victor fieri. Curio.] Nonius de mutata declinatione. & Carissus libro 1. Vulcanaliorum. pro Vulcanalium. Carissij locum ita emenda: & supple, genitiuus quoque pluralis cum ratione vectigalium facit: auctores tamen vectigaliorum, dixerunt: vt A sinij: vectigaliorum rei publicae curam esse habendam: & Horatius:*

---- Anciliorum & nominis & togae.

vt Bacchanaliorum Sallustius & Vulcanaliorum; & alii, Saturnaliorum & Sigillaliorum.

Scalas.] Arustianus Messus: par hac re.

Diffidere.] Idem Arustianus, in Medium, id est, in commune.

Multisque.) Nonius Volentia, interpretatur, quae plebs vellet, pro plebi, in alijs est leui. non recte. ita enim & Cornelius Tacitus: quem studiose Sallustium obseruare, & in imitationem trahere saepe a me ostensum est, libro 111. historiarum locutus est: Mutiano volentia scitipere, & alibi: haec atque talia plebi volentia fuere, quamquam utroque loco, volenti. legi possit. de qua loquendi ratione diximus Antiquarum lectionum Comment. 111. cap. 11. sic Criticus noster illud in Iugurthino volenti animo de ambobus acceperant, legi voluit, & Romae plebes literis, quae de Metello ac Mario missae erant, volentia de ambobus acceperant.

Suspectusque.] componere, est eidem Nonio, coriungere. vulgo est; ac pernegigentiam; pro san per negligentiam; item; praedare: pro, praedarum, & composuisset: pro, composuisse.

Collegam.] *Arustianus Messus*, cultor sui.

Quam maximis.] *naues Codicariæ Nonio sunt qua in fluminibus vsui esse possunt pro Ariobarzani, male est vulgò Ariobarzani, sic supra. illi suberat regnum Ariobarzani bello intactum.*

Qui prætergredebantur.] *Nonius: caraphracti, prætergredebantur.] Ita veteres editiones & libri manu scripti: mirum ut sit, recentiores habere, prægredebantur, puto autem illud quod Seruius lib. xi. Æneid. ex eadem hac adducit historia, cum hoc idem esse: ibique male legi, & sequebantur, pro, qui prætergredebantur.*

190. Cum interim.] *Galliæ mulieres; pro Gallicæ. Nonius more Græco, menstrua autē soluere dixit, opinor, Sallustius imitatus Lucretium (hoc enim in pluribus obseruavi & monui.) qui lib. vi. ita canit:*

Tempore eo si odorata est, quo menstrua soluit.

Pluteosque.] *Nonius, demoliri, inquit, est diruere.*

Exercitum.] *Messus; degredior illum locum. ita corrige.*

Tetrachas.] *idem Messus; territus illius rei. male in alijs est vllius rei, & formauit.*

Simul eos.] *Locus mendosus, & quem iure stigmatiam feceris. laxitas est Nonio laxitudo. in veteri quodam codice est indignatos, in alijs aliud putamus legendum. Simul eos & cunctos iam inclinatos laxitate loci, plures cohortes, atque omnes, vti in secunda re, pariter acie inuadunt.*

Hi locorum.] *parma est scutum breue. Nonius pro fuerat, in alijs est fuere, in nonnullis fecerat, pro ad eam artem, vulgò, ad eam arcem, in alijs, ad eas arces. est autem, ad eam artem, idem quod, ea arte: nimirum nec tendi è viminibus vasa: ut ad hunc modum, pro hoc modo, Sallustio non infrequens. Sed hac immane quantum alij deprauarunt.*

De pecore.] *Carisius lib. i. notat. pecu & pecus pecoris, & hæc duo Sallustij verba adfert. Seruius autem lib. ii. Georgicon & Mar-tianus lib. iii. reliqua commemorant, nullo tamen adiecto libro numero, quæ ego primum inter se coniunxi, deinde hoc libro hoc etiã loco posui, quod cum eo quod præcedit, optime congruerent, dicit enim Sallustius eos scuta è viminibus nexuisse, illisque coria de pecore recens detracta imposuisse: quæ quasi glutino adolescebant, quo etiam pertinet, quod idem scribit Seruius, Sallustium dicere Lucanos de vimine facta scuta coriis tegere, lib. Æneid. vii. Carisius, lib. i. glutinum, inquit, dixit Varro in Scauro, glutinum Dædalum inuenisse. quam declinationem Sallustius sequitur cum dicit, quasi glutino adolescebant. idem eodem: Varro in Scauro, glutinum ferunt Dædalum inuenisse: quasi, gaudium, præmium. itaque. Sallustius istius potius declinationis vsum secutus, Glutino, inquit, adolescebant, vt, gaudio, præmio, quæ duas postremas voces cum exempli causa adferat Carisius, easque superius etiam cum Varronianis com-
posue-*

posuerit; mirari satù nequeo eorum ignauiam, dicam, an imperitiam, qui eas vt Sallustianas habuerunt.

Auidior.] *Arusianus*; auidus illius rei.

Consilii.] *idem Messus*; æger illius rei.

Reuersi.] inuitare, *inquit Nonius*, est repleri, *hic autem locus apud alios varie mendosus, hic restitutus est.*

Atque hiauit.] hiare, *eidem Nonio est*, aperire. fortasse, aperiri.

Rursus.] *Nonius*, contentio est perseverantia & elatio.

Vbi se.] *Arusianus*, de elocutionum exemplis; emergit se.

Tum verò.] *Idem Arusianus*; propinquo illam rem.

Eos qui.] comparare, *inquit Nonius*, est componere, machinari.

Id quis.] *Nonius*, patibulum est crux. improbi.] *locus non iniuria de mendo suspectus: neque tamen quo mendum tollatur repario. sunt qui legant, in prora, non placet. itaque amplius.*

Ad Siciliam.] *Messus*; patet tot pedes.

Clausi.] *Messus*; altus pedes tot; quæ elocutio cum hoc exemplo minime conuenit.

Naphthas.] *Probus Catholicis*. hoc Naphthas huius Naphthæ genus olei cedrino similis, *Sallustius lib. iv. hist. dixit.*

HISTORIARVM LIB. V.

AT Lucullus.] *Priscianus lib. xviii. notat*; audito. *vulgo male est*, Lucilius, *pro Lucillus: deinde pro Q. Marcium, in quibusdam Macium, in alijs Marium: postremo pro, Regem, inepte regem. est enim Rex familia, non dignitatis. scribe itaque, Q. Marcium regem; de quo crebro historici. & Sallustius Catilinario, Legatos ad Q. Marcium Regem mittit. & ibidem sæpe.*

Legiones,] *Idem Priscianus ibidem*; comperto. *vereor ne omnia satis sint integra. in Gemblacensi est; Consuli datam esse, missos esse. sed hoc Sallustiana breuitas auersatur.*

Regem.] *Arusianus*; auersor illum, *quamquam alibi apud eundem legatur, aduersor illum. videntur enim veteres utramq; vocem in eadem re posuisse. sic Tacitus historiarum lib. i. ambitionem scriptoris facile aduerseris;*

Ceteri] *mercatùs, inquit Nonius, pro mercatibus. quam interpretationem quidam libri veteres pro verbis Sallustianis acceperunt.*

Et uxori.] *Arusianus*; frater illi.

Sæpe celebritatem.] *participiorum accusatiui, inquit lib. xviii. Priscianus, frequenter pro verbis infinitis ponuntur. in Gemblacensi est; spe celebritatem nostris intelligo timentem. pro; timere. in alijs; sæpe celebritatem nominis te lego timentem.*

Video.] *Idem Priscianus ibidem; Gemblacensis; video ingentia dona quæsitura τὸν σπόρισιν, properantem, pro properare, quam scripturam nondum probò: tum autem probabo, cū quid ea significetur*

intelligam. alius vet. cod. video ingentia dona quæ sita Græciæ pro-
perantem. Fortassis vox illa Græciæ, à librario aliquo adiecta est,
volente significare verba Græca, quibuscum Latina Priscianus com-
posuerit, hic esse inferenda.

Nam si in.] *Arusianus*; cuenit in illo. emenda hic operarum vi-
tium, & scribe; Nam si in Pompeio.

Quibus de caussis.] *Hac Nonius in voce*, apertum, apud quem lo-
gitur: equo descendere, surgere de sella, caput aperire solitum. apud
eundem in voce, surgere, est; sella surgere, caput aperire solitum.
apud *Arusianum* autem in elocutione, assurgo illi, est ea quam ex-
pressi scriptura. *Servius lib. 1. & 111. Æneid.* interpretatur, aperire,
nūdare & ostendere, & has tres postremas voces affert: verba autem
ipsa de Pompeio accipienda iudico, cui vni ad se accedenti Sullam as-
surgere solitum *Appianus lib. 1.* tradidit.

AD EA DE QVIBVS DVBITATVR EX quonam sint Historiarum libro.

NE.] *Ex quarto an ex quinto historiarum libro hac in voce*, Sub-
nlicium, *Festus adducat*, nemo facile dixerit, sic enim in *Antony*
Augustini exemplo scriptum est: *Sallustius lib. qu. qua nota quartus*
non minus quam quintus designari potest. præterea de verbis ipsis
Sallustianis; cum ingens in Festo sit lacuna, non minor dubitatio est.
& care Festum ipsum exprimere, quam, nescio quid nouum commi-
niscendo, in temeritatem incurrere, malui.

Cuius.] Sunt qui fragmentum hoc VII. sunt qui X. Sallustij histo-
ria, sunt qui XI. adscribant. sed cum præter V. superiores historiarum
libros, nullos à Grammaticis recenseri videam, & veteres codices sex-
to postrema hæc tribuant; omnino hunc numerum retinere malui. ne-
que enim mihi sit verisimile, reliquos eos, si modo præter sex, ut iam di-
xi, alij etiam à Sallustio scripti sunt, ita prorsus intercidisse, ne verbum
quidem ex ijs, ut à Grammaticis afferatur: maxime cum nouator
verborum Sallustius sui ubique sit simillimus: & alijs suis libris, se
quos forte scripsisset, non minorem Grammaticis nouas, imo veteres,
loquendi rationes in ijs obseruandi occasionem dedisset; quam ijs quos
mutuos, laceros, conscisos, perturbatos, & nulla ex parte sibi respondetes
nunc in licem edimus, suppeditauerit. adde quod illa ipsa fragmenta,
qua ex quibus historiarum libris sint desumpta incertum est, cum ad
hos quidem superiores libros pertinere certum sit, cui tamen unum-
quodque eorum debeat assignari, non temere dixeris: sed ad fragmen-
tum. Loquitur, quantum diuinare valeo, de infulis fortunatis, ad quæ
viduum voluisse ire Serrorium à Sallustio in historijs esse traditum, scri-
bit in librum Epodon Horatianus interpres, siue is Acron est, siue Por-
phyrio. sed silentio prætereundum non est me pro, satis constabat, scri-
psisse, sitas constabat. quod ne cui paullo humaniori non probem, non
timendum mihi esse existimo.

IN INCERTA HISTORIA-

rum fragmenta.

[I. li. tertio.] *Arufianus Messus*; citius siue celerius hac re. sic enim ibi scribendum est. hoc autem fragmentum, et si non dubito quin ad librum quartum pertineat, quo bellum Mithradaticum describitur, tamen, ut certum, eo referre religio mihi fuit.

Ergo senati.] *ex Donat. act. 11. sc. 11. And. Terent. ita idem Sallustius bello Catilinario, pag. 34.* Igitur senati decreto Q. Marcius Rex Fæstulas, Metellus Creticus in Apuliam circumquæ ea loca missi. *vide Criticum nostrum.*

Pompeius.] *Suetonius de claris gramm. cap. xi v. Lenæus, inquit,* tanto amore eiga patroni memoriam exstitit, ut Sallustium historicum, quod Pompeium oris improbi animoque inuerecundo scripsisset, acerbissima satyra lacerarit, lastaurum, lurconem & nebulonem, popinonemque appellans, vita scriptisque monstruosum: præterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem.

Simulans.] *Isidorus lib. x i. in voce, aluus, & Seruius lib. i i i. Æneid. Virgil. apud quem in vulgatis aliquot libris est; simulans aluum purgare.*

Fecit vt.] *idem Carissus lib. i i. in quo historia numerus à vetustate deletus est.* Confestim autem interpretatur Statilius Maximus, ordine & sine intermissione.

Communem.] *Priscianus libro x i v. transgredi idem est quod υπερβαίνειν. sic Sallustius dixit, transgressus, pro supergressus.*

Inter arma.] *Annaeus Seneca lib. xx. epist. c x v. Arruntius, inquit,* non temperauit quin hoc primo statim libro poneret.

Næque me.] *Arufianus de elocutionum exemplis: motus ab illo.*

Haud impigre.] *ex Donato And. Terent. act. 1. sc. 1 i.*

Festinantibus.] *idem Donatus Eunuch. act. 1 v sc. 1 i i.*

Hostes.] *Isidorus lib. x v i i i. de triumphis.*

Exercitum.] *Seneca lib. x x. epist. c x v. Hoc, inquit, Arruntius amare cœpit, & posuit omnibus paginis.*

Togam.] *Isidorus lib. x i x. in voce; paludamentum.*

Hiero.] *Idem Seneca loco proxime nominato.*

Ibi.] *Seruius lib. iv. Æneid. ad illud, aut qua spe Libycis teris otiz terris: teris, inquit, est per negligentiam consumis. Sallustius: ibi triennio frustra trito.*

Quirites.] *oratio C. Cotta consulis ad populum ut tolerent aduersa. quam inscriptionem ea verba oratione hac extrema posita satis videntur confirmare: Adsum en C. Cotta Consul. ex quo autem historiarum libro, nõdum cogitando assequi potui: dubitans aliquando, neque dum possum statuere, è tertione an potius è quarto histor. lib. hac olim fuerint exemta. nam & tertio libro frequens Cotta mentio est: & quarto Mithradates etiam Cottam nominat. quamquam ibi*

Marcus; hic vero, nisi nos libri fallunt, Caius appellatur. & sane, si in re incerta omnino aliquid statuendum est, malim hac tertio quã quarto historiarum libro dare. duobus enim annis continuis è Cottarum familia & gente Aurelia consules fuerunt; anno nẽpe V. C. I D C L X X I I X. quem tertio libro noster descripsisse videtur, L. Octavius Cn. F. Cn. Nepos collegam habuit C. Aurelium M. F. C. ni fallor, nepotem Cottam, sequenti deinde anno Cõss. fuerunt L. Licinius L. F. L. N. Lucullus, & M. Aurelius M. F. C. ni fallor, nepos Cotta. de quibus quarto libro egit Sallustius. ¶ Militiæ multa aduersa.] Vaticanus, militiæque multa aduersa, sed libenter, uti supra dixi, huiusmodi copulas Sallustius omittit. ¶ in quib. omnibus.] ita correxi: correctionem Vaticanus probat, etsi in alijs libris est, inque his, vitio è literarum inter se collisione orto. ¶ Neque animus.] Fabri & Briconeti; nunquam animus. ¶ Senecta iam ætate.] ita emendauit; cum antea legeretur: acta iam ætate. id enim præterquam quod antiquiores editiones agnoscunt, Seruius etiam probat; qui ad lib. x I. Æneid. ita scribit: senecta ætas recte dicitur. Sallustius: senecta iam ætate. qui locus quin huc referendus sit, quis est qui dubitet? sic etiam libro quinto Lucretius: ætate senecta. ¶ vobis.] Glareani editio, & libri Fabri & Briconeti; bis genitus: nonnulli, vobis genitus. alij; his genitus. à Vaticano vox bis, abest. quod certe aut probo, aut eam qua expressa est, ut veram & rectam scripturam, tueor. neque enim raro fit, ut aut syllaba aut vocula à librariis incurijs & festinantibus omittantur. sed pacet lectio Vaticani. ¶ Cum omnia.] Vaticanus; quin omnia. simile est in Catilinario in oratione Caesaris, ¶ in ore vestro.] editio antiqua; more vestro. inepte. simile vitium apud Tacitum emendauit Lipsius noster lib. historiarum III. non parare arma, non alloquio exercitioque militem firmare, non in ore vulgi agere. sic postea Sallustius: in ore gentibus agens, populo, ciuitati. ¶ Callidam facundiam.] sunt qui, caninam facundiam, Sallustium scripsisse existiment. quod dissentientibus libris nondum probare possum. scio quidem à Sallustio Ciceronis facundiam seu potius ab Appio ita appellatam fuisse, sed quid ad rem? ¶ Qui victus.] Vaticanus; quis victus. ¶ Deos Penates.] Vaticanus; deosque Penates. sane rotundius. ¶ Iura naturæ.] ita Vaticanus. alij; iure naturæ. ¶ Quoniam post defectionem.] scribo ex libris omnibus; quoniam defectione sociorum; & Sertorij per montes fuga. quorum postrema in omnibus, maxime tamen Glareani libris sunt corrupta: in quibus est; & Sertorij per montes, neque fuga, neque manu certare possit, neque vtilia parare. quod alij corrigentes legunt; & Sertorij per montis iuga neque manu certare. Vtrumque absurde & ἀπεδιωκώς. ¶ Qua commeatus videbatur.] pulcherrime Fabri & Briconeti; quæ commeatus tuebatur. neq; quicquam pote verius. ¶ Agite & uti lubet.] vulgo, agite ut lubet. & ita supplicium sumite. vera scriptura etiamnum in Vaticano est; agite, uti mo-

vti monet ira supplicium sumite. cuius lectionis vestigia in vetustissima editione exstant hac; agite vti nō & ira supplicium sumite; proxime à vero: maxime cum omnes omnino libri ira habeant. nisi forte illud lubet, in iubet mutari placet. Indigna vobis, vobisq; & Re- publ.] Fabri & Briconeri; vobis reque publica. prorsus Sallustianè. Ingenuo corpori.] & hic vitium latet: unde me vix expedio. plerique enim omnes, neque mox ingenuo corpori honestius quam pro vestra salute finem vitæ fecerint. quidam; finem vitæ fecerim. alij; neque mox ingenuo corpori honestius quam pro vestra salute finem vitæ fecerit. at omnes libri manuscripti, & quod mirere, vetus editio ingenio corporis honestius quam pro vestra salute finem vitæ fecerim. noua & ante hunc diem paucis audita loquendi ratio. qua tamen loco quodam Agelliano inuatur, quem in Antiquis posui: quique ita libro primo, capite primo, nocturnam Atticarum in libro Bustidiano alioque Parisiensi peruetere legitur: Plutarchus, in libro quærit de Hercule, quali inter homines fuerit animi corporisque ingenio atque virtutibus eius conscripsit. quod addo, vt homines ineptissimi, inuento tam præclaro Sallustianæ orationis exemplo, veterem illam Agellij scripturam à nobis primum auctori suo assertam irridere desinant. Fortunæ & pacis.] omnes libri etiam veteris editionis, Fortunæ & maris. ad rem præsentem satis accommodatæ. Per vos igitur.] induc de consilio antiquorum librorum vocem igitur; à librarijs aut potius sciolis adiectam.

Germani.] ex Isidoro lib. x i x. in voce, renones: quem eundem locum intellexit Seruius dum lib. i i i. Georg. Sallustium vestes de pelibus renones vocare scripsit. quo de, commentario i i. Antiq. lect. diximus.

Rumore.] Ex Carisio lib. ii. inst. Gramm. apud quem Asper, primo, inquit, non est nomen, sed aduerbium. vt illud; Obstipuit primo aspectu Sidonia Dido. numerus historia in eodem Carisio, etiam manuscripto, à vetustate consumtus est.

Vnde.] Aruianus Messus: pertinet in illum.

Et ei.] Donatus in And. Terent. act. v. sc. i v.

Et Matius.] Seruius in Alexi Virgiliano; duplicat, est auget.

Atque eos.] Afferret Rufinianus de schemate lexeos.

In hunc modum.] Priscianus lib. x i v. notat in hunc modum Græce à Sallustio, vt pleraque alia esse dictum.

Inde ortus.] Donatus in Terent. Eunuch. act. v. sc. v i. vbi male est; fatin salue, pro, fatin salua: intelligitur enim, res. sic enim vetustiores loqui in primo congressu censuerunt.

Fugam.] Annaeus Seneca lib. x x. epist. c x v. facere fugam.

Quæ audita.] idem Seneca ibidem: fecere dedere.

Quo cupidius.] Isidorus lib. ix. in voce, dux. deest autem vox aliqua ab ipso etiam Isidoro fortassis an omissa.

Ventis.] idem Isidorus in initio libri x i v. & Seruius lib. i i. Georg.

est autem vulgo, per concaua terræ præcipitati, rupti aliquot montes, tumulique federe. *vetus codex qui est à doctissimo viro Martino Antonio Delrio*, ventis per caua terræ concitatis, ruptique aliquot montes, tumulique federunt. *alter optimi & amicissimi Theodori Pulmanni*; venti per concaua terræ citati. *tertius Parcensium habet ut expressimus. recte opinor. sic enim scribit Seruius*, de terræ motu varæ sunt opiniones. nam alij dicunt ventum esse in concauis terræ, qui motus eam mouet. & à Seruio *ut ab alijs alia, mutuatus Isidorus*; terræ motum quidam dicunt ventum esse, qui motus eam mouet.

Vbi multa.] Censorinus, *inquit Priscianus libro decimoquarto*, de accentibus sic scribit: super præpositio est apud Virgilium primo Æneid.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Sallustius vero in historis aduerbium hoc protulit: Vbi multa nefande casu super ausi atque passi. sed mihi videtur Sallustius quoque loco præpositionis hoc præpostere protulisse. *hæc Priscianus. quorum postrema ita in eo scribuntur quasi Censorini sint, non Prisciani: cum tamen Priscianus ab illo in alia omnia discedat, & hic præpositiones postpositionem, Græca figura, factam esse velit. hinc etiam, casu, non casus; quod vulgo est scribi, & postremas duas voces, qua ab editionibus absunt, ex veteribus libris adijci oportere iudico. An autem hic Censorinus, cuius de Grammatica, de accentibus, alijsque eodem pertinentibus Cassiodorus non semel libros nominat, idem sit cum illo cuius de die Natali volumen multis defectibus suppletis locupletius, locisq; infinitis correctius breui in lucem dabimus, dubitare me non nego.*

Saguntium.] *Carisius libro i. instit. Gramm. Saguntinorum Cælius, Saguntium dixit Sallustius: ut Paulus in Cælij historiarum libro i. notat.*

Tota autem.] *Martianus libro quinto, si breuis, inquit, fuerit monosyllaba; iambus aut anapestus antecedit: ut ait Sallustius; Totâ autem, &c. eadem sunt apud Consultum Chirium (sive Curium) Fortunatianum libro tertio Rhetoricorum. ut quidem vulgo, & in ipsa etiâ Nannij castigatione editus est: duplici profecto vitio. nam & ea qua de officio oratoris agunt, usque ad elocutionem, D. Augustini, non Fortunatiani sunt. & qua dehinc consequuntur, à nebulone nescio quo. ad verbum ex Martino translata & illis fuerunt adiecta. ita homines male industrij ex diuersissimis liquoribus egregium istum cinnuni temperarunt.*

Immodicus.] *Arusianus Messus: immodicus huius rei.*

Sed Metellus.] *Donat. act. v. sc. 11. And. Sed, positum pro atque, veleccum.*

Pugnam.] *Ex Seruio lib. x. Æneid. apud quem est bello, pro belli: quod mihi quidem rectius videtur.*

Tan-

Tantum.] *idem* Seruius lib. 11. Georg. notat, antiquitatis.

Opprobrij.] *Agratius de Orthographia.*

Maxumis.] *Diomedes lib. 11. cap. v. 1.* Homœoptoton est, inquit, apud Sallustium maxumis, &c.

Non repugnantibus.] *Donat. act. 1. sc. 11. Phorm. Terent. postrema autem verba apud eum notis designata sunt: quas nondum explicare possum. Di male faciant istis notarijs qui huiusmodi scripta notis suis deprauant. totum etiam hoc fragmentum sunt qui ita legant: Non deditis modo, sed ne repugnantibus quidem. A. B. C. M.*

In silua.] *ex Seruio lib. x 11. Æneid.*

Quæfere.] *Quæso, inquit Phocas, primam personam habet indicatiui modi dumtaxat, licet quæfere lectum sit apud Sallustium & Tullium. Hanc autem vocem cum in ijs Sallustianis que exstant, non reperirem, hic, ut fragmentum, apponere volui.*

In nuda.] *Diomed. lib. 11. cap. v. 1.* Homœoteleuton, inquit, est illud Sallustij, in nuda iniecta corpora.

Apollinis.] *ex Probo Catholicis. credo autē hac ad Sardinia descriptionem pertinere, uti post dicitur.*

Ne simplici.] *Seruius libro 11. Georg. Sallustium hanc orationem illi Virgiliana; Nec via mortis erat simplex, similem posuisse notat.*

Cum prædixero.] *Donat. act. 1. sc. 11.*

Cuius ad verba.] *Donatus act. 1 11. scena 11. Eunuch. Terent. sunt qui pro, ad verba, legant aduersa. quibus nec refragor, nec susfragor.*

A Graccho.] *citat Augustinus libro vicesimo primo, de ciuitate Dei. puto hac ad primum librum historiarum eiusque statim exordium referenda.*

M. Atilius.] *ex Quintiliano lib. 1 v. cap. 11. & Hieronymo aduersus Heluidium. Agellius quoque lib. 1 cap. x v. not. Att. quatuor ultimas adducit voces, easque ex hoc Eupolidis sumtas esse asserit: λαλέειν ἀεσος, ἀδωσῶτος λέγειν.*

Inlölens.] *Donatus in And. Terent. act. v. sc. 1.*

Quæ pecunia.] *idem Donat. in Phorm. sc. 1. act. 1. fieri enim, inquit, dicitur proprie pecunia.*

Curubis.] *Curubis, inquit Probus Catholicis, nomen ciuitatis lectum in Sallustio.*

Tharros.] *nomen ciuitatis à Probo in Sallustio notatum.*

Camifos.] *vnum Græcum, idem inquit Probus, legitur in Sallustio, si, faciens genitiuo Camiso, Camifi.*

Luces.] *apud Sallustium, inquit Sergius in artem secundam Donati, inuenitur paces & luces. & Pompeius in eandem: Sunt quædam generis feminini tantum singularia, vt, pax, lux: licet legerim has paces, luces. paces quidem in bello Iugurthino à me adnotatum est: luces, nec reperiri nec adnotari posuit.*

Primam.] *ex Servio in lib. II. Virg. Georg.*

Carbo.] *ex eodem Servio lib. III. Georg. Virg.*

Quæ pacta.] *Donatus act. III. scen. II. And.*

Crebritate.] *Seruius libro primo Æneid. Crebros, inquit, fluctus facit Aquilo. hinc Sallustius dixit: crebritate fluctuum ut Aquilo solet.*

Mithradates.] *Quintilianus lib. VIII. cap. III.*

Tyrannumque.] *Marius Fabius Victorinus in librum primum Ciceronis de inuentione: interdum, inquit, ex lubricitate & quadam obtreptione nomen alicui imponitur: ut illud in Sallustio; Tyrannumque.*

Nomenque.] *Acro, siue quis Acronis nomine in librum Horatii de Poëtica arte: Notandum est, inquit, apud Horatium flumen Rhenium genere neutro: ut in Sallustio in historiis, nomen Danubium.*

Cui nisi.] *ex Donat. act. I. sc. II. Eunuch.*

Septimium.] *Donatus act. III. scena II. Adolph. hoc autem fragmentum idem esse cum illo quod à me libro primo positum est; sic vero quasi formidine attonitus neque animo, neque auribus aut lingua competere; olim suspicabar: nunc mihi ipsi cum hac omni mea coniectura omnino non placeo. Donatus enim competem; Marcellus vero competere, plane agnoscunt. præterea animaduerti Corn. Tacitum faciendia Sallustiana, uti sæpe dixi, amulum, eandem plane rem verbo illi competere, multis in locis subijcere. quare nihil mutandum statuo.*

Vulgas amat fieri.] *Quintilianus lib. IX. cap. III. sic idem Sallustius bello Iugurthino, p. 88. Multitudo, quæ in concione aderat vehementer accensa, terrebatur eum clamore, vultu, sæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat.*

Serum bellum.] *Seruius in libro V. Æneid. Serum est, inquit, graue: ut.*

Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.

sic Sallustius serum bellum in angustiis futurum. idem lib. V. Serum, est triste.

Distulit in seram commissa piacula pœnam.

Sallustius: serum bellum in angustiis committitur. ita quidem vulgo: sed in vetustis tam in excusis quam manuscriptis libris est ut editi.

Non.] *Et hoc quoque in Sallustio nusquam quidem, quod sciam, apparet. quod ab eodem Fabio lib. IX. cap. III. hunc in modum recitatur: Usque adeo est processum, ut pœniturum pro non acturo pœnitentiam, & visuros ad videndum missos Sallustius dixerit. ubi ex vet. cod. legendum est, non acturum.*

Pompeius.] *Flavius Vegetius lib. I. cap. IX. epitom. rei milit. de exercitio, inquit, Pompeij magni Sallustius hoc memorat: Cum alacri-*

alacribus saltu, &c. neque enim aliter, &c. quae postrema verba Sallustij an ipsius patius sint Vegetij certum non habeo: quamquam Sallustio libentius dederim.

Cicero.] *Lactantius lib. vi. cap. xviii.* Cicero, inquit, caninam illam facundiam, sicut Sallustius ab Appio dictum refert, exerceuit.

Primus.] *Servius lib. i. Aeneid.*

Cupientissimus.] *Diomedes lib. i. cap. i.*

Magna gloria.] *Agellius libro secundo, cap. xxix.* Sallustij de Sertorio duce orationem, cum ijs quae Demosthenes habet de Philippo rege, contendens, nobis hoc fragmentum, quamquam nec ab ordine, nec à scriptura satè, uti mox ostendam integrum, conseruauit. Demosthenis autem verba statim subiiciam, si prius tamen quid mei hoc de loco sit iudicij exposuero. quod itaque vulgo legitur, tribus millibus; id nec rectum esse, nec à Sallustio positum, historia series arguit. Sertorium enim tribunum militum fuisse prater ceteros rerum Romanarum auctores Plutarchus memoria prodidit, neque vero melius, imo aliquanto etiam deterius est hoc quod quidam suis in libris excudi voluerunt, T. Didius Imperator: quam illud, quod antea in Agellio legebatur, T. Didio imperante. cum & Sallustium de Sertorio loqui, prater Agellium res etiam ab eo gesta declarent; & in Hispania non fuerit T. Didius tribunus militum, sed Sertorius. deinde quod vulgo est, quae rapta, sententiam nullam habet. fuerunt qui scriberent; correpta, ego veteris editionis scripturam sum secutus. quamquam, verum ut fatear, ne eo ipso quidem mihi satisfacio. quid enim illud? primo per ignobilitatem, deinde per inuidiam scriptorum celebrata sunt. & quae alij afferunt, nihilo similia veri sunt. iam, cominus faciem suam ostentabat, non, quae eminus ostentabant, in eadè antiqua editione disertim legitur postrema Sallustiana extrema orationis verba paullo aliter apud Donatum in Terent. Eunuch. act. iii. sc. ii. nec, satè probe, hinc in modum leguntur: hæc, id est, cicatrices, sunt virtutis insignia: dehonestamento tamen esse corpori maxime lætabatur. Locum, ut opinor, v: cumque constituimus, nunc huius à nobis constitutionis facta, & omne id quod dixi verum esse, Plutarchi auctoritate probandum est. Σερπίωνος (inquit) μετὰ τὸν κίβδηρον καὶ τὸν Ἰσθίων πόλεμον, ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ δεῖδιω στρατηγῶν ἡγεῖσθαι ἐπὶ Ἰσθρίας, ἐν τῇ πολέμῳ ἰσθρίων παρεχόμενος ἐν τῇ κελπηρῶν. quo loco interpretes imperatorem vertere debuerunt, hoc enim στρατηγὸς sonare nemo, vel mediocriter in Graecis scriptoribus versatus, potest ignorare: praesertim cum & Sallustius Didium Imperatorem dixerit. idem paullo infra: Ἐπεὶ μάλιστα πολέμῳ συνιστάμενος στρατηγὸς τε προσεχθὲν αὐτῷ κατελίγειν καὶ ὅπλα ποιῆσθαι, ἀποδῶν καὶ ταχέως προσθεῖς τὰ ἔργα, παρέτιν ἰσθρίων νέων βασιλευσῶν καὶ μαλακίαν, ἀνδρὸς ἐμπρακτοῦ βιωσάμενος δόξαν ἔσχεν. ἐμὲν ὑφῆκατο τῆς στρατηγικῆς τέχνης, εἰς ἀξίωμα προσεληλυθὸς ἡγεμόν, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἐπιεικνυμῶν ἔργα θυμωσά,

καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀγῶσι ἀφειδῶς ἐπιδιδῶς. Ἐν ὄψων ἀπέσας τὴν ἑτέρα
 ἐκὼς κείσας. ἐπὶ τῷ τῷ δὲ καὶ κακοπιζῶντο αἰεὶ διέτελει. τὴν μὲν γὰρ ἄλ-
 λὰς ἐκ αἰεὶ τῷ μαρτύρῳ τῷ ἀρεσίων περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἀπολέσθαι στρα-
 τῶν, καὶ δόξα, καὶ εὐφάνης. αὐτῷ δὲ τῆς ἀνδραγαθίας παραμύειν τὰ
 γνωρίσματα, τοῦ αὐτῶς ἐχθρῆ τῆς δόξης ἄμα, καὶ τῆς συμφορῆς θεατρῶν.
 quia ita Sallustij sententiam exprimunt, ut eum à Plutarcho tum hic
 tum vero etiam alibi, fere ad verbum imitatum crediderim. Quod
 autem me pene fugit scribere, verba Demosthenis de rege Philip-
 po hæc sunt: ἐμῶν δὲ αὐτὸν φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ ἀρ-
 χῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον τὴν κλεῖν κατεργάσα,
 τὴν χεῖρα, τὸ σκέλεθ' ἀπὸ πηρομένων πᾶν ὅλα αὐτὸν ἐκλεῖψῃ μέρῳ ἢ τὴν
 καὶ τὸ σῶμα τὸ παρελθῆναι, τῷ τῷ προίεμνον, ὡς τὸ λοιπὸν μὲν ἡμῶν καὶ
 ὁ δὲ ζῆν.

Curetes quia.] *Lactantius lib. i. cap. xxi.* Totam, inquit, hanc o-
 pinionem quasi à poetis fictam Sallustius respuit; voluitque inge-
 niose interpretari cur Iouis cultores dicantur Curetes fuisse; & sic
 ait, Quia, &c. quantum vero errauerit homo e. uditus, res ipsa de-
 clarat, &c. *Seruius quoque, in iii. lib. Æneid.* Iupiter, inquit, in Creta
 dicitur esse enutritus: quod ideo fingitur, ut ait Sallustius, quia pri-
 mó Cretenses constat inuenisse religionem. *idem Seruius lib. v. iii.*
Æneid. Sallustius dicit primo Cretenses inuenisse religionem. For-
 tasse quispiam audacior legendum suspicabitur. Sallustius dicit libro
 primo. Quod autem quibusdam in libris, ipsique etiam castigationem,
 nescio quam, præseferentibus est, in manus componentes, hoc rectius
 à nobis positum est, in maius componentem, de qua loquendi ra-
 tione *Comment. i. i. Antiqu. lect. diximus. posse legi*, in maius
 componentes: ut Curetes ipsi factum illud inuenta à se religionis in
 maius extulerint. sed prius illud placet impressum.

Italiam. *Virgilius i. i. Æneid.*

Hæc loca vi quondam & vasta conuulsa ruina
 (Tantum xui longinqua valet mutare vetustas)
 Dissiluisse ferunt. cum protinus vtraque tellus
 Vna foret: venit medio vi Pontus & vndis
 Hesperium Siculo latus abscidit: armaque; & vrbes
 Litore diductas angusto interluit æstu.

Quo loco *Seruius* hæc verba *Sallustiana* recitat. de quibus etiam *Isido-
 rum* partim *lib. i. i. in voce, fretum*; partim *lib. xiv. in voce, Sicilia*
sensisse constat; dum ita scriberet: fretum Siciliæ quod Rhegium di-
 citur, Sallustius tali ex causa vocatū scribit. Italix Siciliam quon-
 dam coniunctam fuisse, & dum vna esset tellus, medium spatium
 aut per humilitatem aquis obrutum, aut per angustiam esse scis-
 sum, & inde Rhegium nominatum. *item*: Sallustius dicit Italix
 coniunctam fuisse Siciliam, sed medium spatium impetu maris
 diuisum & per angustiam scissum. *postrema autem illa verba, ipse*
*Rhegium nominatum, male in quibusdam huius editionis exempla-
 ribus superiori fragmento, operatum vitio, coherent.* Pom-

Pompeius;] *Seruius lib. xi. Æneid.*

Atque edita.] *Donatus in Terent. And. act. i. sc. i. in alijs male est; curribus.*

Et in.] *idem Donat. Eunuch. act. iiii. sc. vii. fortassis pro actu. legendum: aliu.*

Pactione.] *idem act. i. sc. ii. Phorm. quod nos, inquit, dimitte, hoc antiqui etiam amitte dicebant. Interpres Heautont. Terent. quem cur qui iam tanti facit equidem non video, cum eum patrum nostrorum memoria vixisse satis constet; sed tamen ille interpret act. iiii. sc. ii. Sallustius; inquit, dixit pactione amisso publico consilio, id est, demisso, quem locum cum hoc eundem esse & hinc castigandum videlicet.*

Mare.] *Seruius xii. Æneid. & Priscianus Grammat. Inst. lib. xv. in quorum priore quod subiungitur cum nullum mare dulce sit; hoc non recte quidam ut Sallustianum acceperunt, cum Seruianum sit, in posteriore vero, perperam etiam hodie legitur; dulcius est quam cetera maria; cum duas illas voces, est, & maria, libri manus scripti non agnoscant: neque in Servio aut Macrabo, qui hæc ipsa lib. vii. Satur recitat, usquam compareant. adde quod Sergius in artem posteriorem Donati ita scribat. Cum Sallustius dicit mare Ponticum dulcius quam cetera; comparatiuus non solum comparatiuus non est, sed nec positiuus. nam mare non modo dulcius non est, sed nec dulce quidem inuenitur. & Pompeius in eandem: Sæpe ita est comparatiuus vt minus significet à positiuo: vt si velimus dicere, dulcius est mare Ponticum quam cetera: nullum enim mare non modo non dulcius est, sed nec dulce quidem inuenitur. Est autem (vt id paruiam moneam) Pompeius Grammaticus, cuius Liber sub nomine Sergij antiquissimis litteris scriptus è bibliotheca Coloniensi nobis ab optimo & integerrimo viro Melchiorre Hittorio suppedisatus est, quemque Pompeio asseruimus, quod in eo quadam essent, qua à Beda libello de metris Pompeio tribui videbam; opinionem meam posterius alio vetere doctiss. Puteani libro approbante.*

Equis.] *idem Seruius lib. xi. Æneid. Cataphracti, inquit, sunt equites, qui & ipsi muniti ferro sunt, & equos similiter munitos habent, de quibus Sallustius; Equis &c.*

Rebus] *fluere, inquit, Seruius lib. ii. Æneid. τὰ πύργων est. Virgilius dixit retro fluere: & Sallustius; rebus supra votum fluentibus.*

Æneum.] *Seruius lib. iiii. Æn. Virgilius; inquit, cum scribit,*

Æneadaque meo nomen de nomine fingo.

Æneum intelligit, de quo etiam Sallustius.

Impediabant.] *idem eodem lib. iiii. Celeuma est quasi præceptum: vnde Sallustius; impediabant iussa nautarum.*

Nihil sc.] *Donatus in Eunuch. act. v. sc. ii.*

In ore.] *idem act. i. sc. ii. Adelp.*

Pressi.] *ibidem act. iii. sc. ii.*

Hunc.] *ibidem Donatus Sallustium, cum de descriptione Celtiberi loqueretur, ita scripsisse tradidit. fortassis legendum est, Tarquinius, de quo in bello Sertoriano, pro Tarquinius.*

Dein.] *varia loci huius apud Seruium lib. xi. Æneid. exstat scriptura. in quibusdam enim legitur, Dein campi Thesmificite: ceteris cum hac nostra lectione consentientibus. in aliis vero, Dein campi Threissi quos habuerunt Amazones ab flumine incertum, quam ob causam digressæ. primum autem illud quod expressimus, & antiquius est & cum Sallustiana oratione magis conuenit. nisi quod, pro Threissi, aut Thesmificitei, voce paullulum immutata scribendum est, Themyscirii: Amazones enim campos Themyscirios in sedisse nemo nescit.*

Vbi eum.] *idem Seruius lib. xii. Æneid. Sallustium hac de Appio dixisse memorat. quamquam explicatio potius verborum Sallustij, quam ipsa Sallustiana orationis verba esse videantur.*

Et Metello.] *longa spes, eodem Seruio lib. x. Æneid. interpretante est spes longe posita.*

More.] *fugiant, inquit ibidem Seruius, non timore, sed lege preliandi.*

Castra.] *est, inquit Seruius lib. x. Æneid. simile illi.*

Pœnas in morte timendum;
cum castra accusatius pluralis sit.

Regressi.] *idem ad illud.*

alte confurgit in mensam.

libro ix. genus est, inquit, feriendi, ut Sallustius dicit.

Multos.] *tribus in locis verba hac Sallustiana adducuntur. primo à Donato, in Eunuch. act. ii. sc. ii. eo quo à me edita sunt modo. dein à Seruio libro decimo Æneid. nonnihil diuerse: multos à pueritia bonos insultauerat. postremo ab eodem Seruio lib. x. multos ab adolescentia bonos insultauerat, id est, inquit, impetum fecerat.*

Cosæ.] *Cosæ ciuitas Tusciæ, quæ numero singulari etiam secundum Sallustium dicitur. Seruius lib. x. Æneid.*

Equis.] *ibidem,*

Insignibus armis.

ita Asper legit & Sallustii utitur auctoritate dicentis, Equo atque armis insignibus,

Fessus.] *idem ix. Fessus, inquit, hic est egens consilii: nam corpore fatigatum dicimus, animo fessum.*

Profectus.] *Quintilianus extremo lib. viii. periphrasim, inquit, vocant circuitum loquendi, quæ nonnumquam habet necessitatem quæ tiens dicta deformia operit: ut Sallustius, Ad requisita naturæ. Flodegarius de quo alibi nihil legerim memini, in Commen-*

tario

tario ad Barbarismos Donati, qui in bibliotheca Elnouensi calamo exaratus exstat, fit, inquit, cacophaton in sensu, cum aliquid turpitudinis, quod non conuenit nisi histrionibus vel Satyricis, ab historiographo vel prudenti narratur. vnde Sallustius: profectus quidam Ligus ad requisita naturæ. item Horatius, & tuos rubros obstetrix pannos lauit. in quibus quod ad verba attinet, honesta est elocutio, de re tamen turpissima. hac ille.

Apud latera.] certus aut velocem significat aut fidelem, aliquando etiam firmum, vt ait Sallustius, apud latera certos collocauerat. *Seruius lib. I. Æneid.*

Segnior.] idē *Seruius ibidem*, non ignara. bis, *inquit*, intelligitur non sic Sallustius: segnior neque. &c.

Aperæ.] aperiri portas signum pacis est. *ibidem.*

Hispaniam.] *ibidem*, patria, *inquit*, id est, ciuitas in prouincia esse potest, non tamen vt ipsa prouincia patria sit, licet in Sallustio lectum sit, Hispaniam sibi antiquam patriam esse: sed illic ad laudem, non ad veritatem. *idem lib. III.* Hispaniam sibi patriam esse. prouinciam pro patria posuit.

Lyciæ.] rei insensibili, *inquit Seruius*, dat Sallustius sensum.

Sorte.] *idem Sequius II. Æneid* locum antea corruptum, cum legeretur, sorte ductos furti negati, feliciter doctissimus Petrus Pithoeus emendauit.

Omnis.] *sintne hac certa Sallustiana orationis verba, vehementer dubito. Seruius lib. III. Æneid.* scribens Salentinum promontorium esse Italia, hac pro Sallustianis affert.

Italia.] naturam, *inquit Seruius*, prouinciæ Virgilius ostendit, cum ait,

Humilemque videmus Italiam:

vt Sallustius, Italia plana ac mollis.

Qua tempestate.] plus est, *inquit Seruius lib. IV. Æneid.* canum vis, quam si diceret multitudo: vnde Sallustius: qua tempestate, &c.

Introrsus.] interior, id est, sinisterior. Cicero: quem omnia intus canere dicebant. Sallustius: igitur introrsus prima Asia Bitynthia est multis antea nominibus appellata. *Seruius lib. V. Æneid.* bis eodem fere in loco.

Sed Mithradates.] *idem Seruius lib. V. Æneid.*

Exercitum.] *ibidem Seruius interpretatur*, vertere, dictum esse pro considerare.

Certa.] *idem lib. VI. Æneid.*

Seregibus.] duo hæc fragmenta seorsum apud Seruium lib. I V. Georg. exstantia, orationis serie suadente coniunxi; vere an false, nihil laboro. certe verisimiliter. quamquam prius de Celtiberis, posteriori vero de Parthis & Medis Sallustium protulisse, Seruius asserere videatur.

Dum infeript.] *Aurelius Macrobius librum scripsit de differentia Græca & Latina lingua. ex eo libro Ioannes, nescio quis, quadam in suum, ut ipse ait, usum de discrimine verborum utriusque lingua excerpfit, quæ excerpta apud elegantissimum Iuriconsultum Petrum Pithoeum sunt, in ijs, grassatio, inquit, iteratio est à graditur; Sallustius, &c.*

Narbone.] *Pompeius in priorem artem Donati, Quoties, inquit, nominatius aliter fuerit terminatus, secundum datiuum dicimus: ut, Karthago: Karthagini sum. sed etiã hoc confundit auctoritas. ut Sallustius, Narbone pro Narboni. & Virgilius,*

*Tyria Karthagine qui nunc
Exspectat.*

pro Karthagini.

Cum Brutus.] *idem Pompeius ibidem, Verum est, inquit, quod Donatus dixit, nominibus ciuitatum non addimus præpositiones; ut puta, Roma venio, &c. sed non sunt nec. siaria: nam confundit auctoritas. hinc Sallustius dixit, Cum Brutus, &c.*

Post defectionem.] *Donatus act. III. sc. 1. v. Adelp.*

Ad Iouis.] *idem ibidem act. IV. sc. 11.*

Morbi.] *Donatus act. III. sc. 11. Hecyr.*

Atque ea.] *ibidem act. IV. sc. 1.*

Graviore.] *ibidem act. V. sc. 1.*

Nam quidem.] *idem act. 1. sc. 1. Phorm. etsi vix dubito quin hoc idem fragmentum sit cum illo quod est lib. 1 pag. 159. nam quid à Pyrrho, Hannibale, Philippoque & Antiocho. obseruat enim Donatus primas duas voces sine copula, posteriores verò cum eadem positas.*

Nam Sullæ.] *ibidem act. II. sc. III.*

Neque.] *Donatus eodem quo proxime superius loco: etsi vulgo, dominationem, legitur: cum hic sit incuria operarum, dominationum.*

At illi.] *Seruius Ecloga prima Virgiliana.*

Cui nomen.] *idem Seruius primo Æneid. male autem apud illum est, nomen Ostium; pro nomen obliuionis. de qua alibi diximus.*

Neu quis.] *idem ibidem.*

Et insolentia.] *idem septimo Æneid.*

Tergis.] *idem Seruius IX. Æneid.*

Charybdis.] *Seruius lib. Æneid. Charybdis, inquit, secundum Sallustium circa Tauromenitanum egerit litus. verba autem Sallustij quæ à Seruio absunt, primus è schidis viri omnis antiquitatis studiosissimi iuxta ac peritissimi Petri Danielis in lucem dedit amicus noster Iosephus Scaliger. de quo illud habeo affirmare, plus eum in Græca Latina lingua, externa domestica antiquitate, omni denique*

que omnium artium encyclopadia memoria tenere, quam quisquam eorum qui se doctos esse & dici volunt, hac quidem astate, ignaret. Hac autem Sallustiana Silius in librum suum x i v. ita transtulit.

Et qui correptas sorbentem vorticis haustu

Atque iterum è fundó iaculantem ad sidera puppes

Tauromenitana cernunt de sede Charybdin.

sic enim liber Colonienfis: non Tauromenitana, Strabonis locum, qui de Sallustiano ad verbum expressus est, sane me fugit apponere. est igitur hic: Δείκνυται ἡ καὶ χαρῆςδης μικρὸν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πορθμῷ, βάρθῃ ἐξέχουσι, εἰς ἐαί παλιρροία ἔπρεθμῶν κατέρουσι δὲ φουῶς τὰ οὐκίφη τεραχλιζόμενα μετὰ συστροφῆς, καὶ διγῆς μεγάλης. κατεπορεύταν δὲ, καὶ ἀγαλυέντων, τὰ ναυάγια παρετύχεται ἀπὸς ἡέρα τῆς ταυρομενίτης, ὡ καλεῖται ἀπὸ συμπτῶμας τῆς κοπέρας.

OMISSA SVO QVÆQVE

Loco reponenda.

EX ORATIONE AEMILII LIB. I, HISTOR.

Page 142.

AD VORSVS tyrannidem. Liber Vaticanus, aduorsum tyrannidem. Ne aut ipsi.] *Lege ex libris Vaticano, Fabri & Cardinalis Briconeti, ne quæ ipsi nefanda æstimatis. accedente etiam vetusta editione. Quo captiuus.] Vaticanus, captis. in vlciscendo.] prepositionem illam, in, dele, secundum libros calamo exaratos.*

non minus.] ha dua voces in vetustissima quidem editione, libris item Fabri & Briconeti sunt, sed tamen eas Vaticanus ignorat. dominationis suæ.] scribe iisdem tribus volentibus libris, qui dominationis suæ: uti olim etiam publicatum fuit. Sæuus iste Romulus.] Vaticanus, sæuus iste Romulus. igitur & Seruium eadem hac afferentem emendo. Neque Consulis.] Vaticanus, Consulium. Fabri & Briconeti, Coss. antiquiore scribendi ratione. Tutus furit.] ita de opinione emendavi: cum esset; tutus fuerit. neque dum opinionis pœnitet: etsi in libris veteribus est; tutus fuit. lector iudica. Penes illum.] de Sulla quidem locus accipiendus videtur: omnes tamen libri constanter illos retinent. quibus libenter de coniectura mea cōcedo. Per tædium iam] alia veterum librorum scriptura, alia sententia est Fabri & Briconeti, nisi forte speratis tædium iam aut pudorem tyrannidis Sullæ esse, cum per scelus occupata periculosius dimissurum. pro quibus etiam Vaticanus facit, nisi quod voculam & interijciat, locumque illustriorem faciat. itaque scribe, nisi forte speratis tædium iam, aut pudorem tyrannidis Sullæ esse, & cum per scelus occupata periculosius dimissurum. sensu manifesto & elegante. Honestæ existimet.] omnes libri, honestæ æstimet, uti supra, quæ ipsi nefanda æstimatis.

agitandi inops.] ita de coniectura correxeram: cum vulgo esset; cogitandi inops: eoque verba illa Arufiani Messi, inops illius rei, Sallustius; agitandi inops, retuleram: cum coniecturam meam libro Vaticano placere multo posterius sensi. igitur apud Messū, numerū historia Sallustiana, qui inde excidit, hoc præsidio fretus repono. Estne viris.] ita Fabri & Briconeti. at vetus editio cum Vaticano, est ne iuris; frequente vocum illarum in locum mutuum traiectione. Quia iura.] scribe ex omnibus libris, qui iura; uti ante, qui præmia. Scriba Cornelius.] vetus editio & Fabri, & scriba. Approbaueritis omnis proscriptiones.] recte antiquiores libri, approbaritis omnes proscriptionem. itaque corrige. Auidius fecerit.] sic ante hunc locum emendam, & apud Diomedem emendandum indicarem, quam in veteribus libris eam scripturam esse deprehenderem. vos audeatis.] vocem vos, uti superfluum, eijce. Ne alius.] Briconeti, neue alius. quam raptum iri.] omnes libri, raptum iri. quam audeat.] Vaticanus, audeas. Tarrulæ Scytroq;.] Vetus editio, Fabri & Briconeti, Scytroque. Vaticanus, scitroque. de quo certi nihil habeo. corrige etiam vitium operarum, & scribe Tarulæ, non Tarrulæ. & siluam.] omnes libri, siluas. Quibus labefactatus quam formidatus antea est.] emenda si veteres libros audis, quibus labefactis quam formidatus est: vocum una mutata, altera expuncta. Labefacere bona nota verbum correctores sefellit. sic Terentius dixit: dentes labefecit mihi. vide Donatum. Populo Romano] Fabri & Briconeti, neq; aliter r.p. & belli finem ait. Vaticanus, neque aliter remp. & belli finem ait. utraque scriptura idem significatur, nempe aliter neque ullam fore rempub. neque finem belli. error ex notis P.R. inuersis. Et concordia.] Fabri, & composita. Ad populum Romanum.] corrige pulcherrima correctione. ad remp. sui met sanguinis mercede circumueniendam. libenter Sallustius mercedis vocabulum iis in rebus ponit. sic supra: qui dominationis suæ in vos seruitium suum mercedem dant. & infra. egregia scilicet mercede. item lib. iv. Eumenem cuius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho pacis mercedem, ut quidem correximus. illud vero, cæde sanguinis sui, nec Latinum est, nec cum hoc loco cõuenit. quin etiam veteris editionis est ea quam posui, scriptura. Atque etiam præsidio.] male, ni fallor, in Fabri & vetusta editione, prædio.

EX ORAT. PHILIPPI.

pag. 146.

AUT in periculo.] ita olim emendaui. & probant libri. Ea a bonis.] sic omnes libri. male vulgo, ea à nonis, aut, ea à bonis adhuc regitis.] Vaticanus, regitis. sape eam in rem peccatum est. At scilicet ij.] locus mire corruptus, & quem, absque veteribus libris sis, non

sit, non facile sanauerit. pro ij omnes libri eos: pro pacem, Fabri & Briconeti, ad pacem. cuius etiam vestigia sunt in vetere editione; postremum vsque ad legatos pacē: verbis transpositis, pro ab eo peperere, Vaticanus & alij habeo peperisse. Corrigo: & prope abest, quin pramiū correctioni decerni postulem: Scilicet eos, qui ad postremum vsque legatos ad pacem, concordiam, & alia huiuscemodi decreuerunt, gratiam ab eo peperisse. Concisa illa & plane Sallustiana loquendi ratio, scilicet peperisse. Cuius sexcenta apud Latinos exēpla in mundo sunt, in vulgus etiam doctiorū ignota loco hinc macūlas adspersit, & illud habeo, pro ab eo, supposuit. sic in oratione de Reipub. scilicet id certatum esse vtrius vestrum arbitrio iniurię fierent. vti nos correximus. Proscriptos accersiti.] Vaticanus, proscriptos accersit. sic alibi in eodem Sallustio libros in eadem voce variare meminimus. Et cū priuata.] vocem & de coniectura susulimus. laudant libri veteres & alioqui nequaquā sibi constabat sententia. qui, inquit, extollebant bene facta gentis Aemilia, quiq; aiebant P. Romani magnitudinem anxisse ignoscendo & Lepidum etiam tum nusquā progressum, ij, cum arma priuatē opprimenda libertatis cepissent, consilium publicum corruerunt. Attamen erat Lepidus.] Vaticanus, At tum erat. Hispaniæ armis sollicitatē.]] Fabri & Briconeti, armis sollicitatē. Ne u patiamini.] ijdem libri, ne patiamini. nostra lectio à Vaticano est. Ad integros procedere.] supple de Vaticano alijsq; membranis, ad integros contactu procedere. nihil elegantius. Angitur enim.] Vaticanus, agitur enim. Satis consilii.] mala opera omiserunt, est. Prohibere.] antea, prohibete. à coniectura nostra stant omnes libri. Animos mouent. scribe, animos mouete. sic enim in membranis est. qui ademtam.] omnes libri, quibus ademtam. Istis inuidus.] probo scripturam Vaticanus; istis infidus. è pronunciatione litterarum v & f, macula in hoc loco inoleuit: eleganter enim eum dixisset, nostri proditor: subiunxit, istis infidus. ut utrique parti cum parum amicū & fidem esse velit. perfidia aut periuorio.] Vaticanus, per fidem aut periuorio. omnino Sallustiane. in sollicitudine retineas.] vetus editio & Fabri, in sollicitudine attineas. Perge qua cœpisti.] omnes libri, qua cœptas. Et quanto.] & deest vetusta editioni Fabri & Briconeti. Vos inermes.] Vaticanus, inermos. de quo alibi. Decus atq; ordines.] scribe ex omnibus libris. decus ordinis huius interit: de senatorio ordine à Sulla lacerato & dissipato sermo est. Cethegos.] omnes libri, Cethegi atq; alia proditorū patrocinia. Et rutsum.] scribe, & rutfus. Libertas & bella.] Fabri & Briconeti, Libertas & vera. nomine.] Fabri & Briconeti, nomini. Et ad hoc.] Fabri & Briconeti, ac coloniz. itaq; scribendum: aut more Sallustiano, nouus exercitus; ad hoc coloniz. copula illa ommissa. quo modo sexcentes loqui-

tur.

AD

AD INCERTA QVO HISTORIA-
rum libro & quibus verbis à Sal-
lustio posita.

Omnium.] *Agellius lib. x. cap. vii.*

Ex omnibus.] *Seneca de beneficiis lib. iv. cap. 1. pro eo quod vulgo est, cura dictum, scripsi, cura dicendum: ex libris manuscriptoris, quibus infinitis prope in castigando Seneca usus est Franciscus Martinius, iuuenis, omnis antiquitatis, & carum artium quæ humanitati subijciuntur, peritissimus, mihi que artissima familiaritate iam inde usq; à prima pueritia cõiunctus: & immatura morte, pro dolor, ne ullum peregrinationis longinqua aut laboris immensis fructum caperet, nuper extinctus.*

Turbinum.] *idem Seneca natural. quæst. lib. vii. c. viii.*

Sallustius.] *Isidorus lib. xiii. in voce, Eufrates. sic enim scribendum esse, neque in capita; quod à recentioribus factum est, libros eius secandos, ex tribus libris calamo exaratis, quorum primum ipsius Isidori aetate scriptum fuisse, præstare ausim, alibi, opinor, à me monstratum est, ex quibus isdem, relicto, pro, derelicto, representati: D. Hieronymus de locis Hebraicis, quem hac in parte ab Isidoro expressum credo, eadem recitat. quid? quod Vibius Sequester in libro de fluminibus ita scribit? Sallustius auctor certissimus asserit tam Tigris quàm Eufrates fontem in Armenia monstrari.*

Pelorum.] *Seruius lib. iii. Æneid. & ex eo Isidorus lib. xiv. de promontoriis, isdem plane verbis: nisi quod Servio illud, respiciens Aquilonem deest, aut certe abest. eadem Silius Italicus, ut & Sicilia descriptionem, habet primo lib. xiv.*

Aristæus.] *ex Servio lib. 1. Georg. idem lib. vi. Æneid. Dædalus; inquit, ut scribit Sallustius, primo Sardiniam, post delatus est Cytas. idem illud in lib. xii transtulit Silius: sic enim canit:*

Fama est, cum laceris Actæon febile membris
Supplicium lueret spectatæ in fonte Dianæ;
Attonitum nouitate mali fugisse parentem
Per freta Aristæum, & Sardoos ille recessus:
Cyrenen monstrasse ferunt noua litora matrem.

eodem spectasse credo fragmensum illud quod est pag. 198. Apollinis lisa & Cyrenes.

Sallustius.] *idem Seruius lib. xi. Æneid. in quibusdam exemplaribus, quemadmodum apud Isidorum lib. xix. scribitur, incrueto exercitu deportarunt. sed in libris manuscriptoris etiam Isidori est, incruento exercitu deportasse:*

Cares.] *Seruius lib. viii. Æneid.*

A Troia.] *Seruius lib. 1. Æneid. quamquam apud eundem, eodem etiam libro hac ipsa recitantem, aliter paullo quadam hunc in modum leguntur, A Troia Capys Campaniam, Helenus Epirum,*

Antenor

Antenor Venetiã, alij Sardiniam, secundum Sallustium, occuparunt. eodem pertinet illud Sily lib. xi.

Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo

Affaracus, nulloque minor famaue manue

Tum Capys, ut primis dederit sua nomina muris.

eadem habet Linius lib. iv. à v. c.

Dardania.] *Seruius lib. ii. Æneid.*

Sallustius.] *idem lib. i. i.*

In Sicilia.] *idem ibidem.*

Sallustius.] *idem lib. x.*

Orion.] *idem lib. v.*

In flamina.] *idem lib. vii.*

Getæ.] *idem ibidem.*

Troianorum.] *idem i. Æneid.*

Curibus.] *ibidem.*

Vices.] *idem ii. Æneid. in alijs libris est, per vicissitudines.*

Creta.] *idem iii. Æneid.*

Primo.] *ex Servio lib. i. Georg.*

Sallustius.] *Acron sive Porphyrio in librum Epodon Horatii.*

In falas fortunatas.] *Seruius lib. v. Æneid.*

Proximum.] *Nonius, proximum.*

IN ORATIONEM I. AD C. CAESAREM DE REPVB:

PA G. 198. *Orationes has, qua ad Casarem de Repub. ordinanda scribuntur, decreuet am omittere, neque hoc loco fragmentis Sallustianis attexere, primum, quia doctos viros ita iudicare intelligebam, Sallustianas ut esse aut negarent, aut certe nõ assenerent. dein, quod & ego, multo iam tempore in Sallustiano dicendi genere versatus, nondum tamen mihi imperare possem, eas ut darem Sallustio: qua tamen si à minime vulgaribus plerisque locutionibus, & huic nostro familiaribus, omnino non abhorrent, cum perpetua tamen eius dictione non usque quaque conuenirent, ita ut sub Cor. Taciti, si id ferret temporis ratio, aut cuiusvis etiam alterius, illius aetatis rerum auctoris, nomine, quam Sallustij legi mallet, postremo; cum ex his ipsis orationibus nihil à Grammaticis veteribus, qui Sallustianã exempla amant asserre, viderem adduci; cumq; ha ipsa orationes, ut sint Sallustij, ad libros tamen historiarum nequeant referri: & quid erat cur non alicui alteri nescio cui tribuerem? cur non ex alijs potius exemplaribus lectori petendas relinquerem, nostrã autem editione illis non onerarem? qua etiam causa fuit cur aduersarias Sallustij & Ciceronis orationes, item ineptissimam illam sophista nescio cuius in Lucium Catilinã declamationẽ qua Latroni falso ascribi-*

ur, prorsus omitti debere, si in rem typographi fuisset, plane iudicauerim. Contra vero cum alios etiam, non minimi in re litteraria nominis, viros accuratius cum suo agitantés animo ita césere meminissém, ut eam Sallustio, cui à veteribus libris tribui dicerent, adimi nollent: sententiam meam mutauí, iudiciumq; tantisper sustineri volui, dum certius quid adferre, suoque auctori vindicare potero.

Populus Romanus.] *liber Fabri & Briconeti, populus Romanus vero. sed omnis hæc periodus & à distinctione & à scriptura mirum in modum mendosa est. Item alia.] editio Veneta anni XIII. ita illa. alij vero, item illa. locus, nisi fallor, corruptus, neq; à me emendari potis. Sux quemque.] sux, abest à Fabri & Briconeti,*

Prætergressus.] *omnes libri, prægressus. simile vitium supra in fragmentis ex Seruio annotauimus. Bonus atque clemens.] ita legendum conieci, cum in editionibus esset, notus atque clemens. saepe enim voces illa mutuum locum occupant: & mox malum illi opponit. Coniecturam probat Vaticanus. Id euenit.] Fabri & Briconeti, id conuenit. Ante omnibus te.] emendauí, ante te omnibus: consentiunt libri. Componere bellum.] componere: quod bellum. Vaticanus; quem in his historiarum libris reliquis bonitate præstare moneo. Pag. 199. Ad hoc victores.] Fabri & Briconeti, ad hoc victoriæ. sed Vaticanus, que nostra est, longe melior. victores enim cum victis componit.*

Ergo omnes.] *Fabri & Briconeti, ergo omnes magna mediocritatis sapientia res huc vocat. non satis intelligo. Quæ corruptus animus iubebat.] vetus editio, quæ corrupto animo iubebat. hinc scilicet vulgarem scripturam nasci. omnes manuscripti, quæ corrupto animo iubebat. Illa ut quæ iustissima.] Glareanus, illa quidem ut iustissima. Fabri & Briconeti, illa quam iustissima. pro nobis est Vaticanus. Pag. 200. Quia compositurus.] Vaticanus; qui ea: Fabri & Briconeti, qui compositurus. A multis.] Fabri & Briconeti, in multis: à Vaticano abest omnis præpositio. Atque anceps.] ab operis est hæc menda. scribe, & anceps. quam aliis ciues.] Vaticanus, & vetus editio, quam alii ciues: An qui me.] Vaticanus, haud scio an qui me: Natura hostibus.] Fabri, natura nobis hostibusque nos. Briconeti, natura nobis hostibusque nosque maioresque. Vaticanus, natura nobis hostibus, nosque maioresque: subscripsit vetus editio: & nos nostrum punctum adijcimus. Sanguine sanguinem.] Briconeti & Fabri, sanguinem sanguine. Expiando.] idem libri, expianda. Obliuio abstulit.] Fabri & Briconeti, obtinio: ut & vetusta editio. quibus etiam omnibus abest illud, abstulit. itaque legitur, obtinio interfecit Domitium Carbonem. ego vero legendum coniecio, obliuio abstulit, illudque interfecit, quod hic locum habere nullum potest, cum sequatur interfecit; ut glossæ eijcio. nisi forte utrumque verbum extirbari placet, & obticeo, pro obtinio scribi, hunc in modum: An illa quæ paullo ante hoc*

hoc bellum in Cn. Pompeium v. et oriamque Sullanam in ore pabantur obticeo? Do. nitium, Carbonem, Brutum, nlicis item non armatos neque in præso belli iure, sed a postea supolices per summum scelus interfecit, alii iudicent.

Vastatio domorum.) Omnes libri, domuum.

A te victoriam. omnia.) Postremam vocem ignorant vetus editio Fabri & Briconeti, itaq; dele a sententia, optime.

Viri usque vestrum arbitrio.) Scribe de libro Vaticano & Fabri, *Viri usque vestrum arbitrio iniuria fierent.* scilicet inquit, id a vobis ciuilibus istis actum esse bellis, tuone an vero Pompeii arbitratu fierent iniuriæ.

Quales quisque.) Fabri, *quales quisque.*

CESSERIT.) Item Fabri, *CESSERIT.*

Quales id sit.) Omnes libri, *quales id sit.*

igitur sunt.) Fabri & Briconeti, *firmanda igitur sunt vel concordia.*

Et finem.) Coniunctionem, & dele. vult enim vnicuique facultates suas & rem familiarem modulum sumtum esse. accedunt libri.

Si eadem.) omnes libri, *si eadem.*

Vti soles persuadere.) Sic recte olim correxi. nam quod in aliis est, *persuadere.* rectum esse cui quanto persuaderi poterit.

En vero.) Omnes libri, *ea vera.* vti supra, *ea vera atque simplex via.*

Pacem concordamque.) Quo dicit libro Fabri, & in Fabri & Briconeti est, *stabilis sit.* pro, *stabilis sit;* vti etiam, *concesserim,* pro, *concesserim.*

Maxime erant.) Omnes libri, *maxime fructus.*

Attinge nequis.) Vaticanus, *attingere nequis,*

De us demisere.) Fabri & Briconeti, *deus ademseris.*

Clarissimi viri.) Repono ex omnibus libris, *clarissimi viri.*

Item inuenissent.) non, *inuenissent,* vti olim correximus.

Quares.) Vaticanus, *quares.*

Magna auctoritas.) Ita quidem Vaticanus, sed Fabri & Briconeti, *magna auctoritas;* animo meo rectus.

Emque.) Quo dicit Fabri & Briconeti.

Exercitio.) Idem libri, pro *exercitio.*

Providendum est.) Adde vocem, *tibi,* de veteribus libris.

Cum stipendis.) Cum dicit, Fabri & Briconeti: Vaticanus, *qui stipendis.*

Verumtamen.) Scribe e manuscriptis, *verum enim.*

Qua meditata.) Fabri & Briconeti, *edita pectore euoluit;* cum quibus est Vaticanus. vulgo, *dicta pectore euoluit.* hinc fuere, qui legendum conicerent, *meditata pectore euoluit.*

Alia via perges.) Omnes libri, *perges.*

enim Sallustius frequenter loquitur & alioquin utroque idem significatur: eamque scripturam in veteri editione & libro Fabri, posterius obseruavi.

Scilicet neque.) Vaticanus, *commutare nolans se liceat*: Fabri, *commutare nolunt*. s. qua nota in eo libro *scilicet*, notari solet. Vaticani scriptura aut vera est, aut alioqui ea vox omnino omittenda.

Qui operatus.) Omnes libri, etiam antiquitus excusi, *quis operatus*. perspicue certum.

Communisque.) Vetus editio, *communis*que. Fabri, & Briconeti, *communis*que. Vaticanam prebo.

Ors deminuta.) Vaticanus & Fabri, *deminuta*.

Qui dominus eras & cunctis.) Antiqua editio, *qui dominus eras cunctis gentibus*. Fabri & Briconeti, *qui dominus cunctis gentibus imperitabat*, vulgarem scypturam, illiusque errorem, si tamen error est, fontem habere credo antiquam editionem.

Præsertim sibi.) Omnes libri, *præsertim sibi*.

Cum eares.) Vulgo, & *que mea res* vetus editio, *imprudens sum* que mea res. hinc scripsi, *cum eares*. veras scribendi ratio, *quomodo*, loco huius fraudis fuit, *testantur sibi veteres*.

Quæ tempestatos.) Omnes libri, *quæ tempestatos*.

In se committore.) Vaticanus, *in se committore*: cuius scripturæ ratio non omnium est, quodammodo antiqua editio, in qua est; & *mittore*; vitio ex pronunciatione oritur.

Marco Linsio Druso.) Fabri & vetus editio, *Marco Lubio*; in præsertim enim Drusi in gente Linsia a Vaticano abest, *Linsio*, neque adesse nec esse est probat scriptorum usus.

Auctores fierent homines.) Locus qui & ab interpunctione & a scriptura male habet. vetus editio, *nisi illi auctores fuerant se homines factios*. Fabri & Briconeti, *nisi illi auctores fuerant sed homines factios*. tu scribe de Vaticano, *nisi illi auctores fuerant, sed homines factios, quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi intellexerunt per unum hominem*. &c. non enim vult homines factioses Druso in tribunatu rei alicuius auctores fuisse, sed nobilitate;

De Marco Linsio.) Et hic Vaticanus gentem omittit:

Iuxta ac de se.) Fabri & Briconeti, *iuxta ac se*.

Existimauerunt.) Vaticanus, *existimauerunt*.

Contra eam nisi.) Fabri & Briconeti, *contra eam nisi*: Vaticanus & vetus editio, *contra eam nisi*.

Sua ipsius.) Interpone copulam, & lege ex libris manuscriptis; *sua & ipsius consilia disturbauerunt*.

Animum exercitato.) Vaticanus & vetus editio, *exercitato*. fortasse si, *exercito*.

Quondam res feret.) Briconeti, Fabri, & vetus editio, *quondam res feret*. Vaticani tucor: in quo etiam est, *postremo senem succumbentem cum in iis quæ laudati, sit, succumbat*:

Id adeo haud mirandum.) Vaticanus cum veteri excuso, *id eo haud mirandum.* Fabri & Briconeti, vox *aeo*, deest.

Vna & ardua) Coniunctio & abest a Fabri & Briconeti; Vaticanus tamen agnoscit.

Si neque prator neque Consul.) Vetus editio, *si ut neque prator.* proxime a Vaticano. in quo est, *si ut neque prator.* ac in Fabri & Briconeti, *sic neque prator.*

Ve cuique fors) Vaticanus, *ut cuique fors.*

Sed de monstratib.) Abest a Vaticano & veteri impresso vox *de.*

Forte censura vocarentur.) Fabri & Briconeti, *forsis censoria vocarentur.*

Ita coaquati.) Vetus editio & Fabri, *ita coaquantur.* alii; *ta coaquari.*

Nec ego magna.) Vaticanus, *hac ego magna.* e prima sic apud Manilium emendavi lib. 1.

Hunc mihi tu Caesar patria princepsque paterque,

Quirigis Augusti parentem legibus orbem,

Concessumque patri mundum Deus ipse miseris,

Das animum, virosque facis ad tanta canenda.

Cum antea esset, *Nunc mihi, & canendum.* quorum posterius et si more antiquo ferri potest, aliter tamen in libro ante sexcentos annos scripto exstare testatum omnibus esse volo.

Uiqui memorent) Fabri & Briconeti *memorent.*

Et stupor.) Fabri & Briconeti, *quia desidia, & inertia, stupor eos atque torpedo inuasit.* vti etiam vetus editio.

Alienam famam.) Omnes libri, *alienam famam bonam.*

Quippe cum domi.) Omnes libri, *quippe qui domi.*

Per inertiam amiserunt.) Fabri & Briconeti, *per inertiam amiserunt.*

Sicut in statua.) Veteres editiones, *sicut in statua.* Fabri & Briconeti, *sicut in statua.* a vulgatis est Vaticanus. Petrus Pithoeus legendum putabat, *sicut in statua.* Iustus autem Lipsius, cum quo omnia mihi vincula sunt antiquissimae necessitudinis, *si ut in statua.* quam suam coniecturam multis argumentis & in Variis & in Epistolicis confirmatam mihi, credo etiam alius, omnino probavit.

Frater nomen.) Addunt vetus editio, Fabri & Briconeti, *bonum.*

Lucium Postumius & M. Fauonius.) Vetus editio, *L. Postumi. M.*

Fauoni Vaticanus. *L. Postumi & M. Fauonii.*

Supernacua onera.) Vaticanus, *supernacanea.*

Vbi salus peruenire visus sunt.) Vetus editio: *vbi salui peruenire visus sunt.* Lipsius ingeniosa sane coniectura vitium tentavit tollere, legitque, *vbi salus peruenere, viri sunt.* corrige de Vaticano: *vbi salui peruenere, visus sunt.* quam proxime a veteri editio.

Quoniam nunc ut mihi videor.) Libri etiam primitus publicati, nunc

nunc quoniam sicut mihi videor: & posterius corrigendaque satis differunt. igitur ita corrige.

Animum in litera) Peruersa scriptura & improba hominum ineptissimorum emendatio, in qua sententia, nec pes, nec caput, ut ille dicebat, viquam apparet. sic enim ibi legitur: *sed animum in litera, quod natura firmus erat, in laboribus habui.* vetus editio, *animum in litera cogitans quod natura firmus erat, in laboribus habui:* neque sane aliter Fabri & Briconeti. scribe. *sed animum in litera agitant: quod natura firmus erat, id in laboribus habui.* docet Vaticanus.

Omnia regna, ciuitates, nationes.) Fabri & Briconeti, *regna, item ciuitates & nationes,* malo Vaticano, *Regna item ciuitates, nationes.* magis id Sallustianum.

Estisque consilia.) Libri omnes. *consul. a.*

Et consilio habent.) Decit vox, omnes, quam codices manuscripti abesse nolunt.

Contra homines.) omnes libri. *contra ea.*

At arrogantia.) Vaticanus. *simulatio aut gratia.* Fabri, Briconeti, & vetus editio, *vis eorum qui dominantur, simulatio arrogantia fertur.* non tolente.

Publicum existiment.) omnes libri. *abstant.*

Puraque incerta.) Pulcherrima sententia in mendis cubat. Primum *inscisa*, libri nesciunt, & pro illo *insistio*, *insistita* scribunt. deinde vice illius, *sententia*, Briconeti & Fabri habent, *sententias.* postremo Vaticanus cum istidem illis conspirat, nisi quod ibi, *sententia*, scribatur. fortasse an ita in Vaticano fuerit, *multitudo plerumque insistita se, se eorum a metu libera.* posteriore illo. *se*, a librariis eiusmodi tyilabarum geminationi non assuetis omisso. ceteroqui lege, *cetera multitudo plerumque insistita se, sententia eorum a metu legitur.* sententia nihil imminuta neque immutata.

Strenum & ignauum.) Fabri & Briconeti, *strenum atque ignauum.*

Dubium est.) Est, tollunt Fabri & Briconeti.

Sententia dicuntur, illi superbiam.) Eleganter suppleunt veteres libri, *ne illi superbiam.*

Perlectis lectorum decernis.) Vetus editio, *desideres.* corrige, *desideres.* quæ correctio a membranis est.

Quoque modo in multa.) Vaticanus, *quoque modo in multa.*

Distribuatur.) Vaticanus, *distribuatur.* iudicia quoniam omnibus prima classis. Fabri & Briconeti, *distribuatur.* iudicia quoniam prima classis. *Quæ* pro quibus facit vetus editio.

Et quamprimum.) Et abest Fabri & Briconeti, item a vetusta editione.

Adiuuetur.) Alii, *adnitetur.*

Gloria clarescem.) Error operarum. scribe, *gloria cariorem.*

Summam discordiarum.) Atqui iam res Romana, sublata omni discordia, in vnus ditionem concesserat. scribe igitur, *secordiam.*

IANI MELLERI
PALMERII SPICILE-
GIUM, VBI EMENDATVS
multis locis Sallustius. edidit

CIO IO LXX.

QUære conuuiis, dixerat Sallustius, in de bello Iugurthino belle, si ita visum esset libratis: qui alii aliud: plerique gloriam, aut gratiam; quidam etiam amicitiam, inculcaverunt. Atq; ego credo fore, qui, quia decreui procul rep. atatem agere. tanto tamque vitibili labori meo nomen inertia imponent: certe, quibus maxima industria videtur, scilicet utare plebem, & conuuiis quaerere. Vitibili, fuit in v. c. meo & multis gratia, cum bene fuit. Vli comultri, in multis Tetenus:

Quid mirus vitibile fuit, quam hoc vlcus tangere.

Sed quod cepimus, conuuiis quaerere, est anquirere de apparatu qui addit, de prauat & quod poterat esse venustum, vetat Petronius Arbiter:

*Phormine
act. 4. sc. 4.*

*— Si quis finis absque vitare,
Si qua foret tellus, qua suluum mitteret aurum,
Hæsis erat: satisque in tristia bella paratis
Quærentur opes, non vulgo nota placebant
Gaudia.*

Quære opes, Petronius dicit, quod audiri vult, proteritas & proculcatas has aspernari. Neque alia sententia eius, quæ mox sequuntur: — in v. d.

Quæ situs tellure nitore, certauerat cæso.

Quod enim arbitris quæsitum n. torem hic esse acquisitum; non, anquisitum: dixit ita quoque quæsitissimas epulas Sallustius, cum cogitaret accuratissimum paratum lib. 2. Historiarum, de Metello Numidico *Toga picta plerunq; amiculo erat ei accumbenti: epula quasi iissima neque per omnem modo prouinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera.* imitatus Cornelius Tacitus 2. Annali. *Excepere Græci quæsitissimis honoribus, vetera suorum facta, dictaque præferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* Pro hoc nunc solum agnosceimus, equisite: sed ita tum erat, simplicia fere pro compositis malebant. itaque aliter etiam quam recte factum ab iis, qui illo loco mutarunt: *Cuius legationis princeps fuit L. Opinius, homo clarus, & sum in senatu pollens* (ita rectum est; non, ut per omnes libros propagatum, potens: & ei rei argumentum est optimus

codex Thofanus) quia consul. C. Craccho, & M. Fulvio Flacco interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat, cum Iugurtha, tametsi Roma in amicis habuerat, tamen curatissime accepit. Notatum id a libtario ad oram vetusti codicis: nec me pœnitet me olim sententia, recepisse, qui Tacitum in eodem verbo meminere; Maiores quoque non abhoruisse spectaculorum oblectamentis, pro fortuna quam erat: eoque a Thuscis accitos lustrationes, a Thuriis equestrum certamina, & possessa Achaia Asiaq, ludos curatius editos. Apud eundem Sallustium coniuratione Catilinae est, anquirere vescendi. Sed libido stupri, ganeæ, veterique culus non minor inceserat; viri pati muliebria: mulieres pudicitiam in propatulo habere, vescendi terra marique anquirere: dormire prius quam somni cupido. Sic scriperat Sallustius, sed vt proluxa est imperitia, mutauerunt: vescendi causa terra marique omnia exquirere, Os hominum: at dii me omnes oderint nisi Orbilius nultas prægnantes plagas inflaturus fuit discipulo, qui ita loqueretur. Liber Thofanus causa, omittit: & quod vere licet, non facile eo melior alius est: Colonienfis neque illud, omnia, agnoscit, & inquirere, repræsentat: e quo nos fecisse anquirere, crimen nostrum fit, nisi vsquequaque iniuriam eam hoc verbum accepit: vt Iugurtha: Igitur rex, uti constituerat, in castra venerat (ita repone ex Thofano) ac pauca presenti consilio loquutus de inuidia sui facti, atque uti in deditioem acciperetur: reliqua cum Bestia, & Scauro secreta transiegit: dein postero die, quasi per saturam sententia anquisitis, in deditioem accipitur, Thofanus, inquisitis. Quod autem anquirere de reo, &, capitis anquirere, hæc tanta tequentantur, item que, anquirere sententia, libuit credere idem hoc Sallusti loco fuisse Tacitus 3. Annali: id solum Germanico super leges præstiterimus, quod in curia potius quam in foro, apud Senatum quam apud iudices de morte eius anquiratur. Hoc ipso Iugurtha itaque paucis diebus cum argento auroque multo Romam legatos mittit: quis præcipit, uti primuni veteres amicos maectis mureribus expleant, deinde nouos anquirant: postremo, quacunque possit, largiendo paratione cunctentur: ut ergo, acquirant, aut, inquirant neutrum ex sententia: alterum ne ex consuetudine latina quidem Neque vero præceperat vt acquirerent amicos: quippe eritis in dies eras: sed vt operæ ne parcerent anquirere. Maectis, ausi sumus, quia nobis libetatem hanc præbat vt tus scriptura, Maectis: tametsi hoc in contextu verborum Sallusti (ne frustra sis) nusquam reperimus: verum mentionem faciebat commentator barbarus, cuius etiam manu in eum annotationes refectæ sane: & quo magis ducas, Cat. nis verbum est. Quam maectis arbor, apud eum, itemque Plinium reponenda, quæ est arbor valde aucta in altum, quo, vt inquit Sallustius gignentia omnia natura fert. In vulgatis est alta arbor, Mendote. Nam v. c. maectis: quod etiam doctissimus Victorius repererat, sed quid eo faceret,

non inueniebat. Ita est autem hic *maſta*, vt in ſacrificiorum formis: *maſte hocce vino inferio eſto: maſte hiſce ſuouitaurilibus eſto.* Tertiu n etiam hoc loco addidimus peccare in his verbis, *quacunque poſſit*, audaſter, dicent iſti. nam lequitur, *parare ne cunctentur.* atq; ſil. liquide v. c. Modii: quod dictum eſt ad illud exemplum.

Quaſo a depol Charine te quoniam iam id, quod vis, non poteſt. Velis id quoq; poſſit. & Adelphiſ: *Tu quantum poteſt, abi, ſubaudiatur niſi ri.* *Quacunque* autem aduerbium factum, vt ex qui, quicuno; ex quantum, quantumcunq;. Hoc proximum eſt mutaſſe ex, *quemcunq;*: alioquin fortean ſcripſerit Salluſt. *quod poſſit largiendo parare ne cunctentur.* Vulgarã lectionẽ ne nobis probemus, ſententia prohibet. neq; enim ea ſub eſt: quemcunq; amicum poſſint parare. nam quod iam ante dixerat vnicus magiſter breuitatis: ſed *parare*, pro, *moliri*, hic valet, vt apud hunc alias ſæpe: *Itaq; ex eo tempore ira & metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere, quib. dolo Hiempſal experetur.* Item: *deſenſorib. mœnium premia modo, modo formidinem oſtentare, ſuos hortando ad virtutem arrigere: proſuſ intentus cuncta parare.* Quod autem ſupra legebamus, *veſcendi anquirere*, in eo, *veſcendi*, ſunt reſ victui, ſeu quæ palato faciunt. Forma eſt nunc rara: atq; id ſufficit. namque eo lepida. Sic Liuius, *igni exſtinguendo ſunt quib. ignis exſtingui poſſit.* Igitur, pro ſe *Liuii verba* *quiſq; inermes, vt quibus nihil hoſtile ſuſpectum eſſet; omnib. portis, qua ſunt de incuiq; proximum erat, ea modo, qua reſtinguendo igni forent portantes, cenſis a Scii in agmen Rorzanum ruebant.* Hoc ipſo Salluſti lib. locus aliter eſt: *pione Syphacis caſtris.* Igitur omnia iumenta ſarciniſ leuari iubet, niſi frumento dierum x. *Ceterum vt reſ modo, & alia aqua idonea portari, præterea conquirunt ex agris, quam plurimum poteſt, domiti pœccris: eog, imponit vaſa. paucos horo. vidi veteres, qui non n. na veſtigia veræ lectionis oſtenderent: Et alia aqua portanda conquiri, præterea ex agris: & mox: eog, Facta belli imponi Aqua portanda, et illud: Qua poſtquam gloriſa modo, neq; belli patranda, patriandi cognouit. S c c. & boni libri, & Prifcianus. Ab eo ſono tar. quibus finit i. diſcrep. reſ victus: vt ſi dicas: victui terra mariq; anquirere. ri bellum pot. Vari. l. d. 4. de lingua latina Prius de indutui, aut amictui qua ſunt, teſt. t. a. gam. bi. Et quod amictui habent, purpuram vocant circumtextum. Corn. Tacitus: Potui humor ex ordeo aut frumento in quandam Libello de ſimilitudinem vini corruptus. bidem: Fennis mira ſeritas, foeda pauperibus. Ger. morib. Ger. bertus: non arma, non equi, non penates: victui herba, veſtutui pelles, cubile humus. Hæc addidi vt Plauti locum emendatam Cutculione: manorum.*

At ita mea voſſella, pecten ſpeculum, calamiftrum meum.

Bene me amaſſit, mea que axitia, linteumque exteſum.

Lego: *lintheumq; exteſui*: i. e. hoteum ad extergendum comparatũ. Erat in iſdem verbis *libido ſupri, ganea*: hoc Valla ne recte accipit. *ganeam* autem etiam Tacit. l. 2. hiſt. *Nemo in illa aula probitate aut industria certauit. Vnum ad potentiam iter prodigis epulis, & ſumtu Baiana aqua ſatiare inexplebiles Vitellii libidines.* Ne diutius necelle

habeamus audire aliorū nugas de Baianis aquis, restituo: *ut sunt 4 ganeaq; satiare inexplebiles Vet. l. V* Verum redeamus. Vt *vescendi, ita impetrandi* quoq; dixit Sallustius, in oratione Adherbalis: *Si impetrandi nihil haberem, prater miserandam fortunam; quod paulo ante rex genere, fama, atq; copiis potens: nunc deformatus arumnis inops, alienas opes specto: tamen erat maiestatis populi R. prohibere iniuriam. Meus v. l. impetranda causse nihil haberem.* & qui emaculare Sallustium se postulet, vt nihil sibi in coniectando permittat, nec suspicionib. scripturas veteres adiuet, nugas agat. Mili vero fiat, vbi fenestram aliquam aperiant libri, vti porro iugatio, & gl'is ante sibi in deprauando indulserunt, in corrigendo vsurpare. Caue. 2. existimes minus quoquam scrip'tore a gl'olis laborare Sallustium. Hoc etiam mendosum est, vt excuditor: *Romani, pro ingenio quisq; pars eminus gl'ande, aut lapidib; pugnare: alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi: cupere praelium manibus facere.* tanquam eminus pugnare, non sit praelium manib; facere. & mirum ni sic quoq; corrupturi fuerunt si *praelium e manib; facere*, scriptum reperissent. Rectum est. *praelium in manib; facere.* In manu, e manu, hoc est, *cominus, eminus.* Ennius Hectoris Lyris: *Quem mea machara cominus, atq; hasta hostiuit e manu.* itaq; in manu est, hic contra est quam e manibus. Eodem bello iugurthino per liberos vulgatur: *Ea fuga iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum per fugis. Et parte equitatus in solitudines, dein Thalam peruenit.* ite alibi: *Inter hac iugurtha impensius modo legatos supplices mittere prater sua liberorumq; vitam, omnia Metello dedere.* Vt obiq; scribendum, *impensimodis: v. omnimodis, multimodis.* Forte reſt. us si, *impensimodo, vt omnimodo, pro deiuncto, impensimodis: nisi eodem res redit, & non verius, Sallustium fuisse, cum ita eum scripsisse.* impensius ad eum modum Curtius in 3. *Alexander ante prima signa ibat, idem idem manu suos inhibens, ne suspensi acrius, ob nimiam festinationem concitato spiritu, capefferent bellum.* Emendabam *inhibens, ne impensius concitato spiritu capefferent bellum.* Illa: *acrius ob nimiam festinationem, gl'ollema putabam: aut certe, acrius: vt cunq; de ceteris iudicia essent.* Inde *homines impensu.* Plautus Cap. e. uis.

Va misero illi, cuius cibo iste factus est imperiosior. Ausculto libros veteres: *factus est impensior.* in Sallustio oratione illa aurea, quam Seuerus imperator appellabat: *Paruum ego te iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existimans non minus me tibi quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum scire.* Illud, *accepi, non nauici est, hoc loco quidem, scribo: in meum regnum ascui: & porro: non minus me tibi, quam si genuissem, ob b. c. f. nam, liberis, inculcatu.* Accipere sexcentos vndeunde profugos in regnu poterat: sed hoc non est communicare sceptrum: *Assciscere & adoptare, & sumere, vocibus differunt solum.* itaq; apud Cicrone in, aliosq;, *acrisus color orationis, idē qui adoptiuus: & in oratione maledica,*

Sallustium auctorem mentitur, Cicero ascitus, ac paullo ante in sua urbi civis audit: nisi quod, accitus, ibi vitio legitur: ut item Catilina. Vulturcius, interrogatus de itinere, de liter. postremo quid, aut quādo causa consilii habuisset, primo fingere alia: Dissimulare de coniuratione: post, ubi fide publica dicere iussus est, omnia, uti gesta erant, aperit, se paucis ante diebus a Gabino & Cepario socium ascitum. Vbi in vulgatis omnib. post, aperit, infertunt. docetq; male. nam nec sensus patitur, & sermo non desiderat. Docere enim nunquam est sine studio, & persuadendi siue illecebra, siue cobatu. Vulturcius autem in iuris indicium faciebat. Mendum in eodem vocabulo alioque; Iugurthæ loco, oratione Adherbalis: Postremo Massanisa nos ita instituit, P. C. ne quem coleremus, nisi populum R. ne societates, ne fœdera non acciperemus. scribendum, asciremus. Idem verbum, & suis locis pulsus erat in Sallustio, aliena inuasit. Cōiuratione Catilinæ. Ea tempestate plurimos, cuiq; generis homines adscivisse sibi dicitur, mulieres aliquot: etiam, quæ primo &c. Amo Tholanum librū, in quo ita legitur, adfuisse, nil pote elegantius, Iugurtha quoque: Quæ postquam Massina agitare cepit: neque Iugurtha in amicis satis praesidi est: quod eorum alium conscientia: alium mala fama, & timor impediēbat. Bomilchari (ita Tholanus semper) proximo ac maxime fido sibi imperat, pretio. fecit multa confecerat, insidiatōres Massina parat: Itholanus sicut multa consuevit, quāquam, verum ut dicam, Bertinianus is est. consuevit autem a consueo est, non a consueico neceres. Adfacere autem & consuevere in fraude, dolis, lenociniis dicuntur vnde sutela pro fraudibus, & consutidoli. Amphitruone:

Na tu isthic hodie malo tuo, compositis mendaciis.

Aduenisti, audacia columen, cōsutus dolis. Idē & Pseudolo & Casina

Possesne, nec ne, clamme, sutelis tuis

Præripere Casinam uxorem.

Vbi de Vacensium perfidia est apud Sallustium, hoc legitur. Roman. milites percussis: improviso metu incerti, ignariq; quid potissimum facerent trepidare. Arcem oppidi, ubi signa, & scuta erant, praesidium hostium porta ante clausa fugam prohibebant. Astuant emendatores—velut minuta magno Deprensa navis in mari vesaniente vento. emaculandum autem: Rom. milites improviso metu incerti, ignariq; quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa & scuta erant: praesidium hostium, porta ante clausa, fugam vetant. ita Bertinianus & Siebergenis: nisi quod in hoc, prohibebant, legebatur: Percussis autem abesse a. sc. ne Riuus tacuit quidem. Trepidare ad arcem optime. Liviū: Moxque dum in sua quisque ministeria descenderet, su trepidat ad prima signa. Horatius:

Quam qua per pronum trepidat cum murmure cliuū.

Hoc ergo exemplo vetusta & venusta sunt, trepidare domum, trepidare in naues: aliaq; talia. De eorundem Vaccensium re inf. Sic animis eorum arrectis equites in primo latere, pedites quatuor arctissimi

pergere, & signa occultare iubet. Nugantur alii. vnus Glareanus, more maiorum, sine fuce & fallaciis, negat se intelligere. Et melius ille, quam qui vbiq; intelligendo faciunt, vt nihil intelligant. Lego equites in primo late, pedites quam artissime ire, & s. o. i. Ire, n plerisq; V. C. Erāt Metello equites auxiliares Numidæ, hostipartus iubet præcurrere, vt Vaccensēs inducantur: Romanos pedites conferto agmine sequi, eadem de causa hæc sentētia aliter quam verbis a me restituta non conficitur. & illud artissime, postulat cui referatur ac componatur in priore membro. Deu sefellit bonos viros aduerbium *imprimo*, paulo minus quam proculcatū. De, *trepidando*, autem non tacebo alium insignem locum *Quæso, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit: ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis hominem veteris profapia, ac multarum imaginum, & nullius stipendii: scilicet vt in tanta re ignarus omnia trepidet, festinem: Sic verum puto: & proxime verum fuisse in meo: ad omnia trepidet. At vulgari omnes: ignarus omnium trepidet. Trepidare negotia, vt properare Idem Sed rex nihil iam infestum Metello credens, quippe qui omnia arma, tela, locos, tempora, deniq; naturam ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis, & magna parte pecunia ex oppido noctu profugit: neq; postea in vilo amplius vna die, aut vna nocte moratus: simulabat sese negotium properare. Sic Colonienſis & antiquitus cūſus Argentinēſis quod me Stanzum monuisse, fateri debeo. Vulgo simulabat sese negotii gratia properare. Illo modo Truculento: Dic me adesse, cui properet fauium. Et ita sæpe Horatius. Nunc alium etiam locū adoria mur: Namq; haud longe a flumine Mulcha, quod Iugurtha, Bocchiq; regnum disungebat, erat inter ceteram planitiem mons saxeus, mediocri castello satia potens, in immerſum editus, vno per angusto aditu relicto: nam omnis natura velut opere, atq; consulto, præcepit: Nimum incepte tandem, inter ceterā planitiem mons saxeus: tanquam mons quoq; planities eſſet: nam ea vis est huius, ceteram. emendo: erat inter cetera planitiem mons saxeus, mediocri castello satie patens, immerſum editus, vno per angusto aditu relicto. nam omnia natura, velut opere, atq; consulto, præcepit, hæc emendatio est: vnc videamus argumenta. In Hofanus codex nunquā satis laudatus: erat inter cetera planitie: ita ille diserte. Quis dubitet saltē cui cor sapiat, quin verū sit inter cetera planitie? cetera vt illo Virgil. i. confertū tegmē spinis: at cetera Gratus.*

Et apud Tacitum in vita Agricola: Hic cum egregius cetera, arroganter in deditos, vt sua quoq; iniuria vltor consuleret durius. Erat ergo cetera planities, id est, ad cetera quod a tineret; sed vnus tibi mons saxeus. Postea: num omnia natura. lii itur per omnia natura Varie h. per libros vulgatur. nam aliam per omnia natura: quidā nani omni natura. quæ omnes scripturæ, vt verbo dicam, assis non sunt: vna autem recta nostra. qua enim facie cetera eadem, omnia, accusandi calu ponitur, pro, omnes in partes viquequaq; Acceptū hoc

hoc est in vulgus homo est, nisi quod superbus, cetera bonus: id est, sine exceptione ad utrumque eadem forma, & pari: illud insolentius: homo est, omnia bonus, veterum vsu. S. ergo Sallustius. mos omnia princeps nihilo aliter, quam antea ausus erat, inter cetera planitiam. Hæc iam dictam, cum R. uium consului, is codex, inquit, Badianus, ad hunc modum. Nam omnia natura velut opera atque consilio princeps habebat. Quid quaeris? plausi mihi, qui coniectura ad verum peruenissem. nam illud, habebat, quis insertum non videt: quod scripti nulli libri representant? Cetera autem, & omnia, hæc figura e Græcia sunt: vt pueri sciunt. Vnum addam: recepta lectio: omnis natura: ab emendatorum ingenio est, quod eo volui, ne quis illam nobis imputaret. Sed sequamur. Marium fatigantem de profectione, simul & inuitum, & offensum, sibi parum idoneum ratus, domum dimittit: & Roma plebes, literis, qua de Metello ac Mario missa erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant repono: simul & inuisum & offensum ac postea: cognitis, volentia de ambobus acceperant. Prius ex Thofano & Bertiniano simile illi: suspectus regi, & ipse eum suspiciens. Si causam scripturam probes difficile est vt leges breuitatis lux non migrarit Sallustius. Erat autem inuisus Metello Marius, & vicissim offensus, de causis, quas arcescere ex ipso Sallustio quam a me discere, cuius multo facilius est. Volentia conieci, quia recepta scriptura latina non est. sic enim dicendum fuisset potius. Plebs volentibus animis acceperant. in meo quidem s. animo, non apparet: pro cetero, volenter, quod fuit cur minus me sententię poeniteret. Positum ita, volentia, vt in historiarum li. 4. Nam Pompeius multis suspicionibus volentia plebi facturus habebatur, Tacitus: Isque omnes de festinatione Primi ac vari sine stre. & Muciano volentia scripsere. Ab hac diuersa forma est hoc ipso libro: Vt militibus equatus cum duce labor volentibus esset. Item: Neque ille senatus: quanquam, auersus (ita repono: Vulgo, aduersus) erat: de villo negotio abnuere audebat: ceterum supplementum etiam latus decreuerat: quia neque plebe militiam volente, putabatur Marius aut belli usum, aut studia vulgi amissurus. Nusquam tam similes sui sunt emendatores: sed Thofani lectio, quæ eadem in veteri excutio Romano reperitur, & in Veneto, de quo nobilem adolescentem, & mihi amicum, Caspatum ab Halborussum, proinde vt debeo, amo: ea ergo sola vera est quod neque plebei militia volenti putabatur. & Marius aut belli usum, aut studia vulgi amissurus. Qua cum Priscianus quoque facit, & hanc Græcam cum ea contendit, αὐ βελονδρῶν ἢ τῶν αὐτῶν. id ita reddidisset Sallustius illis audire volentibus sit: aut qua illa volentia audiât. Vtus Curtius quoque si emendati libri sint, in 7. Archofis datus Memnon prator quatuor millibus peditum, & DC. equitibus in presidium relictis. Ipse Rex nationem ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos vsus, cum exercitu intravit. illa, mutuos vsus, s. l. non habet & pro volen-

tem volente. sed rectum est: quippe nullo commercio volentem, cum e.
 in. Sic Tacitus in vita Agricola: *Eoq; initio erecta provincia, ut quib.
 bellum volentib. erat. & saepe alias. Sed ordo tamen hic aliquis esto.*
 Principio ergo de coniuratione Catilinae: *omnis homines. qui sese
 student praestare ceteris animalib. summa ope niti decet, ne vitam silen-
 tio transigant, lego. transeant.* Qui aliter excu'dunt, vim vocabuli
 non allequuntur. Probabit pro me Cornelius Tacitus in vita A-
 gricola: *Mox inter quaesturam ac tribunatum plebis atq; etiam ipsum
 tribunatus annum quiete & otio transit, gnarus sub Nerone temporu
 quib. inertia pro sapientia fuit. liquet mihi affirmare: huic Sallustii
 locum Tacitus respexit: & eum qui mox est: indocti, incultiq; vitam
 sicut peregrinantes transfere.* Neq; ergo inertes agunt vitam, verius
 transeunt. Inibi: *Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. alte-
 rium nobis est Diis, alterum cu beluis commune est:* In meo sic commune
 abest, recte. sic Iugurtha: *ls ubi primum magistratum ingressus est: a-
 lia omnia sibi cum collega ratus, ad bellu, quod gesturus erat, animum
 intendit:* ita Thofanus & Bertinian. In vulgaris omnib. inculca-
 tur vox, *communis sibi cum collega communis ratus.* pro eo in Sig-
 bergensi reperio. *certa: ad marginem leniora & communia: quae o-
 mnia in librariorum officinis cula sunt.* Porro ita vulgo dicimus:
*nihil mihi tecum est: quid mihi cum illo est? &c. & sc. hic sermo aures
 nostras vulnerat: omnia mihi tecum sunt.* ac qui ita loquatur, exem-
 pla poscatur: quae nunc literarum at: s est: *Kostea Quo mihi rectius
 esse videtur, ingenii quam viru opib gloriam quarere.* Sigbergensis
 delet. esse: & in Col. nienti, *melius pro rectius.* Equidem pignus de
 in omnes fortunas meas, ni scripsit Sallustius: *Quo mihi videtur,
 ingenii q. v. o. g. q. illud, videtur, vnicus huius rei nodus, eam ipsam
 vim habet Iugurtha: Scio ego Quirites, plerosq; non isilem artib. im-
 periu a vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrijs,
 supplices, modicos, esse. dehinc per ignauiam & superbiam atatem, age-
 re, sed mihi contra videtur. Videtur, h. loco pro; rectum vid. ut apud*

*Initio libr. 3.
 histor.*

*Comm. 3. de
 bello civili.*

Tacitum. *Illic agitant re, placeretne obstrui Pannonia alpes donec a
 tergo vires vniuersa; consurgerent, an ire cominus, & certare pro Italia
 constantius foret. Quib. opperiri auxilia, & trahere bellu videbatur,
 Germanicarū legionum vim famamq; extollebant. Iulius Caes. Sed
 Pompeius suis pradiixerat, ut Caesaris impetum exciperent, neue se loco
 mouerent, aciemq; eius distrahi paterentur. & multis inter. cct s ver-
 bis: Quod nobis quidem factum a Pompeio; non videtur: sic vulgares
 libri habent: Nollem factum, ut inuitis libris omnibus nuper viri
 docti eum locum apud Caesarem de prauarent. Apud Sallustium
 sequitur: Nam & prius quam incipias, consulto, & ubi consulueris,
 mature factu opus est. ita vtrumq; per se indigens, alterum alterius au-
 xilio eget. Vi melius quam ut ita breuitati Sallustium studuisse pu-
 ten us: vtrumq; indigens eget. & Bertinianus magis etiam iueptus,
 indigens indiget: Conieicbam olim: Ita vtrumq; per se indigens alie-*

sum alterius auxilio. Id ita explicabam: utrumque indigens auxilio, alterum alterius scilicet, nec ea opinione erubesco. sed propior sum, ut verum putem: *alterum alterius auxilio veget.* Eo verborum Pomponius Maior. *Animos Venus veget voluptatibus.* Ennius Ambracia: — *aquora salsa vegecentibus ventis.*

Et quod ibi agendi significatione est, nihil huic rei disconducit. nam hæc talia, naturæ actionem ostendunt, agendi sine sæpè perpeffionem significare, ne scholæ quidem istæ negant. Quamvis, ne dissimulem, nihil verat ætium esse. inuicem enim animus & corpus veget. De hac emendatione placui mihi, postquam eam alios in v. l. reperisse audiui. sed qui nunc super Sallustium multis millibus emendatum ex officina Plantini emisit, cum hoc de amico meo didicisset, qui ex me referebat, probauit, & in contextum postea recepit. Sequitur: *Verum ubi pro labore desidia; pro continentia, & aqutate libido atq; superbia inuasere: fortuna simul cum moribus immutatur; ita imperium semper ad optimum quem a minus bono transfertur.* Sigbergensem & Coloniensem lequor: *ad optimum quem que animi a minus bono transfertur.* Optimus animi, ut Tacitus, nimis animi: & animi immodicus, Sallustius ipse apud Arusianum Messum. Post inde ex interuallo: *Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.* lego: *Vastus animi immoderata, &c.* Ante eum locum: *Ac mihi quidem, tametsi haud quaquam par gloria sequatur scriptorem, & actorem rerum; tamen in primis arduam videtur, res gestas scribere: primum, quod facta dictis sunt exaquanda: dehinc, quia plerique quæ delicta reprehenderis, maliuolentia & inuidia dicta putant; ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores; quæ sibi quisque facilia factu putat, æque animo accipit; supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.* Scribo: *quia plerique delicta reprehenderis, maliuolentia & inuidia putant: ubi de magna virtute gloria bonorum memores; quæ sibi facilia quisque facit, æquo animo accipit, supra velut ficta pro falsis ducit. Maliuolentia putare, ex forma, qua Eunuchus est:*

— dum hac puto,

Præterii imprudens villam.

Item Cæciliæ Exsule

Non hac putat non hac in corde versantur tibi?

Sententia Sallusti est: quæ reprehenduntur, ipsi ita cogitant, maliuolentia & inuidia scripta esse. Elegantius aliquanto fit, & dignius Sallustio, quia remotius sumit, putare maliuolentia, proputare tanquam maliuolentia alius putarit. Ceterum totius huius loci emendatio a Colonienfi libro est: nisi ea fini, quæ gloria, scripsi, pro gloria, sententiæ oblectus: & in Colonienfi altero & in Sigbergensi, ac in reliquis, atq; erat ea inconstantia argumentum fuit, nullum eorū rectū esse. gloriæ alicuius memorare, pro ad gloriam, nota ratio Sallustio, & Sallustianis. Simile: *Igitur quæ stori mandato Boschi patrefaciunt: simul ab eo petunt, uti fautor consultorq; sibi*

ad sit: copias, fidem, magnitudinem regis sui, & alia, quæ aut utilia, aut benevolentia esse credebant, oratione extollunt. Plevi, in plerisque meis est: & eius hoc quoque indicium in Sigebertensi, quod ita legitur: *plerique delicta qua reprehenderis. nec periculum sit, si coniectura sola innixus, & aurium lenocinio obsecundans. reposuerim verbum apud Sallustium, quo, non dico Claudius, sed Luvius atque Suetonius nam apud hunc in bonis libris sæpe, plerique, reperias*) uti amarunt; ne peritis imperite fecisse videar. In tuae enim hoc est, aures modo qui habeat. *quia plerique qua delicta reprehenderis: lenius: quia*

Cicero Fa- plerique qua delicta. superest: Quæ sibi quisque, facilia facit. ita Cicero
mil. epi. libr. propemodum: Itaque, facio me alias res agere. Idem Plato facit mun-
75. epi. 18 ad dum adificari a Deo. Idem: Isocratem Plato in Phædro laudari fecit a
Cæsarem De Socrate Et Sedigitus:

nat. De. 1. 1.

De Opt. gen.

6. 1.

Post insequi Licinium facio Attilium.

Neque longe discedit illud Curculione:

Ne te mihi facias ferocem, aut supplicare censeas.

Et Mostellaria.

Ferocem facis, quia te herus tam amat.

Continuo est apud Sallustium; *Sed ego adolescentulus initio, sicut plerique, a studio ad rem publicam latus sum* Et fragmentum Coloniense, & Thosanus, a, nulli habent. *taque; lego: studio ad rem pub. latus sum. neque enim a literarum studio digressum se ad rem p. ait: magis, studio illo & ambitu. quo Romæ mos erat. Mox: Ac me, cum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem, qua ceteros, fama, atque, invidia vexabat. igitur, ubi animus ex multis miseriis, atque, periculis requieuit. Scribo, nihilominus honoris eadem fames, atque, invidia necabat. igitur, ubi animum ex multis miseriis atque, periculis requieui.* Illa verba, qua ceteros, Thosanus non agnoscit, hoc primum; deinde, ipsis vestigiis odoratus sententiam cupido, glossæ scilicet *eciis; e fama fames mutavi, sic extremo Petronio Arbitro. fama auri, pro fames, in omnibus libris vulgatur. Necabat, in fragmento Coloniensi scriptum erat & solebant veteres illa necat ambitio, necat avaritia.* Neque eo dico, quod ignorem. *vexat, ita cum ratione esse, & multis exemplis probum: sed non quid dici potuerit; magis quod potissimum Sallustius voluerit, agitur. postrema verba e Coloniensi emaculamimus, atque eam coniecturam nostram præstare audemus. in illo erat: ubi animo ex multis mis. a. p. requieui. Requiescere animum, inquiete sistere. Virgilius.*

Et mutata suos requierunt flumina cursus. Geminum.

Iuppiter Alcmena geminas requieuerat Arctos. Deinde.

Hunc post dominationem L. Sylla, libido maxima inuaserat reip. capiunda: lego: reip. rapiunda. Neque enim capere remp. volebat Catilina: quippe que legibus capitur: sed rapere. Ostendunt quæ deinceps sunt: neque, id quibus modus assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Et regnum parare, est, rapere remp. cape-

re remp. est, regnum prohibere. Orofius ait, triumuiros remp. rapuisse: *Lib. 3. hist.*
 Cornelius Tacitus, milites imperium rapere: Spernuntur, inquit,
 Cēturiones, tribuniq; ac ne vox cuiusquam audiat, quatiunt arma,
 rapturi imperium ni ducantur. Postea: Res ipsa hortari videtur quo-
 niam de moribus ciuitatis, tempus admonuit, supra repetere, ac paucis
 instituta maiorum domi, militiaque quomodo remp. habuerint quan-
 tamq; reliquerint; ut paulatim immutata, ex pulcerrima, &c. Scri-
 ptus Modii l. quo more remp. habuerint. optime: nec dubito quin
 Catonis. Quæ nullo exemplo fiunt, contra ius fas, sine more fieri
 dicuntur: raptæ sine more Sabina, apud Virgilium, & cum imitan-
 tem Orofium Habere autem hic pro colere, & gerere. Meneghmis:

Nimum ego te habui delicatam. Asinaria:

Quamquam illum mater arte contentaque habet. Dehinc:

Urbem Romam sicuti ego accepi, conuidere, atque habuere initio
Troiani; qui Ænea duce profugi incertis sedibus vagabantur. Incertis
adulterinum, & infertum. Nam in fragmento Colonienfi nul-
lum eius vestigium, sed pro eo, cunctis, nihilo magis germanum
Sallustii opinor, Vagari sedibus, ut nihil addatur, eleganter, nul-
las sedes habere. Sequitur ex intervallo in fil. patriam parentesque
armis tegere. non, protegere. & mox: immutato more, annua imperia,
binos imperatores sibi fecere, eo modo minime posse putabant per licen-
tiam insolescere animum humanum. Exturbandum est illud, puta-
bant: quod non esse Sallustii tam certum est, quam, imperite fecif-
se eos, qui inculcarunt. Continuo: sed ea tempestate capere se quis-
que magis extollere, magisque ingenium in promptu habere. Scriben-
dum: capere se quisque magis magis extollere, ingenium in promptu ha-
bere. Magis magis. quod Ennius, magisque magisque:

Ergo magisque magisque viri nunc gloria crescit.

Magis magis,

etiam Catullus:

Post vento crescente magis magis increbrescunt.

Multis post versibus sequitur: Postremo ubi multa agitanti nihil
 procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes conuocat per
 M. Porcium Læcam: ibique multa de ignauia eorum questus. Non sic
 verisimile mihi, coniuratos per M. Læcam, hominem aliquo nu-
 mero, conuocatos, quando tanti molimenti res ea esset: ne ad-
 dam, pro festinatione Catilinæ vix satis cito id per vnum homi-
 nem fieri potuisse. Rectius sit legere conuocat pene: M. Porcium Læ-
 cam: & dici quod a Cicerone aliisque omnibus memoriæ proditum
 est domum Læcæ conuocatos fuisse coniuratos. Cicero in ea
 pro Sylla: Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de iudicando dubi-
 tat, ut dicitis, informat ad hoc adumbratum iudicium filium: quid
 tandem de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Læcam nocte ea,
 qua consequuta est posterum diem Non. Nouemb. me consule Catilinæ
 denuntiatione conuenit. Eadem prima & secunda oratione in Ca-

Act. 1. Scen. 1

Ni mala.

Act. 1. Sc. 1.

et tantis ciuibus deprehensis, quid facti opus esset: poenam illorum sibi oneri, impunitatem perduda reipub. fore. nam hoc quoque, credebatur, in maximam malam rem ablegandum, ut supra, putabant: itemque illis verbis: Naniq; alia belli facinora prada magis quam detrimento fore: incendium vero crudele, immoderatum, ac sibi maxime calamitosum putabat. Hoc putabat, inducendum est. neq; enim a Sallustio: quod quis non videt tamummodo horum qui aliquid vident, illo loco. Ad ea ror aliter atque animo gerebat, placide respondit: Bomilchare, atque aliis multis, quos socios insidiarum cognouerat, interfectis, iram opprresserat, ne qua ex eo negotio seditio eriretur. Latinum non est hoc sensu, iram opprresserat: & recte Thofanus, iram opprresserat, hoc est, occurrerat & castrauerat. Illis quoque verbis: Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: plerosque senectus dissoluit, nisi qui ferro aut bestiis interiri. minus bene, bestiis interire, quam in scripto. a bestiis interire. nam, interire ab hostibus pro interfici: & eodem modo, a bestiis interire, recte & probe dicuntur. Iam vero illa: quarum rerum ego maxima documenta hac habeo: quod in bello sapius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant, quique tardius reuocati pralio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausserant: in pace vero, quod beneficiis magis, quam metu, imperium agitabant, & accepta iniuria, ignoscere quam persequi, malebant. Primum pro sapius. malim sapius: sapius vindicatum est in eos. Sic enim ad historiarum fidem dicitur. aliter non item, deinde, magis, deleo, quia ita fragmentum Colonicense & mille exemplis apud hunc aliosque notum id genus sermonis: tum ex scripto Modii l. repono, volebant: in pace vero; quod beneficiis quam metu, imperium agitabant, accepta iniuria, ignoscere, quam persequi, volebant. Et hic, potius, subauditur. Addam aliud: In tanta, tamque corrupta ciuitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiosorum; atq; facinorosorum circum se, tanquam stipatorum, cateruas habebat. nam, quicumque impudicus, adulter ganeo, manu, ventre, pene, bona patria dissipauerat. Sine dubio restituerat: nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene bona patria lancinauerat. Alea, Thofanus, & alii quidam: verum, aleo, emendandum, vincit illud, manu: quod alioquin nihil habet, cui referatur. Nam aleones, manu, ganeones, ventre, adulteri, & impudici, pene suo, alienaue bona lancinauerant. Impudici enim, qui suo in corpore passi sunt, quod alteri collibuit. Lancinauerat, in Colonicensi, in reliquis omnibus lacerauerat. nam, dissipauerat, nusquam reperi extra cufos codices. Catullus;

Paterna priua lancinata sunt bona.

Lancinauerat autem paullo etiam efficacius verbum, & significantius, quam lacerauerat. Arnobius: Syriapic Peloponesi proditus & in Aegypto Serapy nūcupatus? Ethiopicis solibus Isis furua marens perditum filium & membratim coniugem lancinatum? De Pilone 15

ra Sallustius: *Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis summa audacia, egens, factiosus; quem ad perturbandam remp. inopia, atque mali mores stimulabant.* Thofanus: *nobilis, summa audacia, genus, factiosus.* Traducta verba puto: *adolescens genus, nobilis, summa audacia, egens. Genus nobilis, græcissat: & addidit, quia nobiles etiam virtute, aut vitiis, plane iidem, qui nodi.* Itaque Terentianus Clitipho de sua amica: *Mea, inquit, est potens, proci, magnifica, sumtuosa, nobilis.* Et Cicero in ea pro Caelio, & Clodiam nobilem mulierem appellat a nota impudicitie Ignobilis pro ignoto Pseudolo: *Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.*

Apuleius, rem sibi non nobilem, pro ignotam. Deinde de Catilina: *At Catilina crudelis animus eadem illa movebat: tamesi præsidia parabantur: & ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo, postremo dissimulandi causa, aut sui expurgandi: sicuti iurgio lacessitus foret; in Senatum venit.* In quibusdam, & sui expurgandi. mihi liquet, rectum esse: *dissimulandi causa, an quasi sui expurgandi.* Sic Tacitus: *Simul Civilis ausus, an ex composito, intulit se agmini Tungrorum.* Item: *is magnitudine subditi sceleris, an corrupta latius castra ac si contra tenderet, exitium metuens, præbuit plerisque suspicionem conscientia.* Curtius: *Sed metune, non traditur, an oborta seditione inter ipsos, subito profugerunt barbari.* Facile cõiectare, illud, non traditur, aliunde quam a Curtio esse. Itaque eiiciebam: & sermonem ad hanc ipsam formam, de qua agimus, reuocabam. De supplicio coniuratorum: *est locus, inquit, in carcere, quod Tullianum appellatur: ubi paullulum adscenderis ad laeam, ciciter xii. pedes humi depressus: eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est.* Emendandum e Thofano. *ubi paullulum escenderis ad laeam, circiter xii. pedes depressus. eum muniunt undique parietes, atque super camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta, tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est.* Inculta quidem, in illo libr. scriptum non fuit: sed ita suspicione feci, iuuitante concinnitate ipsa orationis. nam si quid tertium cum illo, terribilis, iungeretur, videri poterat Sallustii nunc ibi hiat sermo. *Inculta tenebris, odore foeda, aspectu terribilis eius facies erat.* ita ferri, opinor, poterat. *terribilis, sine suo auferendi casu, nõ placet.* iam nec illi tenebris, cum, *inculta* conuenire potest. Aliud enim *incultus*, aliud *tenebra*. De bello Iugurthino: *Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens, nomine Capsa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurtham immunes, leni imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti aduersum hostes non mœnibus modo & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. nam, præter oppidum propinqua loca, alia omnia, vasta, inculta, egentia atque infesta serpenti.* Hic quidem quadra illa orationis postulat: nam præter oppidum propinqua, alia omnia, *vasta incultu, egentia aqua, infesta*

Lib. 4. hist.
Libr. 1. hist.
Libr. 9.

infecta serpentib. Sic prope arbitrabar scribendum apud Terentium.

— *præterea una ancillula*

Erat: ea tenebat una pannis obfita.

Neglectu, immundum, illuivie. Obfita pannis, neglectu, immundum, illuivie. *Pannis*, hoc ad vestitum: *neglectu*, hoc ad capillum: *immundum*, ad aurum atque argentum: *illuivie*, ad imbalnitium, quam appellat Lucilius. *In mundum autem*, Plautus in catatore dixit:

Adeo arte cohibitum se esse a patre:

Multipere immundo rustico se esse exercitum. quamuis; *in mundo* duabus dictionibus legit malim. In eodem Sallustii exemplo ex Thofano legendum est: *leni imperio, & ea fidelissimi habebantur.* scriptura tuta auctoritate antiquitatis: apud quos *ea pro*, propterea notum Asinaria:

Istud dictum tibi non amplius irascor.

Sic scripsit Plautus: *scilicet, propter istud dictum.* Numero multitudine, Persa:

Cum bene nos, Iuppiter iuisti, diique alii omnes calipotentis,

Ea vobis grates habeo, atque ago. Sed ad priora illa e Catilinaria redeamus. Feci, *escenderis*, quia in Thofano, *descenderis.* & sic fere semper in vulgatis vox ea perit: ut item occiderat illo belli Iugurthini loco: *Qui omnes trepidi improviso metu, at tamen virtutis memores aut arma capiebant, aut capientes alios ab hostibus defensabant: pars equos escendere, ire obviam hostibus: pugna latrocinio magis, quam pralio similis fieri:* absque Frontone fuisset, qui *escendere*, legit. & mirum, Manutium suspicari, mendum subesse in Frontone, cum constet vix aliter Varronem, & Sallustium, Tacitumque, & verbo ut dicam, omnes bonos, locutos. Sed quia inibi sum, que dehinc hoc proximo primo loco apud Sallustium sequuntur, quia manifesta sunt turpissimi mendii, & emendatores omnes pueriliter errant, una opera emaculabo. *Pugna latrocinio magis quam pralio similis fieri: sine signis, sine ordinibus. equites, pedites, permixti cadere alios, alios obruncare: multos contra aduersos acerrime pugnantes a tergo circumuenire.* Scribo, *cadere alii, alii obruncare: multi contra auersos acerrime pugnantes a t. c. Escendere.* verius etiam sit iis verbis scribi. Itaque *Marium prope adit, acta edocet: hortatur, ab ea parte qua ipse escenderat, castrum tentet: pollicetur sese itineris ducem, periculique nihil esse docet.* Quod ita in Thofano est: *atque super camera lapideis fornicibus iuncta: in eo super valet, insuper.* Ad eundem modum idem Sallustius in historia vituperat, ut Censorino videtur, de quo Priscianus libro 14. *Super præpositio est apud Virgilium, primo, Æneidos: ut scribit Censorinus:*

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Sallustius vero in historia adverbium hoc protulit. *Vbi multa nefante casus super amisi: sed mihi videtur Sallustius quoque loco præposi-*

Scen. 1. Act.
1. Sic emendo: vulgo mendosum est,

Act. 1. Sc. 1.

tionis hæc præpostere protulisse. quibus postremis verbis frustra Priscianus a Censorino dissentit. Sed verba quidem Sallustii etiam ab iis qui postremum fragmenta diderunt. mendose scripta, corrigenda sunt. *Vbi multa nefande ausi super casu atq; passi*: ut in veterib. editionib. est *Super*, hoc quoque modo alibi *At Metellus, vbi oppidanos pralio intentos, simul oppidum & operibus & loco munitum videt, vallo fossaque mœnia circumuenit, deinde iubet locis ex copia maxima idoneis vineas agere superque aggerem iacere, & super aggerem impositis turrib. opus, & ministros tutari. Lego vallo fossaq; mœnia circumuenit: deinde locis ex copia idoneis vineas agere, aggerem iacere, turribus super opus & administratos tutari. Glareanus idem hic est. Radius atque alii nouum docent, & fando hætenus nemini auditum, aggerem vineis instructum fuisse. Nec desunt id sonare verba Sallustii. Sed ille hoc in super, fortissimo fundamento (verba hominis sunt) stabilitas fuisse vineas. caute. Oportuit enim noua forma esse, quæ aggerem tolerarent: nisi nos vineas in obsidionib. ignoramus. Longe autem hæc sententia Sallustio fuit. *Iubet recte in Aldi & Gymnici editionibus, atque scriptis aliquot veteribus abest. nam, agere, iacere, tutari, pro, agebant iaciebant, tutabantur, actione frequentant. Ex copia, valet, pro copia, pro opportunitate locorum. Erant enim loca vineis atque aggeribus minus quam opportunissima ita solens Sallustius loquitur. Quæ porro sunt: turribus super opus & administratos tutari: in iis, super, aduerbiū quod sefellit credo homines, ut clementissime dicam, non doctissimos, ut de suo benigni donarent Sallustio, super aggerem impositis, si qui tamen probabit, aggerem iacere, impositis super turrib. opus, & a. t. per me licebit, dum alterū, quod verius est, mihi relinquat, Administratos, quod pro, ministros, hoc loco damnat Glareanus, nō meminit scilicet alterius loci: Milites neq; pro opere sistere, propter iniquitatem loci; neq; inter vineas sine periculo administrare, optimus quisq; cadere aut sauciare ceteris metus augeri. Verbum administrare proprium in obsidionum machinationibus. Hoc quoq; etiam menda non caret in Catilinario: Sed urbana plebes ea vero præcepti erat multis de causis. Scribo: præcepti erat. Idem iugurtha: præcipitem cadere. Si permanere, inquit; vellet in suis artib. vltro illi & gloriam & regnum venturum, sin proferantius pergeret, pecuniam & ipsum præcipitem casurum, Illo autem loco mirabar fuisse qui ferrēt vulgaram lectionem. Ipse cum liberis, & colonis præpter aquilā adfuit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. Qui enim isti liberi Catilinæ, cui liberi nulli erant. nam ex Cicertone atq; ipso Sallustio discimus, captum amore Aureliæ Orestillæ; & ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Cicero addit, etiā vxore. Itaque quod dubitare nemo possit, reponendum est, liberis, maxime cum ei hæreat, colonis. Quanto autem fere agmine colonorum**

norum ac libertorum inuazirent Romani nobiles, exemplum est
 est apud Iulium Cæsarem commentariorum de bello ciuili primo,
 Domitius, in oblatione Massilie. Facit eodem illud paullo ante.
Cetbegus autem per iuniorum familiarum, atq; libertos suos lectos & exer-
citos in audaciam, orabat, ut grege facto cum telis ad sese irrumperent.
 Eam rem diserte explanat Dionysius Halicarnassæus: solitos esse
 homines diues & nobiles Komæ teruorum uia commercari, ple-
 runq; deterrima mancipia eos manu emittere, vomerem postea
 ciuitatis & instrumenta scelerum suorum, addit, esse qui pretio il-
 los per audaciam ac flagitium paruo, liberept, aut pollicitos ope-
 ram in facitus. Horum hominum quis dubitet Catilinam tantū
 habuisse, quantum ad delendum magnum imperium satis esset,
 ni successam diu negarent? Paulo ante: *Sed Catilina postquam ui-*
det montiuuam atq; copiam hostium sese clausum, in urbe res aduersas; ne-
que fuga, neq; perfidii ullam spem: optimum facturatus, in tali re for-
unam belli tetare, statuit cum Antonio quamprimum confugere. Scri-
 bo: *optimum facturatus, ut in tali re fortunam. b. t. cui emendatio-*
ni uerbum faciendum non est. huius, de Catone: non diuitiis cum
diuite, nec factione cum factioso, sed cum strenuo uirtute, cum modesto
 pudore, cum innocenti abstinentia certabat: esse, quam uideri, bonus
 malebat: ita quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur.
 Sic quidem omnes codices; ceterum apud Augustinum aliter: *ita*
 quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur. Rectissime,
 & secus in uulgatis neque ita tamen euidentem emendatori Sallustii
 uidetur; qui hanc etiam eandem laude dignatur: in quo quidem
 eius iudicio ego nihil non tenui. At tanquam parum esset. Riui-
 us etiam, memor a fideis placet, ipsam Augustinum putat, & non
 fuisse ei librum tom a. l. manum. Quid autem? Ullane cum senten-
 tia hæc uerba sunt, nisi quæ inepta sit: *quo minus gloriam petebat,*
 eo magis illam assequabatur? Porro: Atne qui gloriam non sequitur,
 assequi? Quia elegit nec apud Augustinum: *quo minus gloriam se-*
quebatur, eo magis illam gloria sequebatur. nam ita est gloria, se-
 quentem fugit, fugientem sequitur. Malim tamen apud Augusti-
 num scribi: *eo magis illum assequabatur.* Sed quæ inconstantia nostra
 est, iterum nunc ad ugetham redimus. in descriptione Africae.
 Sed Persa intra Oceanum magis: *hi que a lacos manium in uersos pro ti-*
 guris habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendâ
 aut mutandâ copia erat. mars magnam. & ignara linguarum commer-
 cia prohibebant. hi paulatim per connubia Gotulos secum miscuere &
 quid sæpe latentes agros, alia deinde, atq; alia loca petierant, semetipsi
 Numidas appellauerunt. Scribo e Thofano de Beruicæ: quia neque
 materies in agris, neque ab Hispania emendâ aut mutandâ copia erat.
 sed hæc leuata. Porro: *hi paulatim per connubia Gotulos secum mis-*
 cuere: & quia sæpe tendentes, alia deinde alia loca petierant. nam il-
 lud, atq; a puerisq; omnib; scriptis abest: in reliquis alii magnam

sionis hęc prapostere protulisse. quibus postremis verbis frustra Priscianus a Censorino dissentit. Sed verba quidem Sallustii etiam ab iis qui postremum fragmenta diderunt, mendose scripta, corrigenda sunt. *Vbi multa nefande ausi super casu atq; passi:* ut in veterib. editionib. est *Super*, hoc quoque modo alibi *At Metellus, vbi oppidanos pralio intentos, simul oppidum & operibus & loco munitum videt, vallo fossaque mœnia circumuenit, deinde iubet locis ex copia maxima idoneis vineas agere superque aggerem iacere, & super aggerem impositis turrib. opus, & ministros tutari.* Lego *vallo fossaq; mœnia circumuenit: deinde locis ex copia idoneis vineas agere, aggerem iacere, turribus super opus & ministros tutari.* Glareanus idem hic est. Badius atque alii nouum docent, & fando hæc enus nemini auditum, aggerem vineis instructum fuisse. Nec desunt id sonare verba Sallustii. Sed ille hoc insuper, fortissimo fundamento (verba hominis sunt) stabilitas fuisse vineas. caute. Oportuit enim noua forma esse, quæ aggerem tolerarent: nisi nos vineas in obsidionib. ignoramus. Longe autem hæc sententia Sallustio fuit. *Iubet* recte in Aldi & Gymnici editionibus, atque scriptis aliquot veteribus abest. nam, *agere, iacere, tutari*, pro, *agebant iaciebant, turtabantur*, actione frequentant. *Ex copia, valet, pro copia, pro opportunitate locorum.* Erant enim loca vineis atque aggeribus minus quam opportunissima ita solens Sallustius loquitur. Quæ porro sunt: *turribus super opus & ministros tutari:* in iis, *super*, aduerbiū quod fefellit credo homines, ut clementissime dicam. non doctissimos, ut de suo benigni donarent Sallustio, *super aggerem impositis*, si qui tamen probabit, *aggerem iacere, impositis super turrib. opus, & a. t.* per me licebit, dum alterū, quod verius est, mihi relinquat, *Administros*, quod pro, *ministros*, hoc loco damnat Glareanus, nō meminit scilicet alterius loci: *Milites neq; pro opere sistere, propter iniquitatem loci; neq; inter vineas sine periculo administrare. optimus quisq; cadere aut sauciare ceteris metus augeri.* Verbum *administrare* proprium in obsidionum machinationibus. Hoc quoq; etiam menda non caret in Catilinario: *Sed urbana plebes ea vero praecepta erat multis de causis.* Scribo: *praecepta erat.* Idem iugurtha: *praeceptem cadere. Si permanere, inquit; vellet in suis artib. vltro illi & gloriam & regnum venturum, sin properantius pergeret, pecuniam & ipsum praeceptem casurum.* Illō autem loco mirabar fuisse qui ferrēt vulgatam lectionem. *Ipse cum liberis, & colonis propter aquilā adfuit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. Qui enim isti liberi Catilinæ, cui liberi nulli erant. nam ex Cicerone atq; ipso Sallustio discimus, captum amore Aureliæ Orcustillæ; quæ ea nubere illi dubitabat, timens priuignum aduultum ætate, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Cicero addit, etiā uxore. Itaque quod dubitare nemo possit, reponendum est, liberis, maxime cum ei hæreat, colonis.* Quanto autem fere agmine colonorum

noxam ac libertorum inuadirent Romani nobiles, exemplum est
 est apud Iulium Cæsarem commentariorum de bello civili primo,
 Domitius, in oblatione Malliis. Facit eodem illud paullo ante.
Cethegus autem per zuitios familiam, atq; liberos suos lectos & exer-
citios in audaciam, exarbit, ut grege facto cum telis ad sese irruerent.
 Eam rem discrete explanat Dioplyus Hælicarnassus: solitos esse
 homines duces & nobiles Komæ terrorem viuis commercari; ple-
 runq; deterrima mancipia eos inane emittere, vomerem postea
 ciuitatis & instrumenta scelerum fuorum, addit, esse qui pretio il-
 los per audaciam ac flagitium paruo, liberent, aut pollicitos ope-
 ram infacimus. Horum hominum quis dubitet Catilinam tantū
 habuisse, quantum ad delendum magnum imperium satis esset,
 ni successum diu negarent? Paullo ante: *Sed Catilina, postquam vi-*
dat montiuum atq; coptis hostium sese clausum, in urbe res aduersas: ne-
que fuga, neq; perfidii ullam spem: optimum facturatus, in tali re for-
fortunam belli tes are, statuit cum Antonio quamprimum conflagere. Scri-
bo: optimum facturatus, ut in tali re fortunam. b. t. cui emendatio-
 ai verbum facientum non est. tui bi, de Catone: *non diuitiis cum*
diuite, nec factione cum factioso, sed cum strenua virtute, cum modesto
pudore, cum innocenti abstinentia credebatur: esse, quam videri, bonus
malebat: ut quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur.
 Sic quidem omnes codices; ceterum apud Augustinum alter: *ita*
quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur. Rectissime,
 & secus in vulgatis neque ita tamen cuius emendatori Sallustii
 videtur; qui hæc etiam eusdem laude dignatur: in quo quidem
 eius iudicio ego nihil non tenui. Ac tanquam parum esset. Riui-
 us etiam, memora a fidiis placet, ipsum Augustinum putat, & non
 fuisse eilibum eum a se manum. Quid autem illane cum senten-
 tia hæc verba sunt, nisi quæ inepta sit: *quo minus gloriam petebat,*
eo magis illam assequabatur? Porro ille qui gloriam non sequitur,
 assequi? Quis eieg, inter apud Augustinum: *quo minus gloriam se-*
quebatur, eo magis illam gloria sequebatur. nam ita est gloria, se-
 quentem fugit, fugi utem sequitur. Malim tamen apud Augusti-
 num scribi: *eo magis illum sequebatur.* Sed quæ inconstraria nostra
 est, iterum nunc ad uigintiham redimus, in descriptione Africa.
 Sed Persa intra Occanum magis: hique ab eos nauium inuersos pro tu-
 guris, habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi
 aut mutandi copia erat. *maris magnum, & ignara lingua: commen-*
cia prohibebant. hi paulatim per connubia Gotulos secum miscuere &
quid sepe tentantes agros, alia deinde, atq; alia loca petiuerant, semetipsi
Numidas appellauerunt. Scribo e Thofano de Beruicenti: quia neque
materias in agris, neque ab Hispania emendi aut mutandi copia erat.
 sed hæc leuita. Porro: *hi paulatim per connubia Gotulis secum mis-*
cuerunt: & quia sepe tentantes, alia deinde alia loca petiuerant, nam il-
 lud, atq; a puenisq; omnib. scriptis abest: in reliquis alii magnam

etiam varietatem notarunt: sed in Coloniensi liquet: *per connubia Getulis se commiscuere*. bona scriptura haecenus, ut ad verum ducat *Secus* autem, quo modo in illo Ausonii:

Iuno Ceres, Lucina secus muliebre, sorores.

Ab eadem origine est *seculum*, utrumque a *secundo*, hoc est, *sequendo*: qua facie est, quod Lucretius, *secla ferarum*, pro stirpe & generatione identidem capit.

Et muliebro oritur patrio de semine seclum.

Et in 5. ————— *cornicum ut secla vetusta,*

Coruarumque greges.

Lib. 4.

*Secus, non
sexum: iam
et si id vete-
res Gram-
matici di-
cunt: sed se-
culum po-
tius signifi-
cat. Auso-
nius, corru-
pit totum
qui puerile
secus.*

Deinde: *sape tentantes agros: feci, saepe tendentes, quia a gros, ta-* ceo a scriptis multis, etiam a cuso Argentinenſi abest. Putavi ergo verum esse, *tendentes*, hoc est, alibi atque alibi tentoria (quæ eadem, vel paullo minus *magalia*) figentes: A *tendendo* enim Numidarum vocabulum sua lingua factum, non a *tentando*; & in *tendendo* Mapaliorum vsus. Et qui, *tendare*, hic iocum habere posse putat, legat, si integrum est, Gellii de eo verbo disputationem, & quomodo præterea illo Lucretius passim utatur. Continuo sequitur: *Ceterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carina sunt.* recte Thosanus: *incuruis lateribus tecto.* tectum enim habent mapalia lateribus incuruis. At illud alterum, si attendas, ne latinum quidem, neque enim dicimus, *domum latere tectam*, ut, *latere, a latus*, sit. *Mox. Postea Phænices, alii multitudinis domi minuenda gratia, pars imperii cupidine sollicitata plebe, & aliis nouarum rerum auidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliisque vrbes in ora maritima condidere: hæc, breui multum aucta.* Priora illa ita Berti-niensis & scriptus Modii: *pars imperii cupidine s. p. alii rerum nouarum auidi.* Et non hanc tantum varietatem alii notarunt. sed nisi valde animi fallor, verum est: *pars imperii cupidine sollicitant; plebe nouarum rerum auidis.* Primum membrum ad optimates: quod sequitur ad reges, aut regni auides; postremum, ad ipsam multitudinem refertur. Fuisse enim qui sollicitarentur spe regni, hos plebem sequutos esse, auidos rerum nouarum. in sequentibus verbis Glareanus scribit vetustos quosdam codices referre: *eaque breui multum aucta* quid eo faciat, non habet. Vera, autem ea lectio est; & ea aduerbium, opinor, respicit illa: in ora maritima condidere. quod enim maritimæ essent ciuitates, ea breui immensum auxerunt. Deinde: *Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est. colonia Thereen.* Sic omnes libri: & imitatur Orosius. *Inde secundo mari usque ad aras Philanorum extenditur.* sed plane durum non est dicere, Orosium errasse: & scripsisse Sallustium: *secundo mare prima Cyrene est secundo mare, id est, secundum mare.* sic enim scribebant: nos *secundum*, tantum dicimus *secunda*, & *secundo*, pro, *secundum*, antiqua fuisse vel

Quidni etiam ea, pro, propter ea de quo supra libr. 1. cap. 2.

vel vnus Varro satis dederit : & accedant, tanquam supernumerarii testes, fragmenta veterum Poetarum apud Marcellum : de rustica lib. secundo. *Innutricatu, quam porcolationem appellabant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus, secundo ea, cum iam pasci possunt, secernunt.* Secundum mare, Cicero ad Atticum: *Qua iter secundum mare faciunt.* Pompeius Magnus ad Domitium: *Literas abs te M. Calenius ad me attulit a. d. xlv. Calend. Martii, in quibus literis scribis tibi in animo esse obseruare Casarem. & si secundum mare ad me ire cepisset, confestim in Samnium ad me venturum.* Neque *In proam. 1*
autem quia Plinius scribit per Gaditanum fretum irrupentem *3. & c. 1. 5*
Oceanum in maria diffundi, contra quam de Ægeo & Tyrrheno *Lib. 2. 11.*
Aristoteles affirmat, (fuisse enim etiam qui aliter existimarent idem Plinius ait) ob id secundum mare volo, non secundo mari: *100.*
neque enim hæc spectarunt historici: magis, quia ita Cato loquitur, cuius fragmentum est apud Laetantium Firmianum. Aliquot paginis infra: *Lib. 4. c. 13.*
sed ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, que secunda res amant lasciuia, atque superbia incessere. Mendum abest. Nam pro, *scilicet, reponendum, scilicet.* Carthagine, inquit, deleta, illicet lasciuia incessit. Ita Comici eam vocem frequentant: Infra: *Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum Venalium totius regni maxime celebratum; ubi & incolere & mercari consuerant Italici generis multi mortales. huc consul, simul tentandi gratia, & si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit: praterea imperauit frumentum, & a lia, qua bello vsui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & commentuum iuuaturum exercitum; etiam paratis rebus munimento fore.* Quælo quæ sententia his verbis subest *huc consul simul tentandi gratia, & si paterentur opportunitates loci praesidium imposuit?* Et ridere possis emendatores, qui conantur. lego: *huc consul, simul tentandi gratia, si paterentur; & opportunitate loci, praesidium imposuit.* Inuadenti in Numidiam consuli, signa omnia deditiois occurrebant. ea ipsa deditio an simulata esset. cum experimentum capere veller, simul inuitatus opportunitate loci, Vacca oppido praesidium imposuit. Si, in hac oratione est, pro, an vt sæpe alias: ea res mendum peperit Eunucho: *Idque ad eum visam, si domi est.* Propertius:

*Mane erat, & volui, si sola quiesceres illa,
Visere at in lecto Cynthia sola fuit.*

Supra: ubi colere & mercari: colere, pro, habitare, seu viuere. Pl. *Exercere vocem, quam per viuis & colis.*

Item milite:

Libera sunt adis, liber sum egomet, colo libere, Sic enim eum locum restituo. Supra apud Sallustium: neque Metellus iccirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munio agrime incedere, late explorare omnia, illa deditiois signa ostentui credere, & insidiis locum tentare.

Varietatem lectionis in scriptis libris e Rinio, & aliis discere neque tum negabis, minimum nobis permisisse, vt hæc emacularemus: late explorare omnia, illa deditiois ostentui credere, insidiis loquor tentare. deditiois ostentui, sunt, signa deditiois, sed amplius, ad ostentationem etiam comparata. Ita, virtutis ostentui, roboris ostentui, sunt harum rerum signa & exempla. Eodem hoc libr. Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurtha scelerum ostentui essent. Tacitus libr. 2. hist. Noua iura Cappadosia, noua Africa, ostentui magis quam mansura. Quod autem supra negleximus monere, illis verbis: ratus frequentiam negotiatorum, & com meatuum iuuaturum exercitum, etiam paratis rebus praesidio fore; audio antiquitus exculos, qui verba illa, iuuaturum exercitum, nulla habent; non quia nusquam legitur, iuuaturum. neq; Priscianus, qui non temere talia emittit mentionem, yllam facit: nam exempli satis erat vnicus locus Plinii Iunioris in epistolis: sed quod inferta esse, res ipsa loquitur: neq; oñem cursorib. scripta exemplaria defuerunt. Postea etiam, pacatis, pro paratis, extra controuersiam est: vt totus locus scribatur: ratus frequentiam negotiatorum, & com meatuum etiam pacatis rebus munimento fore. vt enim illa erant deditiois signa, pacatis, a bellum ageretur Iugurtha foret, in incerto erat: & vt maxime pax esset, com meatum tamen, subsidium exercitui, parabat. Sub finem: Sed nocte ea, qua proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus, adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis ceteris, dicitur secum ipse multa agitate, vultu, coloris, ac motu corporis pariter atq; anima varius: qua scilicet, tacente ipso, occulta oris immutatione patefecit. Hæc recepta scriptura est: scripti magis turbant. Quidam: qua scilicet, tacente ipso, occulta pectoris specie oris patefecissent. : hi: qua scilicet, ipso tacente, occulta pectoris oris immutatione patefecisse. alii etiam peius. neque tamen fallor, quin emendatum sit hoc pacto, dicitur secum ipse multa agitauisse, vultu, atque oculis, pariter atque animo varius: qua scilicet, occulta, oris specie patefecisse. Specie Thofanus & optimus quisque. Illa, tacente ipso, inculcata: vt item, pectoris, & cordis, & quæ alia adduntur. Eï rei multa argumenta dicere non attinet. Nam nec latine ita potest: ipsa tacente occulta oris immutatione patefecisse. Sic scriberetur: tacentem ipsum oris specie patefecisse, aut, tacente ipso oris speciem patefecisse; non damnaretur. neque autem occulta refertur ad specie: sed ceteroquin occulta, ipsa oris specie patefecit. Caput autem est huius emendationis, scilicet, cum infinitiuo. Sic Lucretius:

Scilicet esse globosa, tamen cum syalida consent.

In oratione Philippi libro primo historiarum: At scilicet, ii, qui ad posterum usque, legatos, pacem, concordiam, & alia huiusmodi decreuerunt, gratiam ab eo pepererunt. sic coniectura fecit, qui Sallustii fragmenta edidit; & addit, nihil in hac sua significatione difficultatis inesse. quasi hæc sine libri emendandi sint. Veterum editio-

nium

hæc scriptura paullulum immutata vera est: *at scilicet eos qui legatos pacem, concordiam, & alia huiusmodi decreuerunt, ad postremum gratiam ab eo peperisse scilicet peperisse, hoc est, scire licet peperisse. quod enim in his verbis, aueo, pro, habeo, somniat collector fragmentorum, delirat. Vt scilicet; eadem ratione, videlicet, amat iungi, in finituo: & rationem volunt esse, quia sit tanquam, scire licet, videre licet: verum mihi non probant: nam etiam fortasse, eo modo Titinius Veliterna:*

Fortasse notum fuisse, quo die liber foret,

Nunc eius voti condemnatus immolauit hostiam.

Priorem versum vel pueri emendent:

Fortasse votam fecisse, d. l. f. ita Pænuło:

Fortasse medicos nos arbitrarier.

Sic enim lego: & plane et endose alii, *arbitratur.* Sed ut hoc tractam potest enim esse *fortassis*, pro *forte an sit*, quomodo, *for sit*, apud Virgilium, & Propertium; quid de illo dicent Aulularia.

Ædopol senem Demanetum lepidum fuisse nobis,

Vt assimulabat Sauream modeste, quam facete.

Ita non dubitem quoque dicere: *Nimirum fuisse illum seruum nequam*: quod Plautus Stichus iterauit: *videlicet fuisse illum nequam.* In oratione Memmii: *Nam & illis quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripitur: & vobis æterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut seruiendum esse, aut per manus libertatem retinendam.* Scribo: & *vos æterna sollicitudo remanebit.* Vt Horatius:

Te manet Assaraci tellus. Idem:

Si tardiora fata te vobis manent. Ita quidem malim: sed Cæcilius etiam cum dandi casu vsurpat:

Scelestæ, te ne qua tibi manet vita? Virgilius:

O mihi tam longa maneat pars ultima vite.

Hoc ergo ambiguum hic relinquetur, quo casu Sallustius vsus sit. In oratione Adherbalis: *Qua præcepta patris cum agitarem: turgurtha homo hominum, quos terræ sustinet, sceleratissimus, contempto imperio vestro, Massanisa me nepotem, etiam ab stirpe socium atque amicum populi R. regno fortunisque expulsi.* Bertinientis: *ut ab stirpe socium.* gratia illi, cum elegantem formam & germanam Sallustii nobis restituit: *Massanisa me nepotem, utique ab stirpe socium.* Tale Catilinaria: *Neque his modestia, neque modus contentionis erat: utique victoriam crudeliter exercebant.* Hoc ipso libro, adeoque oratione Adherbalis: *Atque ego, P. C. quoniam eo miseriarum venturus, vellem potius ob mea, quam ob maiorum meorum, beneficia me posse a vobis auxilium petere; ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; sed ea si desideranda erant, uti debuis uterer. L. S. Vellæ ob mea, quam ob maiorum meorum beneficia posse auxiliū petere ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; secundum*

tilinam, & in oratione Portii Latronis: *penes autem, quia seuocati in interiorem partem domus: ut Lucretius:*

Lib. 2.

Neue putes aeterna penes residere potasse

Corpora prima.

penes residere, in ipsis penetralibus manere. Post: Præterea quorum, victoria Sylla, parentes proscripti, bona erepta, ipsi libertatis imminutum erat, haud sane alio animo belli euentum expectabant. Recte hoc: nec parco libræ meis, qui mutant. Alius animus, i. e. auersus. Itaque alius & aliter, pro malus, & male: vel, in felix, & infelicitèr. Iugurtha: Ceterum ante te, qui astate & sapientia prior es ne aliter quid eueniat, providere decet. Sticho:

Et si improbi sint, atq; aliter in nos faciant, secus

Quam equum est. Cicero siue quis alius, ad Herennium:

Annali. 2.

*Quintus locus est, per quem ostendimus, si semel aliter iudicatum sit, nullam rem fore, qua incommodo inderi, aut erratum iudicium corrigere possit. Ita secus pro male Tacitus: Interrogatus a consule, quid de his censeret, qua de matre eius locutus secus argueretur, reticuit. Non recte ergo, qui hoc ubique in, *secus*, inutant, cum eo exemplo occurrat, ante hunc locum: Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam oratione habita, cum ad insurrendam populares sceleris sui addiceret humani corporis sanguinem vino permixtum in patris circumtulisse: inde post execrationem omnes degustauissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum: atque eo dictare fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii. Et in eodem insurrendum populares sceleris sui adigeret, humani corporis, &c. ac post: idque eo dictitarent, quo inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii. Adigere insurrendum in paucis Florentinis multis locis, sed fere corruptum in, *adigere*, nota affinitate literarum c. & g. Sic quoq; fuit hic in Thosano Deinde: *alio alii*, pro *alio alii*. nam in fragmento Coloniensi *alio alii*, infra: pauci autem quos medios cohors pretoria dissecerat, paullo diuersi, *alio alibi* restantes, omnes tamen aduersis vulneribus conciderunt. Quem locum in vulgatis corruptum Priscianus tamen, & Consipater Carisius, & Diomedes, ita ut posui, legunt. *Alis*, pro *alio* Catullus quoque. *Anne bonam oblita es facinus, quod regium adeptæ es.**

Coniugium quod non fortior aut sit alio:

Prisc. lib. 2.

Garisl. br. 2.

Diom. lib. 1.

*Quæ nunc adferam, miserabiliter a glossemate polluta sunt. Quibus rebus confectis, omnia, propere per nuncios consuli declarantur. At illum ingens cura, atque lætitia simul occupauere, nam lætabatur intelligens, coniuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat, dubitans, in maximo scelere tantis civitatem deprehensis, quid facti opus esset. Pænam illorum sibi oneri, impunitatem perduram Reipub. credebat. Quæ omnia longe sunt a breuitate Sallustii & ita potius scribenda: *At illum ingens cura atq; lætitia simul occupauere, coniuratione patefacta: porro autem in maximo scela**

re tantis ciuibus deprehensis, quid facto opus esset: pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdenda reipub. fore. nam hoc quoque, credebatur, in maximam malam rem ablegandum, ut supra, putabant: itemque illis verbis: Namque alia belli facinora prada magis quam detrimento fore: incendium vero crudele, immoderatum, ac sibi maxime calamitosum putabat. Hoc putabat, inducendum est. neque enim a Sallustio: quod quis non videt tãtũmodo horum qui aliquid vident? illo loco. Ad ea rœx aliter atque animo gerebat, placide respondit: Bomilchare, atque aliis multis, quos socios insidiarum cognouerat, interfecit, iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio eriretur. Latinum non est hoc leuissimum: iram oppresserat: & recte Tholœanus: iram oppresserat, hoc est, occubitat & cœlauerat. Illis quoque verbis: Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: plerosque senectus dissoluit, nisi qui ferro aut bestiis interiri. minus bene, bestiis interire, quã in scripto r. a bestiis interiere. nam, interiere ab hostibus pro interficere: & eodem modo, a bestiis interiore, recte & probe dicuntur. Iam vero illa: quarum rerum ego maxima documenta hac habeo: quod in bello sapius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant, quique tardius reuocati pralio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsũ loco cedere ausierant: in pace vero, quod beneficiis magis, quam metu, imperium agitabant, & accepta iniuria, ignoscere quã persequi, malebant. Primum pro sapius. malim sapius: sapius vindicatum est in eos. Sic enim ad historię fidem dicitur. aliter nou item, deinde, magis, deleo, quia ita fragmentum Coloniense & mille exemplis apud hunc aliosque notum id genus sermonis: tum ex scripto Modii l. repono, volebant: in pace vero; quod beneficiis quam metu, imperium agitabant; accepta iniuria, ignoscere quam persequi, volebant. Et hic, potius, subauditur. Addatur aliud: In tanta, tamque corrupta ciuitate, Catilina, id quod factũ facilitimum erat, omnium flagitiosorum; atq; facinosorum circum se, tanquam stipatorum, cateruas habebat. nam, quicumque impudicus, adulter ganeo, manu, ventre, pene, bona patria dissipauerat. Sine dubio restituetur: nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene bona patria lancinauerat. Alea, Tholœanus, & alii quidam: verum, aleo, emendandum, vincit illud, manu: quod alioquin nihil habet, cui referatur. Nam aleones, manu; ganeones, ventre; adulteri, & impudici, pene suo, alienaue bona lancinauerant. Impudici enim, qui suo in corpore passi sunt, quod alteri collibuit. Lancinauerat, in Coloniensi, in reliquis omnibus lacerauerat. nam, dissipauerat; nusquam reperi extra cufos codicēs. Catullus;

Paterna prigna lancinata sunt bona.

Lancinauerat autem paullo etiã efficacius verbum, & significantius, quam lacerauerat. Arnobius: Syriapũ Peloponesi proditus & in Egypto Serapũ nũcupatus? Ethiopicis solibus Isis furua marens perditum filium & membratim coniugem lancinatum? De Piloni 15

ra Sallustius: *Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis summa audacia, egens, factiosus; quem ad perturbandam remp. inopia, atque mali mores stimulabant.* Thofanus: *nobilis, summa audacia, genus, factiosus.* Traducta verba puto: *adolescens genus, nobilis, summa audacia, egens.* *Genus nobilis, græcissat: & addidit, quia nobiles etiam virtute, aut vitiis; plane iidem, qui nodi.* Itaque Terentianus Clitipho de sua amica: *Mea, inquit, est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis.* Et Cicero in ea pro Cælio, & Clodiam nobilem mulierem appellat a nota impudicitie *Ignobilis* pro ignoto Pseudolo: *Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.*

Lib. 4. hist.
Lib. 1. hist.
Lib. 9.

Apuleius, *rem sibi non nobilem, pro, ignotam.* Deinde de Catilina: *At Catilina crudelis animus eadem illa mouebat: tamen si præsidia parabantur: & ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo, postremo dissimulandi causa, aut sui expurgandi: sicuti iurgio laceffitus foret; in Senatum venit.* In quibusdam, & *sui expurgandi.* mihi liquet, rectum esse: *dissimulandi causa, an quasi sui expurgandi.* Sic Tacitus: *Simul Civilis ausus, an ex compesso, intulit se agmini Tungrorum.* Item: *is magnitudine subacti sceleris, an corrupta latius castra ac si contra tenderet, exitium metuens, præbuit plerisque suspicionem conscientia.* Curtius: *Sed metune, non traditur, an oborta seditione inter ipsos, subito profugerunt barbari.* Facile cōiectare, illud, non traditur, aliunde quam a Curtio esse. Itaque ei iciebam: & sermonem ad hanc ipsam formam, de qua agimus, reuocabam. De supplicio coniuratorum: *est locus, inquit, in carcere, quod Tullianum appellatur: ubi paullulum ascendens ad lauam, circiter xii. pedes humi depressus: cum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est.* Amendandum e Thofano. *ubi paullulum escenderis ad lauam, circiter xii. pedes depressus. cum muniunt undique parietes, atque super camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta, tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est.* Incultu quidem, in illo libr. scriptum non fuit: sed ita suspicione feci, inuitante concinnitate ipsa orationis. nam si quid tertium cum illo, *terribilis*, iungeretur, videri poterat Sallustii nunc ibi hiat sermo. *Inculta tenebris, odore foeda, aspectu terribilis eius facies erat.* ita ferri, opinor, poterat. *terribilis*, sine suo auferendi casu, nō placet. iam nec illi *tenebris*, cum, *inculta* conuenire potest. Aliud enim *incultus*, aliud *tenebra*. De bello Iugurthino: *Erat inter ingentes solitudines oppidū magnum atque valens, nomine Capsa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurtham immunes, leni imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti aduersum hostes non mœnib. modo & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. nam, præter oppido propinqua loca, alia omnia, vasta, inculta, egentia atque, infesta serpentib.* Hic quidem quadra illa orationis postulat: nam præter oppidum propinqua, alia omnia, *vasta incultu, egentia aqua, infesta*

infecta serpentib. Sic prope arbitrabar scribendum apud Terentium.

— praterea una ancillula

Erat: ea texebat una pannis obfita.

Neglectu, immundu, illuue. Obfita pannis, neglectu, immundu, illuue. Pannis, hoc ad vestitum neglectu, hoc ad capillum: immundu, ad aurum atque argentum: illuue, ad imbalnitium, quam appellat Lucilius. In mundum autem, Plautus in catatore dixit:

Adeo arte cohibitum se esse a patre:

Multopere immundo rustico se esse exercitum. quamuis; in mundo duabus dictionibus legi malim. In eodem Sallustii exemplo ex Thofano legendum est: *leni imperio, & ea fidelissimi habebantur.* scriptura tura auctoritate antiquitatis: apud quos ea pro, propterea notum Asinaria:

Istud dictum tibi non amplius irascor.

Sic scripsit Plautus: scilicet, propter istud dictum. Numero multitudinis, Persa:

Cum bene nos, Iuppiter iuisti, diique alii omnes calipotentes,

Ea vobis grates habeo, atque ago. Sed ad priora illa e Catilinaria redeamus. Feci, *escenderis*, quia in Thofano, *descenderis*. & sic fere semper in vulgatis vox ea perit: ut item occiderat illo belli lugurthini loco: *Qui omnes trepidi improviso metu, at tamen virtutis memores aut arma capiebant, aut capientes alios ab hostibus defensabant: pars equos escendere, ire obviam hostibus: pugna latrocinio magis, quam pralio similis fieri: absque Frontone fuisset, qui escendere, legit. & mirum, Manutium suspicari, mendum subesse in Frontone, cum constet vix aliter Varroem, & Sallustium, Tacitumque, & verbo ut dicam, omnes bonos, locutos. Sed quia inibi sum, quæ dehinc hoc proximo primo loco apud Sallustium sequuntur, quia manifesta sunt turpissimi mendii, & emendatores omnes puertiliter errant, vna opera emaculabo. *Pugna latrocinio magis quam pralio similis fieri: sine signis, sine ordinibus. equites, pedites, permixti cadere alios, alios obruncare: multos contra aduersos acerrime pugnantes a tergo circumuenire. Scribo, cadere alii, alii obruncare: multi contra auersos acerrime pugnantes a t. c. Escendere. verius etiam sit iis verbis scribi. Itaque Marium prope adit, acta edocet: hortatur, ab ea parte qua ipse escenderat, castellum tentet: pollicetur sese itineris ducem, periculique nihil esse docet. Quod ita in Thofano est: atque super camera lapideis fornicibus iuncta: in eo super valet, insuper. Ad eundem modum idem Sallustius in historia usurparat, ut Censorino videtur, de quo Priscianus libro 14. Super præpositio est apud Virgilium, primo, Æneidos: ut scribit Censorinus:**

Multa super Priamo rogatans, super Hectore multa.

Sallustius vero in historia aduerbium hoc protulit. Vbi multa nefante casu super amisi: sed mihi videtur Sallustius quoque loco præpositio

Scen. 1. Act.
1. Sic emendo: vulgo mendosum est,

Act. 1. Sc. 1.

sionis hæc præpostere protulisse. quibus postremis verbis frustra Priscianus a Cenforino dissentit. Sed verba quidem Sallustii etiam ab iis qui postremum fragmenta diderunt, mendose scripta, corrigenda sunt. Vbi multa nefande ausi super casu atq; passi: ut in veterib. editionib. est Super, hoc quoque modo alibi At Metellus, vbi oppidanos pralio intentos, simul oppidum & operibus & loco munitum videt, Vallo fossaque mœnia circumuenit, deinde iubet locis ex copia maxima idoneis vineas agere superque aggerem iacere, & super aggerem impositis turrib. opus, & ministros tutari. Lego vallo fossaq; mœnia circumuenit: deinde locis ex copia idoneis vineas agere, aggerem iacere, turribus super opus & administratos tutari. Glareanus idem hic est. Radius atque alii nouum docent, & fando hætenus nemini auditum, aggerem vineis iustructum fuisse. Nec desunt id sonare verba Sallustii. Sed ille hoc in super, fortissimo fundamento (verba hominis sunt) stabilitas fuisse vineas, caute. Oportuit enim noua forma esse, quæ aggerem tolerarent: nisi nos vineas in obsidionib. ignoramus. Longe autem hæc sententia Sallustio fuit. Iubet recte in Aldi & Gymnici editionibus, atque scriptis aliquot veteribus abest. nam, agere, iacere, tutari, pro, agebant iaciebant, tutabantur, actione frequentant. Ex copia, valet, pro copia, pro opportunitate locorum. Erant enim loca vineis atque aggeribus minus quam opportunissima ita solens Sallustius loquitur. Quæ porro sunt: turribus super opus & administratos tutari: in iis, super, aduerbiū quod sefellit credo homines, ut clementissime dicam, non doctissimos, ut de suo benigni donarent Sallustio, super aggerem impositis, si qui tamen probabit, aggerem iacere, impositis super turrib. opus, & a. t. per me licebit, dum alterū, quod verius est, mihi reliquat, Administratos, quod pro, ministros, hoc loco damnat Glareanus, nō meminit scilicet alterius loci: Milites neq; pro opere sistere, propter iniquitatem loci; neq; inter vineas sine periculo administrare. optimus quisq; cadere aut sauciare ceteris metus augeri. Verbum administrare proprium in obsidionum machinationibus. Hoc quoq; etiam menda non caret in Catilinario: Sed urbana plebes ea vero præceps erat multis de causis. Scribo: præceps erat. Idem iugurtha: præcipitem cadere. Si permanere, inquit; vellet in suis artib. vltro illi & gloriam & regnum venturum, sin proferantius pergeret, pecuniam & ipsum præcipitem casurum, Illo autem loco mirabar fuisse qui ferrēt vulgaram lectionem. Ipse cum liberis, & colonis præpter aquilā adfuit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. Qui enim isti liberi Catilinæ, cui liberi nulli erant. nam ex Ciceroe atq; ipso Sallustio discimus, captum amore Aureliæ Orestillæ; & ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Cicero addit, etiā vxore. Itaque quod dubitare nemo possit, reponendum est, liberis, maxime cum ei hæreat, colonis. Quanto autem fere agmine colonorum

norum ac libertorum insidirent Romani nobiles, exemplum est
 est apud Iulium Cæsarem commentariorum de bello civili primo,
 Domitius, in obsequio Massilie. Facit eodem paullo ante.
Catbergus autem per iustitias familiarum, atq; libertos suos lectos & exer-
citos in audaciam, exibat, ut grege facto cum velis ad sese irrumperent.
 Eam rem discrete explanat Dionysius Halicarnassus: solitos esse
 homines duces & nobiles Komæ teruorum viuis commercari, ple-
 runq; deterrima mancipia eos manu emittere, vomerem postea
 ciuitatis & instrumenta scelerum fuorum, addit, esse qui pretio il-
 los per audaciam ac flagitium paruo, liberent, aut pollicitos ope-
 ram in facinus. Horum hominum quis dubitet Catilinam tantū
 habuisse, quantum ad delendum magnam imperium satis esset,
 nisi successum diu negarent? Paulo ante: *Sed Catilina, postquam vi-*
det montibus atq; copiis hostium sese clausum, in urbe res aduersas, ne-
que fuga, neq; perfidis ullam spem: optimum facturatus, in tali re for-
fortunam belli testare, statuit cum Antonio quamprimum confingere. Scri-
bo: optimum facturatus, ut in tali fortunam. b. t. cui emendatio-
 ni verbum faciendum non est. Iubi, de Catone: *non diuitiis cum*
diuite, nec factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto
pudore, cum innocenti abstinentia certabat: esse, quam videri, bonus
malebat: in quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur.
 Sic quidem omnes codices: ceterum apud Augustinum alter: *ita*
quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur. Rectissime,
 & secus in vulgatis neque ita tamen euidem emendatori Sallustii
 videtur; qui hæc etiam eusdem laude dignatur: in quo quidem
 eius iudicio ego risum non tenui. Ac tamquam parum esset. Riui-
 um etiam, memora a fidiis placet, ipsam Augustinum putat, & non
 fuisse ei librum tum a manu. Quid autem? Illane cum senten-
 tia hæc verba sunt, nisi quæ inepta sit: *quo minus gloriam petebat,*
eo magis illam assequabatur? Porro ille qui gloriam non sequitur,
 assequi? Quia eieg. in ter apud Augustinum: *quo minus gloriam se-*
quebatur, eo magis illum gloria sequebatur. nam ita est gloria, se-
 quente in fugit, fugiente in sequitur. Malim tamen apud Augusti-
 num scribi: *eo magis illum sequebatur.* Sed quæ inconstantia nostra
 est, iterum nunc ad ugetham redimus. in descriptione Africa.
 Sed Persa intra Oceanum magis: *hi que ab his manuum inuersos pro tu-*
guriis, habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi
aut mutandi copia erat. mara magnum, & ignara linguis: commen-
cia prohibebant. hi paulatim per connubia Gotalos secum miscuere &
quid sepe tentantes, alia deinde, atq; alia loca petuerant, semetipsi
Numidas appellauerunt. Scribo e Thofano de Bertinensi: quia neque
materia in agris, neque ab Hispania emendi aut mutandi copia erat.
 sed hæc leuita. Porro: *hi paulatim per connubia Gotalos secum mis-*
cuerunt: & quia sepe tentantes, alia deinde alia loca petuerant. nam il-
 lud, atq; a puenisq; omnib. scriptis abest: in reliquis alii magnam

etiam varietatem notarunt: sed in Coloniensi liquet: *per connubia Getulis se commiscuere*. bona scriptura haecenus, ut ad verum ducat *Secus* autem, quo modo in illo Ausonii:

Iuno Ceres, Lucina secus muliebre, sorores.

Ab eadem origine est *seculum*, utrumque a *secundo*, hoc est, *sequendo*: qua facie est, quod Lucretius, *secla ferarum*, pro stirpe & generatione identidem capit.

Et muliebre oritur patrio de semine seclum.

Et in §. ————— *cornicum ut secla vetusta,*

Coruarumque greges.

Deinde: *sape tentantes agros: feci, saepe tendentes, quia agros, ta-*
ceo a scriptis multis, etiam a cuso Argentinenſi abest. Putavi er-
 go verum esse, *tendentes*, hoc est, alibi atque alibi tentoria (quæ
 eadem, vel paullo minus *magalia*) figentes: A *tendendo* enim Nu-
 midarum vocabulum sua lingua factum, non a *tentando*; & in
tendendo Mapaliorum vsus. Et qui, *tendere*, hic iocum habere
 polle putat, legat, si integrum est, Gellii de eo verbo disputatio-
 nem, & quomodo præterea illo Lucretius passim utatur. Conti-
 nuo sequitur: *Ceterum adhuc adificia Numidarum agrestium, qua*
mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium
carina sunt. recte Tholanus: *incuruis lateribus tecto.* tectum enim
 habent mapalia lateribus incuruis. At illud alterum, si attendas,
 ne latinum quidem, neque eam dicimus, *domum latere tectam*, ut,
latere, a latus, sit. Mox. Postea Phænices, alii multitudinis domi minu-
 enda gratia, pars imperii cupidine sollicitata plebe, & aliis nouarum
 rerum avidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliasque vrbes in ora
 maritima condidere: hæc, breui multum aucta. Priora illa ita Berti-
 niensis & scriptus Modii: *pars imperii cupidine s. p. alii rerum noua-*
rum avidi. Et non hanc tantum varietate alii notarunt. sed nisi
 valde animi fallor, verum est: *pars imperii cupidine sollicitant; plebe*
nouarum rerum avidis. Primum membrum ad optimates: quod
 sequitur ad reges, aut regni avidos; postremum, ad ipsam multitu-
 dinem refertur. Fuisse enim qui sollicitarentur spe regni, hos ple-
 bem sequutos esse, avidos rerum nouarum. in sequentibus verbis
 Glareanus scribit verustos quosdam codices referre: *enque breui*
multum aucta quid eo faciat, non habet. Vera, autem ea lectio est;
 & ex aduerbium, opinor, respicit illa: in ora maritima condidere.
 quod enim maritimæ essent civitates, ea breui immensum auxe-
 runt. Deinde: *Igitur ad Catabathmon, qui locus Egyptum ab Afri-*
ca diuidit, secundo mari prima Cyrene est. colonia Thoreen. Sic o-
 mnes libri: & imitatur Orosius. *Inde secundo mari usque ad aras*
Philanorum extenditur. sed plane durum non est dicere, Orosium
 errasse: & scripsisse Sallustium: *secundo mare prima Cyrene est secun-*
do mare, id est, secundum mare. sic enim scribebant: nos *secundum*,
 tantum dicimus *secunda*, & *secundo*, pro, *secundum*, antiqua fuisse
 vel

Lib. 4.

Secus, non
sexum: tam-
etsi id vete-
res Gram-
matici di-
cunt: sed se-
culum po-
tius signifi-
cat. Auso-
nus, corrui-
pit totum
qui puerile
secus.

Quidni et-
iam ea, pro,
propter ea de
quo supra
libr. 1. cap. 2.

vel vnus Varro satis dederit : & accedant, tanquam supernumerarii testes, fragmenta veterum Poetarum apud Marcellum : de rusticata lib. secundo. *Innutricatu, quam porcationem appellabant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus, secundo ea, cum iam pasci possunt, secernunt.* Secundum mare, Cicero ad Atticum: *Qua iter secundum mare faciunt.* Pompeius Magnus ad Domitium: *Literas abs te M. Calpurnius ad me attulit a. d. xiv. Calend. Martii, in quibus literis scribis tibi in animo esse obseruare Casarem. Et, si secundum mare ad me ire cupisset, confestim in Samnium ad me venturum.* Neque autem quia Plinius scribit per Gaditanum fratrem irruptentem Oceanum in maria diffundi, contra quam de Ægeo & Tyrrieno Aristoteles affirmat; (fuisse enim etiam qui aliter existimarent idem Plinius ait) ob id secundum mare volo, non secundo mari: neque enim hæc spectarunt historici: magis, quia ita Cato loquitur, cuius fragmentum est apud Laurentium Firmianum. Aliquot paginis infra: *sed ubi illa formido mentibus decessit; scilicet ea, qua secunda res amant lasciuiam, atque superbia incessere.* Mendum abest. Nam pro, *scilicet, reponendum, ilicet.* Carthagine, inquit, deleta, ilicet lasciuiam incessit. Ita Comici eam vocem frequentant: In fra: *Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum Venalium totius regni maxime celebratum; ubi et incolere et mercari consueverant Italici generis multi mortales. huc consul, simul tentandi gratia, et si pateretur opportunitates loci, praesidium imposuit: praeterea imperauit frumentum, et aelia, qua bello vsui forent, comportare: ratus id, quod res rationebat, frequentiam negotiatorum, et commentuum iuuaturum exercitum; etiam paratis rebus munimento fore.* Quæso quæ sententia his verbis subest *huc consul simul tentandi gratia, et si paterentur opportunitates loci praesidium imposuit?* Et ridere possis emendatores, qui conantur. lego: *huc consul, simul tentandi gratia, si paterentur, et opportunitate loci, praesidium imposuit.* Inuadenti in Numidiam consuli, signa omnia deditiois occurrebant. ea ipsa deditio ad simulata esset. cum experimentum capere veller, simul inuitatus opportunitate loci, Vacca oppido praesidium imposuit. Si, in hac oratione est, pro, *an vt sæpe alias: ea res mendum peperit Eunucho: Idque ad eum visam, si domi est.* Propertius:

Mane erat, et volui, si sola quiesceret illa,

Visere at in lecto Cynthia sola fuit.

Supra: *ubi colere et mercari: colere, pro, habitare, seu viuere. Pl.*

Exercere vocem, quam per viuis et colis.

Item milite:

Libera sunt adis, liber sum egomet, colo libere, Sic enim eum locum restituo. Supra apud Sallustium: *neque Metellus iccirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agrum incedere, late explorare omnia, illa deditiois signa ostentui credere, et insidiis locum tentare.*

Varietatem lectionis in scriptis libris e Rinio, & aliis discere neque tum negabis, minimum nobis permisisse, vt hæc emacularemus: late explorare omnia, illa deditiois ostentui credere, in fidiis loquere tentare, deditiois ostentui, sunt, signa deditiois, sed amplius, ad ostentationem etiam comparata. Ita, virtutis ostentui, roboris ostentui, sunt harum rerum signa & exempla. Eodem hoc libr. Sed quoniam eo natus sum, vt Lugurtha scelerum ostentui essent. I acitus libr. 2. hist. Noua iura Cappadocia, noua Africa ostentui magis quam mansura. Quod autem supra negleximus monere, illis verbis: ratus frequentiam negotiatorum, & com meatuum iuuaturum exercitum, etiam paratis rebus praesidio fore; audio antiquitus exculos, qui verba illa, iuuaturum exercitum, nulla habent; non quia nusquam legitur, iuuaturum. neq; Priscianus, qui non temere talia omittit mentionem ullam facit: nam exempli satis erat vnicus locus Plinii Iunioris in epistolis: sed quod inferra esse, res ipsa loquitur: neq; olim censorib. scripta exemplaria defuerunt. Postea etiam, pacatis, pro paratis, extra controuersiam est: vt totus locus scribatur: ratus frequentiam negotiatorum, & com meatuum etiam pacatis rebus munimento fore. vt enim illa erant deditiois signa, pacem, ad bellum agiturus Lugurtha foret, in incerto erat: & vt maxime pax esset, com meatum tamen, subsidium exercitui, parabat. Sub finem: Sed nocte ea, qua proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maius, adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis ceteris, dicitur secum ipse multa agisse, vultu, colore, ac motu corporis pariter atq; anima varius: qua scilicet, tacente ipso, occulta oris immutatione patefecit. Hæc recepta scriptura est: scripti magis turbant. Quidam: qua scilicet, tacente ipso, occulta pectoris speciei oris patefecissent. Hi: qua scilicet, ipso tacente, occulta pectoris oris immutatione patefecisse. alii etiam peius. neque tamen fallor, quin emendatum sit hoc patet, dicitur secum ipse multa agitauisse, vultu, atque oculis, pariter atque animo varius: qua scilicet, occulta, oris speciei patefecisse. Specie: Ithofanus & optimus quisque. Illa, tacente ipso, inculcata: vt item, pectoris, & cordis, & quæ alia adduntur. Ei rei multa argumenta dicere non attinet. Nam nec latine ita potest: ipsa tacente occulta oris immutatione patefecisse. Sic scriberetur: tacentem ipsum oris speciei patefecisse; aut, tacente ipso oris speciem patefecisse; non damnaretur. neque autem occultare est vt ad specie: sed ceteroquin occulta, ipsa oris specie patefecit. Caput autem est huius emendationis, scilicet, cum infinitiuo. Sic Lucretius:

Scilicet esse globosa, tamen cum squallida consistant.

In oratione Philippi libro primo historiarum: At scilicet, in, qui ad hostem veni, vsque, legatos, pacem concordiam, & alia huiusmodi decreuerunt, gratiam ab eo pepererunt. sic coniectura fecit, qui Sallustii fragmenta edidit; & addit, nihil in hac sua significatione difficultatis inest. quasi hæc sine libri emendandi sint. Veterum editionum

hæc scriptura paullulum immutata vera est: *at scilicet eos qui legatos pacem, concordiam, & alia huiusmodi decreuerunt, ad postremum gratiam ab eo peperisse scilicet peperisse, hoc est, scire licet peperisse. quod eum in his verbis, aueo, pro, habeo, somniat collector fragmentorum, delirat. Vt scilicet; eadem ratione, videlicet, amat iungi in infinitiuo: & rationem volunt esse, quia sit tanquam, scire licet, videre licet: verum mihi non probant: nam etiam fortasse, eodem modo Titinius Veliterna:*

Fortasse notum fuisse, quo die liber foret.

Nunc eius voti condemnatus immolauit hostiam.

Priorem versum vel pueri emendent:

Fortasse votam fecisse, d. l. f. ita Pænulo:

Fortasse medicos nos arbitrarier.

Sic enim lego & plane et endose alii, *arbitratur.* Sed ut hoc etiam potest enim esse *fortassis*, pro *forte an sit*, quem modo, *for sit*, apud Virgilium, & Propertium, quid de illo dicent Aulularia.

Ædepol senem Demanetum lepiam fuisse nobis,

Vt assimilabat Sauream modeffe, quam facere.

Ita non dubitem quoque dicere: *Nimirum fuisse illum seruum nequam: quod Plautus Stichus iterauit: videlicet fuisse illum nequam.* In oratione Memmii: *Nam & illis quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripitur: & vobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut seruiendum esse, aut per manus libertatem resinendam.* Scribo: *& vos aeterna sollicitudo remanebit.* Vt Horatius:

Te manet Assaraci tellus. Idem:

Si tardiora fata te vobis manent. Ita quidem malim: sed Catullus etiam cum dandi casu vsurpat:

Scelesti, te nequa tibi manet vita? Virgilius:

O mihi tam longa maneat pars ultima vita.

Hoc ergo ambiguum hic relinquetur, quo casu Sallustius vsus sit. In oratione Adherbalis: *Qua praecepta patris cum agitarem: In-gurtha homo hominum, quos terram sustinet, sceleratissimus, contempto imperio vestro, Massanisa me nepotem, etiam ab stirpe socium atque amicum populi R. regno fortunisque expulsi. Bertintensis: ut ab stirpe socium. gratia illi, eum elegantem formam & germanam Sallustii nobis restituit: Massanisa me nepotem, utique ab stirpe socium.* Tale Catilinaria: *Neque his modestia, neque modus contentionis erat: utique victoriam crudeliter exercebant.* Hoc ipso libro, adeoque oratione Adherbalis: *Atque ego, P. C. quoniam eo miseriarum venturus, velle potius ob mea, quam ob maiorum meorum, beneficia me posse a vobis auxilium petere; ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; sed ea si desideranda erant, uti debitis vterer. L. S. Vellus ob mea, quam ob maiorum meorum beneficia posse auxiliū petere ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; secundum*

re tantis ciuibus deprehensis, quid factu opus esset: poenam illorum sibi oneri, impunitatem perdunda, reipub. fore. nam hoc quoque, credebatur, in maximam malam rem ablegandum, ut supra, putabant: itemque illis verbis: Naniq̄ue alia belli faciora prada magis quam detrimento fore: incendium vero crudele, immoderatum, ac sibi maxime calamitosum putabat. Hoc putabat, inducendum est. neq; enim a Sallustio: quod quis non videt tamummodo horum qui aliquid vident, illo loco. Ad ea ror̄ aliter atque animo gerebat, placide respondit: Bomilchare, atque aliis multis, quos socios insidiarum cognouerat, interfectis, iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur. Latrimum non est hoc sensu, iram oppresserat: & recte Tholanas, iram oppresserat, hoc est, occurrerat & caeterat. Illis quoque verbis: Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: plerosque senectus dissoluit, nisi qui ferro aut bestiis interiri. minus bene, bestiis interire, quam in scripto r. a bestiis interiere. nam, interiere ab hostibus pro interfici: & eodem modo, a bestiis interiore, recte & probe dicuntur. Iam vero illa: quarum rerum ego maxima documenta habeo: quod in bello sapius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem prognauerant, quique tardius reuocati pralio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsati loco cedere ausierant: in pace vero, quod beneficiis magis, quam metu, imperium agitabant, & accepta iniuria, ignoscere quam persequi, malebant. Primum pro sapius. malim sapius: sapius vindicatum est in eos. Sic enim ad historiarum fidem dicitur. aliter non item, deinde, magis, deleo, quia ita fragmentum Colonicense & mille exemplis apud hunc aliosque notum id genus sermonis: tum ex scripto Modii. repono, volebant: in pace vero; quod beneficiis quam metu, imperium agitabant; accepta iniuria, ignoscere, quam persequi, volebant. Et hic, potius, subauditur. Addam aliud: In tanta, tamque corrupta ciuitate, Catilina, id quod factu facilimum erat, omnium flagitiosorum, atq; facinorosorum circum se, tanquam stipatorum, cateruas habebat. nam, quicumque impudicus, adulter ganeo, manu, ventre, pene, bona patria dissipauerat. Sine dubio restituetur: nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene bona patria lancinauerat. Alea, Tholanas, & alii quidam: verum, aleo, emendandum, vincit illud, manu: quod alioquin nihil habet, cui referatur. Nam aleones, manu; ganeones, ventre; adulteri, & impudici, pene suo, alienaue bona lancinauerant. Impudici enim, qui suo in corpore passi sunt, quod alteri collibuit. Lancinauerat, in Colonicensi, in reliquis omnibus lacerauerat. nam, dissipauerat; nusquam reperi extra culos codices. Catullus;

Paterna prigna lancinata sunt bona.

Lancinauerat autem paullo etiam efficacius verbum, & significantius, quam lacerauerat. Arnobius: Syriapi Peloponesi proditus & in Aegypto Serapii nuncupatus? Ethiopicis solibus Isis furua marens perditum filium & membratim coniugem lancinatum? De Pulone is

ta Sallustius: *Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis summa audacia, egens, factiosus; quem ad perturbandam remp. inopia, atque mali mores stimulabant.* Thofanus: *nobilis, summa audacia, genus, factiosus.* Traducta verba puto: *adolescens genus, nobilis, summa audacia, egens. Genus nobilis, græcissat: & addidit, quia nobiles etiam virtute, aut vitiis; plane iidem, qui nodi.* Itaque Terentianus Clitipho de sua amica: *Mea, inquit, est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis.* Et Cicero in ea pro Cælio, & Clodiam nobilem mulierem appellat a nota impudicitie *Ignobilis pro ignoto Pseudolo: Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.*

Apuleius, *rem sibi non nobilem, pro, ignotam.* Deinde de Catilina: *At Catilina crudelis animus eadem illa mouebat: tamen si præsidia parabantur: & ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo, postremo dissimulandi causa, aut sui expurgandi: sicuti iurgio lacessitus foret; in Senatum venit.* In quibusdam, & *sui expurgandi. mihi liquet, rectum esse: dissimulandi causa, an quasi sui expurgandi.* Sic Tacitus: *Simul Ciuilis ausus, an ex compescito, intulit se agmini Tugurorum. Item: is magnitudine subditi sceleris, an corrupta latius castra ac si contra tenderet, exitium metuens, præbuit plerisque suspicionem conscientia.* Curtius: *Sed metune, non traditur, an oborta seditione inter ipsos, subito profugerunt barbari. Facile cōiectare, illud, non traditur, aliunde quam a Curtio esse.* Itaque eiiciebam: & sermonein ad hanc ipsam formam, de qua agimus, reuocabam. De supplicio coniatororum: *est locus, inquit, in carcere, quod Tullianum appellatur: ubi paullulum ascenderis ad lanam, circiter xii. pedes humi depressus: eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est.* Amendandum e Thofano. *ubi paullulum escenderis ad lanam, circiter xii. pedes depressus. eum muniunt undique parietes, atque super camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculta, tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est.* Incultu quidem, in illo libr. scriptum non fuit: sed ita suspicione feci, inuitante concinnitate ipsa orationis. nam si quid tertium cum illo, *terribilis, iungeretur, videri poterat Sallustii nunc ibi hiat sermo.* *Inculta tenebris, odore foeda, aspectu terribilis eius facies erat.* ita ferri, opinor, poterat. *terribilis, tunc suo auferendi casu, nō placet. iam nec illi tenebris, cum, inculta conuenire potest.* Aliud enim *incultus, aliud tenebra.* De bello Iugurthino: *Erat inter ingentes solitudines oppidū magnum atque valens, nomine Capsa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurtham immunes, leni imperio, & ob ea fidelissimi habebantur: muniti aduersum hostes non mœnibus modo & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. nam, præter oppido propinqua loca, alia omnia, vasta, inculta, egentia atque, infesta serpentiibus.* Hic quidem quadra illa orationis postulat: nam præter oppidum propinqua, alia omnia *vesta incultu, egentia aqua, infesta*

Lib. 4. hist.
Libr. 1. hist.
Libr. 9.

infecta serpentib. Sic prope arbitrabar scribendum apud Terentium.

— *præterea vna ancillula*

Erat: ea texebat vna pannis obstia.

Neglectu, immundu, illuue. Oblita pannis, neglectu, immundu, illuue. Pannis, hoc ad vestitum neglectu, hoc ad capillum: immundu, ad aurum atque argentum: illuue, ad imbalnitium, quam appellat Lucilius. In mundum autem, Plautus mercatore dixit:

Adeo arte cohibitum se esse a patre:

Multipere immundo rustico se esse exercitum. quamuis; in mundo duabus dictionibus legit malim. In eodem Sallustii exemplo ex Thofano legendum est: *leni imperio, & ea fidelissimi habebantur.* scriptura tuta auctoritate antiquitatis: apud quos ea pro, propterea notum Asinaria:

Istud dictum tibi non amplius irascor.

Sic scripsit Plautus: sciat, propter istud dictum. Numero multitudinis, Perfa:

Cum bene nos, Iuppiter iniusti, diique alii omnes calipotentis,

Ea vobis grates habeo, atque ago. Sed ad priora illa e Catilinaria redeamus. Feci, *escenderis*, quia in Thofano, *descenderis.* & sic fere semper in vulgatis vox ea perit: vt item occiderat illo belli Iugurthini loco: *Qui omnes trepidi improviso metu, at tamen virtutis memores aut arma capiebant, aut capientes alios ab hostibus defensabant: pars equos escendere, ire obuiam hostibus: pugna latrocinio magis, quam pralio similis fieri:* absque Frontone fuisset, qui *escendere*, legit. & mirum, Manutium suspicari, mendum subesse in Frontone, cum constet vix aliter Varroem, & Sallustium, Tacitumque, & verbo vt dicam, omnes bonos, locutos. Sed quia inibi sum, quæ dehinc hoc proximo primo loco apud Sallustium sequuntur, quia manifesta sunt turpissimi mendii, & emendatores omnes pueriliter errant, vna opera emaculabo. *Pugna latrocinio magis quam pralio similis fieri: sine signis, sine ordinibus. equites, pedites, permixti cadere alios, alios obtruncare: multos contra aduersos acerrime pugnantes a tergo circumuenire.* Scribo, *cadere alii, alii obtruncare: multi contra auersos acerrime pugnantes a t. e. Escendere.* verius etiam sit iis verbis scribi. Itaque Marius prope adit, *aita edocet: hortatur, ab ea parte qua ipse escenderat, castellum tentet: pollicetur sese itineris ducem, periculique nihil esse docet.* Quod ita in Thofano citi: *atque super camera lapideis fornicibus iuncta: in eo super vlet, insuper.* Ad eundem modum idem Sallustius in historia usurparat, vt Censorino videtur, de quo Priscianus libro 14. *Super præpositio est apud Virgillum, primo, Æneidos: vt scribit Censorinus:*

Multi a super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Sallustius vero in historia aduerbium hoc protulit. *Vbi multa nefante casu super amisi: sed mihi videtur Sallustius quoque loco præpositio*

Scen. 1. Act. 1. Sic emendo: vulgo mendosum est,

Act. 1. Sc. 1.

sionis hæc prapostere protulisse. quibus postremis verbis frustra Priscianus a Censorino dissentit. Sed verba quidem Sallustii etiam ab iis qui postremum fragmenta diderunt mendose scripta, corrigenda sunt. *Vbi multa nefande ausi super casu atq; passi:* ut in veterib. editionib. est *Super*, hoc quoque modo alibi *At Metellus, vbi oppidanos pralio intentos, simul oppidum & operibus & loco munitum videt, vallo fossaque mœnia circumuenit, deinde iubet locis ex copia maxima idoneis vineas agere superque aggerem iacere, & super aggerem impositis turrib. opus, & ministros tutari.* Lego *vallo fossaq; mœnia circumuenit: deinde locis ex copia idoneis vineas agere, aggerem iacere, turribus super opus & ministros tutari.* Glareanus idem hic est. Badius atque alij nouum docent, & fando hæcenus nemini auditum, aggerem vineis instructum fuisse. Nec desunt id sonare verba Sallustii. Sed ille hoc insuper, fortissimo fundamento (verba hominis sunt) stabilitas fuisse vineas. caute. Oportuit enim noua forma esse, quæ aggerem tolerarent: nisi nos vineas in obsidionib. ignoramus. Longe autem hæc sententia Sallustio fuit. *Iubet* recte in Aldi & Gymnici editionibus, atque scriptis aliquot veteribus abest. nam, *agere, iacere, tutari*, pro, *agebant iaciebant, tutabantur*, actione frequentant. *Ex copia, valet, pro copia, pro opportunitate locorum.* Erant enim loca vineis atque aggeribus minus quam opportunissima ita solens Sallustius loquitur. Quæ porro sunt: *turribus super opus & ministros tutari:* in iis, *super*, aduerbiū quod sefellit credo homines, ut clementissime dicam, non doctissimos, ut de suo benigni donarent Sallustio, *super aggerem impositis*, si qui tamen probabit, *aggerem iacere, impositis super turrib. opus, & a. t.* per me licebit, dum alterū, quod verius est, mihi relinquat, *Administros*, quod pro, *ministros*, hoc loco damnat Glareanus, nō meminit scilicet alterius loci: *Milites neq; pro opere sistere, propter iniquitatem loci; neq; inter vineas sine periculo administrare.* optimus quisq; cadere aut sauciare ceteris metus augeri. Verbum *administrare* proprium in obsidionum machinationibus. Hoc quoq; etiam menda non caret in Catilinario: *Sed urbana plebes ea vero prapcepta erat multis de causis.* Scribo: *prapcepta erat.* Idem iugurtha: *prapipitem cadere. Si permianere, inquit; vellet in suis artib. ultro illi & gloriam & regnum venturum, sin properantius pergeret, pecuniam & ipsum prapipitem casurum.* Illo autem loco mirabar fu. Ille qui ferrēt vulgata m lectionem. Ipse cum liberis, & colonis prappter aquilā adfistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. Qui enim isti liberi Catilinæ, cui liberi nulli erant. nam ex Cicerone atq; ipso Sallustio discimus, captum amore Aureliæ Orestillæ; quæ ea nubere illi dubitabat, timens priuignum aduultum & tate, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Cicero addit, etiā uxore. Itaque quod dubitare nemo possit, reponendum est, *liberis, maxime cum ei hæreat, colonis.* Quanto autem fere agmine colo-

norum ac libertorum inuaderent Romani nobiles, exemplum est est apud Iulium Cæsarem commentariorum de bello civili primo, Domitius, in oblatione Massiliæ. Facit eodem illud paullo ante. *Cetbegus autem per zuitios familiam, atq; libertos suos lectos & exercitos in audaciam, exabit, ut grege factio cum telis ad sese irrumperent.* Eam rem discrete explanat Dionyhus Halicarnassus: solitos esse homines duces & nobiles Komæ teruorum viuis commercari, plerunq; deterrima mancipia eos manu emittere, vomerem postea ciuitatis & instrumenta scelerum fuorum, addit, esse qui pretio illos per audaciam ac flagitium porto, liberent, aut pollicitos operam in facinus. Horum hominum quis dubitet Catilinam tantū habuisse, quantum ad delendum magnum impetium satis esset, ni successum diu negarent? Paullo ante: *Sed Catilina, postquam videt montiuum atq; copiis hostium sese clausum, in urbe res aduersas: neque fuga, neq; perditū ullam spem: optimum facturatus, in tali re fortunam belli testare, statuit cum Antonio quamprimum confugere.* Scribo: *optimum facturatus, ut in tali fortunam. b. t. cui emendationi verbum faciendum non est.* Iuibi, de Catone: *non diuitis cum diuite, nec factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocenti & assumentia ceruabat: esse, quam videri, bonus malebat: ita quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur.* Sic quidem omnes codices; ceterum apud Augustinum alter: *ita quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur.* Rectissime, & secus in vulgatis neque ita tamen euidentia emendatori Sallustii videtur; qui hæc etiam eusdem laude dignatur: *in quo quidem eius iudicio ego risum non tenui. Ac tanquam parum esset. Riuium etiam, memora a h. d. is placet, Epist. Augustinum putat, & non fuisse ei librum com ad manum. Quid autem illane cum sententia hæc verba sunt, nisi quæ inepta sit: quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequabatur? Porro ilne qui gloriam non sequitur, assequi? Quia elegit nec apud Augustinum: quo minus gloriam assequabatur, eo magis illum gloria sequebatur. nam ita est gloria, sequente in fugit, fugit utem sequitur. Malim tamen apud Augustinum scribi: eo magis illum sequebatur. Sed quæ inconstancia nostra est, iterum nunc ad ugetham redimus. in descriptione Africae. Sed Persa intra Occanum magis: hique alios nauum inuersos pro iuguris, habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi aut mutandi copia erat. *mare magnum, & ignara linguis commercia prohibebant. h. p. paulatim per connubia Gotulos secum miscuere & quid sæpe tendentes, alia deinde, atq; alia loca petuerāt, semetipsæ Numidas appellauero.* Scribo e Thofano de Beruicenis: *quia neque materias in agris, neque ab Hispania emendi aut mutandi copia erat. sed hæc leuia. Porro: h. paulatim per connubia Gotulis secum miscuere: & quia sæpe tendentes, alia deinde alia loca petuerant. nam illud, atq; a puenisq; omnib. scriptis abest: in reliquis alii magnam**

etiam varietatem notarunt: sed in Coloniensi liquet: *per connubia Getulis se commiscuere*. bona scriptura hactenus, vt ad verum ducat *Secus* autem, quo modo in illo Ausonii:

Iuno Ceres, Lucina secus muliebre, sorores.

Ab eadem origine est *seculum*, vtrumque a *secundo*, hoc est, *sequendo*: qua facie est, quod Lucretius, *secla ferarum*, pro stirpe & generatione identidem capit.

Et muliebre oritur patrio de semine seclum.

Et in 5. ————— *cornicum vt secla vetusta,*

Coruarumque greges.

Deinde: *sape tentantes agros: feci, saepe tendentes, quia agros, ta-*
 ceo a scriptis multis, etiam a cuso Argentinensi abest. Putaui ergo verum esse, *tendentes*, hoc est, alibi atque alibi tentoria (quæ eadem, vel paullo minus *magalia*) figentes: A *tendendo* enim Numidarum vocabulum sua lingua factum, non a *tentando*; & in *tendendo* Mapaliorum vsus. Et qui, *tendare*, hic iocum habere posse putat, legat, si integrum est, Gellii de eo verbo disputationem, & quomodo præterea illo Lucretius passim vtatur. Continuo sequitur: *Ceterum adhuc adificia Numidarum agrestium, qua mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carina sunt.* recte Thosanus: *incuruis lateribus tecto.* tectum enim habent mapalia lateribus incuruis. At illud alterum, si attendas, ne latinum quidem, neque enim dicimus, *domum latere tectam*, vt, *latere*, a *latus*, sit. Mox. *Postea Phanices, alii multitudinis domi minuenda gratia, pars imperii cupidine sollicitata plebe, & aliis nouarum rerum auidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliasque vrbes in ora maritima condidere: hæc, breui multum aucta.* Priora illa ira Bertinienis & scriptus Modii: *pars imperii cupidine s. p. alii rerum nouarum auidi.* Et non hanc tantum varietatem alii notarunt. sed nisi valde animi fallor, verum est: *pars imperii cupidine sollicitant; plebe nouarum rerum auidis.* Primum membrum ad optimates: quod sequitur ad reges, aut regni auides; postremum, ad ipsam multitudinem refertur. Fuisse enim qui sollicitarentur spe regni, hos plebem sequutos esse, auidos rerum nouarum. in sequentibus verbis Glareanus scribit vetustos quosdam codices referre: *enque breui multum aucta* quid eo faciat, non habet. Vera, autem ea lectio est; & ea aduerbium, opinor, respicit illa: in ora maritima condidere. quod enim maritimæ essent ciuitates, ea breui immensum auxerunt. Deinde: *Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est. colonia Thereen.* Sic omnes libri: & imitatur Orosius. *Inde secundo mari usque ad aras Philanorum extenditur.* sed plane durum non est dicere, Orosium errasse: & scripsisse Sallustium: *secundo mare prima Cyrene est secundo mare, id est, secundum mare.* sic enim scribebant: nos *secundum*, tantum dicimus *secunda*, & *secundo*, pro, *secundum*, antiqua fuisse vel

Lib. 4.

Secus, non sexum: tametsi id veteres Grammatici dicunt: sed seculum potius significat. Ausonius, corrumpit totum qui puerile secus.

Quidni etiam ea, pro, propter ea de quo supra libr. 1. cap. 2.

vel vnus Varro satis dederit : & accedant, tanquam supernumerarii testes, fragmenta veterum Poetarum apud Marcellum : de rustica lib. secundo. *Innutricatu, quam porculationem appellabant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus, secundo ea, cum iam pasci possunt, secernunt.* Secundum mare, Cicero ad Atticum: *Qua iter secundum mare faciunt.* Pompeius Magnus ad Domitium: *Literas abs te M. Caleniū ad me attulit a. d. xlv. Calend. Martii, in quibus literis scribis tibi in animo esse obseruare Casarem. & si secundum mare ad me ire cupisset, confestim in Samnium ad me venturum.* Neque autem quia Plinius scribit per Gaditanum fratrem irrumpentem Oceanum in maria diffundi, contra quam de Ægeo & Tyrrieno Aristoteles affirmat; (fuisse enim etiam qui aliter existimarent idem Plinius ait) ob id secundum mare volo, non secundo mari: neque enim hæc spectarunt historici: magis, quia ita Cato loquitur, cuius fragmentum est apud Laëtantium Firmianum. Aliquot paginis infra: *sed ubi illa formido mentibus decessit; scilicet ea, qua secunda res amant lasciuiā, atque superbia incessere.* Mendum abest. Nam pro, *scilicet, reponendum, ilicet.* Carthagine, inquit, deleta, ilicet lasciuiā incessit. Ita Comici eam vocem frequentant: *Infra: Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum Venalium totius regni maxime celebratum; ubi & incolere & mercari consueant Italici generis multi mortales. huc consul, simul tentandi gratia, & si patereatur opportunitates loci, praesidium imposuit: praeterea imperauit frumentum, & aelia, qua bello vsui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & commentuum iuuaturum exercitum; etiam paratis rebus munimento fore.* Quæso quæ sententia his verbis subest *huc consul, simul tentandi gratia, & si paterentur opportunitates loci praesidium imposuit?* Et ridere possis emendatores, qui conantur. lego: *huc consul, simul tentandi gratia, si paterentur, & opportunitate loci, praesidium imposuit.* Inuadenti in Numidiam consuli, signa omnia deditiois occurrebant. ea ipsa deditio an simulata esset, cum experimentum capere veller, simul inuitatus opportunitate loci, Vacca oppido praesidium imposuit. Si, in hac oratione est, pro, an vt sæpe alias: ea res mendum peperit Eunucho: *Idque ad eum visam, si domi est.* Propertius:

Mane erat, & volui, si sola quiesceret illa,

Visere at in lecto Cynthia sola fuit.

Supra: *ubi colere & mercari: colere, pro, habitare, seu viuere. Pl.*

Exercere vocem, quam per viuis & colis.

Item milite:

Libera sunt adis, liber sum egomet, colo libere, Sic enim cum locum restituo. Supra apud Sallustium: neque Metellus iccirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agrum incedere, late explorare omnia, illa deditiois signa ostentui credere, & insidiis locum sentire.

h^uic scriptura paullulum immutata vera est: *at scilicet eos qui legatos pacem, concordiam, & alia huiuscemodi decreuerunt, ad postremum gratiam ab eo peperisse scilicet peperisse, hoc est, scire licet peperisse.* quod enim in his verbis, *aveo, pro, habeo,* somniat collector fragmentorum, delirat. Vt scilicet; eadem ratione, *videlicet,* amat iungi infinitiuo: & rationem volunt esse, quia fit tanquam, scire licet, videre licet: verum mihi non probant: nam etiam *fortasse,* eo modo Titinius Veliterna:

*Fortasse noiam fuisse, quo die liber foret,
Nunc eius voti condemnatus immolauit hostiam.*

Priorem versum vel pueri emendent:

Fortasse votam fecisse, d. l. f. ita Panulo:

Fortasse medicos nos arbitrarier.

Sic enim lego: & plane t^{er}rendose alii, *arbitratur.* Sed ut hoc t^{er}ram potest enim esse *fortassis,* pro forte an sit, quomodo, *for sit,* apud Virgilium, & Propertium; quid de illo dicent Aulularia.

Aedepol' senem Demanetum lepidum fuisse nobis,

Vt assimulabat Sauream modeste, quam facere.

Ita non dubitem quoque dicere: Nimirum fuisse illum *ser em nequam:* quod Plautus Stich^o iterauit: *videlicet fuisse illum nequam.* In oratione Memmii: Nam & illis quantum importunitatis habent, *parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripitur: & vobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut seruiendum esse, aut per manus libertatem retinendam.* Scribo: & vos alterna sollicitudo remanebit. Vt Horatius:

Te manet Assaraci tellus. Idem:

Si rardiora fata te vobis manent. Ita quidem malim: sed Cacullus etiam cum dandi casu vsurpat:

Scelesti, te ne qua tibi manet vita? Virgilius:

O mihi tam longa maneat pars ultima vita.

Hoc ergo ambiguum hic relinquetur, quo casu Sallustius vsus sit. In oratione Adherbalis: *Qua praecepta patris cum agitarer: Murgurtha homo hominum, quos terra sustinet, sceleratissimus, contempto imperio vestro, Massanisa me nepotem, etiam ab stirpe socium atque amicum populi R. regno fortunisque expulsi.* Bertinensis: *ut ab stirpe socium.* gratia illi, cum elegantem formam & germanam Sallustii nobis restituit: *Massanisa me nepotem, utique ab stirpe socium.* Tale Catilinaria: *Neque his modestia, neque modus contentionis erat: utique victoriam crudeliter exercebant.* Hoc ipso libro, adeoque oratione Adherbalis: *Atque ego, P. C. quoniam eo miseriarum venturus, vellem potius ob mea, quam ob maiorum meorum, beneficia me posse a vobis auxilium petere; ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; sed ea si desideranda erant, uti debitis vtorer.* L. S. Vell^o *ob mea, quam ob maiorum meorum beneficia posse auxiliū petere ac maxime deberi mihi beneficia a populo R. quibus non egerem; secundum*

ea, si desideranda erant, ut expenso uterer. Maiorem meum, nulla alia de causa scripsi, nisi quod aliter aures improbant. & solitum ita veteribus. Adelpis: spero, est similis maiorum suum a nobis, ea duo absunt a Bertinicensi secundum ea, v. c. Modii. Id probat, ut reliqua mittam: Prisc. lib. 13, qui notat hic pro $\mu\tau$ accipi. Porro in meo, non vere erat, in expensis proxime verum erat nam expenso uti, est, debitis uti: utiis, quæ iam ante expensa feras. Sunt autem in hac oratione Adherbalis quædam glossæ sane manifesta, ut mirari supinitatem emendatorum possis: Quorum progeniem vos, P. C. nolite pati me nepotem Massanisa frustra a vobis auxilium petere. nam ita viam, ut nunquam illa Sallustius scripsit, me nepotem Massanisa: iam enim dixerat, quorum progeniem. Postea: Ecce autem ex improviso Iugurtha intoleranda audacia, scelere, atque superbia sese offerens, illa, ex improviso, ex ora irreperunt, glossa ad ecce. sic enim hoc crepant Grammaticorum scholæ, en & ecce in re subita poni. Itaque bella scilicet manu e regione notarat: ecce ex improviso: & postea fuit, qui doleret eum ornatum abesse Sallustio. Non longe: Pater nos duos fratres reliquit: tertium Iugurtham beneficiis suis ratus est nobis coniunctum fore. alter eorum necatus: alter ipse ego manus impias vix effugi. Etiamne est, qui ista, ipse ego, concoquere hic possit? scripserat Sallustius alter manus impias vix effugi. veriti sunt isti, ne flagitium esset, alter effugi: quippe per tonis discordare. Ita cauta est imperitia. Sed hæc quidem talia qui tollere omnia e Sallustio velit, negotii vim quærat. In epistola Adherbalis: Plura de Iugurtha scribere dehortatur fortuna mea: etiam ante expertus sum, parum fidei miseris esse: nisi tamen intelligo illum, supra quam ego sum, petere: neque simul amicitiam vestram & regnum meum sperare. Glateanus in lententia torquetur, hoc est, terebratum pertundit. Veteres tamen, inquit, quidam: nisi annum intelligo illum. sic Coloniensis quoque: & labebar ut scriberem: nisi anno intelligo illum, supra quam ego sum, petere. Anno, pro, pridem. Amphitruone:

Etiam histriones anno cum in proscenio hic

Iouem inuecarunt, venit. Truculento:

— qui quasi uxorem sibi

Me habebat anno, dum hic fuit. Lucilius: Vtram anno an borno te abstuleris a viro. ita ergo fortassis hic Sallustius: & id tamen in medio relinquo. de cetero, nihil mutandum. hoc enim dicit: intelligere se, supra quam ipsius fortunæ sint, spirare Iugurtham; & per suum latus Romanos petere, bellumque cum ipis etiam sibi deposcere. aliter enim nunquam venturum fuisse, ut se regno spoliaret: quod facere sciret se non posse, quin Romanorum arma lacerasset. Hoc hætenus. Illud etiam in mendo est: Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando, aliud, quam bellum, mallet. Coloniensis: aliud bellum mallet. Fallor? an

iam

iam nunc veram scripturam vides Sambuce? nam qui reponendum esse: *aliud bello mallet.*

Neue putes alium sapiente bonoque beatum.

Edicto vetuit, ne quis se prater Apellem

Pingeret, aut alius Lysippo duceret ara.

Horat. lib. 2.

Epist. 16.

Id. lib. 2. ep. 1.

Itaque, *alius huic, est, alius ab hoc*: quomodo, *idem*, cum dandi casu passim quoque reperias, & fuit ex emendatorib. Sallustii, qui positum ita acciperet eo loco: *Quod sine iure despiciunt me, faciant idem maioribus suis; quibus uti mihi, ex virtute nobilitas cepit*: & in eam rem paginam exemplis vnde quaque implet. Sed hæc, aliaque pauca condonanda sunt ætati, qua scripsit. Quiduis enim potius ei loco conuenit, quam ea significatio. Ceterum me non piget credere, ita scripsisse Sallustium: *Quod ne iure despiciunt me. Ne iure*, id est, *non iure, iniuria: ut ne recte.* A sinaria.

Malo hercle iam magno tuo nunc isti ne recte dicis. Ita pleraque omnia componebant. *ne funera*, Catullus:

Funera Cecropia ne funera portabantur. Ouid. ad eundem modum, *nemunera. nepurus* item apud Festum. Sic facta omnia illa, *nefas, nefastus, nefandum, nefrendes, nemo, nequeo, nequam, negotium*, & alia. & potest sane, ut cum multis cæcis legas, constare sensus, nisi mihi magis hoc probatur. De Mario: *Ergo ubi primum tribunatum militum a populo petis, plerisque faciem eius ignorantibus facile notus per omnes tribus declaratur.* non cohærent. Scribo: *plerisque, f. s. ig. factis notis per o. r. d.* Cum in petitione facies eius a plerisque ignoraretur, ipsis factis nobilis declaratus est per tribus. Non procul sine: *Igitur Sylla respondit, pauca se coram Aspere locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quam paucissimis presentibus.* Quod in Colonienſi hæc omiſſa sunt, *aut nullo*; in aliis quibusdam traducta, *aut quam paucissimis, aut nullo presente*: in nonnullis, scilicet Thofano & Berriniensî, *aut nullo presente, aut q. pauc.* vide, ecquid Sallustius maluerit: *cetera occulte, aut quam paucissimis presente.* raro enim aliter veteres. Eunuchus id omnibus in ore est:

Nescio quid absente nobis turbatum est domi.

Tamen ita habent, quia, *nobis, pro, mihi, valeat, rem spectari.* verum non ita Pomponius:

Quidam apud forum presente testibus mihi vendidit.

Nec Accius:

Est res aliqua, qua presente his prius mature insitit.

Et Fenestella, *presente suis*, & Nonius, *presente omnibus*, eadem ratione, apud Nonium. Nihil argumenti dico, cur necesse fuerit Sallustium ita scribere, nec eo desinit verisimile esse in antiquario, suspicionem facientibus libris. Paullum ab eo loco: *Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, qua predicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis datinuisse.* melius Thofanus & Sigebergensis, *attinuisse.* Milite glorioso:

Nam nihil miror, si libenter Philocomasum hic eras.

Forma huius, mores, virtus animum attinere hic incum. Vbi de oppugnatione Zamæ: Neque, inquit, diutius Numida resistere quiescent, ni pedites cum equitibus permixti, magnam cladem in congressu facerent: quibus illi freti, non, uti equestri praelio solet, sequi, dein cedere, sed aduersis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem. Beiti nicensis sed aduersis equis currere. ego ex eo conicio, currere: & ne me neques audacem, verillimum puto. neque enim concurrere. sententiam assequitur: quod semper est equestris praelii: sed currere: (verbum actiuum) cum illo implicare ac perturbare aciem, præterquam quod pulcre cõuenit, mistos etiam & implicatos in mutuam perniciem pedites, equites tantum non ob oculos ponit. Cuius in 3. *Cultus regis inter omnia luxuria notabatur; purpurea tunica mediæ albæ intexta erat: pallam auro distinctam, aurei accipitres; velut rostris inter se corruerent, adornabant, & Zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vagina.* Antea in omnibus libris erat, rostris inter se concurrerent, sed scripti, corruerent, habent. *Ruere* actiue passim Virgil. *Ruit omnia late.* Et fragmentum Sallustii *Idu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur.* De deditione Albini: *Dein de Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: tamen si ipsam cum exercitu fame, ferroque clausum tenet, tamen se humanarum rerum memorem, si secum fœdus faceret, incolumes omnes sub iugum missurum: præterea, ut diebus decem Numidia decederet. Quæ quanquam graua, & flagitii plena erant: tamen quia mortis metu multabantur, sicut regi libuerat, pro illo multabantur, etiam hæc reperias in libris, tenebantur, minabantur, minitabantur, nutabant, mutabantur. alii aliud maluerunt: nemo recte: nisi quod nuper fuit. qui minabantur, probaret passiuè: & de hoc tam præclate reperto triumpharet; sed optimi libri, quod Riuus etiam monuit, nutabant: proximi, mutabantur. verum est, mutabant. Leges Iugurtha ferebat, ut sub iugum mitterentur, & Numidia decederent: cæ leges vna re mutabant, morte. alterutrum enim legendum erat. Mutabant, illi dicebant: nos mutabantur. Catullus:*

Hæc cum legas, tum bellus ille, & urbanus

Suffenus vnus caprimulgus, aut fossor

Rursus videtur: tantum abhorret ac mutat. Liuius:

Mores quidem populi Romani quantum mutauerint, vel hic dies argumento erit. Alibi hoc agimus: neque liber idem sæpius ac sunt alia potiora. Numida alii postremos cadere: pars a sinistra, ac dextra tentare: insensu adesse, atque instare, omnibus locis Romanos ordines perturbare. Lego: Numida alii postremos incedere. eodem lib. Primo conuentu, quem ab regulis factum supra memorauimus propter dissensionem placuit diuidi thesauros, sine quo imperii singulis constitui. Elegante et in iuncta voce e Iuliano scribi. Primo conuentu ab regulis, quæ supra memorauimus. Conuentus ab regulis ut dicimus, conuenitur ab regulis.

Ut sup. incedere, sic iis quoque verbis, sed cum præpositione, ponitur simulq; barbari animos: tollere. & in percussos Romanos acrius incedere. A bique repetitione præpositionis, insultare, nihil mutata ab hac forma usurpauit in fragmento: Multos tamen a pueritia bonos insultauerat. In oratione Marii: *Non sunt composita verba mea, parui id facio: ipsa se virtus satis ostendit: illis artificio opus est, ut turpia facta oratione regant.* Ex Thofano & Coloniensi: *Parum id ago. optime. Quod, inquit, non est composita oratio mea, indidit ceteri tibi sum. Hoc agere, est, animum adhibere, operam sumere.* ita Comici, Et contrarium, *aliud agere. Verum ex his magistratus & imperia, postremo omnis cura rerum publicarum minime tibi cupienda videntur.* Perperam ita cusi. Quid ni enim cupienda essent? nec quicquam dicitur cur minus sint. recte Thofanus: *competenda.* Cõpetebantur magistratus: hinc *competitores* Ambitum autem damnat, & malorum præmia. Sub exitum h'istoriæ de Dabare memoratur: *Præterea Dabar, Massugrada filius, ex gente, Massanisa, ceterum materno genere impar (nam mater eius ex concubina orta erat.)* Hoc vnus excogitauit: sed omnes postea amplexi sunt: credo, quia de materno impari genere dixerat. Recte tamen Thofanus & Berrinientis: *nam pater eius ex concubina ortus erat.* Impar erat materno genere, quia auia concubina fuerat Massanise, e qua sublatus pater Dabaris. Quid enim referebat matrem non esse regia stirpe, aut ex concubina ortam; quod amplius est; si pater e gente Massanise legitimus esset? Oratione Marii: *Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas agerrime tulit,* optimi scripti, qui *Bellum me gerere Iugurtha iussistis;* habent. Bella Romani a victis partibus appellabant. Bellum Crassi, Pompeii, Antonii, ea quibus hi victi sunt. nec aliter vnquam: si dubium ita esset, adiciebant. vt, bellum Antonii Parthicum: quippè quod malecessit Antonio. Iam ergo, omnis causa, Iugurthæ bellum vocat Marius, qua re nihil anxius cauebant Romani, tum maxime cum ad bellum profecturus erat siue consul siue pro consule. De Capfa, vt eam infidus interceperit Marius *Dein tertia multo ante lucis aduentum peruenit in locum tumultosum, ab Capfa non amplius duum milium interuallo.* Coloniensis: *non multum ante lucem:* alii, *ante lucem aduenientem.* mihi suspecta est inconstantia, & mirum ni scripsit Sallustius. *ante lucem aduentam.* Andria.

Ego commodiorem hominem aduentum ad tempus non vidi.

Homo aduentus, qui aduenit. Phormione:

Adeon rem rediisse, quod mihi consultum esse optime velit,

Phadria, patrem ut eximescam, ubi in mentem eius venit.

Patris venti, dixit, ut lucem aduentam, hic noster.

Scio aliter circũferri: sed vetus interpres, quod ego restitui, in veteribus esse fatetur. Nihilo secus, *sol occasus.* In xii. qui occidit. *Sol occasus suprema tempus esto: quomodo Qu. Claudius in Anali. De rebus Albini ad oppidum Suthu! Quod quanquã & scuitis*

temporis, & opportunitate loci, neque capi, neque, obsideri poterat: (nam circum situm in prarupti montis extremo planities limosa hiemalibus aquis paludem fecerat. Thol. nam circum murum situm: & postea, gelualib. aquis. lego: hiemantibus aquis: cetera bona vulgata lectio. Seneca de hoc loco intellexit, cum scribit, Sallustium dixisse, *aquis hiemantibus*. Id Aruncium non desinere locis omnibus inculcare: adeoque cum dicere veller, frigidum anuum fuisse ita fecisse: *Totus hiemauit annus*. In historia tunc hoc ait dixisse Sallustium, sed neque perpetuum, vt in mentione scriptorum Sallustii illos tantum historiarum libros ea appellatione communicent: & simile veri, Sallustium suum verbum vbique retinuisse: cuius maiore amore Aruncius deperiret. In oppugnatione Zamæ: *Contra ea oppidani in proximos saxa voluere, sudes, pila, praterea picem, & sulphure tadam mixtam ardenti mittere*. Non facile locus alius est, in quo scripti codices magis varient, vt alii notarunt iam ante. *Quidam: Pice & sulphure tadam ardenti mitte: quos optite os fuisse oportet. Nam illud, mistam, recte abest. alii: Picem sulphure, & tadam mistam omnia hæc ardentia mittere. hi pessime. nam ab ingenio libratorum est ea scriptura. Melius nonnulli: Picem & sulphur & tadam mixtam ardentia mittere: quod enim in vis, ardentia, scribitur, non potuit melius. Totum loquum scribo praterea pice, & sulphure tadam, ardentia mittere. Ceteri scripserant, tanquam tadam diuersa a pice & sulphure esset. At tadam erat pice & sulphure, sermo, vt ille: Auro solis erat supra fastigia currus. Auro currus, auro adornatus. Item hic: *Ære cauo clypeus. Ardentia*, prorsum Sallustiane: quod qui peruidere non potuerant, diserte corruerunt: *omnia hæc ardentia mittere*. In illis verbis: *Ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine, multum & familiariter agebat, pramissus ab Iugurtha, postquam Syllam accitum audierat, oratum, & subdole speculatum Bocchi consilia: quiescere consensu editorum codicum poteramus: absque scriptis calamo esset: orator & subdole speculator Bocchi consilia; speculator consilia, vt speculor consilia. Nec insolens Sallustio, vt verbi casum det nomini. Libro 3. histor. Sed Pompeius a prima adolescentia sermone fautorum, similem se fore credens Alexandro regi, facta consultaque eius quondam amulus erat. Æmulus facta, quia dicimus amulor facta. Rursus oratione Marii: Huiusce rei ego inopiam patior Quirites. Verum id quod mihi præclarior, incanet facta mihi dicere licet. Beneficriptus: inopiam patior. potius enim non bona solum; etiam mala dicebant. Plautus.**

Fortiter qui malum potitur, idem post potitur bonum.

Terentius Phormione.

Nam, vtus erant alia; illi certe consules, qua nunc tua est domi:

Ne quid propter tuam fidem decepta poteretur mali.

Pateretur vulgo, male: nec tacuit vetus interpres, ibi antiquis esse, poteretur. Oratione Memmii: At qui sent hi, qui remp. occupa-

ueret?

nero? homines sceleratissimi, cruentis manibus, immuni avaritia, nocentissimi, iidemque superbissimi. Melius Colonienſis: immuni avaritia, id poſitum, ut Trinumo.

Amicus caſtigare ob meritam noxiam,

Immune eſt facinus: verum in aſate utile.

Apud Terentium Adelphis.

Leno ſum; fateor, pernicious immunis adoleſcentium, Periurus, peſtis, tamen tibi a me nulla eſt orta iniuria. Hoc ibi quoque verius eſt, quam vel in Brunii ſcripto codice, vel in veteri Argentinenſi, *immanis*: & ſic in ſuo mihi oſtendit Stanæus. Meminit Feſtus quoq; & pro improbo, valere dicit. *Immani avaritia* non male ſcribitur, niſi quod temere, *immune*, in veteri nunquam hac facie eſt, ut germanum non ſit. In eadem: *Nam illa quidem piget dicere his annis quindecim quam ludibrio fueritis ſuperbiâ paucorum, quam foede, quamque inulti* (ita rectum eſt: male alii, *multi*) *perierint veſtri deſenſores, ut vobis animus ab ignavia, atque ſecordia corruptus ſit: qui ne nunc quidem obnoxii inimicis exſurgitis.* Sic omnes: & parum eſt male ſcribi: niſi etiam ſint qui id propugnent. Quanto autem verius erat: *obnoxii inimicis*? quomodo v. c. Hoc ait Memmius, niſi illis animus ſecordia atq; ignavia diffluat, utiq; uſuros occasione; & excitaturos induſtriam ſuam in tanta opportunitate, fractis & iacentibus, atque ſlagitii manifeſtis aduerſariis nunc, quia occasione uti cunctentur, quid aliud eſſe, quam deuota ſeruituti corpora? Antea quamuis audaciam nobilium ſua deſidia aluerint, fuiſſe tamen cauſſam, patriciorum potentiam: nam eos ipſos obnoxios eſſe. *obnoxius*, hic non ita, ut ſignificatione vulgatur. Eſt enim idem qui opportunus & expoſitus ſiue vindictæ, ſiue iniuriæ: miſta etiam altera ſignificatione, pro ſcelerato & noxio: atque eo elegantius. Sic, *innoxius*, pro ſlorente, qui procul noxa ſit, ſiue, cui nocere nemo vel poſſit, vel auſit; de coniuratione Catilinæ: *Hi magiſtratus, prouincias, aliaque omnia tenere: ipſi innoxii, ſlorentes, ſine metu aſatem agere, ceteroſque iudiciis terrere quo plebem in magiſtratu placidius tractarent obnoxium.* Tacitus ad hoc exemplum: imitatus credo, Salluſtium: *Ipſiſque milites regionum gnari, reſertos agros, dites dominos in prædam, aut ſi repugnatum foret ad excidium deſtinabant; obnoxiiſ ducib. & prohibere non auſis.* Obnoxii duces, quorum erat præcarium imperium apud milites: ſi iubere aut vetare vellet, ferro petebantur. Libro de Catilinæ coniuratione; ipſe equo circuiens, unumquemque nominans, appellat, hortatur, rogat, ut meminerint ſe contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris, atque focis ſuis certare. Bertinienſis pugnare: Thoſanus: decernere: ex his facile, & ut mihi videtur, vere conieci, *pro aris atque focis ſuis cernere.* nam *non pugnare*, interpretatio fuit illius, *cernere*. Ennius: *Ter malim vitæ ſub armis cernere, quam ſemel modo parere.* Armis cernere, apud Marcellum Accius. Sed res vulgaris eſt. Bello lugur-

thino, de Mario: Itaq; & illum, & equites Romanos, milites & negotiatores, alios ipse, plerofq; spes pacis impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem pascant. Libri veteres paullo minus quam omnes; in his Bertinienfis & I hofanus, spe pacis proximum sit reponere: alios ipse se, plerofq; spe pacis impellit. omnes impulit Iugurtha: alios fauore sui, hoc est, ipse se; alios studio & cura rerum suarum, h. e. spe pacis. Eodem de Iugurtha, in obsidione Cirthæ: Ille ubi accepit, homines claros. quantum auctoritatem Romæ pollere audierat, contra inceptum suum venisse: primo commotus metu atq; libidine, diuersus agitur: timebat ira senatus, ni paruisset legatis, porro animus cupidine cœctus ad inceptum scelus rapiebatur. Verius Bertinienfis: Ad inceptum celerandum rapiebatur. Addam vnum. Igitur explorato hostium itinere in spem victoria adductus ex opportunitate loci, quam maximas potest copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. Erat in ea parte Numidæ, quam Auberbal in distributione possederat, flumen a meridie oriens, nomine Muthul. a quo mons aberat ferme nullum passuum XX. tractu pari, vestitus ab natura, & humano cultu sed ex eo mediò quasi cellis oriebatur, in immense pertingens, vestitus oleastro ac myrticis, alijsq; generib. arborum, qua humi arida atq; arenosa gignuntur. Scribendum e Bertinienfi quam maximas potest copias omne genus parat. hoc primùm: deinde Colomenfi: Sed ex eo mediò quasi cellis oriebatur immense pertingens, vestitus o. a. m. alijsq; g. a. qua humi arido, atq; arenoso gennuntur, volui, ex vitiosa scriptura, quam alii etiam in veterib. libris obseruarunt, qua humi arido atq; arenoso genere gignuntur. neq; dubium libenter vltum Sallustianum, quo Lucretius, Varro, & quis non? singulis paginis uti sustinuerunt. Humi arido atq; arenoso, Prisciani lectio est & de ea iam alii. Immensum pertingens, vsq; co rectum est, ut diuerso hoc modo pertingens, ne Latinum sit quidem. Et enim pertingere, ad aliquid est, & rem certam postulat, quo pertingat. Pertinere autē sic hepe Cicero de natura deorum: Ratio quædam pertinetis per omnem rerum naturam. simile ibidem: Vinum vitalem, per omnem mundum pertingentem. mendosum pato, & scribendum, pertinentem. ut in eiusde operis lib. 2. Atq; inde alia ad renes pertinentes sunt, per quas cadit cibus a iecore delapsus. Sed exemplorum nemini deesse copia potest: & mihi Cicero decies repetit. Dicantur deinde alia, ut pagella hæc impleatur: Ceterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas equaliter distribuerat, ex coriis vires uti fierent, curabat: simul & inopiam frumenti lenire, & ignaris omnibus, parare, qua mox vsui forent. Veteres codices, omnia, & eo fuerunt, qui sic egerent; & ignavis omnia parare: & post etiam (ostultitiam) in annotationibus de eo, si diis placet, se iactarent. Scribo: & gnantes omnia parare, qua mox vsui forent. Alibi Deinde ubi ea impetrata suere, semper boni fidelesque mansere, & cuncta a Bestia, Albino, Metelloq; impetrata giza-

vider facerant. In scriptis: *nati fecerant.* Oratione Adherbalis. *Vix-
nam emori fortunis meis honestus exitus esset: ne vivere contemptus vi-
derer: si defessus malis iniuria concessissem.* Non frustra quærunt sen-
tentiam; quamvis etiam frustra. nulla enim apta subest; quæ qui-
dē eorum tanti mihi se aperiat. Et de me alios iudico. Scilicet macu-
losum locum esse, & emendandum: *ne vixere contemptus viderer.* Si
fessus malis sibi necem consciuisset Adherbal, videri poterat, con-
tentissimus & extremus hominum vixisse, atq; eius sibi fortunæ
faber fuisse. Neq; enim quisquam rex regium qui animum habe-
at, citō spes suas recuperandi regni deserit, vt eo sibi manus adfe-
rat. In Oratione Cæsar's *De pœna possum equidem dicere id quod res
habet in luctu atque miseris mortem arumnarum requiem non cru-
ciatum esse, eam cuncta mortuum mala dissolvere: ultra neque cura,
neque gaudium locum esse.* Sane non abhoruisse hanc sententiam
Cæsar em apparer, post mortem gladio locum non esse: quantum
verba hæc sonant. Qui h. eum post obitum tollit, gaudium item
deaur. Sed quid hoc verbū ad coniuuratos, quorum supplicia tan-
tum aguntur, non item gaudia? Thofanus: *Neq; cura, neq; gladio lo-
cum esse.* Verum est: *neq; cura, neq; gladi.* Item: *Sin opportunior fuga
collis, quam campi fuerat, eo vero consueti Numidarum equi facile in-
ter virgulta euadere: nescires asperitas & insolēta loci retinebat.* E Ber-
tiniano: *Ea vero consueti Numidarum equi, facile inter virgulta eua-
derent; nostri n. e. i. l. retinere.* Nam post vocem, equi, interlinguen-
dum. *Consuetus rem aliquam; vt consuescere rem aliquam.* Infra: *De*
coniuuratione Nabasallans & Bomilcharis: *Igitur utriusq; consilio*
dies in studiis statuitur: cetera, vt res posceret ex tempore parari placuit.
Recte Bertinianus: *utriusq; consilio.* Quod scripsi, *Nabdalsari, ita*
vet. & Thofanus illo quoq; loco: Sed cum hæc litera allata sunt, forte
Nabdalsar exercito corpore fessus, in lecto quiescebat. Eodem libr. *Sed*
quia diuersi redeuntis alis ab alia parte, atque omnes idem significa-
bant, consul incertus quoniam modo aciem instruet, nullo ordine com-
mutato; aduersam omnia paratus ibidem opperitur. Igitur Iugurtham
spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus ex omni-
bis æque aliquos ab tergo hostibus venturus. E Bertiniano, *diuersi*
redeuntis. alis alia. Igitur Iugurtham spes frustrata, qui copias in
quatuor partes distribuerat: e queis aliquos ab tergo hostibus ventu-
ros. Quia, ratus, aut simile aliud historice omiserat Sallust. alii id
inculcarunt De paratu Metelli: Igitur diffidens veteri exercitui, mi-
lites eligere, scribere præsidia, vndiq; accersere arma, tela, equos, & cete-
ra instrumenta militia parare: ad hoc comeatū affarim, deniq; omnia
qua in bello vario & multarum rerū egentis vsui esse solent. Principio
illud eligere; exturbandum est. In optimis enim libris nullum eius
vestigium: & si aures consulas, quadra orationis ipsa repudiatur. De-
inde sequendus est Thofanus: deniq; omnia, qua in bello vario mil-
itarum rerum, vsui esse solent. Bellum rerum varium, vt homo animi

*Equus con-
suetus rem
aliquam;*

*varius. Ita insignem cum gignendi casu dixit Tertullianus? Sardanapalum tacendum est, & alios libidinum insignes. Allo loco: Ipse paulatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit: dein custos pleno gradu in collem subducit: quod sic plerique scripti codices repræsentant, non est existimandum subesse aliud, quam quod ita scripserit Sallustius, *cutos*. Sic enim dicebant. Itaque *cutionem* pro arilatore ab eadem origiue interpretantur Isidorus & alii, quia per *cuta* licitando eat.*

IANI DOVZÆ NOR- DOVICIS AD C. SAL- LYSTII CRISPI FRAGMENTA notæ; editæ CIO IO LXXX.

Adlibrum 1. Historiar.

Semper in certamine libertatis, aut glorie, aut dominationis agit.) Quidam pro, *agit, agitur* relcribere institerunt, veteris (vt videtur) codicis fidem secuti. vnde suspicio est, *agit, agitur* in Sallustio scribi debere. & certe mecum facit Priscianus, huius Fragmenti laudator; qui *agitur* hoc loco (lego *agit, agitur*) pro *agit* positum obseruasse videri potest. Quid? quod plerumque frequentatiuis enenire solet, vt pro simplicibus ab Historico nostro ponantur. qua de re exempla, quod in promptu sint, præterfluere sino.

Et ceteris expertibus scilicet in imperio ager.) Expertibus semperii ac dominationis. Nam si omnis potestas (vt volt Poeta) impatiens consortis, eo magis Regia. Simile postea in oratione ad Cæsarem de Pompeio: *Nam particeps dominationis neque fuit quisquam, &c.*

Postquam remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit.) Ita recte & ordine in editionibus plerisque. quo magis miror finistram illorum diligentiam, quibus pro *simultates, milites nobis* obiectare vacuum fuit. quos ipsos fatius, dum eiusmodi Scholia commentarētur, vacuos esse scisset. Ceterum hæc leuioris operæ, cuius mihi pretium nonnullum facturus sane videor, si & istud, & duo proxime insequentia Fragmenta, quæ apud Augustinum, Agellium, & Frontonem trifariam dispulsa leguntur, in vnum locum compulero, ordine nonnihil immutato, qui mihi ad hoc exemplum dispartendus videtur: *Postquam remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit, plurima turba, seditiones & ad postremum bella ciuilia orta sunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes affectabant.*

Stabant, bonique & mali ciues appellati, non ob merita in remp. omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissimus, & iniuria validior, quia presentia defendebat; pro bono ducebatur. Ex quo tempore maiorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo precipitati: adeo iuuentus luxuria atque auaritia corrupta est, ut merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiaris, neque alios pati.

In quibus & illud obseruatione nostra non indignum occurrit, *merita*, tam in vitio quam in laude posuisse Sallustium; ambiguitate, qua idem antea vsus in Iugurtha: *Laudare, increpare merenti es.* Quem locum ancipitis vocabuli ignoratione male iam pridem a sciolis acceptum tandem factum tectum Crispo restituit Riuus.

Quarta & quinta Lepidianæ Orationis linea ita in plerisque exemplaribus hodie concepta legitur: *Ne aut ipsi, nefanda qua non existumatis, ea parum credendo de aliis, circumueniamini.* Ego malim id quod in quibusdam libris visus tum animaduertere: *Ne qua ipsi nefanda estumatis.* Atque ita optime & sibi & nobis constatura est sententia alioqui inexplicabilis ut significet Mamercus Populum Rom. alios ex suo ingenio probare consueisse & quoniam ipsorum mores a tyrannide, omnique adeo perfidia impensissime abhorreant, ceteros omnes etiam sui similes putare, eoque ipsos nimia sua credulitate per fidem facilius decipi, ac dolis Sullanis opprimi posse quom quæ ipsi nefanda sibi atque abominanda existimant, ea haud temere in quenquam mortalem cadere posse arbitrantur. Quid? quod ita hunc locum interpretandum esse clamant ea quæ præcessere. Ceterum quod de Sulla ab omnibus Scrip- toribus prædicatur, eum A. V. DCLXXIV. qui hunc Lepidi Consulatum antecesserat, Dictaturam deposuisse; falsum alicui, neque hercule iniuria, videri possit. qui quidem hanc Æmilianam Orationem secum & cum animo suo paulo curiosius perputarit. in qua de abdicatione Dictaturæ verbum nullum, de dominatione aucta sermo plurimus. sed tamen (ut quod res est fabuler) verisimile non est, Sulla Remp. tractante, locum adeo libera orationi in vrbe concessum fuisse, parituræ alioqui præsens haud dubie incommodum tam auctori quam auditoribus, quos frequētes quidem & conglobatos adfuisse oportuit. si tamen ea publi præsentis in concione, pro Rostris habita fuerit, ex more Romano. Quo magis in eam sententiam inclinat animus, ut credam deposita quidem a Sulla Dictatura hæc verba M. Æmilium Cos. ad Quirites fecisse; sed deposita modo titulo tenus. quippe cuius vis etiam postea per idoneos homines retentæ, ex lubricine Sullaturientium partium asperè violenterque exerceret in plebem eorum iniquam opera, qui malo Reip. creuerat, quomodo cum primis intererat, ne Acta Sullæ rescinderentur. testis Appianus, qui hoc genus hominum perpetuos dignitatis Sullanæ propugnatores etiã

post eiusdem excessum fuisse asserit. In hos igitur potius quam in Sullam, magnam harum inuentionum partem conuenite persuasum est mihi. cui sententiæ nostræ non minimam fiduciam tribuit rer iterata in hac ipsa Oratione Satellitum Sullanorum mætio, quos ille, dum Dictator fuerat, quo fidos sibi obuoriosque magis in perpetuum faceret, ex præda ciuili acerbissima ditatos dilargitis proscriptorum bonis, ad summos insuper honores extulerat. in quorum stabili possessione quouiam se, Sulla iam priuato, permanere posse diffident, ideo pro ipsius Actis, summis porro opibus atque industriis, haud sequius quam pro aris & focis nitentur. Vt ut est, illud certe extra contouersiam, in hunc primum Lepidi Consulatum, qui gestus fuit A. V. D C L X X V. Sullæ mortem incidisse, quom anno ante Dictatura se abdicasse ab Historicis prædatur.

Quo captiuis libertatis curam miseria eximat.) Captiuis, scilicet vobis, quos ille pro captiuis, ac proinde vt seruos, seu capite dimittuntos habet.

Aut si prouideritis, in tutandis periculis magis, quam uoliscendo teneamini) Mira locutionis ratio nisi a Sulluuo hæc esset. Et profecto fuit tempus, quem probissimam lectionem sollicitare ausus, pro *Tutandis, Vitandis*, (id quod in nescio quo exemplari reperisse mihi videbar) rescribendam censerem. Nunc aliquando ad verum conuersus mutata sententia, muto pariter scilicet & *Tutandis periculis*, propulsandis ac defendendis interpretor.

Satellites quidem eius, homines maximi nominis, non minus optimis maiorum exemplis, nequeo satis mirari; qui dominationis in vos seruitum suum mercedem dant.) Locum integrum, vt mihi quidem legendus videbatur representari, reducta in pristinam sedem uoce, *Qui*, cuius distractio hiulcam plane orationem effecerat, simul explorata. Sæpe quod quorundam comitate in alienam possessionem irroperat inuitis, contra Tabularum antiquitus impressatum fidem, & (quæ ratio maxima est) breuitatem Historico nostro celebratam. Sequitur: *Et utrumque per iniuriam malunt, quam optimo iure liberi agere.* Utrumque uobis dominari, ac seruire Sullæ. Neque enim negligenda anatheta illa: *Per iniuriam, & Optimo in* Item, *Seruire, & Liberi esse. Liberi*, scripsi de Veterum impresso, non sententia. pro *Libere*: quod improbo: & suppetunt causæ.

Nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque, & Antiocho defensum est aliud, quam libertas, & sua cuique sedes, ne cui, nisi Legibus pareamus.) Recte atque ordine: Legibus enim parere iustissimum, omnesque mortales æquo ac modesto inter se iure agitare decet: neque cuiusquam supra Leges potentiam esse. Hoc siquidem Albanæ tyrannidi, quam iusto imperio, aut bene constitutæ Respub. propius & conuenientius uidetur. Ceterum notandum e-

ius dicti insolentiam: *Defensum a Pyrrho Hannibale pro, a vi, impetu, atque iniuria Pyrrhi, Hannibalis, &c. vindicatum atque assertum.* Eo dico, ne quis Romanorum libertatem ab hostibus defensam Sallustium hoc loco dixisse immerito calumniari audeat, notamque vanitatis certissimo Historico falso inurere. Id enim verba ipsa prima fronte præ se ferre manifesto videntur: Phrasi alioqui interioris notæ scriptoribus Cicero, Cæsari, aliis passim frequentata. Verbi gratia: *Urbem, Vitam, Dignitatem; a vastatione, ab inimicis defendere.*

Sed tum crudelior, quom plerosq; secunda res in miserationem ex ira verunt.) *Leges, Flerisque.* Causa depravationis Correctorum improbitas, quibus (ut & ipse Sallustianum loquendi genus in rem meam eodem modo) omni ætate in Scholasticis foribus acta, quidquid non intelligunt corrumpere, consuetudine iam pridem in naturam vertit.

Non prolatandum, neque votis paranda auxilia.) Huius sententiæ, quasi interpretamentum habes in eiusdem Catiilina, ubi Catonem ita probabiliter argumentantem inducit: *Non votis, neque supplicij muliebribus Deorum auxilia parantur, vigilando, agendo, consulendo prospere omnia cedunt.* & cetera quæ ibidem sequuntur.

Exutus imperio, gloria, iure, agitantæ inops, despectusque ne servilia quidem alimenta reliqua habet.) *Agitare, pro vivere, seu visitare,* genus loquendi creorum Sallustio. Sic idem in Epistola Pompeii. *Et ipsa malis fructibus vix agitatur.* hoc est, propter gravitatem annonæ, & malam messem horro quæ fuit, vitam ægre ac difficulter sustentat. cui diversim, *Agitare facillime.* *Servilia* portio alimentata, quinos frumenti seu tritici modios in hiugulos menses interlige. Id enim (ut ad Harmoniam notavit Donatus) servuorum demensum erat, quæ de re Crispus etiam postea in Oratione Macæ Tribuni Pl. *Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur, quæ tamen quinos modios libertatem omnium estimantur.* ita enim & locum cum, & priorem Donati ex Seneca castigandum commonefecit nos præu eps in ablectissimo illo Electorum suorum Commentario iustus Lipsius.

Est ac viris reliqui aliud, quam solvere iniuriam aut mori per virtutem?) *Viris recte, non Iuris: nec enim, Muliebris ingenio, quod deinceps sequitur opponitur a Caispore: cui lectioni magis etiam firmanda est eius scripturæ paucitas, quæ in Oratione Memmiana bello Iugurthino comparat: quam cum Ruvius vocat Viro, e cetera mala manu ea raret, causa non erat. Iustus sic habet: Atque ego tamen si viro fragilissimum existimo impare iniuriam accepisse, tamen vos, &c.* ita enim mihi legendum, vel potius *Viris*, ob ea quæ sequuntur, pro certo persuasum est mihi. non autem, *Ve-*

rum, aut *Virum*, vt perperam in aliis impressum extat: quorum neutrum mihi nec vero, nec viro dignum, vel consentaneum videtur.

Quoniam quidem vnum omnibus finem natura vel ferro septis statuit.) hoc est, obseptis circumquaque, & quasi vallatis ferro, pro muro, seu munimento, propugnaculoque ferreo, ni fallor. Egre-
gia γράμη, & consimilis Propertianæ illi:

Ille licet ferro cautus se condat, & are,

Mors tamen inclusum prótrahet inde caput.

Neque aliter primus Oratorum Demosthenes Oratione de corona: πηγος μὲν ἡ ἀκροῦν αὐτῶν τοῖς ἐπὶ βίῃ οὐκ ἔστιν ἀντιοῦτος, ἀλλ' ἐπὶ οὐκ ἔστιν ἀντιοῦτος τοῖς ἀντιοῦτος τοῖς ἀντιοῦτος. Quod exemplum, sententiæ huic opportunissimum, mihi ab oculissimo Lipsio suggestum, silentio præterire non fuit consilium.

Aliena bene parata prodegerint.) Malim, *parta*, quomodo legunt alii. Ita enim Plautus compluries: vt Trinummo.

Multi bona bene parta habemus.

Bona civium miserorum, quasi Cimbricam prædam, venum, aut dono datam.) Id est, venditam, aut dilargitam, quomodo idem locutus est anrea. Sed corrigendum haud dubie, *data*. Etenim ad bona civium non ad Cimbricam prædam referendum.

Quod quidem scelorum illius vel maximum est, non me, neque quemquam omnium satis tutum fuisse, si recte faceremus. Faceremus, pro fecissemus; nisi potius tamen fecissemus rescribendum.

Scelorum & contumeliarum omnium finis sit, quorum adeo Sullam non paenitet, vt & facta in gloria numeret, & si liceat, avidius faceret.) Ita enim malo, quam fecerit, quod aliis tantopere probatur. Ceterum hæc eo pertinere arbitror, quod Sulla post depositam Dictaturam, dimisso a se publico præsidio, palam in foro edixerat, sese omnium ab se gestarum rerum paratum esse rationem reddere. Auctores Appianus & Plutarchus.

Nam præter satellites commaculatos, quis eadem volt.) Sic bello lugurtha. Neu te optimum cum pessimo omnium, Iugurtha miscendo commaculares.

Aut quis non omnia mutata, præter victoriam scilicet milites, quorum sanguine, Tarrule, Scyroque, pessimis servorum, diuitia parta sunt.) Quod quidem ego cum interrogationis sale efferendum puto, vt subadiatur id quod antea dixerat, An scilicet milites eadem volunt? quasi dicat, Nihil minus, idque ob causas, quas deinceps subnectit.

Itaque maximam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vclera & labores nihil præter tyrannum questum est.) Credo, illud volt dicere Lepidus: Maxima spes, imo confidentia est fore, vt exercitus a Sulla tandem ad Remp. deficiat, postquam viderint suorum vulnerum ac laborum præmia ad alios, nempe satellites eius quos

(quos Brutorum, Æmiliorum, ac Lutatorum prolem appellita-
uerat supra) immeritissimo transire, atque per tot pericula & æ-
rumnas bellorum nihil aliud se præter tyrannum lucrificasse. ve-
rum esse vt videas pernoligatum illud.

Sic vos non vobis mellificatis apes.

*Quibus labefactatis, quam formidatus antea est, tam contemne-
tur: nisi forte specie concordia & pacis, &c.)* Scriptura haud dubie
corrupta, & cui medicina sit opus, quam hac ratione facere posse
videor: *Nisi forte spes est concordia & pacis.* nam ni ita legatur, quis
sensus commode elici possit, haud sane video. Coniecturam no-
stram confirmat prorsus huic parissimum loquendi genus, quo
hac ipsa Oratione vsus paullo ante: *Nisi forte speratis, per tadium
iam, aut pudorem tyrannidis, &c.*

*Et tradite exemplum posteris ad pop. Rom. siimet sanguinis cade
circumueniendum.)* Næ ille cædendus hercule, qui veteri & domi-
na dictione exturbata, nouam & adulterinam hanc, hoc est, suam,
in alienam possessionem intrusit, nihil x i i. Tabularum leges, ne-
que (quæ ratio maxima est) Crispi Prætoris viadicias reueritus:
quarum ego fiducia fretus, de priorum omnium editionum con-
sensu pronuntiare quamuis audacter audeo, tñ *Mercede.* in pristi-
nam suam sedem Interdicto, Vnde vi, restituendam esse: voce illa
irreptitia, & paullo ante huic non suo loco insita, viadicibus fur-
cillis præcipiti cincta.

Maximo gaudio bellum irritare.) Haud dissimiliter Martialis
meus, *Musus. Phœbusque laceffere, dixit.*

*Curionem quaesivit, uti adolescentior, & a populi suffragiis integer,
atati concederet Mamerci.)* Hæc est, qui honorum ad id vsq; tem-
pus petitionis expertus per immaturam ætatem prælationibus
publicis abstinerat. Ita enim malo quam adempta præpositio-
ne sententiam ex illustri obscuram efficere. *Ætati concederet Ma-
merci:* Sic in Iugurtha: *Itaque Sulla, cuius facundia, non atati a Man-
lio concessum.* Per Mamercum porro Lepidus significatur. Mamer-
cus enim Æmiliorum prænomen. Ceterum Curionem pariter
cum Lepido Consularum petisse ex hoc loco colligi potest, quem
tamen non hoc, sed proximo anno D C L X X V I I simul cum Ca-
Octatio primum adeptus Neque illud prætermittendum, *Qua-
sivit,* in hoc Fragmento, pro *Rogauit obscrauitque* positum esse,
ab antiqui verbi formatione, *Quaso, Quasere:* ne quis præteritum
istud a *Quaro* deriuandum, rei similitudine deceptus, falso porro
sibi perluadere insistat, quod a mente Historici nimis quam alie-
num fuerit. Neq; alio referendum exemplum Phœcæ, qui *Quasere,*
apud Tullium & Sallustium nostrum lectum esse dicerre norauit.
quod alii quo referrent ignorantes, verbum istud, vt *Fragmentum,*
inter incerta Crispi in seite posuerunt.

Principum orationis Philippicæ.

Maxime vellem P. C. Remp. quietam esse, aut in periculis a promtissimo quoque defendi.) Et reliqua quæ sequuntur. Confer quæso. hic mihi inter se capita illa rerum contraria, videbisque Reipubl. quietæ aptissime seditionum turbas opponi; defensionem Reipubl. seditiones contra eorum hominum, quos in maxime easdem prohibere decebat praua denique incepta, tantum abesse dicit, vt consultoribus suis noxæ, vel incommodi aliquid pariant. vt contra etiam a Senatu iis obtemperetur: quæque pessimi ac stultissimi decreuerint, ea bonis & sapientibus aduersus animi sui sententiam sint exsequenda.

M. Ænilius omnium flagitiosorum postremus.) Sic in epistola Mithridatis infra: *Postremus seruorum Archelaus*: adumbratum (vt videtur) de exemplo illo C. Gracchi apud Agellium libro x. v. Omnium nationum postremissimum nequissimumque astinatore.

Qui peior, an ignauior sit, deliberari non potest.) Eadem fere loquendi ratione vsus postea, quo loco nobis Cn. Lentulus naturam & mores duobus verbis, ac suo more, quasi in speculo cernendos proponit. Fragmentum sic habet. *Perincertum solidior, an vanior.*

Atque id iure: quoniam ex rapinis Consulatum, ob seditionem prouinciam cum exercitu sortitus est.) Vnde perspicue palam est historiarum ordinem male in hac editioe seruatum, & Fragmentum, quod statim postea a calce Orationis huius sequitur, an eandem conlocandum esse. Id enim sic habet: *Vti Lepidus & Catulus decretis exercitiibus maturissime proficiscerentur.* Vterque scilicet ad Prouincias sibi decretas: Lepido enim Gallia vltior, Caio eiusdem collegæ Italia ex Senatusconsulto sorte obuenerat. Senatusconsulto dico, hoc enim Fragmento, quod posui, præmittendum esse, videor ex Fastis doctissimi Sigonii obseruasse; ita hunc (ni fallor) locum citantis: *S. C. fit, vti Lepidus & Catulus, &c.*

At scilicet ii, qui ad postremum vsque, Legatos, Pacem, concordiam, & alia huiuscemodi decreuerunt, gratiam ab eo peperere.) Ita est in neperis editionibus, sensu satis perspicuo: sed quoniam cum in impietis, tum calamo exaratis libris lectiones mirifice variant, suspicor locum leui immutatione & addito pronominis rescribendum ex vestigiis veteris scripturæ: *Gratiam ab eo reperere sibi.* cui phrasi prorsus consimilis, ne dicam gemina, est Plautina illa in Prologo Rudentis: *Veniam sibi inuenire a diis.* Sed & Plinius alibi: *Gratiam inuenire,* scripsit. Neque est quod quemquam moueat vox illi *sibi* pro supplemento adscripta, cui coniecturæ meæ primitus occasionem præbuit lectionis eius affinitas, quæ in aliis libris cõcepta legitur ad hanc faciem: *Gratiam habeo peperisse.* Scin, quid suspiceret? nempe aliquem ex Sallustianis exscriptoribus compendium notatum facere voluisse; & secundam verbi syllabam contruncatam abbreviasse ad hunc modum: *Peperere sibi.* atque

hinc

hinc porro aliis atq; aliis succedentibus geminas voces coaluisse in vnam. vnde Peperisse istud natum denique.

Quin prater idoneum ducem nihil abest ad subuertendam Remp.) Videt, vt maner cum fastidioso & contemptum conterat Philippus, cui ne id quidem dignum habet tribuere, quem pro idoneo duce ad Remp euertendam agnoscere velle videatur.

An expectatis dum exercitus vrsus admofo, ferro, atque flamma urbem inuadat.) Hoc contra historiae fidem esse omnia veterum monumenta consentiunt. Neque enim Lepidus ante postremam expeditionem illam, & pugnam commissam cum Catulo, qua vitellus deserta Italia in Sardiniam refugit, ad Romanae moenia exercitum vnuquam admouisse legitur: nedum vt urbem ferro & flamma inuaserit. vnde mihi dubium non est, quin, *inuadant*, legi atque emendari debeat. quod si mihi Critici concedant, referendum erit ad homines illos omnium ordinum corruptissimos, velis supra coloribus a Philippo depictos, Cinnanos puta, & Marianos satellites, quorum in patriam reditu quantum ciuili sanguinis exhaustum fuerit, Plutarchus, Appianus, Eutropius testes, postremo omnes veteres Memoriae.

Quod multo propius est ab eo, quo agitur, statu, quam ex pace & concordia ad arma ciuilia.) Scriptura haud dubie mediosa, & quam iuxta cum ignatissimis intelligo: nisi tamen totus locus interpolandus, & fortassis in hunc morem constituendus: *Quam ad pacem & concordiam ab armis ciuilibus: sententia apertissima, quam tamen absque bonis auctoribus integram & sinceram esse, nondum satis acceptum est mihi.*

Nostri proditor.) Sic in Oratione Cottz infra: *Nam si patricia vestri sum.*

Hostis omnium bonorum, vt te neque hominum, neque Deorum pudeat, quos perfidia, aut periuicio violasti.) Hoc eo spectare videtur, quod Lepidus, cum legem Sulla mortuo de Aetis eius defendendis promulgasset, vt qui a Sulla proscripsi fuerant, & ciuitatem, & bona sua recuperarent. cumque eidem Catulus collega ceterique obnixi aduersarentur, re in concionibus agitata Lepidus a Senatu sacramento adactus, bellum se patriae non facturum, in Galliam vltiorem, quam sortitus erat, profectus, ad Comitia, tamquam exacto consulatu suo bellum illaturus, non venit. Appianus, Florus. Atque hoc est, quod perfidiam & periuicium Lepido obiectat Philippus.

Neque te prouincia, neque leges, neque Dii Penates ciuem patiuntur.) Sententia deposcere videtur, vt *Patientur* legamus.

Prasidia deducta, atque imposta; ex lubricine leges imperantur.) Haec temporum mutatio mihi non leuiter suspecta est: vnde fit, vt legendum autemem: *Leges imperatae.*

Nam qui turbas, & eadem ciuium odisse ait, & ob id armato Lepi-

do vos inermes retinet: qua victis toleranda sunt, ea, quom facere possitis, patiamini potius censet. ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadent.) Si quis penitus loci huius constructionem ac sententiam inuestiget, nã illi facile odorari fuerit, vel ex posteriore periodo tantum, numeri rationem in verbis illis tribus, *Ait, Retinet, Censet*, perperam a sciolis inuersam esse. quod tamen a nato nemine vsque adhuc animaduersum demiror: præsertim cum eius rei ipsos commonefacere potuerit numeri illius diuersitas, quæ in isto argutissimo epiphonemate comparat: *Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadent.* In quo enarrando quemodo isti sibi satisfecerint nescio: hoc scio lectioem receptam & secum & cum Sallustiana elegantia pugnare. Nam quæ obsecro locutionis ratio sit illa? Lepidus, armato Lepido, vos inermes retinet. Quocirca vel meo periculo (neque enim capitis res est) fidenter castigandum pronuncio. *Nam qui turbas, & c. c. o. aiunt, & ob id a. l. v. i. retinent; qua v. t. f. c. q. f. p. p. p. censent.* Non enim de Lepido, sed de factiosis Lepidi fautoribus, quos ipse satellites indiguitate amat, intelligendum.

Decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus.) Quid est, *Augere ingenium*? an quod alii dicunt, *Animos augere alicui?* *Gerræ germanæ.* Proinde inducatur, atque eius vicem meæ auctoritate fiducia quamuis audacter reponatur: *Augere imperium viris fortibus.* hoc est: *Remp. vestiam Rom. cui haud cillimie illud oratione ad Cæsarem: Qua res populos, nationes sue magnis auctoribus auxissent.*

Sanctus aliter & ingenio validus. Id est, catus & solers, quod intelligitur ex Præfatione Belli Catilinari, vbi ait: *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat.*

*Illo profectus, vicos, castellaque incendere, & fuga cultorum deserta igni vastare * neque elata aut securissimus metu gentis ad furia belli peridonea.*) Et hoc Fragmentum, contagione credo rei quam narrat, periculum vastationis vix effugit, non quidem a Volcani violentia, sed librariorum ignorantia conflatum syllabas abbreviantium. quo de genere sum questus iam antea, quorum comitate eff: ctû videtur, vt tres dictiones in vnam concreuerint. quod coniectores isti Sallustiani non aduerentes sibi que cum simplici excetra rem modo esse arbitantes, mirum quas nobis Lernas peperere: dum partim *Securus*, alii *Securissimus*, nonnulli etiam *vetustissimus* nobis obiectare non dubitant, quod eo illis firmitus visum, quoniam in manuscripto forte *Fecundissimus* reperissent. Sed his plorare iussis in rem præsentem venire melius est, lectorique de coniecturæ nostræ ratione gratiam facere. Ea vero hæc est; *Neque elato, aut securo esse animo, metu gentis, &c.* sententia apertissima; & quam a Sallustio esse arguta eius breuitas etiam me tacente iudicium facit.

Et

Et mox Fusidius.) (Lege cum doctiss. Lipfio, *Aufidius*) *adueniens cum legionibus, postquam tantas asperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cum hosti quam suis opportuniora videt.*) Ita nouissima editio, pro quo quidam, *Postquam hieme aspera;* alii, *Ob tantas spiras,* legunt. quod postremum non displicet, vt intelligamus, funes nauticos in orbem conuolutos significatione Pacuiana, ita cribrentis.

Quid cessatis, socii, eiicere spiras sparteas?) Vide Festum in voce *Spira.*

Omni strepitu pauescere.) Hoc Fragmentum Crispi ipsius indicio probat hunc se Baccharum non esse. Etenim quantum quarum est ad Belli Iugurthini Historiam pertinet. Vel signum videtur: *Circumspectare omnia, & omni strepitu pauescere.* quod de Iugurtha ibidem dictum legitur. Quid clarius? Eo igitur ablegandum.

Itaque Seruilius agrotum collegam prior transfregissus.) Potius est, vt Sallustum scripsisse credam, *Ægroto collega:* idque de Lipsiana sententia.

Iter vortit ad Corycum urbem inclytam: pastusque nemore, in quo crocum gignitur.) Omnino hic nomen nemoris desiderari existimo; id quod imperito librario occasionem præbuisse videtur locum deprauandi, atque eius vicem nobis, *Pastusque* istud supponendi. quod nihili verbum esse, distinctionemque post *Inclutam,* remouendam indicasse contentus felicioribus ingeniis nomen porro nemoris istius, quod ego frustra in Ciliciæ descriptionibus persecutus, litteris recomminisci nondum potui, inuestigandum relinquo.

Apud Lethe oppidum.) Forte cum hoc copulandum exemplum, quod infra iater incerta relatum exstat: *Cui nomen obliuionis condiderant.* cuius vicem lubentius tamen, *Indiderant* legerim; si quidem per eos liceat, quibus est ea res in manu.

Sertorius Parthis turbam merantibus, &c.) Non satisfacit mihi hæc lectio: ita, *Turbam* istud nescio quid turbat. quocirca porro hinc longe exturbandum censeo: atque in eius locum, *Tubam* recipiendam: hoc est, clangorem, seu signum tubæ: quod summus Poeta facete *Taratantara* a sono indigerasse videtur.

I A N I D O V Z Æ N O R D O V I C I S A D C.

S A L L V S T I I C R I S P I F R A.

g m e n t a i i . H i s t o r i a t u m l i b r i ,

N o t æ .

Sardinia in Africo mari facie vestigii humani, in orientem, quam occidentem latior prominet.) Traudi, vsq; toto, futurum in hi non est, si has Sallustiani velut pueri gona tribu las assolis aliquantis auctiores: eddidero: non quidem de meo, ne quis erret, (vnde enim mihi, queso, Romæ na hi storiae profertre potuerit, scriptorum præsertim eorum a i m a m e n t i s d e s i t u t o ?) sed de isidori schedis & pluteis, quos iam dudum, coniuatis tot barbarorum sæculorû procellis, & plus quam decumanois ignorantia fluctibus, a reliqua Sallustiana rate d i s i c t o s , a c a u u l l o s f u i s s e p e r s u a s u m e s t m i h i . a r q u e h a n c i n d e c o n t e c t u r a m f a c t o , q u o d i d e m i l l e c e n t o n u m , q u e m d i c o , f a r c i n a t o r y n i c u s , l i b . i x . O r i g i n u m s u a r u m , q u o l o c o d e G e n t i u m v o c . u l u s d i s s e r i t , M a u r o r u m & N u m i d a r u m p r i m a q u a s i i n c u p a b u l a , a r q u e i n c r e m e n t a r e t r a c t a n s , i i s d e m p a r e v e r b i s o r d i n e p a u l l u m i m m a t a t o n a t r a t i o n e m l o n g i s s i m a m a S a l l u s t i a n o r e g u n t i a p e t i t a m a d s e t r a x i t , s u p p r e s s o a u c t o r i s , v n d e e a m a c c e p e r a t , n o m i n e . q u o d i l l e p a s s i m e t i a m i n a l i i s s o l e m n e q u a s i s u u m s e r u a l l e v i d e t u r . E x e m p l u m i s i d o r i s i c h a b e t : *Sardis hercule procreatus cum magna multitudine a Libya profectus Sardiniam occupauit, & ex suo vocabulo in insula nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigi humani in Oriente, quam Occidente latior prominet; ferme paribus lateribus, que in Meriditem & Septentrionem vertunt. ex quo ante commercium a nauigantibus Græcorum ixy & appellata est. Terra patet in longitudinem millia cxi. latitudine xl. In ea neque serpens gignitur, neque lupus, sed solifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non nascitur, nisi herba per scriptores plerimos & poetas memorata, a piastro similis, que hominibus rivi ut contrahit, & quasi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cecitatem, si sacramento dato occlus aqua eius tetigerint. Hactenus isidorus; quæ uniuersa vt a Sallustio esse præstare non ausim; ita plerumque partem eidem debent quouis pignore sponsonē facere ium paracus. Fragmentū certe istud eodē infertū plane arguit suspitionē hęc nostrā de nihilo nō esse. Et vero (vt rē loquar n e r ā) si paucula quādā (quo de genere sunt illa, *Infirmis medela furibus cecitatem præbere: itē hoc, Græcorum ixy & q; ad proximum Sallustium Fragmentū, (illud, Vnde ichnusa appellata, volui dicere) haud deb. e pertinere, atq; inde ad c e m e n t u m**

dam ipsa res clamat Isidori Cordes potius, q̄ Sallustianam munditiam redolētia istinc excipias, quidnā his additamentis Historicō nostro tantopere indignū insit, non video. Ceterū causā descriptionis Sardinie Lepidū Sallustio prębuisse verisimiliter inducor, quē male re gesta vorrosam in eam insulā capere coactū, atq; inibi paullo post tabe colliquisse veteres nobis Memoriae cōfirmāt.

Sed si ferūt taurū ex grege, quē prope litora regebat, Corfa nomine, Ligus mulier.) Et hoc Fragmentū ex Isidoro haud mediocri accessione augeri, nostraq; comitate ex supplemento eiusdē rediuiuā lucē accipere pōt. Id vero est huiusmodi ex lib. I V. Originū cap. VI. *Corfica insula exordiū incolæ Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis Nam quadam Corfa nomine Ligus mulier, cū taurū ex grege, quē prope littora regebat, transuatare solitū, atq; per interualla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurū a ceteris digredientē usq; ad insulam nauigio profecuta est. Cuius regressu insula fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti sunt, eamq; nomine mulieris auctoris & ducis appellauerūt.* Vides vt ex omni parte palere fundata & cōstituta sit hęc nauis, paucis exceptis, in quibus nos nō materiarius, verū architectus frustratur: q̄ tamē Sallustii non esse suo se iudicio pdunt; veluti extremū illud de nomine mulieris Ligitis auctoris & ducis vocabuli Sardinie. q̄ semel antea dictū Sallustiana a se breuiloquentia spernit procul. nā maiorem partē eius Historici esse, argumētis, si sit opus, vincere me posse confidētia est; fortassis & ea q̄ sequuntur, de quib. tamē lente & suspensa manu iudiciū meū profero. *Diuiditur autem a Sardinia x. n. millium stero, cincta Ligustici aquoris sinu ad prospectum Italia. Est autem multis promontoriis angulosa, gignens latissima pabula, & lapidem quem Catobitem Graci vocant.* Vt vt est huiusmodi tam accurata regionis descriptio, a Sallustianę historię rationibus abhorere non nimium videtur. quem & multū in hoc genere atq; adeo curiosam fuisse similibus locorū conlationes arguere possunt.

Quos aduersum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguunt.) Mū, n: hęc ad Nufam Nicomedis filiū referūda: quē Regilli haud dubie narū, h. e. haud vitio, aut illegitime conceptū fuisse. Epistola porto Mithridatis testabitur. q̄ tamen Bithynos istos, qui a Romanis in regnū illud mortuo Diomede, q. in vacuū vententib. ac possessionē occupantibus, gratiā sese inire studebāt, redat quere conatos esse, fragmētū istud liquido significare videt.

At Lucullū Regis cura machinata fames breuis fatigabat, multiq; comētiis interfecti erāt insidiis latronū.) Ita n Fragmentum istud, bifariā a Grammaticis diuisum, coagmentandū esse res ipsa p̄uadet nobis & corrigendū, vt scripsimus. *interfecti erāt.* p̄ interpretamēto eius q̄ in vulgatis exstat, *interierāt.* Idq; ex Non. ipsum hoc exemplū citare ac scribente: *Interfici, de reb. inanimatis dixit Sall. Multiq; comētiis, &c.* cui loquendi generi ē cōsimile est Lucilianū illud. *Fragmenta interfici panis:* item compluria apud Plautum.

Ea continet vir grauis, & nulla arte ouiquam inferior.) Apud No-

nium & Frononem pro *continet vir, continetur* scribitur. quæ lectionum diuersitas locum corruptum arguit, ita fortasse emendandum: *Ea continentia grauis, &c.*

Omnes qui circum sunt, praeinent alitudine millium passuum duorum.) Lipsio nostro legi placet, *praeinet*; vt de monte quopiam reliquis editiore loquatur. cui ego non hac in parte modo, sed etiam in ceteris omnibus assentior lubens: sed montis nomen quæro quod sit.

Anidisque ita, promissisque ducibus, uti Metellus ictu tragula sauciaretur.) De pugna in Saguntinis campis a Sertorio commissa loquitur, in qua Memmius Pompeii Legatus contra conferta manu acerrime pugnans occubuit. Metellus Imperator multa suorum strage defensus ictu tragulae a Sertorio sauciatus: discessit. Vide Plutarchum in eius vita. Quo etiam pertinere iudico Fragmentum illud libri incerti: *Sed Metellus in volnere.*

Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse.) Fallor ego? an de Chiis loquitur Crispus? quos a Zenobio, Mithridatici exercitus duce, exutos armis, post M. M. talentorum exactionem, caussante deesse aliquid iusto ponderi, mares seorsum a mulieribus & pueris in naues impositos, atque ita dispullos a patria in Euxinum porro deportari iussos memorat Appianus. *Sacrata corpora* ergo, destinata morti, & q. deuota dis manibus interpretor. Neque ab-fimiliter Maro *Sacratum caput Sinonis* scripsit:

IANIDOVZÆ NORDOVICIS AD C.

SALLVSTII CRISPI FRAGMENTA III. Historiarum libri; Notæ.

Diuersa, uti solet rebus perditis (sic tibi enim distingo) capessunt. namque alii fiducia gnaritatis locorum, fugam sparsi; alii, globis eruptionem tentare: Et hic scripturæ varietas, me; vt de lectionis veritate addubitem, facit: in aliis enim diserte legitur: *Occultam fugam sparsi, globis eruptionem tentare.* vnde & ipse fiducia gnaritatis phrasium Sallustianarum emendandum hariolor: *Namque alii, fiducia gnaritatis locorum, occultam fugam, pars globis eruptionem tentare.* Id est. confertim, & conglobati, vt ipse alibi loqui amat. Iam *Tentare fugam, eruptionem;* Latinis auribus noua non sunt. Nam vt *Sparsi*, in vocem *Pars*, mutaremus; ipsa nobis sententia auctor fuit

fuit, inducto *ms.* *Alii*: quod, præterquam quod nuperum & nouitium auctorem habet, abest insuper ab Nonianis codicibus,

Decores, multique terga ab hostibus cadebantur.) Ita postremæ editiones contra auctoritatem Prisciani, atque omnium priorum exemplarium fidem, in quibus plane & probe scriptum compareret: *Dedecores, multique per terga, &c.* nullo quidem idoneo sensu, sed qui tamen nobis ad veritatem scripturæ eruendam facem præluceat. quam ego ita a Crispo iudico conceptam fuisse: *Dedecores, multique pars terga ab hostibus cadebantur.* atque eo confidentius quod hæc error etiam alias apud Sallustium in hoc verbo commissus haud semel.

Parte consumpta, reliqua cadaverum ad diurnitatem usus salterent.) Quid, si quarta vox secundo loco transponatur, rescribaturque ponus hoc modo? *Parte cadaverum consumpta, reliqua ad, &c.* quamquam & volgatam lectionem ferri posse haud negauerim. Ceterum monendus lector, iis me exemplaribus assentiri potius, qui Fragmentum istud in quartum librum reiciunt: Vt est, huic certe loco conuenire non potest. Namque Epistola Pompeii; quæ statim porro huic Fragmento subiungitur, tribus ante, quam hæc accidere annis, scripta fuerit necesse est. Ego enim Historicum nostrum de Calaguritanis obsessis loqui auro; quorum inuictæ in rebus perditis animi firmitudini huiusmodi testimonium a Valerio Maximo tributum legimus: *Calaguritanis, quo perseverantius interemti Sertorii cineribus obsidionem Cn. Pompeii frustrantes, fidem præstarent, quia nullum iam aliud in urbe eorum supererat animal, uxores suas, natosque ad usum, nefaria dapis verterrunt, & cadaverum reliquias salterunt.*

In Epistola Cn. Pompeii ad Senatam; *Hiememque in castris inter sauiissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi.*) Quod postremum quid sit, explicat nobis Gracchianum illud apud Agellium libr. x v. cap. x i. ex Oratione eius ad pop. in concione habita post reditum suum ex Sardinia: *Versatus sum in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar.*

Eadem Epistola: *Quod ego vos moneo quæsoque, ut animaduortatis, neu cogatis, &c.*) Eadem verba repetita habes postea in Oratione Marci Trib. pl. *Quod ego vos moneo quæsoque, ut animaduortatis, neu nomina rerum ad ignauiam mutantes, &c.* Item supra in Philippi. *Quod ego vos oro, atque obsecro P. C. ut animaduortatis, neu patiamini, &c.* Quæ eo magis visum est adscribere, ut ex huiusce & consimilium exemplorum collatione perspicere possit iuuentus, quam sui similis S. Illustius in historia ubique.

Ac tum maxime, uti solet extremis in rebus, sibi quisq; carissimum domi recordari, &c. Hinc confirmatur distinctio nostra, quam constituimus supra Fragmento illo: *Diuersa, uti solet reb. pditis, capessunt:*

Duos quam maximos utres leui tabula subiecit : qua super omni corpore quietus in vicem tractu pedis , quasi gubernator existeret : ea inter melem , atque insulam mari vitabundus classem hostium , ad oppidum peruenit .) Idem verbum habes in Iugurtha : Solus inter tela hostium vitabundus erumpit . Sed ibi absolute , & sine villo , quem regat , casu positum ; quom hic (vti vides) accusatiuus sequatur ; exemplo Sisennæ , veteris Historici , ex cuius 1 v. Histor. libro hoc Fragmentum producit Agellius libi . x i . cap . x v . *Populabundus a gros , ad oppidum peruenit .* Ceterum historia eo haud dubie pertinet , quod Lucullus , tamen Cyzicum terra marique tam arcte obfideretur , vt angustissimus etiam pelagi meatus , qui oppidum a continenti dirimebat , regis nauibus teneretur , paruo tamen nauigio ex Dactylitide stagno in mare translato , Cyzicenis de nocte auxilia submiserat : quorum ducem , Florus auctor est , vtri incubantem per medias hostium stationes ad Cyzicum vsq ; nando se penetrasset : atq ; hoc huius Sallustiani loci argumentum fuisse videtur .

Nam qui enare conati fuerant , isti saepe ferramentis nauium , aut vulnerati a suis , aut afflicti alucos vndarum vi multato se de corpore , postremo tamen periere .) Puto Propositionem desiderari , atque emendandum . *Afflicti ad alucos vndarum vi* : quomodo & Plautus : *Affligam te ad terram colaphis .* accipioque *Alucum* , pro carina , hoc est , extrema nauis aluo , ne quæ saepe factum , seu vadum interpretetur insciens .

Ex Oratione Marci Tr . b . pl . *Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L . Quintium , v . listis .*) L . Qu octium , probò ; atque eum ple illum intelligo , quem (vti refert Plutarchus) Acta Sullæ in concionibus assidue exagitantem , & turbare molieatem ciuitatis orium , hinc priuatim malcendo , hinc publice monendo ab incepto deduxit Lucullus . quod hic tangit Marcus :

Quid censes igitur aliquis vestrum subiecerit .) Tres postremas dictione , quasi a glossa , & Sallustiana bene conate ind gnas , loco mouere ausi sunt quidam . in quibus largite sane in hi peccasse videntur . argumento est exemplum illud quo in consimili fere argumento in Iugurtha Memmius , & ipse Tr . b . pl . ad populum supra est vsus : *Dicet aliquis , Quid igitur censes ? vindicandum in eos qui hosti prodidere Remp .* Ita enim locum eum interpungendum transposita interrogatione huius ipsius exempli auctoritate confirmo .

Verum occupauit vos nescio , qua torpedo , quia neque gloria mouemini , neque flagitio ; cunctaque presenti ignavia mutastis ; abunde libertatem vati , quia tergis abstinetur ; & huc ire licet atque illuc munere ditium dominorum .) Quam ad rem potissimum clauisulam istam attinere dicerem , sepe mecum & cum animo meo agtaui iam antea : neq ; tamen vnquam ad certam aliquam coniecturam quivi euadere . nunc vero ad eam sententiam accedit animus , vt *Munera* , non au . in *Munere* , consentientibus manuscrip . emendari placeat .

ceat, quod quidem per appositionem additum, atq; hoc pacto interpunctum: *Et huc, & illuc ire licet, munera ditium dominorum;* ad Munera Theatralia, & gladiatorum familias referendum arbitror, quibus Marcus iste populum Rom. contendit; eos *Munera ditium dominorum* (quod genus Munerarii, hoc est, Munerum exhibitores cluebant) contumeliose tatis pro rei indignitate appellat; eoq; ignaviae processum dicens, ut eites ingenui, & (quæ ratio maxima est) Romani, non seruitio, sed imperio nati, præclare secum agi existiment; si tergis abstinere, hoc est, si non scapulas suas ad quotidianam virgindemiam præbentes, alienæ superbiæ ludibrio, & flagitibz sint, neq; (sic tamquam legitimi gladiatores in dominorum leges auctorati, *Vri, vinciri, verberari*) animis corporibusq; additis Lanistæ alicui Thraci in custodiam porro, atq; in disciplinam tradantur, Ludo gladiatorio inclusi; vnde pedem efferre, donec dominus iusserit, fas impune non sit: aut in immundissimam sagnam detrusi arenæ deniq; referentur, ferro & feris in tempore obiectandis, sed libere & sine custodia habiti, huc illuc ipsis ire liceat, quo animo libet. hoc solo discrimine eiusmodi nugas hominum venalium vincentes. *Munera ergo Munerales,* quasi factos interpretor, pudendo probro, & quo in animos ad seruitutem (quam idem tota hac Oratione Quiritibus obiecit) paratos adductosque, nihil aliud dici possit asperius, aut amarulentius.

Primum omnium, amittendum morem hunc quem agitis, impigra lingua, animi ignavi; non ultra concionis locum memores libertatis.) Postrema huius sententiæ clausula septuosa sane, & perplexabilis, quam partim Plautinis, partim Sallustianis verbis sic explicare posse videor aliqua tenus inettes opera, lingua factiosi, cuius acuminè gladio etiam aciem præstinguitis domi, verbis tenui modo arma tractantes; neq; ultra concionis locum, hoc est, neque longius, quam dum hanc Fori partem frequentes insistitis, dumq; hæc Rostra, vnde me concionantem audire potestis, in re præsententi intueamini, dictis nostris aures vestras calefacientibus, fortes ac memores libertatis paternæ: ceterum animos & verba ista magnifica statera dimissuri, simul atque hinc domum quisque suam diuersi ac locordes abieritis.

Gerant; habeantque suo modo imperia; quarant triumphos.) *Suo modo,* antiquè i. suo arbitrâtu, atq; (vt ipse ferè loqui consuevit) ex sua lubidine. Sic sæpe hoc verbum acceptum in Plauto; vt vel i. i. & quidè bis in vna Persæ scena: *Meo modo istuc potius fiet, quam tuo. & At meo si liceat modo Sapienter potius facias, quam stulte.* Hoc eo monere visum est, ne quis *Modo* istud, pro more & consuetudine pe. peram & suo modo interpretandum existimer.

Vt sustinere corpora plerique nequeunt, fessi, arma sua quisq; stantes incumbent.) *Fessi* a Sallustianis centoribus additum; id quo (vt ipsis persuasum est) ex seruo obseruante: *Sustinere corpora ple-*

rique nequeunt, pro *Fessi*, positum hoc loco; quippe *Sallustiani* contextus quasi interpretamentum. quod si recte iidem illi (uti par erat) attendissent, numquam profecto glossemate *Seruiano* *Sallustianam* historiam miscendo commaculassent. cum vox *Fessi*, in *Frontone* idem hoc exemplum producente nusquam gentium compareat. Idem error in *Stantes*, qui ex eodem *Frontone* corrigendus hoc modo: *Arma sua quisque instans incumberet*.

Quod ubi frustra tentatum est, *socordius ire milites occipere, non aptis armis, uti in principio, & laxiore agmine.*) Ita *Iunius*, & *Ant-verpiensis* editio: sed rectius *volgara*, *socordius ire miles, obrepere*: postrema excepta voce, quæ mihi in *obstrepere*, commutanda videtur: pace *Criticorum* quod fiat. Iam, *Aptis armis*, pro *conectis* & colligatis accipio cum *Nopie*; vel, quod potius placet, *aptatis*, *expeditis*, atque ita compositis, ut, ubi usus veniat, ad manum, atque in promptu esse possiat: interpretatione a *Carullo* petita, cuius est ille versus notissimus: *Aptis sarcinulis, & expeditis. Laxiore agmine.* Hoc præter morem disciplinæ militaris, *Romanæ* præteritum: & melior tutiorque ordo ille, quem *Mercellus* in *agminæ*, ad *Vaccensiam* viam affectans, bello *Iugurthino* milites tuos servare iubet, ubi legitur. *Sic animis eorum arreptis, equites in primo latere, pedes quam artissime ire, & signa occultare iubet.*

Fine inguinum ingrediuntur mare.) Quod mihi, ab aliis (ut videtur) haud satis intellectum, *Inguinum* tenus, interpretari placet.

igitur discubere, Sertorius interior in medio, super eum, L. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infra, scriba Sertorii Versius: & alter scriba Macenas in imo, medius inter Tarquitium & dominum Perpernam.) Hinc coniectare lubet, sed coniectare tantum, (enim hæc *farfari* potius quam *Sybilla* folia videri cupio) non hic de duobus, verum de tribus lectis, id est, *triclino* agi: in quorum medio *Sertorius* (uti *Imperatorem* decebat) *infra L. Fabium* collocatus; quæ pars lecti honoratior, atque interior fuisse videtur, quoties bini tantum vno in lecto accumberent. aliter media thori pars, uti apparet ex sequentibus, ubi alter *Sertorii* scriba, medius inter *Tarquitium* ac *Perpernam* discubuisse narratur, utpote quem verisimile est, infamam imilecti partem pressisse, ac scribæ *Sertoriano*, quippe conuiuæ suo, more maiorum, de loci dignitate decessisse. quomodo & *Antonium*, cui alter *Imperatoris* scriba prælati fuit; quippe *infra eundem*, hoc est, interior locatus: quæ lecti pars (ut dixi) fuisse videtur dignissima. unde etiam *Serui* error clare detegitur, notantis apud maiores locum medium semper fuisse domini, hoc est, conuiuii exhibitæ. in quo quam fuerit frustra, vides.

IANI DOVZÆ NOR-
DOVICIS AD C. SAL-
LVSTII CRISPI FRAGMEN-
ta i v. Historiarum Libri, Notæ.

O Mnes, quibus senectō corpore animus militaris erat.) Ita enim scribendum, inducto *res* Ætas, id quod recens quidam de suo infarsete. Sic in Catilina: *Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat.*

Dein lenita iam ira, postero die liberalibus verbis permulsi sunt.) Liberalia verba sunt, quæ Plauto *Dicta lapsula* dicuntur. Videtur autem de Sertoriano exercitu esse sermo, quem ob eadem Imperatoris sui merito concitatum Perpetua postero die coactus fuit magno ambitu, partim minis extis, hoc est, pretio; partim largiloquis dictis onustos tranquillare.

Implicata (hoc enim melius cum Prisciano, quam cum nostris, Implicata) rates ministeria prohibebant.) Quod si *Magisteria* legata quippe hoc nauali regimini aptius, accommodatiusque, qua ad rem, qua ad proprietatem verbi: videturque Fragmento huic non absurde coniungi posse illud inter incerta reiectum: *Impediebant iussa nauarum*; addita copula hoc modo: *Implicata rates magisteria prohibebant, impediebantque iussa nauarum*; ad quod Seruius: *Celeuma*, est quasi præceptum: vnde Sallustius, &c

Magnam exorsus orationem.) Et huc fortasse pertinuerit illud, *In hunc modum disseruit*; vnum ex duobus Fragmentum vt fiat. Videtur autem de Mithridate loqui, quem Appianus narrat, postquam in Paphlagoniam venisset; classiam prius decursione facta, concionem ad milites habuisse magno loquam, tum de suis maioribus, tum de seipso, quod exigua regni potestria in immensum auxisset. nec vnquam præfens victus esset a Romanis, &c.

Amisumque assideri sine præliis audiebat.) Ita omnes omnium editiones. Mirum vero nemini etiam dum de mendo huius loci in mentem venisse: quod tamen minimo negotio emendari poterat; altero modo, *S*, e medio sublato; vt fieret, *Amisumque*; quam urbem cum hiemem totam stativis castris circumdatam, valloque ac fossa obsessam tenuisset Lucullus; appetente demum vere, relicto ad continuandam obsidionem Murena. mouit in Mithridatem, cuius deliberatæ moræ causas in Lucullo apud Plutarchum inuenies. simul cur auido expugnandi urbis militi morem gerere recusarit.

Ex Epistola regis Mithridatis ad regem Arsacem. *Tibi perpetua*

pacē frui liceret, nisi hostes opportuni, & sceleratissimi egregia fama, & Romanos oppresseris, futura est, neq; petere audeam societatem: & frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem.) Non cohæret oratio: & vereor hercule, ne cogmentum aliquod delideretur; Quid enim illud? *Neque petere audeam societatem.* Itaque dubium mihi non est, quin aut voculæ interpolatione remedium quaerendum, & fortasse huiusmodi: *Aliter neque petere audeam societatem.* Vti in Oratione ad Cæsarem: *Aliter neque priuata res, neque publica, &c.* aut vltima certe primis inserendo ordo totius dictionis mutandus: donec tandem commoda aliqua sententia existat, cuiusmodi haud alienam sane hac constructione electurus videor. *Tibi perpetua pacē frui liceret; neque petere audeam societatem, & frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem; nisi hostes opportuni, & sceleratissimi. Opportuni, cui rei iniuriæ forte patiundæ ne, an faciundæ? credo istuc postremum velle dicere.* Ceterum bona & mala, quæ inter se hic opponi vides, reperias & apud Plautum illo Aululariæ versu:

Bonis tuis rebus meus res irides malas.

Sequitur porro deinceps ordine: *Atqui ea, quæ te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, & meæ res parum prospera, si vera existimare voles, maxime hortabuntur.*) *Atque, habent alii: vnde ego exculpsi: Ad quæ, ea quæ te morari, &c.* hoc est, adiungendam necum societatem, atque ita coniunctis opibus Romanos opprimendos, sicque optime sibi & constabit & cohærebit sententia, tota a superiori oratione dependens; huiusca prorsus, & incomposita; si aliter legatur, atque huic simile illud ad Cæsarem: *Ad quæ te illi iidem hortantur, &c.*

Et, quod florentibus optabile est, ego non validissimus præbeo exemplum, quo rectius tua componas.) Sententia vere Mithridatica, prorsus ad illud Poetæ accommodata:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Equidem, quom mihi, ob ipsorum interna mala, dilata prælia magis, quam pacem datam intelligerem, &c.) *Interna mala,* hoc est domesticas seditiones, & bella ciuilia per Cinnam denuo, ac Marium reducem in media Vrbe excitata, quæ res cum primis vorosissimam Sullæ in Italiam capiundi, conditionesque ab Archelao conceptas ac propositas, a Mithridate mox confirmatas accipiundi causa fuit.

Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidione moranti frumentum defuit, nullo circumadmitente.) Hoc est, nemine locorum iugante in e aut frumento, aut eom meatibus.

Neq; quicquam a principio, nisi partem habere.) Id est, armis questum, aut per iniuriam, id quod Lepido Philippus obiecerat supra, & fortasse hic ablatius ille reponendus, vt fiat: *Nisi armis partem habere.* Et certe hoc altero illo multo numerosus.

Peste

Pesto conditos orbis terrarum.) Quid si legamus? *Pesti*, hoc est, exitio, siue in pestem atque perniciem orbis terrarum procreatos a Romanis videlicet in seruitutem redacti.

Ty vero, cui Seleucia, maxima urbs in m.) Huius famosissimæ urbis exitat haud incelebris mentio apud Plutarchum, sub Crassi finem, quem video, mi Lector.

Regnumque Persidis in salutis dimitis est.) Vereor ne *incluta* scripserit Crispus, hoc enim ser per fere cum auferendi casu copulatum reperio: nisi quis fortasse *inclutum* legi malit, quod nec mihi quidem displiceret, nisi hoc a vestigiis receptæ scripturæ longius aliquanto recedere videretur.

Per hunc morem extinguunt omnia, aut occidunt, &c.) Id est Romani hac via grassando aut pessum dabant omnia, aut ibunt ipsi. Dicam planius; Aut vniuersa perditum ibunt, aut peribunt ipsimet, non radicibus modo, verum etiam eradicibus; valentiores scilicet aduersarios nacti, seu nos, siue alios vindices in tempore adfururos, quod difficile non est, si modo viribus in vnum coniunctis mutuas pariter operas tradere velimus, &c. Visum est hoc etiam inter alia leuioris notæ animæ aduersione dignum, ne quis videlicet scripturæ similitudine deceptus, & *occidunt* istud penultima longa effrendam autamans, alios porro secum in erroris passam a vero possit abducere.

Auxilio profectum magnis Regibus, &c.) Hoc non sui honoris ipsius modo, verum & Tigranis, generi sui, gratia dicere videtur, quippe qui, ultra mortaliū morem, prius barbarico fastu tumens, ac ceterorum omnium præ se contemtor, & Magnus & Rex Regum audire volebat: eo magis, quoniam non contentus Mediæ, Suriæque, ac Palæstinæ ditiones Armeniæ regno adiectas, lege belli suas fecisse; gætesq; omnes finitimas sub immanissimum iugum misisse victas, rebus ei supra votum fluentibus, Parthis insuper ob interna mala afflictis, Asiæ imperio per vim extorto, o pes eorum tantum non ad interuentionem attriuerat. Nam de Mithridate ipse melius silere puto, quam pauca dicere, qui non Magni modo, sed & Maximi Regis cognomento ornandus ex rebus gestis videretur, nisi maior Mithridate, qui Mithridatem deuicij Magnus,

Ille tremor Ponti, facti quoque terror Hydaspis.

maior, inquam, illo, imo ipso etiam se, quod tanti hostis, postea debellati cædauit ad se delatum oculis usurpare non sustinens, dignum insuper habuit, quem ob virtutem ac rerum gestarum gloriam fanebri laudatione honestans, Regem ætatis suæ præstantissimum appellitaret. qua de re Appianum, qui volet, consulat, merito ergo Magni Regis cognomentum & Tigrani, & sibi tribuit, Sallustianus Mithridates.

Neu malis pernicie nostra unum imperium prolatare, quam facis.

tate victor fieri.) Placet scriptura, quam alii, partim ex membranaceis libris, partim ex veteri editione eruerunt: *Neu malis pernicie nostra tuam prolat arc.* &c. Eodem significatu, quo paullo superius scripserat: *Ptolomæus pretio diem belli prolatans.* Hoc enim vult Mithridates, Tigrane secum a Romanis oppresso, Arsacem finem belli (id quod cum argumentis, tum exemplis aliorum Regum ostenderat antea) haud quaquam futurum, sed ulterius gradum, impetumque adeo in regnum ipsius facturos, quod eos iam pridem totis animis inuassile dicit, cupidine profunda imperii, ac diuitiarum. Quod ut animaduertat, monet; neu fallacibus ipsorum dictis fidem habeat: quibus hoc vnum student, vt belli moram ab Arsace rediment modo; fidē haud longius seruaturi, quam dum vtrumque, hoc est, & Mithridatem & Tigranem affixerint. qua re patrata præsens ipsi exitium a Romanis paratum esse: ac duobus Magnis regibus victimarum in morem mactatis, tertium Arsacem quasi succidaneum datum iri. Suadet itaque Arsaci, vt dolum ipsorum in præsens, ac bellum in posterum caueat: neu solum firmiorem se ad resistendum fore speret, quam si fœdere inito Reges tres potentissimi, veluti Geryon aliquis tricorporus, vno animo pergentes, sociatisque opibus vndique Romanos, hoc est, latrones gentium pariter eant oppressum. victores haud dubie discessuri. cuius rei etiam facilitatem summa cum gloria coniunctam ostentat; eo magis, quod exercitus ipsorum procul ab domo, auxiliorum, comœtuum, omnium denique honestarum rerum inopiam patiens, paruo labore confici, ac disperdi posse videatur. Hoc honestius certe, piētius, securius denique, quam vt dum alienis laboribus tutum fore se sperat, armis abstinendo, ac se quasi medium gerundo, occasiones rei bene gerundæ amittat: atque hoc modo & belli & perniciei suę diem prolatans, tandem pro intempestiuis falsæ quietis induciis, mox futuri mali sortem pariter cum vsura dependat.

Quam maximis itineribus per regnum Ariobarzani contendit.)

Ariobarzani tam hic, quam in Epistola Mithridatica, proinde vt vulgo legitur, censeo reponendum, quicquid dicant alii, antiquo casu. Sic & *Regnum Persi Macedonicū* idem dixerat supra, pro *Persis*. Sed & Cicero, *Filium Verri*, pro *Verris*, & Virgilius, *Immitis Achilli*: pro *Achillis*. Qua de re Probum vide in Catholicis.

Cum interim, lumine etiam tum in certo, dua Gallia mulieres conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt.) Si in loci huius enarratione frustra me dixero alias fuisse, profecto haud mentiar. Nec tamen mirum, cum (vt Petroniani Bollenii expurgationem in rem meam vtat) & homo sim, & adhuc iuuenis; ad de Lucretii (at quanti Poetæ?) auctoritate inductus; apud quem istiusmodi exemplum legeram: *Tempore eo si odorata est, quo menstrua soluit*: vbi de muliere menstruali, ac sanguinis profluvio abundante

dante loquitur. Itaque in eadem fortassis nunc etiam persuasione hærerem, nisi me errantem humanitus, comitare (ut solet) sua, facile in viam reduxisset Lipsius, pariter aurem vellendo, & admonendo, existimare se *Mensuram* hoc loco non pro *Mensibus genitalibus*, sed pro *Sacris* potius accipienda; iis dico quæ quot mensibus pro exercitus incolumitate, & maxime salute suorum, persolui nescio an Romani, Barbari certe moris antiquitus fuisse videretur: quam quidem ego hominis ingeniosissimi, & omnium sine controuersia doctissimi interpretationem quom *Amplius* primum pronunciare ausus, ipse mecum & cum animo meo curiosius aliquamdiu agitalsem, accessit tandem ad Lipsianam sententiam auctoritas Plutarchi, apud quem (ut forte an consilio in Crassum eius incideram) hæc verba inuenio: οἱ δ' ἐπερωτῶ μὴ τὴν ἀγορῆσι διπλοκρύπτῃν, τὰ κρητὴ καταιμπίζοντες, ἐφθύντες δ' ὑπὸ δυοῖν γυναικῶν αἰσθησομένων τοῖς πολεμίοις, εὐινδύνδυσαν, εἰ μὴ Κράσους ὀξείως ἐπιφανείς, μίχην ἔβητο πασῶν καρτερωτάτη. *Id est: His imperat (Crassus) ut quam possint occultissime iter faciant, qui studentes hostem fallere galeas frontibus contexere. conspecti autem a duabus mulieribus, quæ sacrificabant pro salute hostium, in periculo fuissent, ni celeriter interueniens Crassus pugnam commississet multo acerrimam, &c.* Vides, quantam a Plutarcho Sallustius, a Sallustio contra Plutarchus accipiat lucem. Nam absque illo foret, nec per quas mulieres, Italicæ, an exotici generis; nec e quo loco; nec quo dici tempore; nec qua occasione insidiæ istæ militares detectæ fuerint, compertum quicquam haberemus. Nunc ex Historici nostri reliquiis discimus, *lumine adhuc incerto*, hoc est, sub matutinum crepusculum, opera mulierum maxime, & quidem nationis Gallicæ istud ipsum euenisse hoc amplius; causam deprehensionis eius turbæ vitationem, fortuitumque fecellum, atque ascensum existisse, in solum ac deuium (vix apparet) montem eius rei gratia factum, quo videlicet maiore cum silentio ac religione, extra conuentum sacra illa peragi possent. Vnde & liquido est animaduertere, quam curiosa vbi que Rerum, Temporum, Locorum, Hominum denique tractatione Historiam suam exsecutus Sallustius. qua sane mihi admiraculum vsque disertus ac prudens omnem humani ingenii caprum supergressus videtur; Historicorum quantum est, erit, aut fuit vnquam, haud dubie princeps: & cui illud de Mæonio poeta volgatum optime hinc tribui possit:

Longe erit a primo, quisque secundus erit.

Hi locorum perignari, & soliti neclere ex viminibus vasa agræstia, ibi tum quod inopia fessorum fuerat, ad eam artem se quisque in formam parma equestris armabat.) Puto corrigendum: *Hi locorum pergnari*. Sic supra *Fiducia gnaritatibus locorum*. Item, *Foret pro Fecerat*, Sed & illud: *Ad eam artem*. non placet; malim que, *Ad eas artes*: idque ex veterum librorum fide, in quibus diserte expressum le-

gitur: *Ad eas arces, mutatione facile T. scilicet in C. facta. Clausi lateribus pedem.*) Laudat Fragmentum istud Fronto, confirmare se studens auctoritate Sallustii, probe oppido, ac Latine dici: *Altus pedes tor.* Sed cum in hoc exemplo nec vola, nec vestigium elocutionis eius vsquam gentium compareat; cui dubium esse potest, quin vox *Altus* mala manu istinc sublecta redonari Sallustio debeat, restituique forte sic hoc modo? *Clausi lateribus pedem altis.*

IANI DOVZÆ NOR- DOVICIS AD C. SAL- EVSTII CRISPI FRAGMENTA v. Historiarum Libri, Notæ.

AT Lucullus, audito Q. Marcium Regem pro Consule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere.) Hic consul fuit A. V. DCLXXXV. vna cum L. Metello, fratre Q. Metelli Cretici, qui (vt auctor est Peditanus) Consule Pompeio Sicilię Prætor fuit. Sed & ipso sub initium Consularis sui, & successore suo, antequam Magistratum eum iniret, defunctis; nemineque in locum porro eius subrogato, solus eo anno Consulatum gessit; cuius hic mentionem inicit Crispus haud alio referendam, quam quod Lucullus, comperto Regem istum cum tribus Legionibus in Ciliciam (quæ eisdem prouincia cum exercitu decreta erat) per Lycaoniam tendere, suis militiam detrectantibus, ac iam abuentibus omnia, auxilium eius aduersus Mithridatem implorauit: sed frustra; id quod ad proximum Fragmentum docebimus.

Legiones Valeriana comperto, Lege Gabinia, Bithyniam & Pontum Consuli datam, missos esse.) M. Acilium Glabrium intelligit, qui A. V. DCLXXXVI. cum C. Pisone Consul fuit, eique prouinciæ istæ vna cum Mithridatico bello decreta. Sed huiusmodi rescribendum: *Consuli datam, sese missos esse.* quæ coniectura eo mihi firmior videtur, quo propior cum ad priores omnium editiones, tum vero etiam ad scriptorum codicum fidem accedit, in quibus probe & plane exaratum legitur, *Consuli datam esse, missos esse.* quod quam proclive fuerit imperito cuiuspiam exscriptori, ex nostro hoc *et sese* architectari, quis non videt? Ceterum, *sese missos esse*, ab armis dimissos, & quasi militaris sacramenti nexu exsolutos interpretor. Hic enim color erat, quem Legionarii illi Valeriani, animis a Lucullo pariter abalienatis, rebellionis suæ prætexebant. Desiderantur autem verba, quibus periodi istius clausula explebatur, puta, *Causantes, seu Pratendentes, militiam detrectauere.* quæ

quæ Priscianus, cui nos & huius & prioris Fragmenti conseruationem debere potest, per incuriam, vt solet, citare porro neglexerit. quod ego a me dictum cupio, non quidem contextus augendi, sed interpretandæ sententiæ tantum: quæ clarius vt liqueat, haud abs re fuerit, historiæ argumentum altius aliquanto repetere. Ea vero sic habet: Post Triarii cladem cum Lucullus aduenisset, isque Mithridatem facile opprimere posse, si in eum perrexisset, videretur, ab exercitu suo desertus nihil profecit. Fuerunt autem Legiones, quæ primum sub Valerio Flacco, post sub Flauio Fimbria meruerant, quæ a P. Clodio sollicitatæ, quum stipendia sua se consecisse dicerent, dicto audientes esse, ac Imperatorem in Mithridatem se qui recusarunt. præsertim vero, vbi Acilium Glabrium Consulem Lucullo successorem Roma missum adesse cupientissimis animis acceperunt. quæ Lucullo causa fuit, vt, cum militum suorum seditione, tum quod ne a Marcio quidem, qui (vti dictum iam antea est) Ciliciæ cum imperio præerat, auxilium impetraret, omnibus modis proditus desertusque a suis, Mithridate veteri hoste relicto, retro in Tigranem conuertit.

Et uxori eius frater erat.) Huic elocutioni parissima illa quam supra libro primo habuimus, *Liberis eius auunculis erat.* Innuicque haud dubie P. Clodium, qui, quod frater vxoris Luculli foret, primo se apud Imperatorem loco esse volebat. quod, quum ob flagitiosæ vitæ impuritas, summamque improbitatem atque insolentiam, minus ei ex sententia procederet, excogitauit homo malitiose & arroganter confidens, quam potissimum ratione, & quibus artibus Lucullum de Imperii fastigio deiectum præcipitem daret. Itaque inuidia, atque ira, pessimis consultoribus grassatus, comperto, Fimbrianos milites (quos supra Legionem Valerianas, a Valerio Flacci Imperatoris quondam sui nomine appellauit) ad singula seditionum momenta iam pridem arreptos, intentosque diem nouandis rebus circumspectare; eosque, ac ceteros de factione, quorum cognouerat promptam audaciam, comparatis delinimentis subire institit. persuasitque facile animis lubricis, & iam inde ab antiquo turbare ac tumultuari assueris, se non amplius sacramenti religione teneri. cuius rei species erat, rogatio legis Manilia, quæ præuinciam atque exercitus omnes, quibus ad id usque tempus cum imperio Lucullus præfuerat, Pompeio recens a Piratico bello reduci mandabantur, adiecta etiam Cilicia, quam Glabrio obtinebat. Proinde sic quasi ex Senati decreto vna cum ipso Imperatore suo exauctorati, traducebant illi otiose in Gordyene tempus. Pompeium, aut quem alium Imperatorem ad succedendum Lucullo missum expectantes. Ex quibus omnibus perspicue patet, in Fragmento isto ordinem perperam ac præpositere seruatū esse, & quod nunc quintū legit ante superiora illa quatuor principe loco collocari debere. Quo et haud absurde meo quidem animo pertinere iudi-

co exemplum proximum, illud quod istud antecessit, volui dicere: *Ceteri negotia sequebantur familiaria Legationum, aut Tribunorum, & pars sua* (subaudi, negotia sequebatur) *commeatibus mercatis.* Id est, militiæ vacatione, seu missione, non data, sed emta, pretioque conciliata a ducibus suis: arte nostris etiam Strategis non ignara. Vnde magis etiam videre est, quanta lubido Romanos istos manipulares tenuerit, veterem Imperatorē nouo commutandi, ac relicto Lucullo se cum Pompeii victoris, ac bis Triumphalis copiis ambitiose coniungendi.

Nam si in Pompeio quid humani euenisset.) Fragmentum istud, Catuli Orationis partem fuisse, summam a Sallustio recenset, pro certo mihi persuadet Plutarchus, ita super hac ipsa re in Pompeio suo differens: *Κάτλος δὲ καὶ Πόμπου ἐπεσθλῆστος, πολλὰ μὲν αἰδέμενος ὁ δὴ μὲν ἡσυχίαν παρεῖχτο. ἔπει δὲ ποτὰ μὲν ἡμῶν ἀντιφρόνως ὑπὲρ Πόμπου διελέγων, συνεβόλου φεῖδεσθαι, καὶ μὴ ἐπιβᾶν τὸν ποιεῖν αἰδρα κινδύους ἐπαλλήλοις, καὶ πολέμοις. ἢ τίνα, εἶπεν, εἴτε αἰδον αὐτὸς πείσῃτε τῶν.* Id est: *Procedate ad dicendum* (aduorsus legem Gabiniam) *Catulo, magnum silentium tenuit reuerentia eius populus.* Postquam hic multis Pompeii laudibus candidè commemoratis, suasis, vt parcerent ei; nec periculis & bellis aliis ex aliis talem virum obicerent. *Aut quemnam* (inquit) *habituri estis alium, huic si amiseritis: &c.*

I A N I D O V Z Æ N O R D O V I C I S A D I N - C E R T A C. S A L L V S T I I C R I - s p i H i s t o r i a r. f r a g m e n t a, N o t æ.

P*ompeius oris improbi, animoque inuerecundo.*) Dii Criticis istis male velint, vel faciant potius, oris quidem improbissimi, animo vero multo iauerecundior: qui Sallustiano stigmate non contenti; quo Historicus ille animi inuerecundi notam Censoria tetricitate Pompeio in perpetuum inussit; nobilem illam, omnibusque Priscorum monumentis decantatam oris eius probitatem, in dubium insuper vocare sunt ausi: & quidem, quod indignissimum est, contra omnium librorum auctoritatem. Atqui, si non aliud, ac certe Sallustiana conscribendi ratio a criminatione ista reprehendere, ac retinere debebat; qui bis eandem rem dicturus non fuit; nisi forte cum ab antiquo solemnī illo suo, quod principem in ipso virtutis locum obtinere videmus, in hac historiæ parte recessisse dicemus. Sed hoc verisimile non est: potius crediderim hoc Censorum genus, ceteros

teteros omnes ex suo ingenio probare consuetos, quoniam ipsis qua ore, qua animo, nihil improbius, nihil confidentius, eo probissimum illud caput, Pompeium dico, sui similem ratos, in hoc album, atque in has Tabulas retulisse, in quas ipsi iam pridem, non sine multorum, & famæ, & rei dispendio, nomina dedisse conuincuntur. Hoc profecto verius, quam ut Crispum Vilius aut tautologia aut mauesisti mendacii insimulare audeamus, quod hercule ipsi euenire necesse fuerit, si de eorum, quos dixi, Phormionum sententia, improbitas oris hoc loco cum animi inuerecundia copuletur. quæ duo germana, ac tantum non gemina esse res ipsa vociferatur. siquidem ita natura comparatum videmus, ut qui os ferreum, frontemque perfrictam gerunt, abesse non possit, quia iidem animo pariter inuerecundo, hoc est, in recessu impudentes reperiantur, & quidem semper: non item e transuerso, id quod ex hoc Sallustiano de Pompeio testimonio comparebit, si tamen ita (ut in reliquis fere editionibus est) ad pristinam formam reconnetur: *Pompeius oris probi, animoque inuerecundo.* Argute sane, ut in hoc scriptore omnia, maxime ob anthitheta illa; *Animi, dico, inuerecundiam;* cuius rei testes cum primis inuidia, atque ambitio Pompeii, quibus idem Lucullo (at cui viro?) victoriam cum imperio modo non e manibus impudentissime extorsit: (Nam de Carbonis ter Consulis, patroni, siue (ut verius cum Plauto dicam) Genii sui patricio, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat disferere) ingenuam deinde probitatem, quam in eius viri ore, ac vultu toto, summa cum modestia habitasse, seque non sine rubore grauioso, quoties ad dicendum accederet, prodidisse extrinsecus, in tantis testimoniorum vndique affluentium copiis probare necesse non habens, vnicuique Plinii modo indicio contentus lectionem absoluaui. Id vero libro xxxvii. cap. ii. legitur istiusmodi: *Imago Cn. Pompeii e margaritis, illa regio honore grata, illius probi oris, verecundique per cunctas gentes, illa inquam ex margaritis, seueritata v. etc., & veriore luxuria triumpho.*

Simulans sibi alium purgari. In Seruio est, *Simulans alium purgare:* sane bene, atque (ut multa paucis proloquar) Sallustianum in morem. hoc est, adstrictè, ut eius historici omnia, cui simile Tibullianum illud: *Mox simulat transire domum.* Item apud Tullium: *Vlyxes frivere assimulabat.* putoque eum de Mario loqui; qui (ut Plutarchus in vita eius tradit) cum sub noctem eum principes citra cis adissent, atque in Saturninum concitarent, his inscitis aditit illum altera ianua. Mox alui profuuium apud utrosque caussis, modo ad hos, modo ad illum in ædibus transcurrit, eosque ante se commisit atque inflammavit. Scio, statim hic mihi obiectum iri, facinus istud Marianum (quod a Plutarcho commemoratur) multis annis ante Lepidi & Catuli consulatus (vnde huius initium Sallustium fecisse, cum ex principe pri-

hinterferentibus; agerarent effici, more loquendi Crispo nostro perquam familiariter: & copias, comitatum seu annonam militarem interpretentur.

Tantum, antiquitatis, curaque maioribus pro Italica gente fuisse.) Lectio ab hoc loco aliena, nihilque ad Genium Sallustianæ antiquitatis ficiens, quam hoc modo me coniect. te restituas licebit: *Tantum anxietatis, curaque, &c.*

Cuius aduersa voluntate, colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum; & exercitus Sulla datus est.) Recte est, *Aduersa voluntate*, hoc est, animaduersa a Sullanis Scipionis Cof. voluntate: Nam de Scipionis exercitu accipiendum clamat res ipsa; docetque nos Plurarchus in Sulla his verbis: *ὁ δὲ συλας ἐπὶ πελοπίσι στραπέδῳ, καὶ μεγάλαις δυνάμεσι περικυκλωθεὶς αὐτῷ τὸς πολέμους ἐρωτῆσαι πρὸς θεὸν, ἢ πῶς θωάται, καὶ διὰ πάσης ἀποκαταμῆν (ὅς εἰς Ἰαλύσσῳ τὸν ἵππον) ἢ ὑπὸ ἁπλῶν σκιπίωνα. διέξαμνος δὲ ἐκείνης, σύμπορον μὲν ἐξήνοιθε, καὶ κρινολογίας πολέμους. αἰεὶ δὲ πικρὰ καταγέλαστος, καὶ ἀποφαινεῖ μὲν ἀπῶν ὁ σύλας; διήφθαιρε τὴς ἀπὸ σκιπίωνα τοῖς ἑαυτῶ στραπῶνταις ἠσκημένοις ἀπὸς ἀπῶν καὶ γρητείας ἔπαται, ἀπῶν αὐτῶς ὁ ἡγεμῶν. εἰσὶ οἷοις γὰρ εἰς τοὺς γέροντας ἢ πολλομένων, καὶ ἀναμιγνύμενοι, τὸς μὲν ἀδύς δεγμῶν, τὸς δὲ ὑποχίσει, τὸς δὲ κολακάζοντες, καὶ ἀναπείθοντες, ἀποστήθητο.* Id est: At Sulla multis adhuc exercitiis, & ingentibus copiis hostium circumfusum se videns, omnibus impar viribus, dolo inuitauit alterum Consulem Scipionem ad fœdera: Non aspiciente illo, congressus & colloquia crebra fiebant. Sed semper moram aliquam Sulla & causam iniiciendo, militibus suis ad omnem fraudem & præstigias, sicut ipse dux erat, compositis, exercitū Scipionis corrupit. Nam ingressi in hostium castra, iisque admitti alios pecunia, pollicitis alios, nonnullos delinimentis inductos ad se illere. Ab his initium factum Appianus scribit, clam Scipione, secreto cum Sulla, si propius accederet modo, de transitione agendi pariterque hosti proditum, quasi sub cultro (vt apud Flaccum est) loquendi imperatorem. Et fortasse huc etiam pertinuerit locus, quem paulo ante indicauius, hoc exemplo: *Inde ortus sermo perstantibus: Urimque, Satin' salua? quam grati ducibus suis? quantis familiaribus copiis agerent?*

Insolens uera accipiundi.) More tyrannis consueto, quotum, quamquam alieno ex ore sapientium; auriculas teneras mordaciter radere fas nato nemini, qui quidem vitalem se esse postulet: nihil nisi quod animo complacitum, fictumque ad voluptatem fieri audire sustinentes. vnde veritas & fides sese ab Aula spei nunt procul. Neque vero dubium mihi est, quin hæc de Tigiane Mithridatis genero sint accipiunda: quem dulci fortuna ebrum ita insolentem dominationem agitalle perhibet Appianus, vt ex tanta infamia populorum multitudine eius imperio parentium, nemo cum tantis ceruicibus repertus, qui de aduentu Luculli iam

Euphratem cum Romano exercitu transgressi quidquam Regi suo præsignificate ausus fuerit; pariter omnibus meruentibus sibi, vniufque tenebrionis periculo perdoctis, linguæ repagula frenare; quem Rex ille, ob nuncium a deo liberum patibulo statim suffigi, numerumque porro suspendiosorum augere iusserat.

Carbo turpi formidine Italiam, atque exercitum deseruit.) De pendenda hac, & Consulari adeo Imperatore indignissima formidine, fugaq; Carbonis, ita Appianus: *Ἐλάτῃ τῇ ἑσπέρῃ τῷ Ραβένῃ ἐπὶ τῷ Ἄλπεσιν παρήκουσι, ἀφρονῶς ἐς Μίτιλλον μεταθέντες, καὶ Ἀδύκῃ ἐπὶ τῆς τῶν Καρβωνείων ἑνὴς αἰθῆς πρὸς Πλακεντίαν. ἔνθ' ὁ Κάρβων πωδωτόδωρ τρισμυρίας ὁμῶς ἔπι ἔχειν αἰθῆς τὸ Κλήσιον, καὶ δύο πῆλα τὴν Δαμασίππεα, καὶ ἑπτὰ αἰθῆς Καρβίαν καὶ Μάρκιον, Σαμνιτῶν δὲ αὐτῶν χεῖρα ποδῶν αἰθῆρας ἐπὶ αἰθῆς τῶν κακοπαθόντων. ἀπογὰς ἀπαύτων, αἰθῆρας ἐφύλαξεν ἐν τῆς φίλοις ἐς λιβύλῳ ἐξ Ἰταλίας, ὑπερὶ ἑπὶ ἄν, ὡς Ἀιβύλῳ παρασησώδωρ ἂν τῆς Ἰταλίας.* Hoc est: Præterea tota Cisalpinga Gallia defecit ad Metellum, & Lucullus contra Carbonianum exercitum alium prospere pugnavit ad Placentiam. quibus auditis Carbo, quamvis haberet adhuc armorum xxx. m. circa Clusium, & duas Damassippi legiones, & totidem alteras sub Carinate, Marcioque; adhuc Samnitium magnam manum ignaviter angustias pertrumpere molientium; omnibus tamen rebus desperatis, segnitè profugit cum amicis in Africam, Consul Italiam deserens, quasi hac amissa illam occupaturus.

Mithridates corpore ingenti, perinde armatus.) Hoc exemplum brevitatis nomine commendatur a Fabio lib. 8 cap. 3. Neq; hercule mirum; quippe a Sallustio, vno & vnico illo brevitatis amatore. si tamen ita mihi legendum; ac non potius *animatus*, id est, spiritus animofos, vereque regios gerens. In qua sententia doctissimum Belgarum Lipsium esse video, cuius ego singulas coniecturas, singula oracule puto. Lusit in huius vocis ambiguitate lepide Varro, vbi scribit: *Maiores nostri, quum allia & vepe verba illorum olerent, tamen optime animati erant.* Quod si quis receptam tamen lectionem tueri maluerit, haud magnopere pugnabo; præsertim qui de Appiano didicerim, Mithridatis arma, Delphos Nemeamque ab ipso transmissa, miraculo fuisse visentibus; indeque coniecturam posteris factam, de eiusdem immani staturæ modo, corporisque totius vastitudine.

Italiam coniunctam Sicilia constat fuisse: sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut propter angustiam scissum: inde Rhegium nominatum. Huius descriptionis causam Sallustio calida Spartaci consilia irritiq; conatus præbuisse videntur, quem Plutarchus tradit nauigia Cilicum prædatoria aliquot in freto nactum, (quo fortasse referendum Fragmentum illud superius libri II. *Ad hoc pauca piratica, ætvaria nauigia.*) duobus armatorum milibus in eam Insulam expositis, de bello Scruili, illic paul-

lo ante sopito, rursus integrando consilia agitauisse: sed desertum a Cilicibus, proditumque, coactum se recipere a mari, atq; in Rheginorum p̄ntinsula considerare. vbi post a Crasso fossa, ac vallo circumdatus, obsessusque. Quis scit? an & his coniungendum exemplum libri quarti, tertium a fine dico; coaptandumq; hoc modo; præmissa Pronomine, vt cohæreat narratio: *Quod (scilicet Rhegium) ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus v. & xxx.* Ceterum consulendus de hoc spatio Plinius.

Pompeius deuisis Hispanis trophæa in Pyrenæis iugis constituit.) Non hostica trophæa modo, verum & corporis sui ipsius simulachrum atque effigiem, factis monumentum suis; multum hercle dissimilem illi quam postea Mithridatico bello patrato ex margaritis dedicauit, consecrauitque: si quidem Plinio credimus, ita porro cum Pompeii persona ac litiganti, libro xxxv. i. cap. i. *E margaritis, Magne, tam prodiga re, & facinoris reperta, quam gerere te fas non sit, hinc fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri? Nonne illa similior tui est imago, quam Pyrenæi iugis imposuisti?* Sed commonfaciendus est lector, binas hæc voces perpetam in singularem coaluisset, huiusmodi me mensore spatio determinandas: *Pompeius de victis Hispanis, &c.*

Equis paria operimenta erant, qua lintea ferreis laminis in modum pluma adnexuerant.) Credo Tigranis equitatum describi a Crispo; super quo Plutarchum consule in vita Luculli. *Rebus supra votum fluentibus.* Pompeii res prosperas, vti opinor, designat.

Vt tanta repente mutatio non sine Deo videretur.) Non procul hinc locum habuisse suspicor id Fragmenti, quod habes supra: *Et ei voce magna vehementer gratulabantur.* Putoque de Pompeio agi a bello Piratico reduce. de quo hunc in modum Plutarchus: *αἰθροῖται δὲ πάντες ἐξέχρησαν εἰς τὴν ὁδὸν, ὡς περὶ εἰς αἰθρῶν ὀλίγων ἀπὸ μὲν αὐτῶν. ἐποίησεν δὲ τὴν χάριν, τὸ παρ' ἐλπίδα τῆς μεταβολῆς τῆς, ὑπερβαῖν αὐτῶν ἀφρονίαν τῆς ἀγροῦς ἐχθροῦ.* Id est, *Quare nunciata, obuiam effusi sunt omnes, quasi non paullo ante eum emisissent. Faciebat inexpectata conuersionis celeritas gratulationem; foro omnium rerum venalium copia superfluente.* Nisi si quis gratulatione. n. istam a reuersione eius ex Africa factam intelligi malit; vnde Domitio Domitio; capto larba; Regnis, Regumque negotiis compositis victor in Italiam reuocatus a Sulla: qua de re sic idem scripor: *πυθόμενοι δὲ τῆς ἀληθείας, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀφ' ἀνοχῆς δέχονται καὶ παρασημαπὶν τὸν Πομπηίου ὡρμημένους μετὰ θυσιῶν, ἔασθ' ὅτι ὑπερβαλεῖσθε. καὶ ὡς ἐλθόντες ἀπέπτησεν αὐτῶν, &c.* Hoc est, Postquam omnes aduerteret (Sulla) ad excipiendum benigne Pompeium, & procedendum obuiam effusos, tetendit eos vincere, progressusque prodiit illi obuiam, &c. Sed omnium verisimillimum situd, quod, quum legitimo stipendiorum tempore expleto (qui mos

R. Equitibus erat (equo & ipse ad Censores adducto, redditaque militiæ ratione, eius peteret vacationem. Quo tempore ab altero Censorum, natu maior qui erat, interrogatus his verbis: *Quæro ex te, Magne Pompeie, ecquid omnia stipendia impleueris?* Pompeius alta voce respondit; Omnia se impleuisse, & quidem ipso semet Imperatore, ad quam vocem populum frequentem acclamasse testatur Plutarchus; nec sedati præ lætitia clamores potuisse, confluentibus pariter Censoribus, a quibus honorifice datum, allectante vniuersa plebe, eique cum maximo plausu gratulante, etiam deductus est domum.

In ore gentibus agens, populo, ciuitati.) Et hoc dissentaneum non est, ut de laudatissimo illo, ac vere Magno Pompeio scriptum habeatur.

Mere equestris prælii sumtis tergis, atque redditis, regressi ad faciliores ictus loco cedebant.) Ita enim bina istæ Fragmenta mala (vri apparet) non diuisa rursus in vnum conglutinari posse, de argumenti similitudine coniectare lubet; traductis alio verbis illis: *Castra sine voluere introitum;* quæ nunc media (si diis placet) inter cæta legitur. Ceterum reciprocam istam, accessum, & recessum equestri prælio, quasi feræ velitandi rationem explicat idem raulto clarius nobis in Iugurtha; de Numidarum equitatu loquens: *Quibus illi freti, non (vri equestri prælio solet) sequi, dein cedere, sed aduersis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.*

Equis, atque armis insignibus.) Sc & supra: *Equis & armis decoribus cultus.* De Pompeio loqui videtur, Sullæ Dictatori a victoria obuiam occedente quam rem ita commemorat Plutarchus: *ἦν δὲ ὁ Πομπηϊὸς ἐπὶ τοῖς ὄπλοις, ἀποσείωντο τοῖς ἡγεμόσιν ἕξ ὀπλιζῶν, καὶ διέλασον μὲν τὸ δούρειον, ὡς κακίστη τῶν αὐτοκροτοῦσα, καὶ λαμπερότητι φανεῖν. id est. Eum (Sullam) appropinquare Pompeius certior factus, Legatis imperat, ut exercitum arment, & instruant, quo quam pulcherrimam speciem præbeant Imperatori.*

Sorte ductos fusi necati.) Puto legendum, *eductos*, accipiendumque de leuera ac militari Crassi disciplina, qua idem in fugitoribus coercendis vsus, ex duabus Memmianis Legionibus contra edictum Imperatoris in hostem (Spartacum) pugnare ausis, profugatisque; quingentos primos, vnde initium fugæ factum fuerat, sorte eductos decimari præcepit. Quod vetus supplicii genus intermortuum, ac delitum iam pridem, postliminio in castra Romana reductum a Crasso. Auctor Plutarchus in eius vita.

Introrsus prima Asia Bithynia est, multis antea nominibus appellata.) An vero cuiquam dubium esse potest, quin hinc mutuatus Bithyniæ suæ descriptionem Isidorus? vnde & hoc Crispi Fragmentum (id quod supra in Corsicæ, ac Sardinia topographia præstitimus) laud mediocri supplemento succenturiari posse videtur.

detur, facie verborum nonnihil immutata; quæ ita apud eum sarcinatorum consuta leguntur: *Prima Asia minoris Bithynia in Pontio exordio ad solis orientis partem aduersa Thracia iacet, multis antea nominibus appellata. Nam prius Beritia dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithynio Rege Bithynia appellata. Ipsa est & maior Phrygia. Nicomedia urbs in ea est, ubi Hannibal fugiens veneri haustu animam exhalauit. Quorum postremam particulam de iuuenalis flosculis decerptam, est verisimile, ita de Mario scribentis.*

Si circumducto captiuorum agmine, & omni Bellorum pompa, animam exhalasset opimam, Cum de Testonico vellet descendere curru.

Videtur autem Sallustius a Bithyniæ descriptione exorsus, causas porro summatum solens expoisse belli a Romanis summi aduersus Mithridatem, per Nicomedem Bithyniæ Regem (id quod ex Epistola illa Pontici Regis didicimus): ipsorum maxime instinctu, armis lacessitum.

Dum inferior omni via grassaretur.) Sensus efflagitare videtur; vt pro via, vi rescribamus.

Cum Brutus a Roma abierat.) Credo exemplum idem esse cum illo quod hodie existat in Catilina, Nam Brutus ab Roma abierat. Itaque hic inducendum, ne fiat per uulgatū illud: Crambe bis posita.

Ad Iouis mandem nostra.) Ita & in Donato, & exemplaribus nostris, inserta prorsus, ac perplexabili sententia, imo nulla potius, ita vt dubium mihi non sit; quin, Id Ioui mandem nostro, debeat commendari, quasi si dicas: Iuppiter ista viderit, vel: Hæc Deo sint curæ, quæ supra nos negotium curabit. Sic & Martialis supplicans Domitiano.

Hoc satis est; ipsi cetera mando Deo.

*Morbi graues ob inedia in solita vescentibus.) Credo utique de exercitu Mithridatis a Cyzico cum obsidente, eo usque inedia redacto, vt ne humanis quidem canibus abstinerent; alii, pecorum in morem, herbis radicibusque euis vterentur pro cibo. vnde & grauium morborum & pestilentiæ causæ eo magis, quod itinera terrestria, qua com meatus subuehi possent, omnia a Lucullo obsessa circumquaque; & aquæ, per anni tempus hiemantes, maritimas importationes præpedirent. Quam incommoditatem obsessor ipse Cyzicenus questus erat supra, in Epistola sua ad Arsacem; ubi in hunc modum res, ita vt gelata erat, quam breuissime enarratur: *Arud Cyzicum, magno cum exercitu, in obsidione moranti frumentum defuit, nullo circumadritente, simul hiems mari prohibebat. Quid enim? potuitne breuius?**

Charybdis qua forte illata naufragia sorbens gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad litora trahis. Quo loco notandum raram significationem in voce Naufragia; quæ pro quassatū, & quasi astulatum dedolatarum nauium fragmētibus, laceris.

que armamentorum reliquiis posita; recte. Ceterum rescribendum *Per millia sexaginta*: eodemque etiam referendum videri alterum illud libri 4. quod habes supra: *Vbi se laniata nauigia fundo emergunt.*

Sallustius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt.) Vt de L. Scipione Sulla, Pompeius de D. Bruto castris collaris apud Mutinam obfesso. Sed, *Reportarunt*, malim. Et fortasse huc pertinuerit quod habes supra, *Castra sine vulnere introitum.* Quod ipsum tamen ad Pompeii Epistolam Senatui inscriptam, post victoriam de Bruto, quam dixi, referri oportere, potius est, ut credam, hoc Plutarchi testimonio adductus: ἔλασεν δὲ τὸν φόβον ἰπποδὴν παρὰ Πομπηίῃς κρημνισθεῖσα, κρημνωθεῖς αὐτὸς μέρης τὸν πόλεμον ὁ γὰρ βροχῆσθαι, εἴτε παρὰ δὲ τῆς δυνάμεως αὐτῆς, εἴτε αὐθόθεν μετασάλλοντος ἐκείνης, εὐχεύεσθαι τῆς Πομπηίῃς ὅτι σῶμα, &c. Id est: Hanc formidinem allata a Pompeio litteræ discessit, bellum sine certamine esse perpetratum. Brutus enim, quia vel ex certum ipse tradidit, vel, transitionem ille quum faceret, prodidit esse. teque & vitam suam in Pompeii permisit fidem. Addam corollarii vicem, huiusmodi victoriæ genus, in re tamen diuersa, & quæ ad Venerem potius spectet, quam Martem, etiam *praecipuo Triumpho dignam* censeri a Poeta Sulmonensi: *In qua* (ut idem festinissime argutatur) *quæcumque est, sanguine præda caret.*

Troianorum tempore inuadendarum terrarum causa fuerat nauigatio.) Et huc haud absulte transferri posse arbitror, coniectique Fragmentum illud, quod supra libro 3. est: *Namque primum Iasonem nouo itinere maris Aetæa hospitibus domum violasse.*

IN ORATIONES DVAS AD C. CÆSAREM REM DE REPVB. ORDINANDA.

DE Scriptore duarum (ut quidem nunc inscriptio est) Orationum ad C. Cæsarem, cur ambigerent literati homines, causa non erat: præsertim cum & codicum membranaceorum consensus; & (quæ ratio maxima est) geminissimus dicendi character: postremo tot tantæque in iis Censoriæ notiones exercitæ, sese ab alio nemine, quam a se uero & serio illo Historico esse, haud indicium modo, sed & fidem poterant multo certissimam. Quid enim? E summo puteo (uti apud Comicum nostrum est) similior nunquam potest aqua aquæ sumi, quam hæc ipsa sunt, & altera illa, quæ de Sallustianis

stianis naufragiis reliqua Deorum nobis benignitas fecit. Nam quod de Tacito, aut quouis alio etiam rerum illius ætatis auctore hallucinati sunt quidam, quid simile? Primum, numquam ea linguæ Latinæ puritas in Tacito: deinde, temporum ratio putetur: magnum sane inter Flauiani ac Iuliani seculi scriptores intervalum. Neque ipsi id insitentur. At breuitas illa, quæ in Historico nostro familiam ducit, non æque credo in his Orationibus, ac in ceteris eiusdem scriptis, compatet. Ridicula res vero; mirorque, vbinam & oculos, & animi mentem habuerint, qui huiusmodi ante nos sententias dixere: nisi tamen forte hæc ipsa, sicuti peregrinantes, perlegerint, quod hercle pernegari non potest. Quæ etiam causa fuisse videtur; vt quo in lingua Latina astrictius nihil, aut concisum magis, dici, scribi, vel fingi ne ab ipso quidem Sallustio possit, id isti immodice longum ac Sallustiana breuiloquentia indignum arbitrari sint ausi: hæc quaquam cogitantes, eiusmodi delicias longas dici non posse; quibus (vt Marcialis Tribuni intercessione pro Crispo Prætoris nostro vtar) nihil est, quod demere possis: vt omittam cetera, quæ in Cosconium noto ibidem Epigrammate leguntur, in huiusmodi nouos Laconas potius, quam veterem illum Celtiberi Poetæ criminatorem conuenientia. Verum aliquando in rem præsentem, in qua ego omnibus verbis vindicare, manumque cum hoste, (si vsus veniat) apud Prætoris, quem dico, conferere sum paratus. non quidem virilitatis studio (a qua scabie, meditare semper caui, vt vngues tenerem) sed veritatis, & Sallustiani honoris defendendi. cui hoc loco, assertorem me venisse haud pœnitet, magis reticuisse pigeat. Nam siue hæc, siue alia studiosis probabuntur, a me quidem pro virili dictum & adiutum fuerit. Reliquum est, vt quid de peruulgata hac inscriptione sentiam, quam breuissime potero, exponam. Nam Orationum nomine censendas persuadere mihi non possum. Proinde (more maiorum quod liceat) Epistolas, non Orationes iudico inscribi oportere: coniecturam ex eo ducens, quod auctorem ipsum, non orantem, sed scribentem postea inducit Sallustius, his verbis: *Forſitan, Imperator, perlectis litteris decernes, quem numerum Senatorum fieri placeat, quoque modo in multa, & varia, officia, &c.* Et aliquanto post. *Ea mihi omnia generatim describere haud difficile factum fuit, sed prius laborandum visum est de summa consilii, &c.* Denique etiam sub finem: *Qua mihi utilia facta visa sunt, quaque tibi vsui fore credidi, quam paucissimis potui, perscripsi.* Vbi manifesto vides, & litterarum & inscriptionis per litteras interpretis factæ, non autem Orationis ad Cæsarem habitæ fieri mentionem. Quod quoniam satis superque argumentis ostensum ac declaratum arbitror; decere videtur, aliquot ex omni numero exempla decerpta proponere: vnde, tamquam ex vngue leonem, cuius promptum sit oculo præsentem arbitrari, Epistolas

quas dico, utrasque sine probro lectas, hoc est, puras putas Sallustianas esse: neque quicquam in iis adulterium deprehendi, quod parentem suum inficiari possit. Exemplo fuerint vel hæc pauca: *Ita defessos, & exsanguis Regi, aut nationi prada futurus.* Sic in Catilina: *Quin defessis, & exsanguibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret.* Item: *Quare capesse, per Deos, Rempub. & omnia aspera, uti soles peruade.* Cui confine illud in Iugurtha de Mario: *Omnes asperitates superuadere.* Nisi cui forte hinc eum locum emendari, atque utrobique, *Peruadere*, legi placeat. Neque istinc adeo abhorret, quod scripserat supra: *Inter has difficultates euadendum est tibi.* Addam & tertium ex eadem: *Iuuentus probitati & industria, non sumptibus neque diuitiis studeat.* Cui parillimum illud Beili Iugurthini: *At contra quis omnium est his moribus, quin diuitiis, & sumptibus; non probitate, neque industria cum maioribus suis certet? illud vero Epistole sequentis, Postremo cuiquam mortali, cuius opes in excelsis sunt; quis cum hoc Catilinario exemplo facere non videt? Qui magno imperio pradi in excelsis aetatem agunt.* Cui contrarium alterum ibidem lectum: *In obscuro vitam agunt.* Iam istuc indictum nobis abire non debet: *Sed per ceteros mortales illa res clarior est, quod & prius defessi sint homines laudando magnificentiam tuam, &c.* adhuc illi quod in Oratione Lepidana habuimus antea: *Quibus per ceteras gentes maximi, & clari essis.* Que duo magnitudinem, dico, & claritatem, quarum altera ad potentiam populi Romani; altera ad gloriam referenda videtur) etiam infra coniungit. *Quis te clarior, quis maior in terris fuerit?* Neque illa phrasis silentio transeunda: *Cum indignabuntur omnia funditus misceri.* Sic in Catil. *Neque mutari, ac misceri omnia cerneret.* Scripserat idem paulo supra: *Quorum omnis vis, virtusque in lingua sita est.* ad exemplum credo illius e Catilina: *Sed omnis nostra vis in animo & corpore sita est.* succurrit illud: *M. L. Druso semper consilium fuit, in Tribunatu summa ope niti pro nobilitate.* Sic in Iugurthina Memmii Oratione *Vos pro libertate, quam ab illis accepistis, non summa ope nitimini.* Item: *Alieno pro scelere, sua quasi pro gloria nitentur.* Ab hoc diuersum, quod in hoc idem subiungit: *Contra eam nixi.* Nam *Consilium fuit mihi*, notius quam ut exempli sit opus. Neque omittendum illud: *Nam ubi cupido diuitiarum inuasit.* Idem eum in Epistola M. Thridatis: *Cupido profunda imperii, & diuitiarum.* Sequitur ibidem: *Neque ingenium ullum satis pollet, quin animus magis, aut minus mature, postremo tamen succumbit.* Cui clausulæ iustagatur illud quod habes supra libro 3. *Mutato facie corpore postremo tamen periere.* **Habes in eadem; Libertas iuxta bonis, & malis; strenuus, & ignauis optabilis est:** Sic in Iugurtha: *Iuxta boni, malique strenui, & imbelles multi obruncati;* Sed tibi, *Inulti*, rescribendum videtur. At hæc pauca e multis Elocutionum generibus annotasse sufficiat: **Cetera,**

Cetera, (vti spero) iuuentuti curæ erunt, vt ea pro se quisq; suapte industria inuestiget. Nam plura ne attexam, Sallustianæ breuitatis lex verat & ipse Lectori argutias longiores exhibere metuo. nam de labore meo facile est. Sed quis modus quasi obseruationum futurus, si nobis libido fuerit omnia ex amissis persequendi? Proinde ad digniora properantes, quæ restant Grammaticorum curiositati linquemus omitturi etiam compendii faciendi causa; simul ne communium miseriarum, quas per tot annos ægre, ac duriter exanclauimus, uos ipsi in memoriam inducamus; tot tantaq; in illustri positas pro rep. indignationes; quibus solens cum seculi sui vitiis rixari amat Sallustius; grauisimus alienæ & publicæ luxuriæ castigator. Quas si quis cum Catilinarii, & Iugurthini Belli querimoniis inter se contendere voluerit, facile videbit, eiusdem imaginis formam possidere utrasque: neque aliud in his maius discrimen comparere quam quo Menæchmum surreptum a Sescile discreuit Plautus. Quare his, vt dixi, præteritis, aliquot prius a me emendatiunculas daturus, rem ad exodium aliquando deducam.

Initium Epistolæ prioris.

Populus Rom. antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare item alia, quæ per mortales auide cupiuntur, &c.) hæc distinguo: nec puto quicquam desiderari; multo minus locum corruptum, aut deploratum esse; id quod censent Critici. Proinde, *Obtinebat*, nouo significato, a nouatore verborum Sallustio positum accipio, pro *Opinabatur*, seu potius, *persuasum habebat sibi*, &c. pleno ac perspicuo intellectu.

Et quamuis bonus, atque clemens sit, qui plus potest, tamen, quia malo esse licet, formidatur.) Id est: Quia illi copia est male facienda: vel, quia in manu eius est, cuius potestas plus potest, clementiæ, an Tyrannus esse velit, ideo meruitur non amatur.

An illa, quæ paulo ante hoc bellum, in Cn. Pompeium, victoriamque Sullanam increpabantur, obliuio abstulit? interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prælio belli iure, sed postea per summum scelus interfectos.) Historia nota. Ceterum illud nobis haud satis probatum, *Interfecit*: eo minus, quod statim intra eandem periodum repetiturum legatur, *Interfectos*: quod ipsum sententiæ explendæ satis cum sit, miror, vnde nam alteram illud in contextum irrepperit.

Quoque modo in belli administratione scorta, aut conuiuia exercuerint nonnulli.) Eadem loquendi ratione usus & Plautus Amphitr. *Hæc nox scita est exercendo scorta conducto male.* Item Catullus.

Æmulus iste tuus, qui vestrum exercet amorem.

Retinuisse ab stultitia, & falsis voluptatibus.) Quo etiam fecit

Manibus Duellis predicare soleo, haud in sermonibus.

Aio postremæ litteræ adiectione in voce, *Duellis*, humanitus peccatum esse; qua demta, vera lectio patefiet denuo, Plautusq, antiquitati suæ restituetur, hoc modo; *Manibus duelli predicare soleo, &c. Duelli*, pro belli, antique, & poetice, hoc est, in bello, id quod paullo ante ostentum nobis. Idem error apud Ennium citante Prisciano inoleuit, versu illo,

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

Cum proculdubio & illic *duelli* sit emendandum, vitio imperitiæ, vt apparet, perperam in *duellis* mutatum.

Vt ex confusis quinque classibus forte Centuria vocarentur.) Corrigere ex superioribus impressis, *sorte*.

Nam perinde omnes res laudantur, atque appetuntur, vt earum rerum usus est.) iteratio *rerum*, non placet, & puto abundare, meliusque habitura omnia, si genitiuus ille tollatur.

Illud porro ingeniose ac feliciter, vt omnia, a Lipsio nostro castigatum habemus: *Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles, in quibus, sicut in statua, præter nomen nihil est additamenti.*) Cum antea in omnibus *sicut instituto*, aut etiam *instituo*, nulla idonea sententia, legeretur. de cuius certissimæ emendationis laude cumulum deruere vt liceat mihi, singularem lubentius plurali commutauerim, leui hercle, vel nulla potius interpolatione rescribens, *in statuâ*. Quibus etiam, *additamenti*, conuenire non puto; sed in eius locum *adiutamenti* recipiendum: idque ex sequentibus coniiicio. Nec est quod quemquam dictionis significantissimæ insolentia offendar, qui quidem meminere, non cum Grammatico sibi, sed cum nouatore verborum Sallustio negotium esse.

Calliditatem autem in laude, & pro mera prudentia antiquitus acceptam quis nescit? Itaque certe in Crispo sumendum, & id res ipsa potest: *Patres consilio valere decet, populo superuacanea est calliditas.* Et explicauit ipse antea: *Neque quisquam de futuro satis callidus, satisque prudens est.*

De illo vero, *Libertatem gloria clariorem habeo*, veteribus potius impressis assentior, qui *clariorem* præferunt. Idem de eo quod sequitur. *Ac per summam discordiam dilabi patiaris*, dictum velim; pro quo ceteræ editiones *socordiam* ostentant. quam quidem scripturam ego nupera & nouitia ista multis millibus habeo *clariorem*.

AD FRAGMENTA TRIA

Schoeti Seruiana.

FRagmenta tria, ex vetustis, & Seruianis doctissimi Petri Danielis schedis, nec dum publicatis, Lutetiæ descripta, atque inde porro ad C. V. Iustum Lipsium ab adolescente lectissimo, Andrea

N n. 5

Schotto, gratificandi causa Lugdunum nostram transmissa; alius neminis, quam Sallustii esse quouis pignore contendere ausim. Cui rei argumenta, primo stylum, dico: quem ego adeo omni ex parte Sallustiano dicendi generi respondere, probare posse videor; ut lacti similis esse non queat: deinde Seruilis belli tractationem, quam Sallustium in his Historiarum suarum libris executum esse, cum ex aliquot superioribus Fragmentis, tum vero ex Ausoniana illa duodecim annorum computatione ita examusim compertum iam pridem, atque exploratum habemus; ut satisfceptione nobis eius rei causa opus non sit. Absent tantum cæca literarum illarum, tot barbariarum mendis, ac maculis coopertarum, quibus ipse hercule eluendis sat esse non possum. neque enim Fullo-nicam didici. uti easse exarata accepi, ita representavi. Ceterum fides sit penes Exscriptores,

PETRI CIACCONI
NII NOTÆ AD SALLUSTIUM EDITÆ

CIO IO XLIV.

In Catilinam.

CAPVT I.

Omnis homines.) Varro Caprino prælio: Nam virtutem propriam mortalibus fecit, cetera promiscue voluit communia habere.

Diuitiarum & forma gloria fluxa.) Vetus Codex, gratia, habet, non gloria, ut & infra salutare plebem, & conuiuio gratiam querere; cum in aliis ibi quoque legatur gloria. & Apuleius, qui Sallustium pluribus locis solet imitari, Apolog. 2. Si hac reputans forma, aut diuitiarum gratia. quamuis, gratia, ibi, pro causa posita sit. Pacuius Duloreste ex Nonio, Hic cine est quem fama gratia ante omnes nobilitat viros: ubi fortasse legendum, forma gratia.

Vine corporis, an virtute animi.) Sic in Iugurth. Ad hoc vis corporis. & Quod si Regum atque Imperatorum animi virtus, & virtutem animi ad calum ferunt. sed & supra: Vim corporis & animi esse ait: Sed omnia, inquit, nostra vis in animo & corpore sita est: & infra, quanta animi vis fuisset in exercitu Catilinae, & Ac tametsi in ipso magna vis animi erat: & in oratione ad Cæsarem, quorum omnis vis virtusque in lingua sita est. Ergo non perpetuo vim ad corpus, virtutem ad animum referas. & infra: fuit magna vi animi & corporis.

Vbi

Vbi consulueris mature facto opus est.) Existimo post, *mature*, esse distinguendum. *infra facto*, non *consulto in tali periculo opus esse.*

Alterum alterius auxilio veget.) Sic Horatius, *Alterius sic Altera possit opem res, & coniurat amice.*

C A P. II. ¶ *Nam in terris.*) In vetusto libro sine voce, *nam*: *In terris nomen Imperii id primum fuit*: quid si legamus, *Nam terris nomen, &c.*

Pars ingenium alii corpus exercebat.) Sic *infra*: *Ingenium nemo sine corpore exercebat.*

Sua cuique satis placebant.) Hoc est, sua quisque sorte contentus erat, neque supra vires aliquid appetebat. sic in *Iugurth. debere res suas satis placere.*

Nam imperium facile his artibus.) Victorius hunc locum ex Polybio Iuniano putat, 24. cap. 12. Verba sunt Polybii in excerptis lib. x. Ἀπὸς μὲν ἐπιλαβῆναι δὲ ἐκπύουσι τοὺς δεχθεῖς, ἀπὸς δὲ πρῶτον, ὅτι κρείττονά φυλάττειται τοῖς ἐπιβοηθεῖς οἱ κρείττονά ἀγαμύναντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν πρῶτον ἰσχυρίων ἐξ ἀρχαῖς κατεστησάτω τοῖς δὲ ἰσχυρίων.

Qua homines arant, nauigant, adificant, virtuti omnia parent.) Notat Turnebus libr. 6. cap. 20. hac dicendi figura significari terras, maria, vrbes, omnia virtuti patere, & in eius ditione esse, sic *infra*: de pop. Rom. *cuncta maria terraque parebant.* Plautus Amph. *Virtus omnia in se habet, omnia assunt bona, quem penes est virtus.*

Artis bona famam quarit.) Seneca epist. 115. ait scripsisse Sallustium, *inter bella ciuilia, aequi boni famam petit, vt forte famam hic etiam scripserit.*

C A P. III. ¶ *Tametsi haud par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum.*) Turnebus *auctorem rerum*, *gestorem & administratorem* intelligit, contra quam Tacitus, qui *auctorem rerum & scriptorem* esse ait in 3. his verbis: *Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorum scriptura reperio vlllo in signi officio functam.* & iterum: *C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor.* Sed Plinius eodem fere modo loquitur libro 7 cap. 30. *Thucydidem Imperatorem Athenienses in exsilium egerunt, rerum conditorem reuocauere.* Est ergo apud Sallustium, *scriptor & auctor rerum idem.*

Arduum videtur.) Notat Gellius 4. 15. *Arduum hoc loco χαλιπὸν καὶ δυσχερὲς*, hoc est, tum difficile, tum molestum quoque & incommodum, ac intractabile: contra Sallustii obtrectatores, qui id verbum calumniabantur.

A studio ad rempub. latus sum.) Sic eadem pag. *vt a quo incepto studio me ambitio mala detinuerat*: tamen ex orat. de repub. or. in nando, videtur legendum. *Sed ego ad adolescentulus initio, sicuti plerique studio ad rempublicam. nam sic scribit: sed mihi studium fuit a adolescentulo rempublicam capeffere.*

Insolens malarum artium.) Sic infra *insolens vera accipiendi.* Tacitus lib. 15. *audiendi qua faceret insolens erat,* & 1. *Hist. bellorum insolens.* & lib. 2. *Hist. insolens contumelia.*

Fama atque invidia vexabat.) Hoc est, propter famam quaerendam, & aliorum invidiam declinandam.

C A P. IV. (*A repub. procul habendam decreui.*) Sic quidem in Iugurth. *Adolescentiam habuere, ibi senectutem agant.* Cato tamen, quem plurimum sequitur Sallust. *ego iam a principio in parsimonia atque in duritia, atque industria omnem adolescentiam meam abstinni. & secus atatem agerem, quam illi egissent.* Hic tamen legendum credo, *a repub. procul agendam decreui. ut Iugurth. Atque ego credo fore, qui, quia decreui procula repub. atatem agere, ut etiam paulo infra.*

Ambitio mala detinuerat.) Plus id est quam si reuocauerat dixeret: sic Iug. quibus a malo publico detineatur.

Quam verissime potero.) Fabius Victorinus in 1. lib. Cicer. de Inuent. Rhetor. legit, *quam breuissime.* Sed hunc locum & cum qui pagina 4. legitur, *supra repetere,* & *paucis instituta maiorum,* sic est *emulatus Tacitus Histor. 4. Ea de eade quam verissime expediam, si pauca supra petiuero.* Videndum ergo an non, potero, abundet.

Prius quam narrandi initium faciam.) Verisimile est Sallustium scripserit, *facio, ut Iugurth. Sed prius quam huiusmodi rei initium expedio, pauca supra repetam.* & Cicero in somnio Scipionis, *Grates tibi ago summe sol, quod priusquam ex hac vita migro. Virg. Ante pudor quam te violo, aut tua iura resoluo. Apul. Apolog. 2. prius quam perero: Cicer. Philip. 1. antequam de repub. dicere incipio.*

C A P. V. (*Patiens inedia.*) De Catilina hoc idem refert Cicer. Catil. 1. Phrafi utitur aliquoties Tacitus.

Supra quam cuiquam credibile est.) Sic Iugurth. *supra quam ego sum, petere.*

Cuiuslibet rei simulator.) Nonius in *simulare,* Cuius rei libet simulator, habet. quomodo etiam scriptum a Sallust. est in oratione de Repub. *ordinanda, & cuius rei libet periculum facere.*

Alieni appetens sui profusus.) id sic *emulatus Tacit. Hist. 1. pecunia aliena non appetens, sua parcus, publica auarus.*

Satis loquentia.) Videndus Gellius lib. 1. cap. 15. Plin. lib. 5. in epistola ad Ursulum: *Itaque Iulius Candidus non inuenuste solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam, nam eloquentia vix uni aut alteri, &c.*

Lubido maxima inuaserat reipub. capiunda.) Capessere Rempubl. frequentissimum est apud Sallustium, non, *capere;* quare hic potius legerem *Reipub. occupanda:* sequitur enim, *neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat:* sic in orat. De republica *ordinanda. Per idem tempus maledictis iniquorum occupanda Reipub. in spem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant. & Iugurth. At qui sunt hi, qui rempubl.*

publ. occupauere? homines sceleratissimi. & de eodem Catil. opprimenda reipub. consilium cepit.

Res ipsa hortari videtur.) Tacitus Hist. 4. Res poscere videtur quia iterum in mentionem incidimus viri sapius memorandi, ut vitam studiumque eius paucis repetam: vbi & illum alium locum de Sylla in Iugurth. est etiam æmulatus, Sed quoniam nos tanti viri, &c.

Quomodo rempub. habuerint.) Sic quidem Tacitus maximus Sallusti æmulator, Annal. 4. Congruens crediderim, recensere ceteras reipub. partes, quibus modis ad eam diem habita sint. Nescio tamen an ille scripserit, auxerint remp. infra enim Regium imperium quod initio conseruanda libertatis & augenda reip. fuerat. & Vbi labore atque iusticia reipub. creuit.

Ex pulcherruma.) Adducit hunc locum Diuus Augustinus libr. de ciuitate Dei 2. cap 18.

C A P. VI. ¶ Urbem Romam, sicuti ego accepi.) Æmulatus est etiam hunc locum Tacitus initio Annalium; quos sic exorditur, Urbem Romam ab initio Reges habuere.

Incredibile memoratu est.) Frequens est hoc apud Sallustium, ut cap. 7. Catil. cap. 45. Iug. & Tacitus 2. Hist. Vix credibile memoratu. & 3. Histor. immane dictu est.

Armis tegere.) Sic & V. C. meus, cum ante esset protegere. simili loco in Iugurth. armis libertatem, patriam, parentesque & alia omnia tegi.

Imperium legitimum.) Videtur hoc inferius annuo imperio opponere. cum ait, Immutato more, annua imperia, binos imperatores sibi fecere.

Delecti quibus corpus.) Tacitus Annal. 5. Trecenti delecti opibus aut sapientia, ut Senatus.

Reipub. consultabant.) Consulebant fortasse legendum; sic in orat. Cottæ, tolerare aduersa & consulite reipubl. & in orationibus de reipubl. ordinanda, apud illos una res publica erat: ei consulebant. Nisi forte, consultare, dixit, ut agitare, ductare, dictare, & multa alia huiusmodi dicere solet, hoc est, frequenter consulebant.

In superbiam dominationemque conuertit.) Meus liber, in superbiam dominationem se conuertit. Cæsar tamen in Anticatoe dixit, Vnius arrogantia, superbiaque dominio.

C A P. VII. ¶ Cæpere se quisque magis extollere.) Meus liber, per se quisque. Sed in orat. de republica ordinanda, Sallust. scripsit, Neque aliter quisquam extollere sese, & diuina mortalis attingere potest.

Belli patiens erat.) Sic Iugurth. de Mario, vbi primum militia patiens fuit. sic de puellis, viri potentes.

Vsu militiam discibat.) Credo dixisse Sallustium, usum militia discibat: sic in Iugurth. militia magna scientia: & Cæsar lib. 1. non magnum in re militari usum habebant.

Magisque in decoris armis & militaribus equis.) Si quidem hic

locus legitur apud Nonium, citaturque a Prisciano libr. 4. Sallustii locus ex Historiis: *equis & armis decoribus cultis. & ibidem: de decore, mulisque per terga ab hostibus cadebantur: nescio an hic quoque, decoribus armis, sit legendum.*

Sic se quisque hostem ferire.) Dux primæ dictiones absunt a meo libro, neque sunt necessariz.

Eas diuitias, eam bonam famam putabant.) In orat. de repub. ordinanda, eam virtutem & magnitudinem animi asstiment. Melius in meo libro: *ea diuitias, ea bonam famam putabant.* sicut infra cap. 31. *ea populus latari.*

Laudis auidi.) Non minus apte dixit Horat. *Græcis præter laudem nullius auaris. & Q. Curtius lib. 9. Auaritia gloria, & insatiabilis cupido fama.*

Diuitias honestas volebant.) Sic in orat. de repub. ordinanda, *bonas artes, honestas diuitias.*

Pugnando cepit.) Sic in Iugurth. *Vrbes aliquot pugnando cepit, & in Basi columnæ Duilii, quæ in foro Romano e ruinis est effossa fuit, est pugnando cepit, antiqua scribendi ratione. pro, cepit. Et Plautus Mil. glor. vi pugnandoque hominem capere certa res est: & Hirtius de bello Africo, castello in monte loco munito locato vi expugnando est potius, vbi legere, vi, & pugnando, & paulo ante, quib, locus est in meo libro, & vox longius, quæ statim sequitur, non legitur in eodem.*

C A P. VIII. ¶ *Ea res cuncta ex libidine magis quam ex vero celebrat.)* In eam sententiam in orat. de republic. ordinanda, quia plebesque res fortuna ex libidine sua agitat. Ex vero autem etiam Tacitus dixit Ann. lib. 4. *Neque Philippum potentia, sed ex vero statuisse.* ipse Sallust. in Iugurth. aptius, & omnes, nquit, honores non ex merito, sed quasi debitos a nobis repetit.

C A P. IX. ¶ *Ius bonumque apud eos.)* Tacit. de Moribus German. plusque ibi boni mores valent, quam alibi bona leges.

Discordias, iras.) Postrema vox in meo codice non legitur.

In suppliciis Deorum Magnifici.) Supplicia pro hostiis & sacrificiis capit, & alibi sæpe Tacit. 3. *Sed tunc supplicia Diis ludig, magna a Senatu decernuntur.* Vide Nonium.

Quod in bello sapius.) Dictiones, in bello, abundare existimo.

In hostem pugnauerant.) Repetit idem inferius pag. 39 *Quod is contra imperium in hostem pugnauerat.* & in declamatione Portii Latronis in. Carilinum; & Claudius in Annal. apud Gellium 17. 21. *In Gallos pugnare. vnde & 17. 21. de hoc ipso.*

In pace vero.) Pro his omnibus reponendam credo tantum dictionem, &. *Et quod beneficiis.*

Accepta iniuria ignoscere.) Ita citatur hic locus apud Augustinum in epistola 5. quæ ad Marcellinum est.

C A P. X. ¶ *Æmula imperii.)* Sic Plin. *Carthago illa Romanæ imperii æmula, terrarum orbis auida.*

Cuncta

Cuncta maria terraque patebant.) Legendum credo, *patebant* sic infra: *Cui (P.R.) cum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent. & supra: Quae homines arant, nauigant, adificant, virtuti omnia parent.* Thucydides tamen lib. 2. in Epitaph. Periclis, ἀλλὰ πῶς αὐτῷ ἰσχυροῦσιν, καὶ γὰρ ἰσχυρὰ τῆ ἐμπερίας τὸ λῆμα καταναγαγόντες ἤνικον. Sed omnia maria omnesque terras nostrae audacia peruias fecimus.

Diuitia optanda aliis.) Id est, quae ab aliis optantur. sic in Iugurt. pag. 100 *Cui quamquam virtutis, gloria, atque alia optanda bonis superabant.*

Ea quasi materies omnium malorum, fuere.) Multus est in hoc nomine Tacitus, vt lib. 1. *Ea vetustissima militaribus odiis materies, & saepe alias.*

CAP. XI. ¶ *Propius virtutem erat.*) *Propius virtuti, vulg. Meus liber, Propius virtuti est.* Cicer. 2. Offic. prius de iis rebus, quae virtuti propiores sunt, dixerimus.

Sed primo magis ambitio quam auaritia.) Vt supra dixerat: *Igitur primo pecunia, deinde imperii cupido creuit.*

Venenis malis imbuta.) Sic infra: *animus imbutus malis artibus.* Liuius 39. *Illius excetra delinimentis & venenis imbutum.*

Bonis inuitis.) Meus liber, bonis inceptis.

¶ *Exercitum quem in Asia ductauerat.) In Asiam habet liber meus, vt infra: Sed is Piso in prouinciam iter faciens.* Vide ad hunc locum Liuium lib. 39. *Luxuria peregrina origo ab exercitu Asiatico inuenta in urbem est. ii primum lectos aratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quae tum magnifica supellectilibus habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt. Tunc psalteria, sambuciftriaeque & conuiuialia ludionum oblectamenta addita epulis. Epula quoque ipsa & cura & sumtu maiore apparari coepta. Tum coquus, vilissimum antiquis mancipium, & estimatione & usu, in precio esse; & quod ministerium fuerat, ars haberi coepta. Vix tamen illa, quae tum conspiciebantur, semina erant futura luxuria, &c.*

Nihil reliqui victis fecere.) Id est, omnia illis abstulere; sic infra 37. capta urbe, nihil reliqui sit victis.

Quippe secunda res.) Cat. in orat. pro Rhodiensibus, teste Gellio lib. 7. cap. 3. *secunda res latitia transuersum trulere solent a recto consulendo atque intelligendo.* Hoc ergo est, *sapientum animos fatigare.*

CAP. XII. ¶ *Pudore in pudicitiam.)* Sic de republ. ordinandis; *Vbi diuitia clara habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.*

Nihil pensi.) Frequens nimis est in hac translatione Sallustius,

nec minu: Tacitus. Nonius, *Pensum*, inquit, *significat ex aquatum: quod sine inclinatione sunt qua penduntur.* Lucil. lib. 28. *Nihil parui ac pens.*

Qua fortissimi viri victores reliquerunt.) Legendum contendere, *Qua fortissimi viri victis reliquerant, vel victores victis reliquerant.* comparat enim fortissimos viros cum ignauissimis, socios cum victis, aitque ea quæ fortissimi viri victores victis reliquerant, ea ignauissimos a sociis per scelus auferre. Cicero in Ver. in eandem sententiam multa: vt illud; *Nemo fere vestrum est, quin quemadmodum capti sunt à M. Marcello Syracusa, sæpe audierit, nonnunquam & in Annalibus legerit: conferte hanc pacem cum illo bello; huius pratoris aduentum, cum illius Imperatoris victoria; huius cohortem impuram, cum illius exercitu inuicta; huius libidinem, illius continentiam: ab illo qui cepit; conditas, ab hoc qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.* Et item illud: *Nimirum hæc forsitan illi mirantur, atque efferunt, esto: verumtamen honestius est recipere nostram, Iudices, ea quæ illius pulchra esse videantur, Imperatorem nostrum in bello reliquisse quam prætorem in pace abstulisse.*

C A P. X I I I. ¶ *Non minor inceserat;*) Meus liber, non minus, vt in Orat. Lepidi, *homines maximi nominis, non minus optimis maiorum exemplis.* & Tacit. Annal. 13. *Non minus insignis eo anno impudicitia, idem tamen lib. 3. Hinc, inquit, Gracchi & Saturnini, turbatores plebis, nec minor largitor nomine Senatus Drusus, & in eodem m. lib. paulo post est, viros patrum muliebria.*

Luxu antecapere.) Frequenter vtitur hoc verbo Sallustius, & Tacitus, estque præuenire, & præcapere:

C A P. X I V. ¶ *Alienum as grande conflauerat.*) Sic infra pag. 16. *as alienum grande conflauerant*, Cicero. *Conflare pecuniam, dixit pro Sextio; Qua ratio aut auferenda, aut conflanda pecunia. Sed ibi aliud est:*

Ad hoc.) Vtuntur sæpe his pro, præterea, Sallustius & Tacitus, & Iulius,

C A P. X V. ¶ *Hac fama valebat.*) Tacit. Histor. 2. *Non ultra paucos dies, quamquam acerbis iniuriis captum mendacium valuit.*

Vacuam domum scelestis nuptiis fecisse.) Cicero Catil. 1. *Quid vero nuper, cum morte superioris uxoris nouis nuptiis domum vacuam fecisses, nunc etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulaisti; quod ego prætermitto & facile patior sileri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas, aut exitisse, aut non vindicata esse videatur.*

C A P. X V I. ¶ *In præsens.*) Sic sæpe Tacit. vt Annal. 15. *omissa in præsens Achaia: & rurtus, In præsens haud animaduersis.* Cicero, in præsentia, dicere solet; multi alii in præsentiarum.

Gratis potius malus erat.) Hoc est, quod in orat. 2. de republ. ordianda, idem ait, *Malitia præmiis exercetur, ubi ea demeris, nemo omnium gratis malus est.*

Ipsi consulatum petendi magna spes.) Alii legerunt, *petenti*: non enim erat petendi spes, quippe nam petebat, sed ad piscendi: crediderim scripsisse Sallustium, *ipsi consulatus magna spes*; infra *Hac ipsa, ut spero, vobiscum consul agam.*

CAP. XV I I. § *Hortari alios, alios tentare opes suas.*) Sic Cic. Catil. 3. *omnia norat, oēs aditus tenebat appellare, tentare, sollicitare, petere, audebat.* sed quoniā meū liber habet, *hortari, alios tentare*, videant docti, an legi debeat, *Hortari ac ostentare opes suas*. Opes vero, non diuitias. sic opes; pro, potentia sæpe Cic. vt & in epistola Mithridatis: *scio equidem tibi magnas opes virorum; armorum, & infra Postulatiere plerique coniuratorum, ut proponeret quid ubique opis aut spei haberet.*

In unum omnes conuocat.) Hoc alias *cogere in unum* dicit; aut *contrahere*, aut *conducere in unum*. Exempla passim obuia:

Participes nobiles. Vox, *nobiles*; abundare videtur.

Bellum quam pacem malebant.) In Jugurth. *ut aliquando pacem quam bellum mallet.* Tacit. Annal. 13. *Ceterum uterque Vologesem regem nuntiis monebant, pacem quam bellum mallet.*

CAP. XV I I I. § *Legibus ambitus interrogati.*) Sic infra & ipse lege Plautia interrogatus erat.

Nos eam rem in medio relinquemus.) Gell. 27. c. 2. Q. *Claudius Annal. 1.* Nos, inquit, *in medium relinquemus*: vulgus *in medio* dicit; nam vitium isthic putant: & si dicas *in medium ponere*, id quoque esse *σδλοικῶν* putant: & tamen probabilius significantiusque sic dici videtur; si quis illa verba non incuriose introspiciat. Tacitus quoque Sallustii affectatot suis in libellis de morib. German. *Quod incompertum, in medium relinquam.*

CAP. XX. § *Nam idem velle atque idem nolle.*) Melius in Jugurth. *Quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere, in unum coegit*: sed hac inter bonos amicitia; inter malos factio est: hac Catilinæ personæ congruit.

In paucorum ius atque ditionem concessit.) Sic in orat. Macri: *Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem. vbi, ditionem, legendum fortasse est, & Livijs lib. 36. Ita Athamania omnis in ius ditionemque Philippi concessit.* Donatus tamen refert i. Hist. scripsisse Sallustium, *Quorum in gratia plerique concesserant.* In Jugurth. *victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere.*

Semper illis reges.) Eadem Jugurth.

Sirenni, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus.) Mutandam existimo particulam, atque; & legendum, *ignobiles atque vulgus fuimus, vel æque atque ignobiles.*

Nonne emori per virtutem praestat.) Legerem, *mori*: vt in orat. Lepidi, *est ne viris reliqui aliud quam solvere iniuriam; aut mori per virtutem?* Tacitus Hist. 3. *Moriendum victis; moriendum deditis: id solum referre; nouissimum spiritum per ludibrium & contumeliam sf-*

fundant, an per virtutem. qui locus ex hoc Sallustiano expressus videtur. Plautus Capt. *Qui per virtutem perit at; non interit.* Videndum tamen an apud Sallustium pro, *amittere*, legi debeat, *agitare*.

Illis diuitias superare.) Sic Iugurth. *gloria, atque alia optanda bonis superabant.* Cic. Paradox. *Uter igitur ditior est, cui deest, an cui superat.*

CAP. XXII. ¶ *Cum ad insurandum populares sceleris sui adigeret.*) Ante erat, *addiceret.* meus liber *adiceret.* Populares vero conuersionis dixit infra bis Donat. in Phorm. *Populares sui sceleris.* Sallustius,

In patris circumtulisse.) Meus liber non habet *in*.

CAP. XXIII. ¶ *Facinoribus cooperatus.*) Sic Iugurth. *Inopem & cooperitum miseris effecit.* Horat. Sat. lib. 2. *Fame si que Lupo cooperito versibus.* Tacitus Annal. 3. *Ne quis vita probre sus, & cooperitus infamia, provinciam sortiretur.* Cato apud Gellium 13 cap. 23. *Quum nefarium facinus peiore facinore operire postulas.* Sed Varro de re rust. 1 cap. 2. *Italiam vitibus cooperitam,* dixit.

Suametipse scelera.) Meus liber, *sua & ipse.* et legi possit, *sua etiam ipse.*

Inuidia atque superbia post fuere.) Meus liber, *profuere.*

CAP. XXIV. ¶ *Sua aut amicorum fide sumi an mutuam.*) Meus liber, *mutuo.* Sed eam vocem additam opinor *sumta*, enim erit fenore: sed dicit *sua fide sumere.*

Ad Mallium.) Sic constanter meus liber. Male in vulgatis, etiam Ciceronis, *Manlium.*

CAP. XXV. ¶ *Multa alia.*) M. l. addit, *praterca multa alia.*

Sed ei semper cariora omnia, quam decus atq; pudicitia fuit.) Hunc locum sic expressit Tacitus Ann. 13 *Huic mulieri cuncta alia fuere prater honestum animum: sermo comis, nec absurdum ingenium, modestiam praeferre, & lascinia uti, fama nunquam pepercit.*

Praterca multa facetia.) *Multa facetia*, est in meo libro, ut apud Plautum, *Delicia*, & 3. Hitt. *Insidia prima.*

CAP. XXVI. ¶ *Ad cauendum dolos, astutia deerant.*) Meus liber, *ad cauendam dolos, astutia deerant.*

Neque insidia quas consuli fecerat, prospere cessere.) Lego, *fecerat*, processere, infra: quod neque *insidia* consuli procedebant. & alibi saepe.

C. Iulium in Apuliam.) Meus liber, *C. Iunium.*

Dies noctesque festinare.) Variè hoc effert Sallustius, *Dies noctesque.* Item: *Diu noctisque.* De voce, *festinare*, vide Catonem apud Gellium lib. 16. cap. 14.

Neque labore fatigari.) Meus lib. *neque laboris face fatigari.* forte, *laboris fasce.*

Principes coniurationis.) *Populares* hos appellat, cap. 22. 24. 52. sed cap. 43. *Principes*, ubi intelligit Lentulum, Cethegum; &c.

CAP.

CAP. XXVIII. ¶ *Impendeat.*) Meus liber, Intellexerit, habet, & Impendebat.

Ianua prohibiti.) Sic in Iugurth. Numidas insequentes manibus prohibuit.

Dolore iniuria.) Distio, iniuria abundat in meo libro.

CAP. XXXI. ¶ *Darent operam C o s s.*) Cicconem vide Catil. I. & alibi.

CAP. XX. ¶ *Q. Metellus Creticus.*) Nonius in *Senati*, vbi hunc locum citat, prænomen Metelli non ponit.

Quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat.) Eadem verba repetit infra 111 Iugurth.

CAP. XXXI. ¶ *Neque loco, neque homini cuiquam satis credere.*) Totidem verbis in Iugurth. *Neque loco, neque mortali cuiquam, neque tempori satis credere.*

Neque bellum gerere, neque pacem habere.) Sic Iugurth *neque praelium facere, neque otium pati.*

Ad hoc mulieres quibus pro reipub. magnitudine.) Meus liber non habet, pro. Sed quid si legamus? *Ad hoc mulieres, quibus ille timor infelix inceserat, pro reipub. magnitudine afflictae sese.*

Dissimulandi causa, & quasi sui expurgandi.) Alii codices habent, *aut sui expurgandi. meus, dissimulandi causa, tum sui expurgandi. legere. a: dissimulandi, an sui expurgandi, sicuti iurgio lacesitus foret, in Senatum venit.* I acutus sane affectator Sallustii maximus, huiusmodi locutionem frequenter usurpat: vt Annal. 15. *Nihil metuens, an dissimulando metu.* & libro 1. *Legiones metu, an contumacia deseruere* & 2. *Metu inuidia, an ratus conscientiam satis esse.* & *sinem vii a sponte, an fato impleuit.*

Vt omnia bona in spe haberet.) Vocem *bona*, additam esse existimo. Sic enim loquitur saepe Cicero. vt libro Epistolar. ad Famil. xii. epist. 17. *Omnia esse in Bruto tuo.* & lib. 16. *Omnia habeo a te.*

Periit a repub. opus esse.) M. I. *perdit in rempublicam opus esse.* vt Q. Clodius in Annal. apud Gellium 17. cap. 2. *Nihil sibi diuitias opus esse.*

Ad hoc maledicta.) M. I. addit, *multa male dicta alia.*

Incidium meum ruina restinguam.) Non eo die Catilinam hoc dixisse refert Cicero, pro L. Murena: Sed paucis diebus ante, Catoni iudicium minitanti id respondisse. Sic enim ait: *Tum (Catilina) erupit e Senatu, triumphans gaudio, quem omnino viuum illinc exire non oportuerat: praesertim cum idem ille in eodem ordine paucis diebus ante Catoni, fortissimo viro iudicium minitanti ac denuncianti respondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restitutum: & Florus, qui item restinguere dicit. sed Val. Max. libr. 9 De improbe dictis, extinguere, vt quidam etiam V. C.*

CAP. XXXII. ¶ *Multa secum ipse voluens.*) Ipse vacat in M. h

Multa ante capere.) Vacare opinor vocem *multa*, & legendum, *ante capere qua bello vsui forent.*

Quorum cognouerat.) Meus lib. *quorum nouerat.*

Aliaque belli facinora parent.) Sic infra: *cum conuicti confessi que sint eadem, incendia, aliaque sada atque crudelia facinora in ciues patriamque parauisse, & infra: In urbe parata qua iusserit.* Verum nihilominus legendum existimo *parent.* nam multo antea parauerant, reliquum erat vt patrent. Sic infra *Roma socii incepta patrauissent. & supra: Pessimum facinus patratum foret.*

Ad urbem accessurum.) Infra: *In urbe parata esse qua iusserit; ne cunctetur ipse propius accedere, & : eaque magis properaret ad urbem accedere.*

C A P. XXXIII. ¶ *Fama atque fortunis expertes.*) Sic Cicero de vniuersi. *Expertem reliquis quinque motibus cum orbem voluit esse.*

Sæpe maiores vestrum miserii plebis.) Sic quidem Gellius lib. 20. ca. 5. Sed in multis exemplaribus *maiores nostri* scriptum est, quod magis probo. Nam quum magistratus ad populum verba habebant, *maiores vestri*, dicere solebant, aut *vestrum, Maiores vestri parandi iuris, &c.* In orat. Macri: *Maiores vestri parauere.* In Senatu vero, *maiores nostri*: vt post in orat. Cæsaris. Hic vero cum ad Imperatorem mandata sint, *nostri* potius scribendum.

Argentum are solutum.) Sic quidem Nonius in *Soluere M. l. argentum ex communi are solutum est.* Sed accuratius perpendendum.

Nisi cum anima simul amittit.) Sic in Iugurth. *Ærumnas cum anima simul amissi.*

C A P. XXXIV. ¶ *Senatum populumque Rom.*) Voces *populum Romanum*, abundare existimo: dixit enim, *Si quid ab Senatu peteret vellent.*

Sefalsis criminibus.) Meus lib. *criminationibus.* Sed ea vox expositoris esse videtur.

Fortuna cedere.) Sic Tacitus Histor. 3. *Vitellianorum animi, & ut quisque ordine anteibat, cedere fortuna.*

C A P. XXXV. ¶ *Recognita, grata mihi.*) Meus liber: *Recognita mihi magnis in meis periculis, forte scriptum fuit, regnata mihi.* Tacit. 15. *Idque nulli magis gnarum, quam Neroni. & 12. At nobis ea pars militia maxime gnara est. vt vox, cognita expositio sit vocis gnara.*

Non quin as alienum meis nominibus.) M. l. *non quia as alienum sumtum meis nominibus, ex possessionibus soluere non possem, cum alienis nominibus.*

Honore honestatos videbam.) Forte Sallustius, *honoros videbam* scripsit. sic enim hoc nomen a Tacito vsurparatur, a Sallustio vt pleaque sumtum, quantum existimo. Plinius *inhonorus dixit. Inhonorus, neque in templo vlllo Hercules.*

C A P. XXXVII. ¶ *Neque solum illis aliena mens erat.*) Meus liber

libe, alia mens erat. vt infra: *Longe mihi alia mens est P. C. & infra: haud sane alio modo belli euentum expectabant.*

Si in armis foret ex victoria talia sperabat.) Recte: atque ita in libro meo. Alii: *Si victoria in armis foret,*

Reipublica iuxta ac sibi consuluisse.) Sic infra: *Ita cuncti sua hostiumque saluti iuxta pepercerant.*

CAP. XXXIX. ¶ *Quo plebem in magistratu placidius tractarent.*) hoc est, terrebant iudiciis trib. pleb. ne plebem in potentes exagitarent, in Senatumque criminando accenderent.

Dubiis rebus nouandis spes oblata est.) Vocem, *dubiis, vacare existimo.*

Aequa manu discessisset) Sic Tacitus lib. 1. *Inde hostibus terror, fiducia militi, & manibus aquis abscissum est.*

CAP. XL. ¶ *Quo maior auctoritas sermoni inesset*) v. l. *adesset.* Sed Tacit. Annal 13. *Quo plus auctoritatis inesset consiliis.*

CAP. XLI. ¶ *Tandem vicit fortuna Reipublica.*) Tacitus Annal. 9. *Affuit ut saepe alias fortuna P. R. Ex quo legendum existimo hic fortuna P. R. non Reipub. Cic. Philipp 2 Sustulit illum diem fortuna P. R. licet in antiquo libro sit. fortuna reipub. vt Gab. Faernus restatur. FORTUNA P. R. in nummis aliquando.*

CAP. XLIII. ¶ *Belli grauissimi inuidiam,*) Meus liber, *grauissimam inuidiam.* sic infra, *Magnam illi inuidiam conflauerant.*

Dies prolatando.) Tacit 5. *Sed diem ex die prolatabant.*

CAP. XLIV. ¶ *Quod signatum ad ciues perferant.*) Meus liber addit, *ad suos ciues.*

CAP. XLV. ¶ *C. Pomptino,*) Pomptinus est apud Ciceronem; & Dionem Πόμπινο, ac alios. Male vulg. Pomptinio. In Epitome Liuiana Cn. Potitius vitiose.

Homines militares.) Sic infra: *Homo militaris, quod amplius annos xxx. tribunus.*

Quibus rebus confectis, omnia prope.) M. l. *Quibus rebus ita confectis eam prope, forte ea.*

CAP. XLVI. ¶ *Ceparium Tarracinesem.*) Meus liber addit *Ceparium quendam Terrac. vt supra, P. Vulturium quendam Crotonensem.*

CAP. XLVII. ¶ *Fingere alia omnia.*) Hoc est, diuersa & contraria. Festus: *Qui hoc censetis, illuc transite: qui alia omnia, in hanc partem: his verbis prait: ominis videlicet causa, ne dicat, quicumque non censetis.*

Abdicato magistratu Lentulus.) Meus liber, *abdicatus magistratu.*

In liberis sustodiis habeantur.) Commentaria in Epistolas D. Pauli ad Romanos, Ambrosii nomine, de patribus qui in Limbo detinebantur ante Christi resurrectionem, *Habebantur, inquit, in libera.* Est autem, *libere custodiri, sine vinculis.*

C A P. XLVIII. § *Namque alia belli facinora.*) Sic supra *ca-*
dera, incendia, aliaque belli facinora.

C A P. XLIX. § *Quidam L. Tarquinius.*) Post expulsos re-
ges, *Tarquiniorum* nomen adeo Romanis inuisum fuit, vt eo no-
mine nemo, quod apud scriptores extet, fuerit appellatus. nam
quod ex Sallustii Historiarum libr. 3. a Seruio, Nonioque adduci-
tur, *medius inter Tarquiniū & dominum Perpennam*: in antiquo
lib. Farnesiano legitur, *Medius inter Torquitiū & dominum Per-*
penna. Hic ergo, *Tarquitiū*, legitur iam videtur. Apud Tacitum et-
iam Annal. 12. vbi in vulg. est, *Statiliū Taurum opibus illustrem,*
hortis eius inhians, peruertit, accusante Tarquinio Prisco: legitur in
scripto libro *Tarquitiū*.

Tamet si verum existimabat.) Meus liber *vera* habet.

Neque amplius potestatem faciendam.) Alii libri addunt *sui: sui*
potestatem faciendam.

Tantam illam contumeliam.) Alii libri non habent *illam*. Sed in-
fra: *tanta mala ista effugatis.*

C A P. L. § *Grege factō.*) Sic Iugurth. *Romani grege factō locum*
capere.

Qui in custodiam traditi erant.) Tacitus Hist. 1. *Quod reliquos*
caesorum ad pontem Miluū & sauitia Galba in custodiam habitos,
in numerum legionis composuerat. Seruius ad 2. *Æneid. Includuntur*
in carcere: & includuntur in carcerem.

C A P. LI. § *Omnis homines.*) Existimat P. Victorius lib. 31. Var.
lect. cap. 10 respexisse Sallust. ad orationem Cleonici apud Thu-
cydidem: μή ἴ τις τῶν ἀεὶ μφοροτάτων ἢ δόχῃ οἰκτῆ καὶ ἡδονῇ λόγων
καὶ ἰπαικίᾳ ἀμφοτέρων.

Vbi intenderis ingenium, valet.) Tacit. *Languescet alioquin indu-*
stria; intendetur socordia. & Iugurth. Intendere officia, dixit.

Magna mihi copia est memorandi.) Sic Iugurth. *quod per amici-*
tatū maxima copia fallendū erat, & habere cum magnā copiam
iocieratis.

Paulo sauior.) Meus liber, *paulo sana.*

De poena possum.) Cum duo proposuisset, metum, & iniuriam;
Et de metu dicere superuacuum esse dixerit; aliam partem de
iniuria omisit; nisi librarii vicio deest, vt existimo.

Sin quia lenius est.) Vox *quia* abundare videtur.

Cuius libido gentibus moderatur.) Sic in orat. de repub. *ordina-*
per superbiam cunctis gentibus moderantur.

Quid in alios statuatis.) Forte *quid* in illos.

Ad ignaros.) Meus liber, *ad ignavos.*

Triginta vires.) Id factum esse ad annum fere vrbis 347. Gellius
tradit 17. 21. cap.

Hi primo cæpere pessimum quemque.) P. Victorius ex Xenophon-
is lib. de rebus Græciæ, *umtum docet. ἵπτε & ἀπτο μ, &c.*

Ipsi traherentur.) Tranquillus & alii dicebantur, dicerent, nempe ad supplicium.

CAP. LII. § *Tabulas vestras.*) Supra: nam uti quisque aut domum aut villam, pestremo vas aut vestimentum alicuius occupauerat.

Nullius unquam delicti gratiam fecissent.) Sic Iugurth. Ceterum Boccho, quoniam panitet, delicti gratiam facit: & lib. 4. Histor. Post reditum eorum quibus Senatus belli Lepidiani gratiam fecerat.

Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur.) Sic in orat. Lepidi, Non prolatandum neque votis paranda auxilia. Supplicia autem, pro supplicationibus posuit Tacitus.

CAP. LIII. § *Tanta negotia sustinisset.*) Hoc est, tantas res gessisset, effecisset, patrauisset. infra Iugurth ac non perinde habentur, ut eorum qui ea sustinent virtus est. Sed in Iugurth. alia significatione quantum negotii sustineam.

CAP. LV. § *Exitum vita inuenit.*) Tacit. Annal. 1. Vbi infelici dextera, & suo ictu mortem inuenerit.

CAP. LVI. § *Amplius duobus millibus.*) Tacit. Annal. 5. Vnciariorio fenore amplius exerceret. Cicero in Oratore: Non fere ternis amplius. Et Verr. 5. Hora amplius in demolendo signo, dixit: & noster amplius annos xxx.

Ut quemque casus armaueras.) Nonius hunc locum adducendo in Sparos, ut quosque legit.

In Galliam versus.) Varro lib. de ling. Lat. 4. Conum quod cogitur in cacumen versus.

CAP. LVII. § *Timor animi.*) Sic Iugurth. Sed ne illos quidem timor animi satis munuerat.

Vnus ab urbe alter a Gallia obstant.) Sic Varro de re rust. 1. cap. 7. Quodque sunt suo quaque loco posita, ea minus loci occupant, & minus officit aliud alii, ab Sole, ac Luna, & vento.

Omnia nobis tuta erunt.) Tacit. in vita Agric. omnia prona victoribus, atque eadem victis aduersa.

Pace bellum mutasit.) Sic Tacit. Annal. 3. Miseram pacem vel bello bene mutari. In Iugurth. alio modo extulit, si codex fidelis est, mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare solitus. Poeta vetus, Exsilioque domos & dulcia limina mutant. Et, togam paludamento mutauit. in fragmentis Sallustii.

Ab hostibus auertere.) in C. ab hoste auerteris.

CAP. LIX. § *Reliqua signa in subsidiis.*) Forte, reliquas in subsidiis; hoc est, reliquas cohortes: nam ex reliqua fecere reliqua signa.

Ab his Centuriones omnes & euocatos.) Teruius in Aeneid. 2. non citato tamen libro: Ab his omnes euocatos & Centuriones.

In fronte post eas ceterum exercitum in subsidiis locat.) Sic supra, octo cohortes in fronte constituit, reliquas in subsidiis arctius collocat. Nonius tam. n. in voce tumulti, sic legit: in frontem positas, ceterum exercitum in subsidio locat. Et verisimile est ita scriptum.

se Sallustium: nam Tacit. Annal. 3. dixit, *In frontem statuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo semerinos.* Et de vita Agricol: *Veritus ne simul in frontem, simul & latera suorum pugnarent.*

Equo circumiens unumquemque nominans.) Meus lib, quemque nominans.

CAP. LXI. § *Inter hostium cadauera.*) Seruius, *Inter hostilia cadauera, legisse videtur; vt paulo infra.*

Paululum adhuc spirans.) Meus lib, non habet adhuc, forte & dum.

Nam strenuissimus quisque.) M. L. Strenuus quisque.

IN IVGVRTHINVM BELLVM.

CAP. II. § *Agit atque habet cuncta, neque ipse habetur.*) Sic Aristot. *Et* in Categoriis, & Cicero lib. 9. epist. vlr. ad Famil. de Aristippo Socratico Philosopho.

Dediti corporis gaudiis.) Sic in orat. de re pub. ordinanda, *omissis pecunia & corporis gaudiis.*

CAP. III. § *Eadem fugam, aliaque hostilia.*) Meus liber, *eadem, fugam, incendia, aliaque hostilia.* vt Catil. *caam, incendia, aliaque belli facinora.*

Potentia paucorum decus a. l. s. gratificari.) Tacit. 4. *Odiis Seiani per dedecus suum gratificabatur.*

CAP. IV. § *Neque prius sedari quam virtus eorum famam atque gloriam adaequauerint.*) Vox *virtus* abundante videtur.

Nunc ad inceptum redeo.) Sic infra: *quamobrem ad inceptum redeo.* Hoc etiam imitari voluit Tacit. An. 4. *Sed ad incepta redeo.*

CAP. VII. § *Hominem tam acceptum popularibus.*) Sic infra: *hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus suis, & carus acceptusque ei semper fuerat.* Et Tacitus 12. *carus acceptusque popularibus.*

Statuit eum obiectare periculis.) Tacit. lib. 2. *Vt ea specie dolo simul & casibus obiectaret.* Virg. — *Caput obiectare periculis.*

CAP. VIII. § *Novi atque nobiles.*) Apud Nonium in voce *Tempestus*, *ignobiles* legitur: nescio quam recte, nam sequitur statim *factiosi, homi potentes*, quod *ignobilibus* non conuenit: quare apud Nonium mendum hærere opinor.

CAP. IX. § *Beneficiis vincere.*) Sic infra: *Nunquam pop. Rom. beneficiis victum esse.* Et Apuleius Apol. 2. *Malum filium beneficio vinceret, me inuidia liberaret.* Sed nescio an Sallust. *beneficiis vincere* scripserit. Cic. ad Atticum lib. 10. Epist. 6. *Mea causa autem alia est, quod beneficio victus ingratus esse non possum.* Et lib. 13. Epist. ad Memmium: *Tum viros primos, & homines honestissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisque deuinxeris.* & Verrin. 6. *Eleomenes ab isto donis beneficiisque plurimis deuinciebatur.* & aliis infinitis locis. Sic infra Iugurth. *Beneficiis suis ratus est nobis conuinctum fore.*

CAP.

CAP. X. ¶ *Quam liberis, si genuissem.*) Legendum existimo, quam si genuissem, expuncta otiosa voce liberis.

CAP. XI. ¶ *Ne medius ex tribus.*) Dictiones, ex tribus, abundare opinor.

Inter alias res iacit.) Tacit. Annal. 1. *quadam de habitu cultuque & institutis eius iecerat.*

CAP. XII. ¶ *Ministrum oblatum promissis onerat.*) Tacit. Annal. 1. *Et multis in Senatu laudabilibus cumulatam promissis onerat.* & Histor. 1. *Postquam vario sermone callidos audacesque cognouit, precio & promissis onerat.*

CAP. XIII. ¶ *At Atherbal.*) At particula abundat, nisi fallor, ex prima syllaba dictionis sequentis efficta.

Facinus suum cum animo reputans.) Cum animo suo, solet dicere ut supra: *Proinde reputaret cum animo suo.* Cato apud Gellium 16. 1. *Cogitate eum cum animis vestris.* & noster: *reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit.* Item: *trahere cum animo suo.* Etiam: *cum animo suo voluere solitum.* Tum: *mibi multa cum animo agitantis.*

Veteres amicos muneribus expleant.) Sic infra: *quos paulo ante muneribus expleuerat.*

CAP. XIV. ¶ *Ceterum ius & imperium penes vos esse.*) Sic Malgata Massanisa filius apud Livium, libr. 45. *Massanisam meminisse regnum a pop. Rom. partum, auctumque & multiplicatum habere: vsu regni contentum, scire dominium & ius eorum qui dederint, esse.*

Ac maxime deberi mihi beneficia a pop. Rom.) Vox beneficia otiosa videtur.

Quorum progeniem, vos.) Legerem quorum progenies vos, hoc est, Vos qui illius populi progenies estis. Cic. de Vniuersitate *veteres qui se progeniem Deorum dicebant.* Varro de rerustica 2. *Ibi contra progenies eorum.*

Ecce autem ex improviso.) In meo libro non est autem:

Imperio vestro) Sic Caesar libr. 1. Belli Gallici: *Imperio pop. Rom. non modo de regno, sed etiam de ea quam habeat, gratia desperare.* & libr. 2. *qui minus in imperio nostro eam rem consequi poterunt, id est, nobis rerum potientibus.*

Natura concessit.) Sic in orat. de repub. ordinanda, *anima natura cessit.* Tacitus. *concedere vita,* solet frequenter dicere.

Quo accedam, aut quos appellem?) Donat. in Hecyra Terent. *Qua accidam, aut quos.* sed aliis locis compluribus *ball. accedere* dixit; ut paulo ante *quo potissimum infelix accedam?* & post *pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit.* Item: *Bocchus cum magna multitudine Iugurtham accedit.* Denique: *Iugurtham placandi gratia accedit.* Tacit. 14. *ut quamque nationem accesserat.* & Hist. 3. *has ut quosque accesserat.*

Virtute ac diis volentibus.) Sic in orat. Cottæ: *Multa mihi peri-*

cula domi, militia multa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli, Deorum auxiliis & virtute mea.

Sociorum iniurias curare licet.) Sic supra, quibus pro magnitudine imperii, ius & iniurias omnes cura esse decet. Verum meus liber, tutare licet. Plaut. in Mercat. Inuoco vos lares diales me tutetis. Et Næuius, Tuos qui oßfos terminos tutant. Vide Nömium.

Transuersos ægat.) Supra: *Qua etiam mediocres viros, spe prædatorum transuersos ægit.* Cato, transuersos trudere, dixit apud Agell. 7. cap. 3.

In has miseras proiectus sum.) Cic. ante quam iret in exilium; proicitur Tullius in exilium.

CAP. XVII. ¶ *Declinem latitudinem.*) Legerem altitudinem. Mela lib. 1. cap. 8. *Catabathmos vallis deuexa in Ægyptum, finit Africam.*

Ager frugum fertilis, bonus pecori.) Citatur a Seruio, 1. Æn. ex Sallust. *frugum pabuli latus ager.* Tacit. de morib. Germ. *frugiferarum arborum impatiens, pecorum facunda.*

Calo, terra que panuria aquarum.) Q. Curtius lib. 4. *Terra, calog, aquarum panuria est.*

CAP. XVIII. ¶ *Humi pabulum uti pecoribus.*) Voces, uti pecoribus, alienas existimo: nam Mela, qui hunc locum æmulatus est, *Humi, inquit, quies, epulæ, capiuntur, cibus est caro plurimum ferina.* Et infra, *ubi dies deficit, ibi noctem agunt.*

Oblonga incuruis lateribus tecta, quasi nauium carina sunt.) Alio pacto distinguendum existimo, ut sit, *oblonga curuis lateribus; tecta quasi nauium carina sunt.* Ceterum Cato *Mapalia rotunda veluti cohortes esse ait.* & Hieron. in prologo Amos, *agrestes quidem casa, & furnorum similes, quas Afri appellant Mapalia.*

Medis autem & Armeniis accessere Libyes.) Meus liber, *Medi autem & Armenii accessere Libyes: ut supra, hi paulatim per connubia Gatulos secum miscuere.* Ergo ut Perla Gatulos, sic Medi & Armenii Libycos accessere.

Ac postea Numidia nomine.) Alii *Numidia nomo.* Sed legendum contendimus, *Ac postea Numida propter multitudinem.* notarat vero quidam vocabulum *Numida* a *nomo* deductum.

CAP. XIX. ¶ *Sollicitata plebe, &c.*) *Dictiones plebe, &c., otiosas* putat. ait enim partem Phœnicum imperii cupidine sollicitatam, alios nouarum rerum audios.

Nam de Carthagine silere melius.) Apuleius in *Cosmographia*, de rectore, quippe omnium non, ut ait ille, *silere melius est, sed vel parum dicere.*

Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est.) Hunc locum mendosum esse. ea quæ supra posui, satis ostendunt: nam ab Ægypto pergentibus post
Gata

Catabathmon prima Cyrene est: legendum ergo haud dubie, *Igitur a Catabathmo. Secundo autem mari.*

Ignarus populi Roman.) Sic infra: *Et eo tempore ignarum nominis Romani.*

C A P. XX. *(In regnum Atherbalis animum intendit.)* Infra: *Ad bellum quod gesturus erat animum intendit.*

Iniurias suas manu vindicaturum.) Sic infra: *vindicandum in eos, qui hosti prodidere rem publicam non manu neque vi. Et: qui dicerent manu vindicandum.*

Secus cesserat.) Infra: *quod ubi secus procedit.*

C A P. XXI. *(Quia diei extremum erat.)* Infra: *Et diei vesper erat. Item: Et iam die vesper erat.)* Ceterum Tacitus, qui multa huiusmodi a Sallustio accepit Hist. 3. *extremo iam die, inquit, sua quisque in tentoria dilabitur.*

Plerumque noctis processit.) Sic infra *plerumque noctis barbari more suo latari. Et: Sed ubi plerumque noctis processit. Infra: multum diei processerat, dixit.*

Obscuro etiam tum lumine.) Citatur a Nonio fragm. ex 4. Histor. *Cum interim lumine etiam tum incerto. in voce, Gallia.*

Vno die inter duos reges coeptum atque patratum bellum foret.) Sic Tacit. 12. *Ac ni praelium nox diremisset, coepta patratumque expugnatio eundem intra diem foret. & 3. tum demum liberius ortum patratumque bellum Senatui scripsit. Est autem patrare bellum, conficere siue perficere. Quint. libr. 8. cap. 3. Ductare exercitus, & patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte atque antique, videntur a nobis.*

C A P. XXII. *(Sed is rumor clemens erat.)* Hoc est, non firmus aut constans, vt Cic. loquitur.

Neque recte, neque pro bono facturum.) Apulcius Apolog. 2 *Si hac reputans, forma aut diuitiarum gratia, me ad aliam conditionem reseruarem; neque pro amico, neque pro Philosopho facturum.*

C A P. XXIII. *(Miserando casum suum.)* Tacit. Ann. 1. *Planci grauem & immeritum casum, simul quantum dedecoris adierit legio, facunde miseratur.*

C A P. XXIV. *(Vtrum grauius existimet.)* Omnino legendum *utrum grauius aestimet. Cæsar lib. 7. hac si grauia aut acerba videantur, multo illa grauius aestimari debere. & lib. 3. de Bello ciuili, Leniusque tempestatibus quam classis periculum aestimauerunt. Sic enim legitur in manuscriptis exemplaribus, non, existimauerunt.*

Imperatorem Numidis posuistis.) In Catil. *Lacedæmonii deuictis Atheniensibus, triginta viros imposuere.*

Vt iugurtha scelerum ostentui essem.) Id est, vt ostenderem: aliam, vt ostentarem, infra: *Illam deditiois signa ostentui credere: licet paulo diuersiore significato. Tacit. 12. Auribus decisus vivere iubet, ostentui clementia sua. Et 15. Iturum Tiridatem ostentui*

Vlsci nequitur.) Sic sunt locuti antiqui. Plautus *Satyrione* *Retrahi nequitur quoquo progressa est semel.* Vide Festum.

Reges & populos liberos vectigal pendere.) Idem in *Catil. nam postquam res publica in paucorum potentium ius atque ditionem concessit, semper illis reges, teirarcha vectigales esse; populi, nationes stipendia pendere.*

Sed incedunt per ora vestra.) Apud Tac. *Hist. 4. prater suorum ora, legunt, & Liutum libr. 38. prater omnium oculos. Sed Liuius 21. vestros liberos traductos per ora hominum.*

Serui ere parati, iniusta imperia dominorum non perferunt.) Summus locus ex *Catonis lib. de Falsis pugnis, vbi ita loquitur, Serui iniurias nimis agrosferunt: quid illos bono genere natos, magna virtute praditos, &c. Gellius lib. 10. cap. 3.*

Vos, Quirites, in imperio nati.) Tacit. in *vita Agricola: Nata seruituti mancipia.*

Bis per secessionem armorum Auentinum montem occupauere.) Lib. 1. *Histor tunc plebs, inquit, armata montem sacrum atque Auentinum insedit.* Sed duplicem Liuius opinionem tetigit libr. 2. *Quo facto maturata est seditio, Sicinio quodam auctore; iniussu consulum, in sacrum montem secessit, trans Anienem amnem, tria ab urbe millia passuum. ea frequentior fama est, in quam cuius Piso auctor est, Auentinum secessionem factam esse.* Et libr. 3. *Eunt, inquit, agmine ad urbem, & Auentinum insidunt.* Ergo bis Auentinum insedissee ex *Pisonis opinione dixit, sacrumque atque Auentinum, ex aliorum.*

Dominationis eorum satietas.) Notant Grammatici a *Sallustio, Satias, pro Satietas; scriptum esse, vt lib. 2. Hist. ex inopia graui satias facta: quod a Cicero, Terentio, aliisque usurpatum est, & a Cornel. Tacito ac Liuiio: quare videndum an hoc etiam loco, Satias, sit legendum.*

Bella atque paces.) *Sergius in artem 2. Donati, Legimus apud Sallustium, paces, & lucas, in numero singulari.*

Vos autem, hoc est, populus Rom.) *Voccs, hoc est pop. Rom. mihi spectæ sunt.*

Nam ex illis quantum importunitatis habent.) *M. 1. quantum importunitati habent. Sed locus est obscurus.*

Æterna sollicitudo.) *Alii libri, alterna.*

Hofsi acerrimo prodita Senatus auctoritas.) Tacit. *Annal. 1. An ciues vos appellem quibus tam proiecta Senatus auctoritas. Sed Liuius vtraque iunxit: Proiectas, inquit, ac proditas ad inconsultam atque improuidam pugnam legiones.*

C A P. XXXII. ¶ *Tanta vis auaritia in animos eorum inuaserat.*) Tacitus, in *hostes inuadere, sæpe dixit; sed cum eadem sententia totidem verbis scripta sit in Catil. Tanta vis morbi, atque vti tabes, plerosque ciuium animos inuaserat: dictionem in abundare existimo, vt in quibusdam libris impressis reperi. Sed vtroque modo Cicero loquitur.*

Perculsa omni nobilitate.) Sic infra: *Nobilitas, noxia, atque ideo perculsa. & Ita perculsa nobilitate.*

Privatim prater ea suam fidem interponit.) Cic. pro Sext. Roscio: *Si hanc eirem privatim Sextus Roscius mandauisset, & tum Chrysgono transgeret atque decideret, inque eam rem fidem suam interponeret. Et Cæsar lib. 5. inque eam rem se suam fidem interponere.*

CAP. XXXIII. ¶ *Contra decus regium.*) Sic infra: *alio atque alio loco saepe contra decus regium noctu requiescere. Tacit. Hist. 1. donec Otho contra decus imperii thoro insistens.*

Sed se suasque spes corrupturum.) M. 1. opes corrupturum.

CAP. XXXIV. ¶ *Multitudo qua in concione aderat.*) Voces, in concione additas esse auguror.

Qua ira fieri amat.) Sic infra: *Scilicet ea qua secunda res amant, lasciuia atque superbia incessere; alias autem Sallustius, amat, dixit, pro solet, Græcorum imitatione, qui φιλά, Amat & Solet dicunt. Notauit hoc Quintilianus libr. 9 cap. 3 Ex Græco, inquit, translata Sallustii plurima: quale est, vulgus amat fieri. Sic Tacit. Annal. 4. ut fere amat posterior adulatio. Apul. lib. Florid. 3. Quod genus in Comædia fieri amat.*

CAP. XXXV. ¶ *Sin id parum procedat.*) Sic: *Sin id parum procedat, necatum, &c.*

Itinera egressusque eius.) Tacit. 16. *Et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, audiret in fontem.*

Indicium profiteretur.) Tac. 5. & *summum supplicium parabat, nisi professus indicium foret. Suetonius in Domit. cap. 13. Professus conpirationis indicium, & ob hoc admissus, legenti traditum a se libertur: Et attonito suffodit inguina. Plin. lib. 3. Epist. ad Nepotem. Eadem apud Claudium, uxori Scribonii, cum illa profiteretur indicium. Et in L. 5. ad L. Cornel. de Sicar. & L. 24. D. de Fals.*

Si autorem inuenerit.) Eutropius, Paulus Diaconus, inueniret.

CAP. XXXVII. ¶ *Continuare magistratum nitebantur.*) Tac. lib. 2. *Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia.*

CAP. XXXVIII. ¶ *Die noctuque.*) Adducitur a Seruio in prin. Georgicorum alius Sallustii locus huic similis, *die noctuq; laborare, festinare. Tacit. 15. Continuum die noctuq; iter properabant.*

Mortis metu mutabantur.) Sic in Cat. *Pace bellum mutauit, & in orat. Philippi: Quorum nemo non diurna mercede vitam mutauerit. Hunc locum non recte interpretatur Turnebus lib. Adact. 18. c. 7. cum enim illi miseri mortem expectarent, cum mortis metum cum ignominia commutatum facile tulerunt. infra: cunctaque presenti ignominia mutastis. Nonius, mutare, aliud pro alio accipere. Lucill. Publicanus vero ut Asia siam scripturarius, pro Lucillio; id ego nolo, & uno hoc non muto omnia.*

CAP. XXXIX. ¶ *Suo atq; populi iniussu nullū potuisse scædus fieri*) Sic

Sic Livius lib. 9. *Coff. profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor agitaret, negarunt iniussu populi fœdus fieri posse, nec sibi facialibus, ceremoniæque alia solemnî. Itaque non, ut vulgo credunt. Claudiusq; etiã scribit fœdere pax Caudina, sed sponsione factus est, &c.* Et paulo inferius Spathius Posthumius, qui sponsionem fecerat, in Senatu, sententiam a Cof. rogatus, ita disserit: *Qua sententia testis erit, nobis an Legionibus vestris pepercerim, cum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi: qua tamen, quando iniussu populi factus est, non tenetur populus Romanus; neque quicquam ex eo præterquam corpora nostra debentur Samnitibus. Dedantur per faciales nudi vinctique ex solusmus religione Populum, si qua obligavimus, &c.* Et paulo inferius: *Neque ego inficias eo, patres conscripti, tam sponsionis quam fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta divinas religiones fides humana colitur: Sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat.*

Animo ardebat.) Ardere ira, dolore, desiderio dixit Cicero, & ardet animus: ut Sall in orat. de repub. ord. ardet omnibus animus. *Caesar 7. Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas civitates adiungeret.*

Ex copia rerum statuit nihil sibi agendum) Sic infra: *Marius ex copia rerum consilium trahit. contra: Tamen ex inopia quod optimum videbatur, consilium capit.*

CAP. XLI. § *Qua prima mortales ducunt.*) Sic infra: & alia qua prima ducuntur. & prima habere.

In multitudine dispersa.) Contra infra: *In patribus summa auctoritas erat, vis multo maxuma in plebe.*

Bevi domique.) Sic dixit ut belli militiaque, infra: *animus belli ingens, & ni modicus.* Et in Orat. Cottæ: *domi bellique impeditissima respublica.*

CAP. XLII. § *Ex libidine sua usa.*) Vox, sua mihi suspecta est. *Alteri alteros vincere.*) Ex Catone hoc sumtum apud Gellium, *alteri alteros occidere.*

CAP. XLIV. § *Diu noctuque.*) Adducitur a Carisio alter locus ex I. II. It. r. noctu diuque stationes & vigiliis tentare. & infra: *diu noctuque fatigare animum.*

CAP. XLV. *Metellum non minus magnum & sapientem virum fuisse comperio.*) Sic Tacit. Ann. 4. *Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem & sapientem virum fuisse comperio.*

Transuorsis itineribus.) Infra: *transuorsis principiis, dixit, & ibidem, transuorsis præliis. & transuorso itinere.*

CAP. XLVI. § *Ex nuntiis accepit.*) Hic locus a Nonio citatur in voce, *Innocens:* & in veteri exemplari legitur, *ex nuntiis acceptis ut referatur ad certior factus: quod non displicet. infra tamen. Marius ubi ex nuntiis qua Ligus egerat, cognovit.*

CAP. XLVII. § *Legator cū supplicii mittit.*) Hoc est, cū suppli-

Agmen constituit.) Plautus Bacchid. *Nauem ex templo statui-*
mus. in alius est constitit; vt sic agmen nominatiuus casus. atque hoc
modo & Liuius, & Curtius loquuntur.

Transuorsis principis.) Paulo post: *Ise cum sinistra ala equitibus,*
qui in agmine principes facti erant.

CAP. L. ¶ *Ne forte cedentibus aduersariis receptui.*) *Vox aduer-*
sariis glossena esse videtur.

CAP. L. I. ¶ *Itaque multum diei processerat.*) *Lego iamque, id*
est, & iam diei vesper. aderat. sic infra: iamque dies consumtus erat.
Plautus Pseudolo, *vides iam die multum esse.*

Paulatim milites in unum conducit.) Tacit. Annal. 4. *At Sabinus*
donec exercitum in unum conduceret. lib. 15. Et auxilia regum in u-
num conducta.

CAP. L. II. ¶ *Regio hostibus ignara.*) Vide Nonium.

CAP. L. III. ¶ *Etiam bonos detrectant.*) Id est, efficiunt vt male
audiant boni:

CAP. L. IV. ¶ *Cum cura reficit.*) Adducit hunc locum, aut a-
lum similem Seneca lib. de benef. 4. cap. 1.

Qui sua loca defendere nequuerat.) Forte qui suis locis se defende-
re. infra: *Ingurtham nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere.*

Exercitum plerumque in iisdem locis opperiri iubet.) Hoc est, ma-
iorem exercitus partem. Sic supra dixit, *vbi plerumque noctis proces-*
sit. &: plerumque noctis barbari more suo latari, &: Qua tempestate
Carthaginenses pleraque Africa imperitabant. Nam quod dixit in-
fra: qui plerumque exercitum ducere seorsum a rege solitus erat: ple-
rumque b. saepe, significat. Liuius lib. 24. Hic finis fuit inelyti per Eu-
ropa plerumque atque Asiam omnem regni.

Auiis itineribus ignoratus.) Tacit. Hist. 4. *Eadem in Voculam pa-*
rabantur, nisi seruili habitu per tenebras ignoratus euassisset. & Hist. 1.
Ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, delituit. &
ibidem. ni arreptis scutis, ignorati vincula & libramenta tormento-
rum abscessissent.

CAP. LV. II. ¶ *Insenf intentique.*) *Supra: intentoque atque in-*
festo exercitu in Numidiam procedit.

CAP. LV. III. ¶ *Fugam ad se versum fieri.*) Sic infra. *vbi animi-*
aduertere exercitum ad se versum pergere:

Cum alii super vallum precipitarentur.) *Infra: praetera alios super*
vallum in munimentis locare; vigilias ipse circumire. Legen: un ta-
men existimo: Cum alii se per vallum precipitarent. Caesar de bello
ciuili: Plerique ne in angustias inciderent, decem pedum munitionis
se in fossus precipitabant. Sed vide Liuium. Tacitus seque e vallo
precipitantibus.

CAP. L. X. ¶ *Oppidani oppugnare, aut parare.*) *Infra: contra hac*
oppidani festinare, parare: forte legendum, propugnare. Gellius 15.

cap. I. Cum L. Sulla oppugnaret Piræum, & contra Archelaus, Mithridatis prefectus, ex oppido propugnaret.

Consulio lenius agere.) Legere lentius agere.

Studio suorum astrictis.) Hoc est, occupatis. infra: qua Iugurtha fesso, aut maioribus astricto, superauerant.

Iam scalis egressi milites.) Sic supra prope ad summum montis egressus est.) Tacit. Hist. 4. Multos in mania egressos pugionibus fodere.

CAP. LXII. ¶ Eorum consilium habet.) Tacit. 3. Quod si mecum ante viri strenui adiles consilium habuissent.

Cum ipse ad imperandum Tifidum vocaretur.) Cicero epist. 25. libr. 9. Nunc ades ad imperandum, siue ad parendum potius. Sic enim antiqui loquebantur. Seneca libr. de benef. 6. cap. 16. imperatorem posuisse videtur, pro eo, cui imperatur: & Alfenus in l. medicus D. de operis libr. 2. Medicus libertus, quod putaret si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum. Duatenus primo dispunct. cap. 54. & Alciatus. Sed Duatenus gerundia tantum ad i. e. & passivè significare ait, non etiam alia tempora: neque, inquam, imperare, significare, parere, etiam imperandum id significet: contra Alciatum.

Quam gravem casum in servitium ex regno foret.) Poeta Tragicus: In servitium em cadere de regno grave est.

CAP. LXIII. ¶ Vbi primum aetas militiae patiens fuit.) Vox aetas, abundat ut exitum. In Catil. 5. Iam prorsum iuventus simul ac belli patiens erat. ergo ipse Marius ubi primum militiae patiens fuit.

Tamen is ad id locorum.) Sic infra: Neque post id locorum.

CAP. LXIV. ¶ Ne tam prava inciperet.) Sic infra in Orat. Philippi: Denique prava incepta consultoribus noxia esse.

Annos natus circiter xx.) Plutarchus in Mario hunc Metelli filium tunc admodum puerum fuisse tradit, his verbis, ἡ δὲ ἡλικία τῶν ἔτη τῶν Μαρίας ἑπτὰ καὶ δύο ἔτη, quare videretur legendum xv. Solebant enim adulescentes militiae usum discendi gratia cum magistratibus contubernales in provincias proficisci. Cicero pro Plancio: Hic adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic ab sanctissimo vino dilectus est, ut & contubernii necessitudo & adolescentuli modestissimi pudor postulavit. Et filios aliquando suos contubernales imperatores habebant. Frontinus in vitate gemarris: P. Rutilius Cos. cum secundum leges in contubernio suo filium posset habere, in legione militem fecit. Verum cum Sallustius dicat, militabat, & militaris aetas fuerit annorum xvii. non nihil dubio.

CAP. LXV. ¶ Improbis instabilisque.) Tacit. Annal. 15. Incensat ulro instabilem & consecratum.

CAP. LXVI. ¶ Pariter cum occasu solis.) Sic infra. Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur. Etiam: uti simul cum occasu solis egrederentur. infra: pariter cum capta Thala legati venerant.

CAP.

CAP. LXX. ¶ *Et ipse cum suspiciens.*) Hic locus a Nonio citatur in, *sufficere*; & apud eum vox *ipse* non legitur; nec necessaria est. Porro Tacitus sæpe, *suspiciens* dixit, quod Sallustius *suspiciens*.

Ad perniciem eius dolum querere.) Nonius ibidem, & *perniciem eius dolo querere*, quod placet.

CAP. LXXI. ¶ *Omniū consiliorum nisi nouissimi particeps.*) Tacit. & *nouissimi consilii expertes*.

CAP. LXXIII. ¶ *Magis studia partium, quam bona, aut mala sua moderari.*) Obscurus locus; *Moderari linguam*, dixit infra.

Quorum res fidelesque in manibus sita erant.) In orat. de republ. ordin. *quorum omnis vis virtusque in lingua sita est*. Ceterum hic *fides* idem significat quod *Barbaris Creditum*. Cicero: *Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse*. Sall. *Catil. pecuniam sua aut amicorum fide sunt am mut uam*.

Frequentarent Marium.) Sic Tacit. Hist. 2. *digressisque qui Sacrarium frequentabant*.

CAP. LXXV. ¶ *Vasa cuiusque modi pleraque lignea.*) Mela de eisdem, *vasa ligno fiunt aut cortice*.

CAP. LXXVI. ¶ *Nihil tam Metello infectum credens.*) Hoc est, nihil esse quod Metellus efficere non posset, qui tam ardua torres superauerat. Tacit. tamen in Vita Agric. *ut obstupescit hostes, qui classem, qui nauem, qui mare, expectabant, nihil arduum, aut inuictum crediderint, sic ad bellum uententibus*. ut forte Sallust. *Metello inuictum scitulerit*.

Domini regiam comportant.) Omissa est præpositio.

CAP. LXXVII. ¶ *Vbi mare magnum esse, & scire uentis cepit.*) *Mare magnum*, omnia tempestate temulum & inflatum, libr. Hist. 3. *Immensum aucto mari, & uento gliscente*. alias, *mare magnum* est, latum. Supra: *mare magnum, & ignara lingua, commercium prohibebant*. Catul. lib. 3. Bell. Gall. *Cum scire uentus cepisset*. Mela ad æquor *sautiam* retulit, & Sall. Iugurth. cap. 17 *mare sauum, inportuosum*.

Ita facies locorum cum uentis simul mutantur.) Tacit. libr. 13. *Non ut hominum uultus, ita locorum facies mutantur*.

CAP. LXXIX. ¶ *Vbi per loca equalia, & nuda gignentium.*) *Equalia*, sunt plana; *gignentia* uero arbores & stirpes appellat, quarque alia e terra gignantur. Sic infra: *Forte in eo loco grandis illex coaluerat, inter saxa paulum modo prona, deinde inflexa atque aucta in altitudinem, qua cuncta gignentium natura fert*. Sallust. imitatus Apuleius in libro de Platonis dogmatè, ut in optimo exemplari manuscripto legitur: *Gignentiumque omnium instar cera formus & figuraciones ex illa exemplorum impressione signari*. Et paulo post: *Animam uero animantium non esse corpoream, nec*

sane perituram, cum corpore fuerit absoluta, omniumque gignentium esse seniore, atque ideo & temperare, & regere ea quorum curam fuerit diligentiamque sortita. Hoc est, omnium quæ gignuntur. Vitruvius vero quod Sallust. dixit gignentia, nascentia ipse appellauit, vt lib. 5. cap. 1. Non minus quam etiam nascentium oportet imitari naturam, vt arboribus teretibus: & statim, ergo si natura nascentium ita postulat. Et lib. 8. cap. 1. Si inuenientur nascentia, tenuis iuncus, salix erratica. Inde infra & illis dolentia, & plebi volentia. De Philonis Melo & Val. Maximus.

Quos fines populo suo peterent, ibi viui obruerentur.) Nescio an sit scribendum quo fines.

CAP. LXXXI. ¶ Profunda auaritia.) Sic in Epistol. Mithrid. cupido profunda imperii & diuitiarum. Et in orat. de repub. ordin. profundam libidinem, dixit, pro, immensa: vt Cicero in Pisorem, Quum partem eius prada profunda libidines deuorassent: & pro Plancio, mare profundum & immensum.

Libidinem imperitandi.) Huc respexit Mela libr. 3. cap. 3. Bella cum finitimiis gerunt, causas eorum ex libidine arcessant, neque imperitandi prolatandique quæ possident.

Iter constituunt.) Sic Cicero libr. 1. de Diuin. iter propositum & iam constitutum.

CAP. LXXXII. ¶ In superbiam vertebant.) Infra: Ne modestiam in conscientiam duceret. Tacit Hist. 2. Ornatum ipsius municipia & colonia in superbiam trahebant. Infra: omnia non bene consulta in virtutem trahebantur.

CAP. LXXXIV. ¶ Dilatare sese consulatum ex vicis illis spolia cepisse.) Ex vitis illorum, aut, ex mollitie illorum, videtur legisse Plutarchus; scribit enim; οὐλοῦν τε τῆς αἰτίας τῶν ἀπὸ αἰτίας φερούσων ἔργων καὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἀπὸ αἰτίας φερούσων ἔργων.

Quia neque plebe militiam volente putabatur Marius.) Hunc loquendi modum a Græcis tractum ennotauit Præciansus, adducto Demosthenis loco, & hoc Sallustii. Apud eum sic est: Demosthenes ἐν βυλοῦρῳ ἢ ἰστὸς ἀκέρων. Sallustius Inguirith. bello. Neque plebi militiam volente putabatur. Similit. eius cap. 100. Non tam diffidentia futurum (sic enim lego) quod imperauisset, quam uti militibus exaquatius cum imperatore labor volentibus esset. Tacitus libro 1. Vt quibusq; bellum inuitis aut cupientibus erat, spe, dolore, accipitur. & 15. Hac atque talia plebi volenti fuerunt. Et in vita Agricolæ: Eoque initio erecta prouincia, & quibus bellum volentibus erat. Et Macrobius libr. 2. Saturn. cap. 9. Si vobis volentibus erit: In quibus omnibus cum verbum, est, reperitur, videndum an apud Sall. hoc loco legi debeat; etiam laus decreuerat. ac quia neque plebi militia volenti erat, putabatur Marius aut belli usum, aut studia vulgi amissurus.

CAP. LXXXV. ¶ Nam quo vniversa resp. pluris est quem Consulatus.)

fulatus.) Meus liber: Nam quo pluris est uniuersa resp. quam Consu-
latus. Et forte vox nam abundat.

Quantum cum vestro maximo beneficio.) Infra: Sed in maximo
vestro beneficio. Vide an sic quoque sit legendum, non, cum.

Ad hoc alii si quid deliquerint.) In eandem sententiam Cic. de
lege agraria: Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores
generis mei commodarunt; sic si quid deliquero, nulla sunt imagines,
qua me a vobis deprecentur.

Mihi spes omnes in memet sita sunt.) Legendum existimo: Mihi
spes atque opes omnes in memet sita. In extremo hoc libro, Ea tempe-
state spes atque opes ciuitatis in illo sita. & infra: Et spes opesque eius
omnes ex patre suo penderent. Supra tamen: Quippe cuius spes omnis
in fuga sita erat.

Quippe mea reip. benefacta procedunt.) Sic Catil'n. Neque insidia
quas Consuli fecerat, prospere cessere, seu vt ego lego, processere.

Hominem veteris prosapia.) Nonius, prosapias, inquit generis cla-
ritudo. Cato Originibus, veteres prosapias. vbi leg. videtur, veteris
prosapias. Cum autem constet Sall. plurima ex Originibus Catonis
somisisse, considerandum an ille hic scripserit, veteris prosapie, vt ac-
cie dixit pro aciei, & die pro diei.

Nam legere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est.)
V. C. Nam gerere quam fieri. Et hunc locum sic est æmulatus Ta-
cit. lib. 1. 1. Nam culpa quam pœna tempore prior, emendari quam pec-
care posterius est. V. Victorius libr. 6. cap. 15. putat sumtum esse ex
Olynth. Demosth. τὸ γὰρ πρότερον ἢ λέγειν καὶ χαλεπὸν αὐτὸ ὑπερῶν, τῆ
παλαιῆ ἰσχυροῦ, τῆ δ' ἰσχυροῦ καὶ κρείττον ἐστίν.

Sed fortissimum quemque genere sissimum esse.) Infra: egentissimus
quisque oportunitissimus. & fortissimum quemque tutissimum.

Exercitum supplicio cogere.) Hoc est, malo cogere. Infra: pudore
magis quam malo exercitum coercebat.

Neque dono datur neque accipitur.) Sic in Orat. Cottæ: Vt sine
dedecore cum ciuibus fama & fortunis integer agas, id dono datur at-
que accipitur.

Magis strenuus quam felix.) Locus non videtur integer.

Consultor idem & socius periculi vobiscum adero.) Sic infra: Vti
fautor consultorq; adsis. Tacitus lib. 4. ipse consultor aderat omnibus.

Omnia matura sunt, victoria, præda, laus, qua si dubia aut procul?)
Respexisse videtur ad illud Catonis de re rust. cap. 106 Nullus sum-
tus est: & si sumtus esset, tamen valetudinis causa experirer. vel vt est
in aliis, experturus.

CAP. LXXXVI. ¶ Capite censos plorosque.) Agellius 16. c. 10.
Ceterum alia leuia aliis locis facere.) Leg. credo, Ceterum leuia a-
lia aliis locis facere.

CAP. LXXXVII. ¶ Noui veteresque coaluere.) Sic in orat. de
rep. ordin. Concordia inter veteres & novos coalescat.

Quo improvisus grauior accideret.) Sic infra, ac statim profecti, qui de improviso accesserant, dubio atque hesitante Iugurtha. Casat lib. 3. belli Gallici: Et tela missa a Gallis grauius acciderent.

CAP. LXXXIX. § *Metu aut pramia ostentando.*) Sic Supra: *Fermidite, aut ostentando pramia.*

In manus venturum.) Supra: Si qui in manus venerant, obtruncare. Iulius, ubi ad manum venisset hostis.

Inopia cibi acrior, Vox cibi abundare videtur.

CAP. XC. § *Sic incepto suo occultato.*) Hoc est, consilio, infra: *pramia incepta consulo ribus noxa esse.*

CAP. XCI. § *Æqualiter distribuerat.*) Legerem, distribuebat. Sequitur enim, *ut feret curabat.*

CAP. XCII. § *Quod Iugurtha Bocchique regnum distungebat.*) Sic infra lib. 4. Histor. *Qua in parte Cappadocia ab Armenia distungitur.*

CAP. XCIII. § *A latere castelli quod aduersum præliantibus erat.*) Leg. censeo, auersum.

Animum aduertit.) Tacit. Histor. 3. *Aduertit ea Vespasiani animum, an potius accendit.*

Castelli planiciem perscribit.) Alii libri, peruenit.

Ex copia tubicinum, & cornicinum quinque delegit.) Sic: *Ex omni copia necessarios quinque delegit.*

CAP. XCIV. § *Ex precepto tempus visum est, paratis compositisq; omnibus.*) Per. utatis dictionibus leg. puto. Sed ubi ex precepto, paratis compositisq; omnibus tempus visum est. Vide Tur. 18. c. 7.

Inermes mittere.) Sic infra: *ab inermis peibus.* Notatur hoc a Nonio, & eo saepe vitetur Tacitus.

CAP. XCV. § *Familia prope iam extincta.*) Seruius, *Familia iam extincta. Tacitus 4. Utque familia ipsa iam extincta sint, reperiunt, qui ob similitudinem morum aliena malefacta sibi obiecta putent.*

In iura atque doctissime eruditus.) In alii libris, vacat atque.

Altitudo ingenii.) Turnebus *Aduer. 2. lib. 3. cap. 15.*

Pudeat magis an pigeat differere.) Nonius, *Pudeat ne an pigeat magis differere.*

CAP. XCVI. § *Inuitus accipere, sed ea properantius, quam es mutuum reddere, ipse ab nullo repetere.*) Hunc locum transpositis dictionibus in integrum reponi sic posse existimo: *Inuitus accipere, sed ea properantius reddere: es mutuum ipse ab nullo repetere.*

Cum humillimis agere.) Seruius in 1. *Æncid. Cum humillimis exerce.*

In operibus, in agmine atq; ad vigilias multus adesse.) Sic Tacitus lib. 13. *In agmine, in laboribus frequens adesse.*

CAP. XCVII. § *Pars equos escendere.*) Varro lib. 1. de Agricultura: *E vinea in arbores escendit. Et in eodem: In carnarium escendat.* Turneb. *Aduer. 2. cap. 30. & Glossarium Escendit.*

Veteres nouique & ob ea scientes belli.) Voces nouique suspectæ mihi sunt: Non enim conuenit; propterea quod noui essent, scilicet esse belli.

CAP. XC VIII. ¶ *Consulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat.*) Conuenientior lectio videtur, *Consulere multis, quoniam conturbatis omnibus non poterat.*

Neque minus hostibus conturbatis.) Locus difficilis.

Vtroque colle multitudine circumdato) Quid si circumdata legas? Iste Sall. Hist. lib. 1. *Occupatusque collis editissimus apud Ilerdam, & circum multa opera circumdata.*

Pro victoribus agere.) Curtius *Pro victore gerere, & alii dixerunt.*

CAP. XC IX. ¶ *Vectigales tubicinos.*) *Qui sunt vectigales tubicinos?*

CAP. C. ¶ *Non tam dissidentia futuri qua imperauisset.*) Existimo scripsisse salustium: *Non tam dissidens futurum qua imperauisset.* Ita enim antiquos locutos fuisse notat Agell. lib. 1. c. 7. vt *Quadrarius* in 3. Ann. *Dum ii conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum.* Et *Valerius Antias* lib. 24. *Si hæres diuina factis, recteque perlicita essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum.* Et *Cicero* v. *Verrina*: *Hanc tibi rem præfatio sperant futurum; quæ & multa alia sunt apud Gell. Tacitus* Hist. 3. *Vacuam arcem furtim tradi futurum.*

Pudore magis quam malo.) *Terent.* Ad. Iph. *Pudore liberos retinere satius esse credo quam metu.* Nam malo coactus qui suum officium facit, &c. *Apuleius Florid.* 2. *Nulla nisi tuo anno ad coercenda peccata plus pudor quam timor valuit.* Sup. a: *Exercitum supplicio cogere.*

Quæ ceteri miserias vocant.) Sic *Tacit.* Hist. 4. *Virgulta postremo & stirpes, & internatas saxis herbas vellentes, miseriarumque patientiæque documenta fuere.* Alio sensu dixit supra *Capsensium miserias.*

CAP. CI. ¶ *Inter tela hostium vitabundus erumpit.*) *Sallust.* Hist. lib. 3. *Inter molem atque insulam mori vitabundus classem hostium ad opidum peruenit,* Agellius lib. 1. cap. 15.

Denique hostes undique fusi.) Aliquid ante desiderari videtur.

In campis patentibus.) *Infra: repente in campis patentibus.* *Tacitus* Hist. 2. *Si cum exercitu Cæcina patentibus campis tam paucas cohortes circumfudisset.* Hunc locum æmulatur idem in vita *Agricolæ,* *Tum vero patentibus locis grande & atrox spectaculum sequi, vulnerrare capere.*

Omnia qua visus erat, constrata telis.) *Tacit.* Annal. 2. *Constrata equorum virorumque corporibus listora.*

Humus infecta sanguine.) *Xenophon* in lib. de *Agefilao*: *ἔπει δ' ἐλάξεν ἡ μάχη παρὰ τὴν θιάσασσιν ἐν τῷ σωίπσον ἀπ' ἡλίου. πτωρὸν μὲν ὡς ἐκείνου περὶ τῶν ἰσθμῶν, νεκρῶν δὲ κειμένων φίλων καὶ πολέμιων μὲν ἀλ-*

ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτὸς ὁ Ἀγαθηρῶν, &c. Qui locus etiam ad Catilinæ prælium pertinet cap 61. et. Victor 27. c. 10.

CAP. CII. ¶ Quod parentes abinde habemus, amicorum.) Supra dixerat Romanis a principio melius visum esse amicos quam seruos quærere: nunc seruos appellat parentes Græcorum more, qui subditos ὑπαίτας & ἀρρωγῆτας vocant. Est ergo a parendo deductum, Victorius lib 4. cap. 16.

Nam Numidia partem unde Iugurtham expulerit, iure belli suam factam.) Supra: Iugurtha Boccho pollicetur Numidia tertiam partem, si Romani Africa expulsi essent. Ergo leg. forte, unde Romanos expulerit; vel si inde Romanos expulerit, vel unde eos.

CAP. CIII. ¶ Exercitu in hibernaculis composito.) Accepit a Sall hoc nomen Tac. Annal. 4. Loca pacata me ad hibernacula electurum.

Licentiam ipsis permittit.) Hoc est, potestatem. In orat. Lepidi: Denique necis cuius & vita licentia. Tac. 14. Data & absoluedi licentia. Ibidem: Licentia habendi obliuionem attulit. Et infra nulla benefaciendi licentia.

Pro vanis hostibus uti meriti erant.) Nam facta copia a Sulla & Manlio mittendi Legatos Romano pacem petiitum, ab amicis flexus illud omiserat, & rursus hostilia fecerat.

Nam etiam tum.) Citat hunc locum Nonius in voce Munes: sed apud eum legitur, Animamque tum largitio multis ignota erat. ut scribendum sit: Namque tum. Videndum præterea, an pro Munificus: munesque scripserit Sallustius, cum in ea voce adducatur a Nonio, ut sit, munesque nemo putabatur.

Vtilla aut beneuolentia.) Supra Magnifica pro se, & illis dolentia.

CAP. CIV. ¶ Qui Quæstor in Africam stipendium portauerat.) Hic non erat Marii Quæstor, sed eius qui Africam prouinciam cum imperio obtinebat, nam Sulla Quæstor Marii erat, ut supra retulit Sall.

CAP. CV. ¶ Itineris properandi causa.) Sic infra: properato itinere. Tacitus Annal. 1. Inoffensum iter properauerat. & Continuumque die noctuque iter properabant.

Neque his secus atque aliis armis aduersus tela hostium, quod & leuia sunt, muniti.) Videtur dicere, hos qui velitaria portant arma non secus atque alios munitos aduersus tela hostium, quod & ea leuia sint.

Ampliorem vero.) Tacitus & Liuius, maiorem vero, solent dicere.

Igitur se quisque expedire arma atque tela tentare, intendere.) Tacitus Hist. 4. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi. Et Liuius lib. 38. Et expedire tela, animosque equitibus iussis. Et ibidem: Qui tela equosque expediissent. Videndum igitur an scribi debeat: Igitur pro se quisque expedire arma, telaque tentare.

CAP. CVI. ¶ *In castris; ignesq; quam creberrimos fieri.*) MS. *Ignesque in castris quam creberrimos fieri.*

CAP. CVII. ¶ *Nec decere quemquam qui manus armauerit, ab inermis pedibus auxilium petere.*) ita antiquus liber, & Nonius adducens hunc locum, in *Inermis*. Infra: *Auersum Deos penates manus armare.* Sumtum locum ex III. Pædias Cyri annotauit Victorius II. cap. 2. Μαῦρον γὰρ τὸ κρεττὸν βελονῶν τὰ τυφλά τῶματ' αὐτοῦ, καὶ ἀσπλά, καὶ ἄλλοι, ταῦτα σωπία τὰ πένθεϊς πολέμοις φέροντο.

Quoniam hostilia faceret.) *Hostilia facere*, Tacito etiam aliquoties vilitata phrasit.

Quo ire intenderant peruentum.) Existimo abundare vocem *ire*, infra. *Quo initio intenderat peruenit.*

CAP. CVIII. ¶ *Consulta sese omnia cum illo integra habere.*) Cicero ad Atticum 8. *Omnia sunt integra nobis. & Si mihi integra omnia ac libera fuissent.* Et libro 10. *Integra omnia sustinuumus.* Videndum e: go an vox *consulta* otiosa sit.

CAP. CIX. ¶ *Dabar internuntius, sanctus vir iurat ex sententia amborum.* Alii libri, *Dabar internuntius sancte iurat ex sententia amborum.* Vide quæ scripsi in Annotationibus Cæsaris ad libr. I. Bel. Ciuilis.

CAP. CXI. ¶ *Ad ea Sulla pro se breuiter & modice.*) Hunc quoque locum Tacitus imitatur Hist. 4. *Domitianus de absentia patris fratrisque ac inuenta sua pauca ac modice disseruit.*

Ne fluxa fide usus.) Tacitus Hist. 2. *fluxam per discordiam militum fidem, & periculum ex singulis,* & Hist. 2. *fluxa, ut est, barbaris, fide, pactus Amiceti exordium.*

CAP. CXII. ¶ *Non sua ignauia, sed ob Remp. in hostium potestate relictum iri.*) Videtur aliquid deesse.

CAP. CXIII. ¶ *Remotis ceteris.*) Haud dubie vox *ceteris* abundat. Ait enim adhibitis amicis, ac statim remotis, quod erat signum varii animi, & immutatæ voluntatis.

Occulta oris immutatione patefecisse.) Alii libri, *Occulta pectoris specie oris patefecisset.* Alii *occulta pectoris oris immutatione patefecisset.* M. s. liber *Occulta pectoris patefecisse dicitur.* Legendum exilitimo, *Occulta pectoris patefecissent.*

CAP. CXIV. ¶ *Cum Gallis pro salute, non pro gloria certari.*) Tacitus in vita Agricola: *Romanis redit animus, ac securi pro salute, de gloria certabant.*

LIB. I. HISTORIAR.

Res populi R.) Tacit. Ann. 2. *Res Imperatoris Domitiani composui.* Ad bellum Persi.) Tacit. Annal. 4. *Per bella Persi.*

Metus a Tarquinio.) Sic Liuius libr. 45. *Cum maior a Romanis metus, timorem a principibus suis vicisset.*

Ceteris expertibus soli in imperio agere.) Sic in Catilia. *Crudeli-*

vidos, Sic infra oratione Philippi est in Var. libr. Neupatiamini licentiam scelerum quasrabiem ad integros contactu procedere.

Sed vestra socordia quam captum iri licet.) Deesse quædam exillimo post socordia. & Cato socordiam scripsit. Festus.

Pessimis seruatorum.) Tacit. i. complebant templa pessimis seruatorum. & Hist. i. deterrimi seruatorum.

Secunda res mire sunt vitis obtentui.) In orat de repub. ordinanda Tabella obtentui erit, hoc est, tegei. Tacit. Pietatem erga parentem & tempora reipublica obtentui sumta. idem: Obscurum noctis obtentui fugientibus. Ceterum locus Senecæ, Controuersiarum lib. 5. quia omnibus vulgaris libris nonus circumfertur, sic legitur in libro Ms. doctissimi Iuriconsulti Ant. Couarruuiæ: *Tum deinde retulit quendam Thucydidis sententiam* δ' ἰναι ᾗ αἱ δ' ἰπερξίαι συζυγῶν καὶ συνοχίας τὸ ἐργῶν ἀμειψήματα. Deinde Sallustianam, *Res secunda mire sunt vitis obtentui, &c. deme συζυγῶν vel συνοχίας, deme ἐργῶν:* constabit sensus, etiam si non aque comtus, æque tamen integer.

Turbamenta reipubl.) Tacitus Hist. i. Quaque alia turbamenta vulgi.

Marcum Æmilium consulem duce[m] & auctorem sequimini.) Liuius libr. 34. Clamitans, ut qui saluam reipubl. vellent, auctorem & duce[m] libertatis sequerentur.

Tunc vero & posci, cum ceteri.) Existimo ex, vero & effici debere nomen aliquod proprium, & legendum: *Tum V.... posci: tum ceteri eiusdem causæ duce[m] se nactos rati, maximo, &c.*

IN ORATIONEM PHILIPPI

in Senatu.

Omnium flagitiosorum postremus.) In epist. Mithridatis; *Postremus seruatorum Archelaus.*

Et ignoscendo Populi Rom. magnitudinem auxisse.) In scripto libro est: *Et ignoscendo Pop. Rom. magnit.* Faernus legebat, *Populum Rom.* Forte ex Catilin. de Populo Rom. *Et accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant. Sed ubi labore atque iustitia respub. creuit.*

Bellum ex bello ferunt.) Sic in epist. Mithridat. *Bella ex bellis ferentio magni facti.* Liuius libr. 40. *Ex bellis bella feruntur.* & Tacitus *prælia ferere, dixit Hist. 5.*

Hispania armis sollicitata.) *Solicita,* est in duobus scriptis exemplaribus.

Quod vos oro.) Sic alibi: *Quod ego vos moneo quasque, ut minus.*

Quod multo propius est ab eo quo agit at statu.) Cicero Tuscul. i. *Antiquitas qua quo propius aberat ab ortu & diuina progenie.* Et ad Artic. lib. i. *quoniam propius abes.* Sed Plin. libr. 14. cap. 4. *Tam prope, inquit, ab origine rerum sumus.*

Qui videmini intenta mala quasi fulmen, optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari quidem.) Ab aliquo illustri Scriptore Græco hæc sententia sumpta videtur. Tacit. Annal. 3. *Ob intenta pericula.*

Civitatem confirmari qui ademptam negat.) Veteres illi libri quibus ademptam.

Et luctus cura sunt.) Potius legerem sint,

Nostri proditor, istis invidus.) Libri duo, istis infidus.

Quos perfidia aut periurio violasti.) Libri illi per fidem aut periurio. Liuius 1. *Cuius ad solemne ludosque per fas ac fidem decepti venissent, &c.*

Perge qua capisti.) Qua captas, illi libri habent.

Quam maturissime.) Tacit. Annal. 5. *ut templum diuo quam maturissime publica pecunia poneretur.* Et noster infra: *Vti Lepidus & Catulus decretis exercitibus quam maturissime proficiscerentur.* Et Caesar libr. 1. B. G. *Alia exemplaria hic maturissime.* Citat Charis. libr. 2. *in maturissime, M. Catonem dicit, de cons. suo: Item vti a Thermopylis atque ex Asia maximos tumultus maturissime disiecit atque confedauit.* Vide eundem in *Maturissime.*

Rempub. intutam.) *Ald. inultam legit.* Tacitus Hist. 3. *non intuta mentium firmare, dixit. & Hist. 1. proinde intuta qua indecora.*

Armato Lepido vos inermes retinet.) Illi libri, inermes.

Decus atque omnes ordines interierunt.) Illi libri, *Deus ordinis huius interit.*

Parate vobis Cethegos atque patrocina.) Illi libri, *Cethegi.*

Sin libertas & bella magis placent.) Illi libri, *& vera magis placent.* infra lib. 3. Hist. orat. *Lepidi si vera & honesta flagitium superauerit.*

Et ad hoc colonia.) *Coniunctio & abest ab illis libris recte.*

Fortuna meliores sequitur.) Tacit. Hist. 4. *Fortuna melioribus affuit.*

Neque auribus aut lingua competere.) Tacit. lib. 3. *Oppidani neque oculis, neque auribus satis competeabant. & Hist. 3. Trepidus miles, dux segnis, & veluti captus animi, non lingua non auribus competere.* Citatur a Donato in *Adelph. Act. 3. Sc. 2. Sallust. de Septimio, Neque animo neque lingua satis compete.*

Prudens omnium.) Tacit. in *vita Agricola: Ceterum animorum provincia prudens.*

Obsidium cepit.) *Obsidium, pro, obsidione, vide quæ diximus ad Epist. Mithrid. lib. 4. Hist.*

Neque lata.) *Legerem, neque late.*

Cornicines occauerunt.) *Infra, cornua occauerunt. & Tacitus Sentius occanere cornua tubasque iussit.*

Equi sine rectoribus exterriti.) *Ad hunc locum respex. Ne videtur Tacitus Annal. 1. Equis maxime vulnera ingerit. illi sanguine*

Et lubrico paludum lapsantes, excussis rectoribus, disscidere obuios, &c.
Ardebat omnis Hispania citerior.) Cæsar. lib. 5. *Ardere Galliam.*
 Tacit. Annal. 12. *Arsisset bello prouincia.*

Et ponere validam urbem.) Vetus codex Nonii habet, *Et Digenem.* ex quo excogitari debet nomen urbis eius, de qua loquebatur. Restare, autem, pro, resistere dixit ut Tacit. Annal. 3. *Paulum more attulere ferrati, restantibus laminis aduersum pila & gladios.*
 Et Liuius lib. 34. *Qui pauci plures vincere soliti estis, nunc paucis plures non restatis.*

Furtiuæque celeritate.) Ante erat, *Furtim aut celeritate:* ex quo faciebat Achilles Staius, *Furtim ac celeritate.*

Et mox Fufidius.) Ita emendarunt ex, *Stipidius.* Mallet tamen, Sulpicius.

Fugam maturabat.) Virgilius: *Maturate fugam.* Tacit. Annal. 5. *Fugam maturauit spe auxilii.*

Apud Late oppidum.) *Lete,* potius, quod Macedonia oppidum Plinæ, Stephano, & alius.

Medio diei.) Tacit. Hist. 3. *Sed medio diei exarserant.*

Omni strepitu pauescere.) Hæc ex Fragmentis tollenda: sunt enim in Iugurtha, *Circumspectare omnia, & omni strepitu pauescere.*

Sertorius Parthis turbam morantibus.) *Legerem, portis.* Ex scilicet ita erant turba occupatæ, ut nec ipse imperator peruadere posset.

IN LIB. II. HIST.

Sardinia in Africo mari.) Hæc integre leguntur apud Gellium lib. 13 cap. 28 & Isidorum lib. 14. cap. 6. *Mendose apud Nonium in Facies, Sic: Facie vestigii humani prominet, in occidentem quam in orientem latior.* Mela enim ait: *In Occidentem quam in Orientem angustius, patet.* Addit vero Isidorus, quæ huic Fragmento adiicienda sunt: *Ferme paribus lateribus, qua in Meridiem & Septentrionem vertunt, ex quo ad commercium nauigantibus Græcorum ixæ appellata est.*

Dubium an insula sit.) Videtur legendum: *Continens, dubium an insula sit, quum Eurri.*

Urbe patriaque extorres.) Tacitus Ann. 5. *Suis sedibus extorres.*

Genus militum.) Curtius 6. *Gens cultu uita aspera, & latrocinii assuetæ.*

Sed ipsi ferunt.) Integrum locum habes apud Isidorum lib. 14. c. 6.

Ut actione desisteret.) Terent. Phormion. *Herus his desistat litibus.* Et Cæsar sapius. Virgilius, *Mene incepto desistere victum?*

Fortunam in temeritatem declinando.) Lego, *Fortia in s. declinando.*

Virile & muliebre secus.) Tacitus Annal. 4. *Virilis ac muliebris sexus omnis effusus.*

Exornatis adibus per aulaa & insignia.) Legendum, & signa. De re-
publ. ordin. *Domum signis, aulais, aliisque operibus exornare.*

Epula quasitissima.) Tac. Annal. 2. *Excepere Graci quasitissimis honoribus.*

Vice pecorum.) Tacit. Annal. 4. *Qui omnia facta dictaque eius vice legis obseruem.*

Ictu tragula sauciaretur.) Suidas, Τεγρόλας ἴππλον. ὃ ἔρησι μὲν
ὁ κῆρας ἔτω βίανον ἀφῆκε πλεονῶ, ἄς τ' βληθεῖται διὰ τε ἔργον & ἴ
ἀφ' ἧ τ' πλοῦτων ἀπαίρειας καὶ τῆ γῆ ἀποσηλώσει.

In renunculo piscantis.) Forte, *lenunculo*: vt & Ammianus. Verum
videndum an legendum vbiq̄ue, *lenunculo*. Tacitus enim, qui
multum sectatur Sallustium, Annal. 14. *Nando, inquit, deinde oc-
cursu lembunculorum, Lucrinum in lacum vecta, villa sua in-
fertur.*

Capiti affligebant.) Scribendum, *caput affligebant*, ex Frontone,
ex quo hic locus de sumtus: *Afflictus*, inquit, *illam rem*. Tacit. An-
nal. 14. *Fuste caput afflixit.*

Sed Metellus in ulteriore provincia.) Forte est idem quod pagin.
precedenti, *It Metellus in ulteriorem Hispaniam*, vbi tamen legen-
dum videtur, *ulteriorem prouinciam*.

Immane quantum animi exarsere.) Horatius: *Immane quantum
discrepet*. Tacit. Hist. 3. *Flavianus exercitus immane quantum ani-
mo exitium Valentis, vt finem belli, accepit.* & 4. *Immane quantum
scelus pauoris, & hostibus alacritatis indidit.*

IN LIB. III. HISTOR.

Equis & armis decoribus.) Vide quæ diximus cap. 7. Belli Cati-
linarii.

IN EPISTOLAM GN. POM- PEII ad Senatum.

Toties labores & pericula suscepissem, quoties a prima adolescentia.)
Vetetes libri tot, & quot habent.

Proiectum ad bellum sauiissimum.) Sic Liuius, *proiectas & proditas
ad inconsultam & improuidam pugnam legiones.*

Hoc in spe.) Latinus Latinius *Haccine spe*: siue, vt est in æreis le-
gibus frequens: *haccine*.

Novis quidem militibus.) Vox quidem, abest ab scriptis libris.

Apud flumen Durium.) Veteres libri: *Duriam*; legendum *Tu-
riam*: ita enim appellatur flumen quod Valentiam præterfluit, a
Mela in doctis scriptis exemplaribus, quæ Romæ vidi: & a Ptole-
mæo *Turulis*, citatur & a Prisciano libr. 6. locus alter Sallustii, ex
2. Histor. libro huiusmodi, *Inter lauam manium & dextrum flumen
Turiam, quod Valentiam paruo intervallo præterfluit.*

Cum urbe Valentia, & exercitus delesti.) Vetus libri, & ex-
ercitū.

Præter maritimas civitates qua ultro nobis sumtui oneriq;.) Dictio, qua, abest a duobus libris.

Alut, & nunc, malis fructibus, ipsa vix agitat.) Aut vacat particula, &, aut legendum, at. *Agitat*, vero absolute positum videtur, pro, *vixit*. Tacit. Annal. 3. *Non modo apud illos homines qui nunc agebant. & Terent. Quam vos facillime agitis.* Et in eius vita *Perturbis* per idem tempus qui *agitabant* facillime. ad hæc pertinet quod infra *agitandi inops*.

Inmensum aucto mari.) Tacit. Annal. 4. *In urbem trepidam ob multitudinem familiarum, qua gliscebat immensum, minore indies pl. e ingenia.*

Omnium ordinum extrema munia sequi.) Legam: *Omnium ordinum munia exsequi.* Catiliu. cap. 60. *Strenui militis, & boni imperatoris officia simul exsequebatur.*

Marique placido.) Tacit. Annal. 14. *Noctem sideribus illustrem & placido mari quietam.*

Omni corpore quietus, &c. ea inter molem atque insulam mari vitabundus.) Mallem: *Omni corpore supinus, aut pronus, aut extensus) &c. atque inter molem & insulam vitabundus.*

Multato fade corpore.) Tacit. 1. *Magna pars nudo aut multato corpore.*

IN ORATIONEM MACRI TRIB. pleb. ad plebem.

More pecorum.) Sic de repub. ordinanda, *Vulgi more magis quam iudicio* Sup. a vice pecorum.

Nisi quia vobismet ipsi.) Libri illi, *vobismet ipsis*: recte; sequitur enim *dominos destinatis.*

Si vobisra receperitis, ad vos redibunt.) Vox, *redibunt*, non est in illis horum: ut illi dicitur enim, *concedent.*

Ceteris vobisra sent.) Illi libri, *ceteri.*

In cassum agerentur.) Illi libri, *incassum agebantur*. recte.

In tempore arsera.) Tacit. Annal. 1. *sensit miles in tempus conficta.* & lib. 4. *quod vobisra malorum suffugium in tempus erat.* Item lib. 14. & scena 1. *que servata.*

Omittendum morem hunc quem agitis.) Fronto adducens hunc locum legit, *omittendum*, si codex non fallit.

Dein ne vos ad virilia illa vocem, quo Trib. pleb. modo ex.) Scripsi illi: *Libri quum tribunos plebis.* Ex quo effectum esse puto, *quo modo trib. pleb. aut, quo trib. pleb. modo.* Liber per antiquas Fulvii scripsi: *habet, quos.* Legendum: *ex illi mo: Quis tribunos plebei patrium magistratum, libera ab auctoribus patribus suffragia maiores vestri parauerunt. Quasi dicat: Deinde etiam si vos non horret, ut in virilia facinora maiorum vestrorum imitemini, quibus per*

secessionem armati, & tribunos plebis ad conseruationem iuris, & libertatis suæ, & patricium magistratum, hoc est, consulatum & censuram ad æqualitatem honoris, sibi parauerunt: & vt postquam patres omnia quæ populus in comitiis ageret, approbassent, & eorum auctores fierent: tamen ipsi posthæc libera haberent suffragia, & cuiunque vellent magistratum mandare possent. etsi ad hæc virilia, inquit, vos non hortor: tamen quamuis potestas in vobis sit, louem potius consultorem expectatis, quam vobismet ipsis ipsi consulitis. Hic est verus sensus huius loci: nunc per partes eum exponam: Tribunos plebis populum armatum per secessionem sibi parasse auctor est Lilius libr. 2. *Agi deinde (inquit) de concordia captum, concessumque in condiciones, vt plebei sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio esset aduersus consules, neue cui patrum eum magistratum capere sibi liceret: ita tribuni plebei creati duo, &c.* Et iterum libr. 3. Idem ait Porcianus in Corn. de patricio magistratu. idem Lilius libr. 8. *Dictatura popularis, & orationibus in patres criminosis fuit: & quod tres leges secundissimas plebi, aduersas nobilitati tulit: vnã vt plebeis ita omnes Quirites tenerent: alterã, vt legum qua comitiis centuriatis ferrentur ante initum suffragium patres auctores fierent: tertiam vt alter utique ex plebe cum eo ventum sit; vt vtrumque plebeium fieri liceret, censor crearetur.* De liberis suffragiis post auctores patres, & hoc loco, & alio libr. 1. *Depreuerunt, vt cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent. hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem ius vi ademptum; priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiarum euentum Patres auctores fiant.* & Cicero pro Plancio id inuit: *Nam si ita esset, quod Patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprehenses essent comitiarum. Aut si placet retinere vocem modo, scribe, queis trib. pl. modo patricium magistratum; & libera ab auctoribus patribus suffr. Sic enim saepe loquitur Sallustius.*

Quamuis Quirites in vobis sit.) Scripti libri quamuis omnis. Latinus Latinus v. tertienis *Quum vis omnis. rectissime.* Sed eorum locum sic legendum censeo: *Deinde ne vos ad virilia illa vocem, queis tribunos plebis m. m. p. m. l. a. a. p. s. maiores vestri peperere, quum vis omnis, Quirites, in nobis sit, vt qua iussa nunc pro aliis toleratis p. n. a. a. n. a. certe possitis, louem aut a. q. d. c. expectatis?*

Ab sit periculum & labor.) Cred. scripsi huc Sallust *Ab iis absit periculum & labor, quibus nulla pars fructus est.*

Repentina ista frumentaria lege.) Apparet latam fuisse legem factione patrum, vt quum modii tritici singulis mensibus viritum diuiderentur.

Cum tamen qui his modis libertatem omnium aestimauerent.) Liber scriptus: *Qua tamen quin is modis.* Latinus Latinus, *quinis modis, cui assessor,*

Hi profecto non amplius possunt alimentis carere.) Liber scriptus, qui profecto n. a. possunt alimentis carceris. Forte, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. nam, poscere, pro, promittere; Terent. dixit in Heautontimor. i & Plautus. Et amplius alimentis, pro, amplius quam alimenta, significat vt supra neque amplius vna die aut vna nocte. & Tacitus amplius vnciariorum fanore. Alimenta autem carcerum & seruorum, quini modii erant singulis dieb. q̄, dimensum, dicebāt. Seneca lib. Epist. i. Epist. 81. Ille qui in scena laxius incedit, & hac resipinus dicit: Impero Argis regna mi liquit Pelops, quia Ponto ab Helles atque ab Ionio mari; vrgetur Isthmos: Seruus quinque modios accipit.

Namque vtilis exiguitate mori prohibetur.) Vetus liber, namque vti illis; quemadmodum, inquit, alimenta, quæ in carcere præbentur, quod exigua sunt, prohibent mortem sed senium accelerant. Tacit. lib. 16. Vidua implexa luctu continuo, nec vllis alimentis, nisi qua mortem arcerent.

Sic vt neque absolui.) Vox vt, abest ab antiquo exemplari: nam sic habetur: Sic neque absolui cura familiari tam parua re, & ignaui, qui vsque tenuissima spe frustrantur.

Qua tamen.) Facrus legebat, qua tamen.

Malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium.) Supra Ing. cap. 102. tutiusque rati volentibus quam coactis imperitare. alia exempl. malle p. v. vobis, quam illius dominationis esse socium.

Neque vnum ignorantia res claudit.) Donatus citat ex Sallustio: Item nihil socordia claudebat.

Abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur.) Existimo vocem, libertatem, glossema esse: Tacit. Hist. 2. Ipse abunde ratus si presentibus frueretur.

Ingens ipso virium atque animi.) Tacit. Annal. i. Femina ingens animi.

Ingenio loci prohibebatur.) Tacit. Annal. 5. Locorum ingenio se tuabatur. Sic in Epist. Mithrid. de hoc ipso fortasse loco: Quia multitudinem artis locis pugna prohibere.

Belli Lepidani gratiam fecerat.) Sic supra: delicti gratiam fecit.

Atque eum Curio laudatum.) Forte, Scipio. Lilius de Massiua a Scipione dimisso lib. 27.

Sine inguinum.) Apul. de Asin. lib. 2. Asini inguinum sane licinia remota; siue, vt in aliis est, inguinum sine. Sed legendum ex hoc loco, inguinum sine. Cato de re rustica Cap. 28. Postea operito terra radicibus fini. Vide an legendum sit, radicium fini, vt cap. 113. Amphoras nolito implere nimium, anfarum infimarum fini. Et Oppius de bello Africo, Multiplici sine,

Muros successerant.) Frequens hoc apud Lilium & Tacitum.

Et axe vincit & trabes.) Tutnebus legit, Et axe vincit orbis.

Igitur discubere, &c.) De, *infra*, & *supra* cubere, nos in libro de Triclinio Romano.

Medius inter Tarquitium & Dominum Perpernam.) Vide quæ annotauimus ad cap. 48. Catilin.

Quarum unam epistolam.) Apud Cæsarem quoque Gallus in casta Ciceronis epistolam Cæsaris alligatam iecit. Sed hic, *epistolam*, glossema est.

IN LIB. IV. HIST.

Amissumque assideri.) Cum in eo libro Sallustius de Ponto Euzino ageat, Amisusque sit eiusdem ciuitas, assiderique, apud eum sit, obsideri, vt apud Tacitum etiam, libentius legerem, *Amisumque assideri.*

IN EPISTOLAM MITHRIDATIS. HÆC EPISTOLA EX

Oratione Corcyrensiū apud Athen. habita lib. 1.

Thucyd. formata videtur.

N*isi hostes opportuni & sceleratissimi.)* In Iugurth. *Cauere tamen necubi hosti opportunus fieret.*

Decem milibus talentorum.) Legendum, *quindecim milibus.* Liuius l. br. 37. *Asiæque omni qua cis Taurum est decedite: pro impensis deinde in bellum factis quindecim millia talentum Euboicorum dabitis: quingenta presentia, duo millia & quingenta cum Senatus P. Q. R. pacem comprobauerint: mille deinde talentum per duodecim annos. Atque eadem omnino tradit Appianus in Syriaca.*

Postremo totam Bithyniam.) Vox, *totam*, abest ab antiquis libris.

Cretenses soli omnium liberi ea tempestate & Rex Ptolemaus.) Idem libri: *Cretenses solos omnium liberos ea tempestate & Regem Ptolemaum.*

Ptolemaus diem prolatat.) Libri illi *in diem bellum prolatans: tamen lib. 1 Hist Mithrid. diem bello circumspicit, dixit.*

Cum exercitu in obsidione moranti.) Illi libri, *in obsidio:* eo enim verbo vsus esse Sallustium testis est Festus, eius testimonio ex lib. 1. Histor. adducto, vt eo loco dicam. Tacitus lib. 4. Annalium: *Primo sui incessu soluit obsidium.*

Neque quicquam a principio nisi partem habere.) Lego, *raptum.* Ita apud Tac. in vita Agricolaë Galgan. *Romanos raptores orbis appellat.*

Peste cōditos orbis terrarum.) Citatur hic locus a Seruio lib. 5. Æneid. Sed corrupte legitur apud eum, *parte conditor orbis terrarum.*

trahant, excidantq; omniaq; & maxime regna, hostilia ducant.) Illi libri *trahant excidant omniaq; non serua, & maxime* Sic supra me quia fama erat diuitem, neque seruisurum esse, per Nicomedem bello laccsiuerunt.

Regnum-

Regnumque Persidis inelytis diuitiis est.) Faernus inclitum diuitiis est, legebat.

Quod difficile non est.) Hi libri, *Quod haud difficile est.*

Si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur.) Hic locus in illis libris satis emendate legitur ad hunc modum: *Si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis: fortuna aut nostris vitis adhuc incolumem. Nostris vitis, autem dixit, pro, nostris culpa & segnitia aut discordia.*

Neu malis pernicie nostram tuum imperium prolatate.) Praeclare & illi libri hoc loco habent: *Neu malis pernicie nostram tuam prolatate, quasi nil aliud sit, Mithridatem non iuuare, quam tanti per, dum Mithridates vincitur, Arsacem suam pernicie prolatate, quae tamen, Mithridate victo, in illum sit casura.*

Qui praetergrediebantur equites cataphracti.) Huic fragmento annectendum aliud existimo, quod est infra: *Equis paria operimenta erant: quae lintea ferreis laminis in modum pluma adnexuerant: Quid sint autem cataphractae, ostendit Tacit. Hist. 1. Gladii nullo vsui, lapsantibus equis praecataphractarum pondere. Id principibus & nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut praduero corio confectum, ut aduersus ictus impenetrabile, ita impetu hostium prouolutis inhabile ad surgendum. Liuus lib. 35. Equitum mirabilem vim traieci Hellepontum in Europam, partim loricanos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentes.*

Menstrua soluenda.) Tacit. Histor. 5. de Asphalto, *Fugit cruorem, vestemque infectam sanguine quo farina per menses exsoluuntur.*

Simul eos, &c.) Forte: *Simul e. e. c. i. inclinatos laxitas loci & plures cohortes q. o. v. i. s. r. pariter acres inuadunt.*

Ad eam artem.) Forte, *ab ea arte.*

Improbi patibulo eminens affigebatur.) Hoc in nauibus factum fuisse, ex eo apparet, quod autem dixit, *aut malo dependens verberabatur. igitur legendum videtur, in prora patib. e. aff.*

IN LIB. V. HIST.

Comperto, lege Gabinia Bithyniam, &c.) Sic Tacitus 11. *Comperto quoque Gracam literaturam, &c.* Et lib. 1. *Cacina, comperto vanam esse formidinem. Et Liuus lib. 31. Satis comperto Erducam petisuros Romanos. Simile est quod supra, audito.*

Regem auersabatur.) Tacit. Hist. 4. *Vulgus auersari Regem, inuidere Aegypto, sibi metuere.*

Negotia sequebantur.) *Legetim exsequebantur.*

Vxori eius frater erat.) Sic supra: *Liberis eius auunculus erit. Tacit. 4. Asinius Gallus, cuius liberorum Agrippina matertera erat. Sed videndum an ibi legi debeat, cuius liberis.*

Sape celebritatem nominis.) Forte, *Sed te.*

CIACCONIVS
IN INCERTA SALLVST.

Pompeius oris improbi.) Contra Plinius lib. 7. cap. 12. *Illud os probum reddentes, & illius oris probi venerandique.*

Exercitum argento fecit.) Tacit. Annal. 5. *Mittit qui auxilia mercede faceret.*

IN ORATIONEM C. COTTÆ
Coff. ad Quirites.

Et vobis genitus hic.) Illi libri, & *bis genitus hic:* recte; cum paulo post *Vos Quirites rursus mihi patriam, deos penates, cum ingenti dignitate dedistis.* Sic etiam Cicero dicit quo ab exilio fuit restitutus, *natalem suum appellat.* Ad Attic. lib. 3. *Natalem diem reditus mei cura ut in tuis adibus amœnissimis agam tecum.*

Cum omnia memorata.) Illi libri, *quin omnia.*

Qui victus.) Illi libri, *queis victus.*

Neque vitia parare.) *Quid si, patrare, legas?*

Ita classe qua com meatus vehebatur.) Illi libri, *ita classe, qua com. vehebat: & ita pro, præterea, positum videtur.*

Agite, uti libet, & ita supplicium sumite.) Illi libri, *agite ut mones ira, & supplicium sumite.*

Neque pro ingenio corpori h. q. p. u. s. f. vita fecerit.) Illi libri, *fecerim, &c.*

Cum fortuna & pacis, & belli ab aliis activatio reddenda.) Illi libri, *cum fortuna & maris & belli.*

Per vos igitur Quirites.) *Vox, igitur, non est in illis libris.*

Et Marius duplicauerat bellum.) Tacitus: *Per Gallias Germaniasque duplicauerat bellum.*

Fugam nostris fecere.) Videndum an legi debeat, *nostris, nisi illud sit quod aibi citatur, nostri fada fuga; & legendum ex Iugurtha, Post Aulifadus, & exercitus nostri fadam fugam.*

Quo cupidius in ore.) Tacit. Hist. 3. *Julianus ad Vitellium perditus, & verberibus fadatus, in ore eius iugulatur.*

Ventis per caua terra) Tacitus de terræ motu, *Neque solum in tali re effugium subueniebat in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. sedisse immensos montes, visa in arduo qua plana fuerint, effulsisse inter ruinam ignes memorant.* Vide *sidereum* lib. 14. c. 1. Seneca in *Nat. Quæstion. Ventis in abdito tumultuantibus.* Apuleius: *Spiritus per terra concavas partes errantes, concuterent solida terrarum.* Ceterum huic fragmento addendum illud li 4. videtur, quod est pag 175. *Atque hianit humus multa, vasta & profunda.*

Immodicus animi.) Tacit. Hist. 1. *Corpore ingens, animi immodicus.*

Insolens vera accipiundi.) Tacit. Annal. 15. *Audiendi qua faceret insolens erat,*

Ne-

Neque animo, neque lingua satis compotem.) Vide num sit idem quod supra: *Neque animo, neque auribus aut lingua competere.*

T. Didio imperante, &c.) *Legerem T. D. imperatore, & ductu c. curata qua primo per nobilitatem, dein de per insidiam scriptorium celata sunt.* Quod vero ait, *paratu*, Tacit. Hist. 1. *Igitur navium, militum, armorum paratu strepere prouincia.* Et in vita Agric. *Paratu magno, maiore fama, uti mos est de ignotis.*

Rebus supra votum fluentibus.) Tacit. Hist. 3. *Cunctis super vota fluentibus.*

Impediabant iussa nautarum.) Tacit. Annal. 2. *Miles pauidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestiue iuuat, officia prudentiam corrumpibat.*

Quis tempestate ex Porto.) Tacit. Annal. 12. *Quippe Byzantium fertili solo, secundoque mari, quia vis piscium in Pontum erumpens, & obliquis subter undas saxis exterrita, omisso alterius littoris flexu, bos ad portus defertur.*

Introrsus.) Hæc & plura alia tacito nomine refert Isidorus.

Socii, frigere.) *Forte afflixere, vel fregere.*

Nam quidem Pyrrho, Annibali, &c.) Existimo esse ex actione Lepidi, in qua legitur, *Nam quid a Pyrrho, &c.*

Cui nomen obliuionis condiderant.) *Legam, indiderant.* & de Lethe Hispaniæ flumine intelligam, quod Limiam appellant Strabo lib. 3. & latius Mela: *Et cui obliuionis cognomen est, Limia.*

IN ORATIONEM PRIMAM, AD C. Cæsarem de repub. ordinanda.

Populus Romanus antea obtinebat regna.) Duo Longobardicis literis scripti libri habent, *Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia fortuna dono dare.* Sed Latinus Latinus legit, *fortuna dono dari.* Forte *Pro vero antea obtinebam regna atque imperia fortunam dono dare.*

Fabrum esse sua quemque fortuna.) Illi libri, *fabrum sua esse quemque fortuna.* Ad hæc alludit Liuius lib. 39. cum de Catone loquens, ait: *In hoc viro tanta vis animi ingenii fuit, ut quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur.* Plautus, *Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi.*

Vt prius defessi sint homines laudando facta tua.) Sic in sequenti Epistola: *Quod prius defessi sunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quæ gloria digna essent.*

Post alius alium.) *Supra bello Iugurth. Deinde ab eo magistratus alius post alium sibi peperit. & rursus, alius post alius minitari. videntur ergo an hic legi debeat, Alius post alium, an, post alium alius.*

De te ipso primum quia compositurus es, quod optimum factum est existima.) Alii libri vulgati, *qui ea, & forte, quid.*

Eam vitam bellum aeternum atque anceps gerere.) Forte, cum bellum aeternum gerere.

Pecoris modo conscissam.) Supra more pecorum dixit, & lib. Hist. 2. vice pecorum obruncabantur. Tacit. 12. modo pecorum a barbaris trahabantur, & Liuius lib. 40. Modo pecorum fugientes per saltus inuios confectati ceciderunt. Videndum, ergo an hic pecorum, pro pecoris, legi debeat. & ipse supra, bonus pecori agere; quamuis Cæsar dixerit, Magna vis pecoris.

Et finem sumituum statueris.) Et, vacat, vt opinor.

Aut acerba iudicia innocat.) Supra „Deinde ne vos ad virilia illa vocem. Tacit. Hist. 1. non ad bellum vos neque ad periculum voco.

Ea vero clementia erit consuluisse, ne immerito ciues patria expellerentur.) Libri scripti melius *Ea vera clementia e. c. ne merito c. p. e.* hoc est, ita rempub. constituisse, & bonis artibus, moribusque ornasse, ne ciues ea committant propter quæ merito patria expelli possint. Sed libentius legerem, *expellantur, quam expellerentur: vel potius sic; Ea vera clementia erit, ne merito ciues patria expellantur, retinuisse ab stultitia, & falsis voluptatibus: omiſſa voce, consuluisse.*

Pecunia usum atque decus demseris.) Male alii *dedecus*. Sic infra: *verum si pecunia decus ademeris.* & ergo in primis auctoritatem pecunia demerito.

Quibus rebus clarissimi viri magnitudinem inuenissent.) Illi libri, *clari viri.*

Quæ res, populos nationesque magnis auctoribus auxissent.) Scripti libri, *Quæque res. præterea legendum cenſeo, magnis auctibus auxissent.* nam apud Liuium lib. 29. Africanus Scipio deos ita precatur: *Eaque vos omnia bene inuetis, bonis auctibus auxitis.* & lib. 4. *Cuius rei primum sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere.* Tacit. Hist. 1. Tiberis immenso auctu, prorupto Ponte sublicio, &c. Quibus ex locis & alium Taciti Hist. 4. emendandam existimo, ubi in vulgaribus libris sic legitur: *At Ciuilem immensis auctibus vniuersa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata.* erit ergo, *immensis auctibus.*

Eamque signis, aulais exstruere.) Particula *que*, abest ab antiquis libris.

Nequidquam eo postea hebeti atque claudio pro exercitio.) Illi libri, *nequidquam eo p. h. ac pro exercito. terre pra.*

Vti quæ tibi placuerint, ea dii immortales approbent, &c.) Liuius lib. 6. *harum omnium rerum causa vobis antiquandas cenſeo istas rogationes. Quod facitis deos velim fortunare. Et infra, Ceterum deos immortales obtestor vt quocunque modo ages, ea res tibi rei que publica proſtere eueniat.*

IN ORATIONEM SECVNDAM AD C. CÆSAREM DE rep.ordinanda, seu potius Epistolam illi missam, antequam in Hispaniam ad Petreium Afraniumque proficisceretur.

Periculum facere.) Hoc est, adire discrimen. Tacit. 13. *Corbulo merit & tot pex annos gloria non ultra periculum faceret. & 14 eiusdem pecunia periculum facerent, cuius ii, qui imperatorem appellauerunt. & infra qui optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te pop. Rom. imperium maximum ex magno fieri.*

Sed per ceteros mortales.) Sic supra, Quibus per ceteras gentes maximi & clari estis. Et cum eandem sententiam poneret, Atque in te maxime qui tantum alios prætergressus es. quare videndum an hic legi debeat, Sed præter ceteros.

Nihil tam ex alto reperiri posse.) Virgil. Quid causas petis ex alto.

Ceteros beneficio quam metu retinere maluit.) Sic Terent. Heautont. Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo quam metu.

Vis multo maxima in plebe.) Contra in Iugurth. Ceterum nobilitas factione magis pollebat, plebis vis soluta, atque in multitudinem dispersa, minus poterat. Sed diuersa tempora; aut sane pro arbitrio & vsu dicentis.

Et malis & bonis rebus ea creatur.) Legerem rationibus. Cato enim dicebat agrum bonis, ac malis rationibus colendum; & Metellus apud Gell. lib. I. cap. 6. Quid ergo nos a diis immortalibus diutius expectemus, nisi malis rationibus finem facimus?

Cuius nullum membrum a flagitio aut facinore vacat.) Totum hunc locum æmulatus est ille, quisquis fuit qui Sallustii nomine declamationem in Ciceronem edidit, nam sic scribit: Cuius nulla pars corporis turpitudine vacat, lingua vana, manus rapacissima, guttus immensa, pedes fugaces; qua honeste nominari non possunt, inhonestissima.

FVLVII VRSINI NOTÆ IN SALLV-

STIVM EDITÆ CIO IO XCV.

quibus fatetur, intersparſa, nonnulla
Ciacconiana.

IN CATILINAM.

CAPVT I.

Alterum cum bellis commune est.) Varro Caprino prælio apud Nonium, videtur non abſimili ſententia vſus, cum ait: *Nam virtutem propriam mortalibus fecit, cetera promiſcue voluit communia habere.*

Nam diuitiarum & forma gloria.) v. c. pro, gloria habet gratiam, tam hic, tum infra, vbi eſt; *Salutare plebem, & conuiuium gloriae querere nã ibi in v. c. ſcriptũ plane eſt. gratiam, nō, gloriam.* Et forte apud Pacuuium in Duloreſte, vbi citante Nonio legitur (*Hicine eſt quem fama gloria ante omnia nobilitat viros*) legitur, *Quem forme gratia ante omnis, &c.* Tale quiddam eſt illud Apulei in Apologia. *Si hæc probans, forma aut diuitiarum gratia. ſed ibi gratia, pro, cauſa poſitum eſt.*

Vbi conſulueris, mature factu opus eſt.) Placeret magis, ſi diſtinctionis nota poneretur ad verbum, *matura.* nam infra eſt: *Facto, non, conſulto in tali periculo opus eſſe.* & Iſocrates item in hanc ſententiam ait: *Βουλὴν μὲν βραδύς, ἐπιτελεῖ δὲ ταχέως τὸ δέξασθαι.* A quo accepit Fræſſe Demoſthenes, cum dixit: *Δεῖ μὲν βουλῶν ἰοδαγῆς ἰσχυρίας, ποιεῖν δὲ τὸ δέξασθαι μὲν ἀσπιδῆς.*

Nam in terris.) v. c. non habet illud *nam;* vt forte ſe legendum ſit: *Nam terris, nomen imperii id primum fuit.* Quod autem ſequitur *Sua cuique ſatis placebant;* ſimile eſt illis, quæ habentur infra in Bello Iugurthæ, vbi eſt: *Debere illi res ſuas ſatis placere, &c.* Vtrumque certe, licet diuerſis prolatum verbis, reſpondet Horatianis illis:

*Qui ſit Mæcenæ, vt nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit ſeu ſors obiecerit ipſa,
Contentus viuat.*

Quæ homines arant, nauigant, adificant, virtuti omnia parent.) Eadem ſententia vſus eſt infra, cum dixit: *Cui cum ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis paterent.* Item: *Cuncta maria, terræ que patebant. Niſi forte, parebant, ibi ex his locis legendum ſit.*

Thu-

Thucydides tamen in Epitaphio Periclis dixit: ἀλλὰ πᾶσαν μὲν
 λαοσάν κ' ἐβλή, ἰσβατὸν τῆ ἡμετέρα τέλει κατὰ πᾶσαν αἰῶνα ἔσθαι.

Artis bonæ famam quarit.) Videndum an, *famas* scribi debeat,
 pro, *famam*, auctore Seneca, qui testatur scripsisse Sallustium, *In-*
ter bella ciuilia æqui boni famas petit.

C A P. II. § *Scriptorem & auctorem rerum.*) Videtur Sallustius
scriptorem, & auctorem rerum, eundem putasse esse, cum tamen *au-*
ctor rerum, pro, *actor*, ab aliis ponatur. Vnde in aliquibus codici-
 bus, *actorem*, pro, *auctorem* apud Sallustium irrepfit. Sed Tacitus
 eodem quo Sallustius modo *auctorem rerum usurpauit*, cum ait
 lib. III. *Matrē Antoniam non apud auctores rerū non diurna actorum*
scripta reperio vllō insigni officio functam. Item: *Sallustius rerum Ro-*
manarū florentissimus auctor. Vnde in æreo numismate inscribitur
 SALLUSTIUS AVCTOR, nō tamen satis recta orthographia.

C A P. III. § *A studio ad Remp. latus sum.*) Loci similitudo in
 epistola de rep. ordinanda, adducit vt putem scribendum hic esse:
sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique studio ad Remp. latus sum.
 Nam & infra dixit: *Sed mihi studium fuit adolescentulo Remp. capes-*
sere. Paulo tamen post habetur: *Vt a quo incepto studioque me ambi-*
tio mala detinuerat, &c. Ad ea vero quæ hic sequuntur apud Sal-
 lust. *facta dielis aquando, facit*, quod ait Liuius lib. VI. *Cum ea quo-*
que qua bello gesta essent, pro fastigio rerum, oratione etiam magnifica,
facta dielis aquando, memorasset.

Et mihi reliquam atatem a Rep. procul habendam decreui.) Posset
 aliquis suspicari pro, *habendam*, Sallustium scripsisse, *agendam*. Sic
 enim posuit in Bell. Iugurth. cum ait: *Atque ego credo fore, qui quia*
decreui procul a rep. atatem agere. & post: Procul ab imperio regis ata-
tem agebant. Sed nihil mutandum; nam in Bello item Iugurthæ
 dixit: *Vbi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, &c.* Non ab-
 simili quadam sententia vsus videtur Cato, quem Sallustius pluri-
 bus locis æmulatur, cum ait in Q. Thermum: *Ego iam a principio*
in parsimonia, atque in duritia, atque industria omnem adolescentiam
meam abstinui, &c. Ibi tamen, *obstinui* legendum est, quod pro *ob-*
firmari, positum esse docet Festus in *Obstinato*, qui in *Repastinari*
 citat Catonis locum.

Quam verissime poterō, paucis absoluam.) Ita legendum, licet Vi-
 torinus Grammaticus, *brevissime* legat pro, *verissime*; nam Faci-
 tus Sallusti æmulator sic habet hunc locum imitatus: *Quam ve-*
rissime expediam, si pauca supra petiuero.

Prius quam initium narrandi faciam.) Putamus Sallustium scri-
 psisse, *facio*, non, *faciam*; nam in Bell. Iugurth. sic locutus est, cum
 ait: *Sed priusquam huiusmodi rei initium expedio, pauca supra repe-*
tam. & Cicero libr. I. Philipp. *Antequam de rep. dicere incipio.* & in
 Somnio Scipioni: *Gratias tibi ago summe Sol, qui priusquam ex hac*
vita migro. Virgilius lib. I V.

Ante pudor quam te violo, aut tua iura resoluo.

Nam id facinus in primis ego memorabile existimo.) Accepit hanc sententiam, ut videretur, a Thucydide. qui libr. 1. ait: *ἐλπίζω μίαν τι ἴσθαι καὶ κατὰ ἀξιολογίας τῶν ἀπογεγενημένων, περὶ μὲν οὖν*, &c. Vbi verbum *ἐλπίζω* positum est Græca consuetudine pro *νομίζω*, & ut Sallustius ipse vertit, *existimans*.

C A P. V. ¶ *Cuiuslibet rei simulator.)* Nonius in *Simulare*, legit, *Cuius rei libet simulator*. Et fortasse ita scripsit Sallustius. nam in epistola de rep. ordinanda dixit: *Cuius rei libet periculum facere*.

Reip. capiunda.) Quid si legamus, *occupanda*, pro, *capiunda*? nam sequitur: *Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat.* & paulo post de eodem Catilina. *Opprimenda Reip. consilium capit, &c.* Infra in epist. de rep. ord. sic locutus est, cum ait: *Per idem tempus maledictis iniquorum occupanda reip. in spem adducti homines, quibus omnia probro, & luxuria polluta erant.* & in Bell. Iugurth. *At qui sunt hi, qui Remp. occupauerunt homines sceleratissimi.*

Quomodo Remp. habuerint.) Scio Tacitum, qui Sallustium frequenter imitatur, simili modo locutum esse, cum dixit libr. 1 v. *Ceteras reip. partes, quibus modis ad eam diem habita sunt.* Placeret tamen si pro *habuerint*, legeremus, *auxerint*. nam infra habetur: *Vbi labore atque iustitia resp. creuit. Item: Regium imperium, quod initio conseruanda libertatis, & augenda resp. fuerat.*

C A P. VI. ¶ *Initio habuere Troiani.)* Illud, *habuere*, a Græcis Sallustius accepit, Itemque æmulator eius Tacitus, qui suos annales ita exorditur: *Vrbem Romam ab initio Reges habuere.* Homer. in Catalogo dixit, οἱ τ' εἶπον, &c.

Reip. consultabant.) Iure suo videtur posuisse pro, frequenter *consulebant*, ut agitare, ductare, dicitare, & alia huiusmodi. Alibi *consulebant* dixit, ut in epistola de rep. ordinanda, ubi est: *Apud illos una resp. erat, ei consulebant*, & in oratione Cottæ: *Tolerate aduersa, & consulite reip.*

In superbiam, dominationemque se conuertit.) v. c. habet: *In superbiam dominationem se conuertit*; ut fortasse legi possit; *In superbiam dominationem.* Sed Cæsar in Anticatoe dixit: *Vnius arrogantia, superbiaque dominatuque.*

C A P. VII. ¶ *Cœpere se quisque magis extollere.)* v. c. habet: *Per se quisque, &c.* sed nihil mutandum. Vel legendum ut in epist. de rep. ord. ubi est: *Neque aliter quisquam extollere sese, & diuina mortalibus attingere potest.*

Vsu militiae discibat.) Posset aliquis suspicari Sallustium scripsisse, *Vsum militiae discibat.* In Bell. Iugurth. dixit: *Militia magna scientia* & Cæsar libr. 1. *Non magnum in re militari usum habebat.*

Magisque in decoris armis, & militariibus equis.) Videndum an legi debeat: *In decoribus armis.* Priscianus enim libr. 4. alium ex

histe

historiis locum citat huic similem, in quo est: *Equis & decoribus armis*. Nonius tamen profert, ut vulgo habetur.

Sic se quisque hostem ferire.) v. c. non habet illa, *sic se*, quæ nulla iactura possunt abesse. & post habet: *Ea diuitias, ea bonam famam putabant.* & infra: *Ea populus latari.* in epistola tamen de rep. ord. dixit: *Eam virtutem & magnitudinem animi asistent.*

Pugnando cepit.) Eodem modo locutus est in Bell. Iugurth. cum ait: *Vrbes aliquot pugnando cepit.* Est autem antiqua scribendi forma qua vsus est Plautus Mil. Glor. cum dixit: *Vi, pugnandoque hominem capere certa res est.* Et Hirrius de Bell. Afr. *Castello in monte loco munito locato vi & pugnando potitus est.* Sic enim scribendum notauimus ad illum locum, non ut in vulgaris editionibus habetur, *vi expugnando cepit.* & in Columna Duilii est: **PUGNANDO CEPIT.**

CAP. VIII. ¶ *Ea res cunctas ex libidine magis, quam ex vero celebrat.*) Simili sententia vsus est in epist. de rep. ord. cum ait: *Quia plerumque res Fortuna ex libidine sua agit.* Quod autem hic dixit, *ex vero*, id in Bell. Iug. dicit, *ex merito.* Et omnes, inquit, honores non ex merito, sed quasi debitos a vobis repetit. Sed Tac. Sallustii imitator, *ex vero*, vsurpauit, cū dixit: *Neque Philippū potētia, sed ex vero statuisse.*

Sicuti ego existimo.) v. c. *astimo.* Sic apud Cæsarem sæpius verbum *astimo*, in *existimo*, mutatum ostendimus.

CAP. IX. ¶ *In pace vero beneficii magis.*) v. c. *In pace vero, quod beneficii magis.* Et fortasse dictiones; *in pace*, ut supra, illæ, *in bello*, additæ sunt.

CAP. X. ¶ *Cuncta maria terraque patebant.*) Videndum an legi debeat, *parebant*, pro *patebant*, ex loco superiore, ubi est, *virtutis omnia parent.* Videndus item locus Thucydidis quem ibi adduximus.

CAP. XI. ¶ *Propius virtuti erat.*) v. c. *Proprius virtuti est.* Sic Cic. lib. I de off. Prius de iis rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus.

Quem in Asia ductauerat.) v. c. *in Asiam.* Infra est: *Sedis Piso in prouinciam iter faciens.* & sic Liuius lib. xxxix.

Quippe secunda res sapientum animos fatigant.) Eadem sententia vsus est Cato pro Rhodiensib. lib. vii. cap. iiii. cum ait: *Secunda res fatitia transuersum tradere solent a recte consulendo, atque intelligendo.*

CAP. XII. ¶ *Sua parui pendere.*) Lucilius libro xxviii. apud Nonium: *Nihil parui ac pensi, &c. Nihil pensi vsurpat sæpius Sallustius & eius imitator Tacitus.* *Pensum* vero, ut Nonius docet, significat *exaquatum*, quod sine inclinatione sunt, quæ penduntur.

Qua clarissimi viri victores reliquerunt.) Videtur deesse vox, *victis*, ut sit *victores victis reliquerunt.* vel vox, *victores*, in *victis* mutanda. Cicero lib. i. in Verrem: *Nimum hac forsitan illi mirantur atque efferunt. Esto. Veruntamen honestius eris Reip.*

nostra, Iudices, ex qua illis pulcra esse videntur, Imperatorem nostrum in bello reliquisse, quam Prætorem in pace abstulisse, &c. Quibus verbis Sallustianam sententiam plane expressit.

CAP. XIII. ¶ *Non minor inceserat, viri pati muliebria.) v. c. Non minus inceserat. viros pati muliebria, &c. Sic in oratione Lepidi: Homines maximi nominis, non minus optimis maiorum exemplis. & Tacitus lib. IIII. Non minus insignis eo anno impudicitia. Potest tamen vulgata lectio defendi. Nam idem Tacitus lib. IIII. dixit: Hinc Gracchi & Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor nomine Senatus Drusus.*

CAP. XV. ¶ *Vacuam domum scelestis nuptiis fecisse.) Hunc locum imitatus videtur Cicero in Catil. I. cum ait: Quid vero nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuam fecisses, &c.*

CAP. XVI. ¶ *In presens.) Cicero, in presentia, solet dicere. Tacitus Sallustium imitatus, in presens, dixit libro xv. Omissa in presens Achaia. Item: In presens haud animaduersum.*

Gratis potius malus erat.) Eadem sententia usus est in epistola de repub. ord. cum dixit: Malitia premiis exercetur; ubi ea demeris, nemo omnium gratis malus est.

Ipsi consulatum petendi magna spes.) Atqui iam petebat, ut apparet ex loco inferiore, in quo est: Hac ipsa, ut spero, vobiscum Consul agam. Vnde aliqui legunt, petenti. Sed fortasse non male legeretur: ipsi consulatus magna spes.

CAP. XVII. ¶ *Hortari alios, alios tentare; opes suas, &c.) v. c. habet: Primo singulos hortari ac tentare opes suas, &c. Ut fortasse legi possit: Primo singulos hortari, ac ostentare opes suas, &c. Opes scilicet, ut in epistola Mithradatis: Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum. & infra: Postulauere plerique coniuratorum ut proponeret, quid ubique opis, aut spei haberet. Sed nihil mutandum, nam Cicero in Catilin. IIII. habet verbum tentare, cum ait: Omnia norat, omnes aditus tenebat: appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat.*

M. Porcius Laca.) Puto designari eum, qui in argenteis denariis eodem quo hic titulo M. P O R C. L A E C A, describitur. Qui vero paulo post nominatur P. Sulla, in veteri denario est. P. S V L A, antiqua scribendi consuetudine, vnico L.

Participes nobiles.) Videndum an vox, nobiles, adiecta sit ab aliquo, qui loci expositionem in margine posuerit.

CAP. XVIII. ¶ *L. Torquatum.) Opinor designari L. Torquatum, qui, ut scribit Cicero in Pisonem, Prouinciam Macedoniam ex S. C. obtinuit, & ex ea Imp. appellatus est. In denariis autem Manliæ familiæ describitur L. T O R Q V A T. E X S. C. Ad Sallustii autem locum faciunt, quæ refert Padianus in Cornelianæ. P. Sulla, inquit, & P. Antonius Cos. des. cum essent, eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum Cos. creati sunt.*

CAP.

CAP XIX § *Postea Piso in Citeriorem Hispaniam Quaestor pro Pratore missus est.*) Ad hunc Cn. Pisonem pertinet vetus inscriptio ex marmore.

CN. CALPURNIUS

CN. F. PISO

QUAESTOR. PRO PR. EX S.C.

PROVINCIAM HISPANIAM

CITERIOREM OPTINUIT.

Nos eam rem in medio relinquimus.) Q. Claudius Annal. lib. I. apud Agellium libro XVII. cap. II. dixit: *Nos in medium relinquemus.* Videndus ibi Agellius. Neque vero Tacitus hunc locum omisit, qui libr. de moribus Germanorum ait: *Quod ego vti incompertum in medium relinquam.*

CAP. XX. § *Ceterum mihi indies magis animus accenditur.*) v. c. habet: *Indies magis ac magis animus accenditur.*

In paucorum ius atque ditionem concessit.) Eodem modo locutus est Livijs lib. XXXVI. Ita Athamania omnis in ius ditionemque Philippi concessit. & ipse Sallustius in orat. Macri: *Itaque omnes concessere iam in paucorum ditionem.* Ibi tamen, *dominationem* vulgo legitur:

Nobiles atque ignobiles vulgus sumus.) Videtur legendum *nobiles aequae atque ignobiles.* Fieri enim potest, ut librarius similitudine literarum deceptus, omiserit illud, *aequae.*

Non ne emori per virtutem praestet.) Placeret magis, si, *mori*, pro, *emori*, legeretur. Sic in orat. Lepidi: *Est ne viris reliqui aliud, quam solvere iniuriam, aut mori per virtutem?* Tacitus libr. XI. Sallustii locum imitatus, ait: *Moriendum victis, moriendum deditis.* Id solum referre, *novissimum spiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem,* &c. Videndum tamen, an apud Sallustium pro eo, quod in vulgatis est, *per dedecus amittere*, legendum sit, *per dedecus agitare.* Nam *vitam agitare* solet alibi dicere.

CAP. XXI. § *Tamet si illis quiescenda mouere.*) v. c. *Quiescenda R. P. mouere.*

CAP. XXII. § *Cum ad insurandum populares sui sceleris adigeret.*) Praepositio, *ad*, abundare videtur. Nam *adigere*, seu *adicere insurandum*, dici solere ex Livio, Caesare, & alijs ostendimus in notis ad Caesarem.

In pateris circumtulisse.) v. c. non habet praepositionem, *in*, quae sane videtur recte abesse.

CAP. XXIII. § *Facinoribus coopertus.*) Ita plane locutus est in Bello Jugurth. cum dixit: *Inopem & coopertum miseris efficit.* Quia & ipse Sallustii aemulator Tacitus lib. III. sic ait: *Ne quis vita probrosus & opertus infamia provinciam sortiretur.* Cato apud Agellium libro XIII cap. XIII. diuersis quidem verbis, eandem tamen sententiam protulit. *Tuum*, inquit, *vesarium facinus peiore facinore operire postules.* Horatius item Satyra I. libr. II. simili quadam translatione usus est, cum ait.

Formosissq; Lupo cooperto versibus. At Varro lib. I. cap. 11. Italiam viribus coopertam dixit.

CAP. XXV. ¶ *Prorsus multa facetia.*) v. c. habet, *multa facetia, &c. quod positum est quomodo apud Plautum delicia. Et paulo post in veteri eodem codice habetur: Ad cauendum dolos astutia deerant. Item: Neque insidia quas Consuli in campo fecerat, prospere cessere. Nisi forte pro prospere cessere, scribendum sit processere, nam infra dixit: Quod neque insidia Consuli procedebant.*

CAP. XXVII. ¶ *C. Iulium in Apuliam.*) v. c. habet, *C. Iunium;* & fortasse is est, qui argenteo denario C. I V N I. C. F. describitur.

CAP. XXVIII. ¶ *Vbi intelligit quantum periculum Consuli impendat.*) v. c. habet: *Vbi intellexit quantum periculum Consuli impendebat. & paulo post vbi in vulgatis editionibus est, dolore iniuria, in v. c. abest vox iniuria.*

CAP. XXX. ¶ *Sed Pratores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum.*) Opinor designari Q. Pompeium Rufum, filium Q. Pompeii Rufi eius, qui Cos. cum L. Sulla fuit: A. V. C. DCLXV. quique Præturam vrbanam gesserat. A. V. C. DCLII. & ab eo signatos esse denarios in quibus henos hic Præturæ & Consulatus patris expressus est, Sellæ Curulis insignibus cum inscriptione, Q. P O M P E I I, Q. R V F V S. C O S.

CAP. XXXI. ¶ *Quibus pro Reipubl. magnitudine.*) Videtur scribendum, *pro rei magnitudine. & fortasse totus hic locus ita legendus: Ad hoc mulieres, quibus ille timor insolitus cesserat, pro rei magnitudine afflictere sese.*

Dissimulandi causa, & quasi sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senectum venit.) v. c. habet: *Aut sui expurgandi.* In alio est: *Tum sui expurgandi.* Vt fortasse scribendum sit: *An sui expurgandi.* Nam Tacitus quem constat Sallustii locutiones multis locis imitatum esse, ita plane locutus est lib. xv. cum dixit: *Nihil metuens, an dissimulando metu, & libro vii. legiones metu, an contumacia locum deseruisse. & lib. ii. Metu inuidia, an ratus conscientiam satis esse.* Item: *Finem vita sponte, an fato impleuit.*

Vt omnia bona in spe haberet.) Videtur illud, *bona* adiectum esse. Nam Cicero cum alibi, tum lib. xii. epist. sine eo verbo locutus est, cum ait *Omnia esse in Bruto tuo. & lib. vi. Omnia habeo a te.*

Perdita Republ. opus esse.) v. c. habet: *Perditam Rempubl. opus esse.* quod potest retineri. Sic enim Q. Claudius in Annalib. locutus est apud Agellium lib. xvii. c. i. cū inquit: *Nihil sibi diuitias opus esse.*

CAP. XXXII. ¶ *Multa secum ipse volutans.*) illud, *ipse*, non est in v. c. & paulo post videtur legendum, *antecapere*, inducta voce *multa*, sic: *Antecapere qua bello vsus forent.*

Aliaque bellifacina parent.) Ita v. c. & sic infra: *In vrbe parata esse, qua inusserit. item: Cum conuicti, confessique sint, eadem incendia, aliaque feda, atque nefaria facinora in ciues, patriamque patrauisse.*

Nih

Nisi forte ibi *patranisse*, & hic *patrent*, legendum sit. Sic enim infra locutus est, cum dixit: *Si Roma socii incepta patrauissent.* & supra: *Pessimum facinus patratum foret.* Erant autem iam *parata*, quæ nunc *patrandæ* Catilina iubet.

CAP. XXXII. ¶ *Sæpe maiores vestrum miseriti plebis.*) vv. cc. habent, *maiores nostri.* Quod videtur rectius. *Maiores enim vestri*, magistratus ad populû verba faciēs, vsurpabat, aut *maiores vestri*: In Senatu vero, *maiores nostri*, vt in orat. Cæsaris. Hic autem cum ad Imperatorē verba fiât, ratio poscere videtur, vt *nostri*, scribatur.

CAP. XXXV. ¶ *Recognita grata mihi.*) v. c. habet: *Recognita mihi magnis meis in periculis,* &c. Vt fortasse primum scripserit Sallustius: *Egregia tua fides, gnara mihi magnis meis in periculis,* &c. deinde alius quidam, qui vellet vocem, *gnara*, quod esset obscurior, exponere, addiderit verbum, *cognita*, quod in seriem, vt sit a librariis receptum sit. Tacitus libro xv. qui Sallustium passim imitatur, sic locutus est, cum dixit: *Idque nulli magis gnarum quam Neroni.* & alibi: *At nobis ea pars militia maxime gnara est.*

Non quin as alienum.) Totus hic locus ita in v. c. habetur: *Non quia as alienum sumtum meis nominibus, ex possessionibus soluere non possem.*

Honore honestatos.) Quid si pro *honestatos*; legamus, *honoros*? nam vv. cc. variant in huius verbi scriptura, cum partim habeant, *honestos*, partim, vt hic *honestatos*: & Tacitus Sallustii imitator voce *honorus* vsus sit. Vnde Plinius vsurpauit *inhonorus*, cum ait: *Inhonorus est, neque in templo ullo Hercules.*

CAP. XXXVIII. ¶ *Neque solum illis aliena mens erat.*) v. c. *Alia mens erat.* & sic infra, cum ait: *Longe mihi alia mens est P. C.* Item: *Haud sane alio animo belli euentum expectabant.*

CAP. XXXVIII. ¶ *Nam postquam Cn. Pompoio; & M. Crasso Cos. Tribunicia potestas restituta est.*) Pædianus in Diuinatione: *Primum Sicinius trib. pl. nec multo post Quinctius, & postremo Palikanus persecerunt, vt Tribuniciam potestatem populo darent Consules Cn. Pompeius Magnus, & M. Licinius Crassus, &c.* Ad quam rem indicandam in denariis Palikani Rostra Libertati sacra impressa sunt.

CAP. XXXIX. ¶ *Dubiis rebus nouandis.*) Videndum an debeat induci vox, *dubiis*, quæ potest esse ab aliquo adiecta.

CAP. XLI. ¶ *Vicit Fortuna Reip.*) Ita v. c. Sed dubium non est, quin *Fortuna P. R.* scribendum sit. Nam apud Tacitum sic est libr. xi. *Affuit, vt sæpe alias, Fortuna P. R.* & in veteribus ex argento denariis est FORT. P. R. Itemque in Numismate Nerug Imp. itidem ex argento, FORT. P. R.

CAP. XLII. ¶ *In agro Piceno, Bruttio.*) v. c. habet *Brettio*; Quæ vera scriptura est. nam Græca numismata habent, ΒΡΕΤΤΙΩΝ.

CAP. XLIII. ¶ *Bellig, gravissimi inuidiam.*) vv. cc. habent: *Gravissimam inuidiam, & sic infra: Magnam illi inuidiam conflauerant.*

Dies prolatando.) v. c. *Protelando*, quod mendum est. nam *prolatando* habet Tacitus libr. v. cum ait: *Sed ubi diem ex die prolatabant.* & paulo post v. c. habet: *Quod signatum ad ciues suos perferunt.* nisi forte illud, *suos*, additum sit.

C A P. XLV. ¶ *C. Pomptino.*) Ita Cicero, & Dio, qui Πομπίνιος edit. Sed rectius habet v. c. *Pomptinio*. nam ita dicunt exstare in veteribus numismatibus. Et in Epitome Liuiana c. i. i. manuscripta, *C. Pomptinius est*, pro eo quod mendose in vulgatis libris habetur, *C. Politius*.

Quibus rebus confectis omnia propere per nuntios Consuli declarantur.) v. c. habet: *Quibus rebus ita confectis, eam propere;* & c. vt fortasse scriptum fuerit: *ea propere*.

C A P. XLVI. ¶ *Ceparium Tarracinensem.*) v. c. habet: *Ceparium quendam Tarracinensem,* & c. vt supra: *P. Volturnium quendam Crotoniensem.* sed scribendū, *Terraceniensem*, ex antiquo marmore.

C A P. XLVII. ¶ *Fingere alia omnia.*) *Alia omnia*, ex antiqua formula Sallustius posuit pro, *contraria, & diuersa*. Nam vt Festus ait, *Cum Consules sententiam Senatores rogarent, omnis gratia, ne dicerent; Qui non censetis, praibant his verbis: Qui alia omnia, in hanc partem, cum prius dixissent, Qui hoc censetis, illuc transiit.*

At Lentulum dissimulantem coarguunt.) Rectius in v. c. *Ac Lentulum,* & c. & paulo post: *Abdicatus magistratu,* & c. cum in vulgatis libris sit: *Abdicato magistratu.* Quod non ita respicit veterem formulam Romanam.

Q. Cornificio.) Hic vt opinor in veteri denario dicitur, Q. C O R N V F I C I V S A V G. I M P. Imperator, scilicet ex Africa prouincia, in consulatu Ciceronis Competitor, & in augurato collegæ, vt in epistolis Ciceronis ad eum scriptis intelligimus.

C A P. XLVIII. ¶ *L. Tarquinius.*) Verustissimus liber habet, *Tarquitius*, & ita Tacitus manuscriptus libro x. i. in quo est: *Statilius Taurum opibus illustrem, hortis eius inhians peruertit recusante Tarquitis Prisco.* In vulgatis autem editionibus mendose habetur, *Tarquinio. Tarquitius* item, vt alibi admonuimus, nō, *Tarquinius* est in fragmento Sallustianæ historiae manuscripto, quod iam pridem a nobis, vt legi debet, emendatum, ex libro de familiis Romanis peti potest. Nec item aliter in argenteis denariis, quam C. T A R Q V I T I V S nominatur.

Tametsi verum existimabat.) In v. c. est *vera*, non, *verum*. & paulo post: *Tantam iracundiam,* & c. sine voce, *illam*; quæ tamen retinenda videtur ex loco superiore, in quo est: *Tanta mala ista effugiatis.*

C A P. LI. ¶ *Paullo sauior.*) v. c. habet, *saua* & paulo post videtur legendum: *Sin lenius est,* & c. inducta voce, *quia*, quæ fortasse adiecta est.

An quia lex Porcia vetat?) Porciam legem designat, quæ vt ait
Liuius

Liuius lib. x. pro tergo ciuium Romanorum lata est. De qua ita Cicero pro C. Rabirio: Porcia lex, inquit, libertatem ciuium licitori eripuit. In denariis autem argenteis Porciae familiae, quos P. Porcius Laeca signauit, huius legis symbola expressa sunt haec. Vir cogatus, siue ut in albis, magistratus in sella sedens curuli, qui medianter licitorem, & eum qui prouocet, cuius Romani libertatem licitori, ut inquit Cicero, eripit, cum hac inscriptione, P R O V O C O.

Sed ubi imperium ad ignaros.) v. c. habet, ignavos. Et paulo post videtur legendum: tabulas, vestes, pro eo quod vulgo legitur tabulas vestras. nam paulo supra dixit: Nam uti quisque aut domum, aut villam, postremo vas, aut vestimentum alicuius concupuerat.

C A P. LII. ¶ Nullius unquam delicti gratiam fecissem.) Eodem modo locutus est in Bell. Iugurth. cum ait: Ceterum Boccho, quoniam praenitet, delicti gratiam facit. & lib. 1 v. Historiar. Post reditum; inquit, eorum, quibus Senatus belli Lepidiani gratiam fecerat.

Non votis, neque supplicis muliebribus auxilia deorum parantur.) Supplicia hic pro hostiis & sacrificiis, siue supplicationibus Sallustius poluit, ut Tacitus lib. II. cum dixit: Sed tunc supplicia diis, ludique magni a Senatu decernuntur. & supra ipse Sallustius: In supplicis Deorum magnifici. Eadem sententia vltus est in oratione Lepidi, cum ait: Non prolatandum, neque votis paranda auxilia. Videndus Feitus in Supplicia.

C A P. LIII. ¶ Tanta negotia sustinisset.) Eodem modo dixit in Bell. Iugurth. Quantum negotii sustineam. & Horatius illo versu: Cum tot sustineas, & tanta negotia solus.

Hic tamen videtur Sallustius, sustinere, uturpasse pro gerere, & patrare, ut in Bell. Iugurth. Ac non perinde habeantur, ut eorum qui ea sustineant, virtus est.

C A P. LV. ¶ Ut quemque casus armauerat.) Nonius in Sparos legit, Ut quosque casus, &c. Et paulo post legendum omnino, in Galliam versus. nam sic est in vv. cc. & Grammatici ita citant. Varro etiam ita locutus est libro 1 v. de Lug. Lat. cum dixit: Conum; quod cogitur in cacumen versus.

C A P. LVIII. ¶ Vnus ab urbe, alter a Gallia obstat.) Huic sententiae similis est illa Varronis lib. 1. cap. v. de re rust. Quod quae sunt suo quaque loco posita, ea minus loci occupant, & minus officii alius alii ab Sole, & Luna, & vento.

Illis superuacaneum est pro potentia paucorum pugnare.) Expresit Graecam vocem, qua vltus est Demosthenes eadem significatione, cum dixit: ὅτι ἐν ἀβυσσῶν ἀγῶνι μὲν.

Nemo nisi victor pace bellum mutauit.) Tacitus hanc loquendi formulam hinc accepit, cum dixit libro 11. Miseram pacem vel bello mutari. & ipse Sallustius in fragmentis: Togam paludamento mutauit. Horatius:

Ex filio domos & dulcia limina mutant.

Paulo post v. c. habet; *ab hoste, non, hostibus.*

CAP. LIX. ¶ *Reliqua signa in subsidiis locat.*) Quid si legamus? *Reliquas in subsidiis artius collocat. ut ad cohortes præcedentem vocem ref. ramus. nam infra dixit: Ille cohortes veteranas, quas tumulti causa conscripserat, in fronte; post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. v. t. habet: Reliquarum signa in subsidio artius collocat.* Quæ scriptura nostram coniecturam aliquo modo confirmat. Paulo post v. c. habet, *inermos, quomodo Tacitus, semermos.*

Ab his centuriones omnes, & euocatos.) v. c. *Ab his centuriones omnes lectos, præterea, &c.* sed verbum *lectos*, glossema est vocis, *euocatos*, quæ in v. c. desideratur. Nam Seruius in lib. II. En. sic citat hunc locum: *Ipse ab his omnes euocatos & centuriones, præterea, &c.*

In fronte post eas ceterum exercitum in subsidiis locat.) Nonius citat hunc locum in *Tumulti*, & ita legit: *In frontem positas, ceterum exercitum in subsidio locat.* Quod videtur verissimum; nam Tacitus lib. 6 III. hunc locum imitatus, ait: *In frontem statuerat ferratos, & in cornibus cohortes, a tergo semermos.* & in vita Agricollæ: *Veritus, inquit, ne simul in frontem, simul in latera suorum pugnetur.*

Equo circumiens unumquemque nominans.) v. c. *Equo circumiens, quemque nominans.* Et paulo post ca. 61. *Inter hostilia cadauera, &c.* quomodo legisse videtur Seruius. & infra: *Voluentes hostilia cadauera. item: Paullulum etiam spirans, &c.* sine voce, *adhuc, quam non habet v. c.*

NOTÆ AD LIBRVM DE BELLO IGVRTHÆ.

CAPVT II.

Agit, atque habet cuncta, neque ipse habetur.) Verbum *habet*, & *habetur*, eodem, quo Græci sensu, Sallustius vsurpauit, præd quos notum est illud Demosthenis, *ἔχει πῶν λαίδω, καὶ ἴσθαι*.

CAP. III. ¶ *Cadem, fugam, aliaque hostilia.*) In v. c. additur vox, *incendia, &c.* & legitur: *Cadem, fugam, incendia, aliaque horribilia.* & sic supra in *Bell. Catil.* dixit: *cadem, incendia, aliaq, belli facinora.*

CAP. IV. ¶ *Quam virtus eorum famam, atque gloriam adaquauerit.*) Videtur abundare vox, *virtus*, adiecta ab expolitore. nam in v. c. est, *adaquauerint.* Quod vero sequitur, *ad inceptum redeo*, Tacitus lib. IV. sic imitatur, cum ait: *Sed ad incepta redeo.*

CAP. VI. ¶ *Hominem tam acceptum popularibus.*) Sic dixit infra: *Hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus suis.* Quem locum imitatus Tacitus lib. XII. ait: *Clarus acceptus.*

teptusque popularibus. Quod vero post ait, *statuit eum obiectare periculis*, id quoque sic æmulatur Tacitus lib. II. *Ut ea specie dolo simul & casibus obiectaret; & Virgilius dixit caput obiectare periculis.*

C A P. IX. ¶ *Et Iugurtham beneficiis vincere aggressus est.* Quid si legamus? *beneficiis vincere aggressus est.* Nam Cicero pluribus locis ita locutus est. Ad Atticum lib. VI. epist. X. *Mea, inquit, causa aliã est, quod beneficio victus, ingratus esse non possum.* & lib. XII ad Memmium: *Tum viros primos, & homines honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi, tuisque deuinxeris.* Sed nihil omnino mutandum; nam Sallustius ipse infra eodem modo locutus est, cum dixit: *Nunquam populum Romanum beneficiis victum esse.* & Apuleius Apologia II. *Malum filium beneficio vinceret, me inuidia liberaret.*

C A P. X. ¶ *Quam liberis si genuissem.* Vox, *liberis*, videtur abundare, legendumque: *quam si genuissem.* Itemque paulo post tollendæ voces, *ex tribus*, scribendumque: *Ne medius (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret.* Ad hunc autem locum facit versus Virgilii de Didone.

_____ mediamque locauit,

cum supra accumberet Æneas, infra Achates.

C A P. XI. ¶ *Ne medius ex tribus.* Hinc de Didone dixit Virgilius versus supra citato: *mediamque locauit*, quod is locus, ut ait Sallustius, *apud Numidas honori duceretur.* & fortasse voces, *ex tribus*, abundant, ut diximus supra. Quod autem paulo post ait: *Inter alias res iacit*; id videtur imitatus Tacitus cum dixit libro I. *Quadam de habitu, cultuque, & institutis eius iecerat.*

C A P. XII. ¶ *Promissis onerat;* v. c. *præmiis onerat*; quod aliquo modo nititur loco inferiore, in quo est: *Premia modo, modo formidinem ostensare.* Sed nihil mutandum; nam Tacitus Sallustii æmulator dixit lib. XVII. *Postquam vario sermone callidos, audacesque cognouit pretio, & promissis onerat.* & lib. XX. *Multis in Senatu laudibus cumulatam promissis onerat.*

C A P. XV. ¶ *Ceterum ius & imperium penes vos esse.* Tale illud Liuii lib. XL v. de Massaba Massanissæ filio: *Massanissa, inquit, meminisse regnum a P. R. partum, autumque & multiplicatum habere, usu regni contentum, scire dominium, & ius eorum, qui dederint, esse.*

Ac maxime deberi mihi beneficia a P. R. Videndum an vox, *beneficia*, abundet: & paulo post legendum: *Quorum progenies vos; P. G. nolite pati, &c.* Sic Varro de re rust. lib. II. cap. XLV. *Ibi contra progenies eorum.* & Cicero de Vniuersitate: *Veteres, qui se progenient deorum dicebant.*

In imperio vestro. Eodem modo locutus est Cæsar lib. I. de Bell. Gall. cum dixit: *Quod in tanto imperio P. R. turpissimum sibi, &*

Reipub. esse arbitrabatur. & libr. II. *Qui minus in imperio nostro eam rem consequi poterat.*

Eos multum laborem suscipere.) v. c. *Eos multum laboris suscipere.*

Quo accedam, aut quos appellem.) Donatus legit *qua accidam* in Commentatio Hecyæ Terentianæ, & ita habent recentiores editiones. Videtur tamen antiqua lectio, *accedam*, verior esse, nam ita Sallustius ipse paulo supra locutus est, cum dixit: *Quo potissimum infelix accedam?* & infra: *Pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit.* Item: *Bocchus cum magna multitudine Iugurtham accedit.* & pluribus aliis locis.

Vna occidendum nobis esse.) Simili sententia vsus videtur Livijs libr. XLV. & forte a Sallustio eam mutuatus est, cum dixit: *Massanissam victoria Romanorum latari mirum non esse, qui sortem omnem fortuna regniq; sui cum rebus Romanis immiscuisset.*

Virtute ac Diis volentibus.) Eodem modo locutus est in oratione Cottæ, cum dixit: *Multa mihi pericula domi, militisq;ue, quo cum alia toleranti, partim repuli Deorum auxiliis, & virtute mea.* Cæsar quoque ita locutus est, ut in nostris ad eum notis ostendimus.

Sociorum iniurias curare licet.) v. c. habet, *tutare*, pro, *curare*. & ita Plautus Mercatore, cum ait: *Inuoco Lares Diales, ut me tutetis.* & Næuius apud Nonium: *Tuos qui celsos terminos tutant.* Sed *curare*, potest etiam retineri. Sic enim supra: *Quibus pro magnitudine imperii ius & iniurias omnes cura esse decet.*

Ne quos priuata amicitia Iugurtha, parū cognita, transuersos agat.) Ita locutus est supra, cum dixit: *Qua etiam mediocres viros spe præda transuersos agit.* & Cato *transuersos trudere* dixit.

CAP. XV. ¶ *Æmilius Scaurus homo nobilis.*) Hic, ut puto, patet est eius Scauri, cuius Ædilitas celebratur a scriptoribus, & in eius denario describitur, cum titulo: M. S. C. A. V. R. Æ. D. C. V. R. In quo item denario, eiusdem sub Pompeio Magno Pro Quæstura, & in Syria Præfectura, & gesta contra Arcetam regem Arabum expressa sunt.

CAP. XVII. ¶ *Ab ortu Solis declinem latitudinem.*) Videtur legendum, *altitudinem*, non *latitudinem*. Nam Pomponius Mela lib. I. ait: *Catabathmos Vallis deuexa in Ægyptum, finit Africam.*

Bonus pecori, arbori infecundus.) Tacitus huic locum sic imitatur libr. de morib. Germ. *Frugiferarum arborum impatiens, pecori fecunda.* Seruius in I. Æn. citans hunc Sallustii locum, sic habet: *Frugum, pabuli latus ager.* Quod autem sequitur: *Cælo terraque penuria aquarum*, id sic æmulatur Q. Curtius libr. IV. *Terra cæloque aquarum penuria est.*

Ab ea fama, qua plerisque obtinet, diuersum est.) Verbum, *est*, non habet v. c. & fortaſſe illud, *plerisque*, in, *plerumque*, mutandum est. Paulo post videntur abundare voces, *vni pecoribus*. nam Pompo-

nus

nus Mela, qui hunc locum imitatus est, habet: *Humi quies, epulaeque.*

CAP. XVIII. ¶ *Oblonga, curuis lateribus tecta, quasi nauium carinae sunt.*) Videtur hic locus ita interpungendus: *Oblonga curuis lateribus, tecta quasi nauium carinae sunt.* Cato mapalia rotunda, veluti cohortes esse dicit.

Medi autem & Armeniis accessere Libyes.) v. c. habet: *Medi autem & Armeniis accessere Libyes.* quod placet. nam supra dixit: *Hi paulatim per connubia Gatulos secum miscuere, &c.* Vt igitur Persæ & Gatulos, sic Medi & Armeni Lybies secum miscuere.

Ac postea nomen Numida.) Videtur vox, *nommo*, adiecta ab aliquo, qui Numidas a nomen dictos indicare vellet ea postea mendose in, nomine, vel ut alii codices habent in, *nemo*, mutata est.

CAP. XIX. ¶ *Nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere.*) Huc respexit Appulcius in Cosmographia, cum dixit: *De rectore, quippe omnium, non ut ait ille silere melius est, sed vel parum dicere.*

Igitur ad Catabathmum.) Non est dubium, quin legi debeat a Catabathmo nam post Catabathmum Ægypto venientibus prima occurrit Cyrene. secundo autem mari dixit, maritimam oram tenentibus.

CAP. XXI. *Sed ubi plerunque noctis processit.*) Infra dixit: *Plerunque noctis barbari more suo latari.* Item: *Multum dios processerat.*

Vno die inter duos reges coeptum atque patratum bellum foret.) v. c. *Vno eodemque die, &c.*) Quam scripturam videtur agnoscere aliquo modo Tacitus, qui multa huiusmodi solet a Sallustio mutuari, cum dixit libr. XII *Ac nisi praelium nox diremisset, coepta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.* De hac vero loquendi formula videndus Quintilianus libr. VII cap. II. in quo est: *Ducta re exercitum, & patrare bellum Sallustius dicit, qua nunc videntur.*

CAP. XXIV. ¶ *Vtrum grauius existimet.*) v. c. *astimet*; quomodo legendum putamus. nam Cæsar libr. VII ita plane locutus est. cum ait: *Hac si grauius, aut acerba videantur, multo illa grauius astimari debere,* & libr. III de Bell. ciuil. *Leniusque tempestatis, quam classis periculum astimauerunt.*

Vt Iugurtha scelerum ostentui essem.) Hoc tantundem valet ac si dixisset, *ut Iugurtha scelera ostentarem*; siue, *in me Iugurtha scelera ostenderentur.* Id quoque imitatus est Tacitus libr. XII. cum ait: *Auribus decisis viuere iubet, ostentui clementia sua.* & libr. XV *Et ore ac membris in eum pallorem albensibus, ut ostentui esset multum spiritus egestum.*

CAP. XXV. ¶ *Sese casum victoria inuenturum.*) *Casum* posuit pro, *occasione*, ut infra, cum dixit: *Fortunam illis praclari facinoris esse sum dare.* & Tacitus libro XI. *Casus Mithradati datus est occidendi Armeniam vi militis.*

Adherbalis potiretur.) v. c. *Adherbale*, & ita legit Seruius; licet pro *conueniret*, habeat, *videret*: Nonius tamen, *conueniret*, vt vulgari editiones.

C A P. XXVI. ¶ *Quod ab oppugnatione non desisteret.*) Magis placeret si, *ab*, præpositio tollatur, quomodo lib. i. histor. locus est, cum dixit: *Vt actione desisteret.* & Terentius Phormione: *Hic desistat litibus.*

C A P. XXVII. ¶ *Lege Sempronia prouincia futuris Coll. Numidia atque Italia decreta.*) Cicero de Prouinciis consularibus. *Decernenda*, inquit, *nobis sunt lege Sempronia dua prouincia, &c.* Tulit autem legem C. Sempronius Gracchus, vt futuris Coll. singulis annis Senatus duas prouincias decerneret, quas creati Coll. sortirentur, vel inter se compararent. Videndus Festus in *Parare*.

C A P. XXVIII. ¶ *Omnia venum ire in animo hæserat.*) Ita Liuius lib. i. i. *Legem fecerunt, vt liberi liberaq, venum irent.* Sed Tacitus *veno* vsurpauit, cum dixit lib. xiv. *Et posita veno irritamenta luxus.* & lib. xii. *Nisi in his qua veno exercebant.* v. c. habet, *omnia venire.*

L. Bestia Calpurnius.) v. c. non habet nomen *Calpurnius*, quod videri potest adiectum ab aliquo, vel certe scribendum, *L. Calpurnius Bestia.*

Porro ex Sicilia in Africam transfueta sunt.) Sallustius addit hęc præpositionem, quam in verbis quæ præcedunt, omisit, cum dixit: *Per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam.* Sic Tacitus lib. i. *Et comite uno Fabio Maximo Planasiam veſtum,* & lib. vi. *Samum traiecerunt.* Quod vero sequitur, *pugnando cepit*, id pertinet ad antiquam formulam, de qua alibi diximus.

C A P. XXIX. ¶ *De omnibus pactionibus præsens agere.*) Videndum an vox, *pactionibus*, abundet: Item que illud, *non*, quod paulo post non habetur in v. c. in quo est: *Atque equi multi cum paruo argenti pondere.*

C A P. XXXI. ¶ *Multa me dehortantur a vobis Quirites.*) v. c. non habet voces illas, *a vobis*, quæ videri possunt adiectæ. Nam in oratione Catonis contra Seruum Galbam libro vi. orig. non leguntur, ex qua oratione videtur Sallustius hæc verba sumsisse. *Multa*, inquit *Cato, me dehortata sunt Quirites huc prodire, annatas, vox, vires senectus. Verum enimvero cum rem tantam publicam agier, arbitrarer, &c.* de C. Memmio videndus Cicero in Bruto, & fortasse is est, ad quem pertinent denarii cum inscriptione, C. MEMMIUS. C. F.

Quibus vos decet esse terrori.) Ita v. c. cum in aliis desit, *vos.* supra in Bell. Catil. dixit: *His obnoxii, quibus si resp. valeret, formidini essetis.*

Necesse est suometipſo more præcipites eant.) Videndum an verba, *necesse est*, bundent.

Sed

Sed incedunt per ora vestra magnifice.) v. c. *magnifici.* Liuius libr. xxi. *Vestros liberos traductos per ora hominum.* licet libr. xxviii. dixerit, *Præter omnium oculos,* & Tacitus l. b. x. *Præter suorum ora.*

Bis per secessionē armati Auentinū montem occupauerē.) Vtraque secessionem ponit Liuius. Sed primam quidem lib. i. ex opinione Pisonis, qui Sicinio quodam auctore iniussu Consulū scripserit plebem secessisse in Auentinum. Alteram vero lib. i. xxi. quo refert plebem rursus in Auentinum secessisse. Idem nomen Liuius magis probat opinionem eorum, qui non in Auentinum, vt Piso, sed in sacrum montem secessisse primam plebem dicunt, trans Anienem amnem tria ab vrbe millia passuum. Deinde iterum in Auentinum montem: Ad quam opinionem respexisse videtur Sallustius lib. i. *Histor. cum dixit: Tunc plebs armata montem sacrum, & Auentinum insedit,* &c. quibus verbis vtramque secessionem indicauit.

In vempubl. damna.) v. c. *At in vemp. damna:* Illud vero, *At,* a liberatus in, *Ad,* conuersum ex consuetudine mutandi t, in d, occasionem dedit aliis scribendi, *Ad vempub. &c.*

Dominationis eorum satietas tenet.) Videndum an *satias,* scribendum sit. nā hanc vocem sæpe vsurpasse Sallustium Scriptores veteres notāt & ita habetur l. b. ii. *hist. Et in apia grauis satias facta.* Paulo post, ad illud *prælia & paces,* videtur respexisse Sergius in artem ii. Donati, cum scripsit: *Legimus apud Sallustium paces & lices,* &c.

Vos autem, hoc est, P. R.) Videndum an dictiones, *hoc est,* adiectæ sint ab exppositoribus.

Serui are parati iniusta imperia dominorum non perferunt.) Sallustium multa accepisse a Catone, veteres etiam scriptores notant. Hunc autem locum sumit ex libro quem Agellius libr. x. cap. i. i. citat de Falsis pugnis, in quo scriptum erat: *Serui iniuria nimis agere ferunt: quid illos bono genere natos, magna virtute præditos, opinamini animi habuisse, atque habituros dum viuant?*

Vos Quirites in imperio nati.) v. c. *Vos Quirites imperio nati.* & sic locutus est Cicero, cum dixit in oratione de prouinciis consularibus: *Syri natio, nata seruituti.* & Tacitus in vita Agricola: *Nata seruituti mancipia.*

Hosti acerrimo prodita Senatus auctoritas) Hunc locum sic imitatus est Tacitus libr. i. *An ciues vos appellem, quibus tam proiecta Senatus auctoritas,* &c. *Proiecta* igitur dixit pro eo quod Sallustius dicit, *prodita.* Sed Liuius vtrumque simul iunxit, cum ait: *Proiecta ac prodita ad inconsultam atque improvidam pugnam legiones.*

CAP. XXXII. ¶ *Tanta vis auaritia in animos eorum inuaserat.*) Videtur, in, præpositio abundare, uam non habetur in Bellio Cat. l. in quo eandem sententiam protulit iisdem verbis, cum dixit: *Tanta vis morbi, atque uti tabes plerosque ciuium animos inuaserat.* Tacitus tamen & alii, ea præpositione vsi sunt.

Etiam fidem interponit.) Sic Cicero pro Sex. Roscio: *Inque eam rem fidem suam interponeret.* & Cæsar lib. v. de Bell. Gall. *Inque eam rem se suam fidem interponere.*

Sed se suasque spes corrupturum.) v. c. *habet, opes, non, spes.* & paulo post videtur legendum *Multitudo quæ aderat, &c. sine dictionibus in concione, quæ videntur adiectæ.*

Quæ ita fieri amat.) Quintilianus lib. ix. cap. iiii. *Ex Græco, inquit, transtulit a Sallustii plurima: quale est: Vulgus amat fieri, hoc est, quæ. Tacitus lib. iv. *Ut fere amat posterior adulatio.* Appuleius libr. i. Florid. *Quod genus in comædia fieri amat.**

CAP. XXXV. ¶ *Cum Q. Minucio Ruso consulatum gerebat.*) Videndum an hic sit, qui in argenteis denariis Q. MINV. RVF. dicitur.

Itinera, egressusque eius.) Vocem, *egressus*, usurpavit etiam Tacitus eodem sensu, cum dixit: *Et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, audiret insontem clamantem.*

Indicium profiteretur.) *Profiteri indicium* quid sit, intelligi potest e scriptoribus locis, quos adducam Tacitus lib. v. *Et summum, inquit, supplicium parabatur, ni professus indicium foret.* Suetonius in Domitiano, cap. xvii. *Professus conspirationis indicium, & ad hoc admissus, legenti traditum a se libellum, & attonito, suffodit inguina.* Plin. lib. i. i. epist. ad Nep. Scribonianum: *Cum illa profiteretur indicium.*

CAP. XXXVI. ¶ *Quem Pro Pratore in castris.*) Scribendum, *Quem Pro Pratore in castris, &c.* cum autem hic idem A. Albinus paulo post Legatus dicatur, integra eius inscriptio erit, *Legatus Pro Pratore.* Sic enim in antiquis numismatibus reperitur, L E G. P R O P R. &c. ut in notis ad Cæsarem diximus.

CAP. XXXVII. ¶ *Hiemantibus aquis paludem fecerat.*) Sic scribendum esse, not. *hiemantibus*, vel ex hoc Senecæ loco epist. cxv. apparet, in qua ita scriptum est: *Dixit Sallustius aquis hiemantibus: Arruntius non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire.*

CAP. XXXVIII. ¶ *Die, noctuque.*) Servius in i. Georg. profert alium Sallustii locum huic similem, in quo est: *Die noctuque laborare, festinare.* Tacitus lib. xv. *Continuum die noctuque iter properabant.* Inscâ tamen dixit Sallustius, *Diu, noctuque.* ut lib. i. histor. citante Charisio, in quo erat: *Noctu diuque stationes & vigiliâs tentare.* Item: *Diu noctuque fatigare animum.*

Mortis metu mutabantur.) Itâ vv. cc. & ita locutus est in Bello Catil. cum dixit: *Pace bellum mutavit.* & in oratione Philipp. *Quorum nemo non diurna mercede vitam mutauerit.* Lucilius apud Nonium: *Et uno hoc non mutò omnia.*

CAP. XXXIX. ¶ *Suo atque populi iniussu nullum potuisse fœdus fieri.*) Ad hunc locum illustrandum pertinent illa Livii ex libr. ix. *Consules, inquit, profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor ageraret, negarunt iniussu populi fœdus fieri posse, nec sine Fecia-*

Ferialibus, ceremoniaque alia solenni. Itaque non ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit. *scdere pax Caudina; sed sponsione facta est.* & paulo post: Sp. Postumius, qui sponsionem fecerat, in Senatu sententiam a Coss. rogatus, ita disserit: *Hac sententia testis erit, mihi ne an legionibus vestris pepercerim, cum me seu turpi, seu necessaria sponsione obstrinxi, qua tamen, quando iniussu populi facta est, non tenetur populus Rom. neque quisquam ex ea, quam corpora nostra debentur Samnitibus. Dedamur per Fetiales nudis, vinctique exsoluamus religione populum, si qua obligauimus.* Et post: *Neque ego inficias eo, Patres conscripti, tam sponsiones, quam scdera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitur, sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat.*

Ex copia rerum statuit.) Ita locutus est infra, cum ait: *Marius ex copia rerum consilium trahit.)* Alibi vero dixit: *Ex inopia, quod optimum videbatur, consilium trahit.*

CAP. XL. ¶ *C. Mamilius Limetanus.)* Ita nos iam pridem emendauimus ex auctoritate veterum codicum, itemque numismatum, in quibus est, C. M A M I L. L I M E T A N.

Animo ardebat.) Simili modo locutus est Cæsar libro VII. de Bell Gall. cum dixit: *Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas ciuitates adiungeret.* & Sallustius ipse in epist. de republ. ord. dixit: *Ardet omnibus animis.*

CAP. XLII. ¶ *Ex libidine sua.)* Videndum an vox, *sua*, abundet. Quod autem paulo post dicit, *Alteri alteros vincere, &c.* videtur id, ut pleraque, Sallustius a Catone accepisse, cuius hæc sunt apud Agellium: *Alteri alteros occidere.*

CAP. XLIV. ¶ *Quantum temporis astiuorum imperio fuit.)* v. c. addit præpositionem, *in*, nam habet: *in imperio fuit.*

CAP. XLV. ¶ *Transuersis itineribus.)* Sic infra: *transuerso itinere, dixit. Item: transuersis principis, &, transuersis præliis.*

CAP. XLVI. ¶ *Ex nuntiis accepit.)* Nonius in codicibus manuscriptorum hunc locum citans in verbo *innocens*, habet, *ex nuntiis acceptis, &c.* ut ad ea quæ sequuntur, *certior factus*, referatur. & sic infra Sallustius locutus est, cum dixit: *Marius ubi ex nuntiis, qua Ligus ageret, cognouit.*

Legatos ad Consulem cum suppliciis mittit.) Supplicia hic posuit, pro iis, quas Græci *inimias* vocant. Ad illa vero quæ sequuntur, *contra faciem belli*, pertinet quod ait Tacitus in vita Agricolæ: *Ex enim pugna facies erat.* & lib. XIII. *Dum positis loriceis in faciem pacis venirent.*

Parati frumentum dare.) Eodem modo dixit infra: *Proinde parati, intentique essent, signo dato Romanos inuadere.* Et Tacitus Sallustii æmulator lib. XXI. *Paratusque discernere.* Virgilius Bucolicis.

Et cantare pares, & respondere parati.

CAP. XLVII. ¶ *Et si paterentur opportunitates loci.*) Videndum an legi debeat, *et si pateretur, opportunitate loci, &c.* vt illud pateretur, ad Iugurtham referatur.

Et commeatum inuaturum exercitum.) Placeret magis, *commeatu.* & item, *paratis rebus, non, paratis,* vt vulgo legitur.

CAP. XLVIII. ¶ *A quo aberat mons ferme millia passuum x x.*) Videtur librarius lapsus esse in notis, vt saepe alibi, numerorum. Nec enim fieri potuit vt Rutilius ab hoc monte praemissus a Metello ad flumen, vno eodemq; die eo peruenerit, castra mouerit, & a Bolmleare praelio superatus, rursus redierit ad Metellum, si tantum spatium interfuisset, Quare videndum an pro *x x x.* vt est apud Nonium, qui hunc locum citat in *Vastescant,* scribendum sit *xxx.* Pro, *Vastus,* autem apud eundem Nonium habetur in manuscryptis codicib. *vastatus ab humano cultu,* vt fortasse legi possit, *vastus ab hominum cultu.* Sic enim loquitur Tacitus Sallustii aemulator lib. *ii.* cum ait: *Milesq; nullo illic hominum cultu sane absumtus.* & post: *In silam Gyarum immitem, & sine cultu hominum.*

CAP. XLIX. ¶ *Qua ab Imperatore decuerint omnia suis prouisa.*) Videndum an scribi debeat; *Qua ab Imperatore debuerint, &c.* nam Tacitus qui hunc locum imitatur libro *xxi.* sic ait: *Qua prouideri a se ducis oportuerit prouidisse, &c.*

Illum diem aut omnes labores & victorias confirmaturum, aut maximarum arumarum initium fore.) Videtur Tacitus hanc sententiam imitatus, cum dixit lib. *xxi.* Enimvero *Caractacus huc illuc volitans, illum diem, illam aciem testabatur, aut recuperanda libertatis, aut seruitutis aeternae initium fore.* Sed non est consilium singulos Sallustii locos indicare, quos Tacitus est aemulatus. Sunt enim innumeri, atque omnibus in promptu.

Et tamen incerti quid nam esset.) Non displiceret si, *incertati,* legeretur, hoc est, vt infra dicit, *obscurati,* a verbo *incerto,* de quo videndus Nonius.

Transuersas principibus.) Infra habetur: *Ipsa cum sinistre ala equitibus, qui in agmine principes facti erant, &c.* paulo post videtur legendum: *Ne forte cedentibus receptui ac post munimento foret, &c.* sine voce *aduersariis,* quae videtur adiecta ab expositoribus.

CAP. LI. ¶ *Itaque multum diei processerat.*) Videtur scribendum, *Et iam multum diei processerat,* vel vt est in *v. c.* die, pro *diei.* Sic enim habetur infra in *v. c.* *Et iam die vesper erat.* Item: *Iamque dies consumtus erat.* Die vero *de rebus* dixit, vt Plautus Pseudolo: *Videtur iam die multum esse.* & Virgilius Georgicis.

Libra dies somnique pares ubi fecerit horas.

CAP. LIV. ¶ *Qui sua loca defendere nequiverat.*) Videndum an legi debeat: *Qui suis locis se defendere nequiverant.* nam sic infra locutus est, cum dixit: *Iugurtha nisi ex insidiis, aut suo loco pugnatu facere.*

Exercitum plerumque in iis locis operiri iubet.) Videtur legendum, plerumque exercitus, hoc est, maiorem exercitus partem. Sic locutus est Lilius, cum dixit lib. x l v. *Hic finis fuit inelyti per Europam plerumque, atque Asiam omnem regni.* Ipse Sallustius supra eodem modo dixit: *Vbi plerumque noctis processit. & infra: Plerumque noctis barbari more suolatari.* Item: *Qua tempestate Carthaginenses pleraque Africa imperitabant.* Quod autem infra habetur: *Qui plerumque exercitum ducere seorsum a Rege solitus erat, &c.* ibi illud plerumque, pro, saepe, positum est.

Amis itineribus ignoratus.) Imitatur Tacitus verbum, ignoratus, pluribus locis, nam lib. x x. dixit: *Eadem in Voculam parabantur, nisi seruilis habitu per tenebras ignoratus euassisset.* & lib. x x i x. *Ignoratus apud Cornelium Primum paternum clientem delituit.* Item: *in arreptis scutis ignorati vincula & libramenta tormentorum abstulissent.*

CAP. LVIII. ¶ *Cum alii super vallum precipitarentur.)* Fortasse non male legeretur: *Cum alii se per vallum precipitarent.* Sic enim locutus est Cæsar lib. x i i. de Bell. ciuil. cum dixit: *Plerique ne in angustias inciderent, decem pedum munitionis sese in fossas precipitabant, & Tacitus: seque e vallo precipitantibus.* Potest tamen defendi vulgata lectio ex loco inferiori, in quo est: *Præterea alios super vallum munimentis locare, vigilias ipsi circumire.*

CAP. LX. ¶ *Oppidani oppugnare.)* Videtur legendum, propugnare. Agell. lib. x v. cap. i. *Cum L. Sulla oppugnaret Piræum, & contra Archelaus Mithradatis præfectus ex eo oppido propugnaret.* Et paulo post pro. *lenius agere, fortasse melius legeretur, lenius agere.*

Iam scalis egressi milites.) Ita v. c. non vt in aliis est, *agressi*; & ita habetur infra, vbi est: *Prope ad summum montis egressus est.* Ita etiam Tacitus libro x x. *Multos in mœnia egressos pugionibus fodere.*

CAP. LXII. ¶ *Cum ipse ad imperandum Tifidium vocaretur.)* Faciunt ad hunc locum verba Ciceronis ex lib. ix. epist. xxv. in qua est: *Nunc ades ad imperandum, aut ad parendum potius.* Sic antiqui loquebantur. Seneca lib. v i. de Beneficiis cap. xv i. *Imperatori, poluiffe videtur, pro eo, cui imperat?*

Vbi primum atas militia patiens fuit.) Amicus meus tollebat vocem, atas, quod sibi videretur abundare. Sed ipse Sallustius in Bell. Catil. eodem modo locutus est, cum dixit *Iam primum inuentus simul ac belli patiens erat.*

CAP. LXIV. ¶ *Annos natus circiter x x.)* Ita v. c. nec est necesse mutare in xv i v. vt amicus meus putabat, & Plutarchus in Mario de hoc Metelli filio dixerit: *ὡς δὲ οὐκ ἦν Μιτρίδης παρὶνῶσι μεροῦσι &c.* & Cicero pro Plancio: *Hic adolescentulus cum A. Torquato præfectus in Africam, sic ab illo sanctissimo viro dilectus est, vt & contubernii necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulauit, &c.* Nā apud Romanos moris fuit, vt exercitus ductores, filios aliquādo suos in cōtubernio haberēt, & eosdē quandoq; le-

gionarios milites facerent. Frontinus in libro stratagematum: *P* inquit, *Ratilius Cos. cum secundum leges in contubernio suo filium habere posset, in legionem militem fecit, &c.* Cum autem dicat Sallustius militasse tunc apud patrem Metelli filium, militarisque æras ab anno xviii. inciperet, recte illud xx. positum videtur.

Dimidia pars exercitus sibi permitteretur.) Non improbo vulgaram lectionem, licet magis placeat manuscriptus liber, qui habet: *Dimidia pars exercitus si sibi permitteretur.* nam particula, *si*, potest videri a librario ommissa, propter sequentem primam syllabam, vocis, *sibi*.

CAP. LXVII. ¶ *Intestabilis, improbus.*) Verba sunt xviii. Tabularum, unde Sallustius sumit, & cum imitatus Tacitus libro xv. cum ait: *Incusat ultro intestabilem, & consceleratum.*

CAP. LXX. ¶ *Ad perniciem eius dolum querere.*) Nonius citans hunc locum in verbo, *Suspiciens*, legit: *Et perniciem eius dolo querere, &c.* In iis autem quæ præcedunt, idem Nonius non agnoscit vocem, *ipse*, quæ tamen non est otiosa, pro, *suspiciens*, Tacitus, *suspectans* vsurpavit.

CAP. LXXV. ¶ *Vasa cuiusque modi, pleraque lignea.*) Pomponius Melas de iisdem vasis dixit: *Vasa ligno fiunt, aut cortice.* Quod vero paulo supra dixit: *Frequentarent Marium*, id Tacit. lib. xviii. imitatur, cum ait: *Digressis qui Pacanium frequentabant.*

CAP. LXXVI. ¶ *Nihiliam Metello infectum credens.*) Quid si pro *infectum*, legamus, *inuictum*. Nam Tacitus in vita Agricolæ videtur ad hunc locum respexisse cum dixit: *Vt obstupescerent hostes, qui classem, qui navem, qui mare expectabant, nihil arduum aut inuictum crediderint sic ad bellum venientibus, &c.* *Infectum*, autem si retineamus, tantundem valebit ac si dixisset, *Nihil esse quod Metellus efficere non posset, qui navem vicerat, &c.*

CAP. LXXVIII. ¶ *Mare magnum esse, & sauire cepit ventis.*) Videtur hic positum, *magnum*, pro, *inflatu tempestate*, sic lib. i. ii. hist. dixit: *Immensum aucto mari, & vento gliscente.* Caesar lib. i. ii. de Bell. Gall. *Cum sauire ventus cepisset.* & Sallustius ipse *mare sauum & importuosum* dixit: *Alibi tamen mare magnum*, pro, *latum* vsurpavit. vt supra, cum dixit. *Mare magnum, & ignara lingua commercium prohibebant.*

Ita facies locorum simul cum ventis mutatur.) Hunc locum ita imitatus est Tacitus lib. xiii. *Non ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur.*

CAP. LXXIX. ¶ *Nuda gignentium.*) *Gignentia* dixit Sallustius, & cum imitatus Appuleius, quæ Vitruvius *nascentia*, hoc est, arbores ipsas & stirpes, quæque alia e terra gignuntur. Sic infra *Forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa, paulum modo prona, deinde inflexa, atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert;* Appuleius de dogmate Platonis: *Gignentiumque omnium instat.*

star, cetera formas, & figuraciones ex illa exemplorum impressione signati. & post: Animam vero animantium non esse corpoream, nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta, omniumq; gignentium esse senio-rem, atq; ideo & temperare & regere ea, quorum curam fuerit diligentiamq; sortita. Vicruuius lib. v. cap. i. Non minus, quod etiam nascentium oportet imitari naturam, ut in arboribus teretibus. & post: Ergo si natura nascentium ita postulat. & lib. vi. i. cap. i. Si inueniuntur nascencia, tenuis iuncus, salix erratica, &c. Sed rursus gignentia dixit Ambrosius Orat. de fide Resurrectionis: Deniq; multa gignentia quamuis inigi serenitate, humo, arid. l. arenosaq; nascuntur, quoniam & ipsa terra ad humorem sufficit, &c. Lactantius lib. i. de ira Dei cap. xi. i. Aiunt enim multa esse in gignentibus, & in numero animalium, quorum adhuc lateat utilitas, sed eam processu temporis inueniri.

(Quibus nomen Philanis erat.) Videndus de Philanis Pomponius Mela, & item Valerius Maximus.

(Quos suos populo suo petorent.) Videndum an legi possit: Quo fines, &c. nec tamen displicet lectio vulgata.

CAP. LXXXI. ¶ Profunda auaritia.) Profunda, posuit, pro immensa, ut infra: Profunda auaritia. & Cicero pro Cn. Plancio, Mare profundum & immensum. & eodem modo ipse Sallustius in epistola Mithradatis locutus est, cum ait: Cupido profunda imperii & diuitiarum. item in epistola de repub. ord. Profundam libidinem dixit. & Cicero in Pisonem: Quum partem eius prada profunda libidines deuorassent.

(Libidinem imperitandi.) Sic Pomponius Mela verbis prope Sallustianis lib. i. i. cap. i. i. Bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine arcessunt, atque imperitandi, prolatandique qua possident.

CAP. LXXXII. ¶ In superbiam vertebant.) Infra pro, vertebant, dixit, trahebant, cum ait: Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur. Vnde Tacitus libro xv. i. i. Ornatum ipsius municipia, & colonia in superbiam trahebant.

CAP. LXXXIV. ¶ Dictitare, sese consulatum ex victis illis spoliis cepisse.) Plutarchus in Mario pro eo quo Sallustius dixit, ex victis, illis, ait: σκύλον τι βοῶντος αὐτοῦ τῶν ὑπακείων φέρονταυ τῆς τῶν δούλων ἢ καὶ πλοκίων Μαλακίας.

(Quia neque plebi militia volenti putabatur.) Ita locutus est infra cum dixit: Non tam dissidentia futurum, qua imperauisset, quam vsi militibus exaequatus cum Imperatore labor volentibus esset. & Tacit. l. b. i. Ut quibus bellum inuitis, aut cupientibus erat, &c. & lib. xv. Hac atque talia plebi volenti fuere. & in vita Agricola: Eoque instio erecta prouincia, ut quibus bellum volentibus erat. Item Macrobius lib. ii. Sat. cap. x. Si vobis volentibus est. Hanc autem loquendi formam a Graecis Sallustium accepisse docet Priscianus, prolato Demosthenis exemplo, & hoc ipso Sallustii loco. Demosthenis quidem verba sunt haec: αὐ βυλορδφεις ἢ τούτοις ἀκρόν. Cum autem in Graeco

exemplo verbum, ꝑ, positum sit, & item in Latinis, quæ adduximus; videndum an apud Sallustium desit verbum, erat, & legendum sit: *Ac quia neque plebei militia volenti erat, putabatur Marius aut belli usum, aut studia vulgi amissurus.*

CAP. LXXXV. ¶ *Quantum cum maximo vestro beneficio negotii sustineam.*) Videndum an legi debeat: *Quantum in maximo, &c.* nam infra dixit: *Sed in maximo vestro beneficio, &c.*

Ad hoc alii si quid deliquere.) Cicero de lege Agraria l. i. simili quadam sententia usus est, cum dixit: *Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, sic si quid deliquero, nulla sunt imagines, qua me a vobis deprecantur.*

Mihi spes omnes in memet sita.) Ita supra locutus est, cum ait: *Quippe cuius spes omnis in fuga sita erat.* Infra tamen dixit: *Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sita. Item: Et spes opesque eius omnes ex patre penderent.*

Hominem veteris prosapia.) Videndum an legi debeat, *pro sapia*, pro, *prosapiei*, ut *die*, supra posuit, pro, *diei*. Nam & Nonius citat Catonis locum ex libro l. Originum, in quo Cato *veteres prosapia* usurpavit; & Sallustium constat ex Catone multa sumisisse.

Nam gerere, quam fieri tempore posterius; re atque usuprius est.) Ita v. c. Hunc autem locum imitatus est Tacitus libr. x v. cum ait: *Nam culpa, quam pœna tempore prior, emendare quam peccare posterius est.*

Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam.) Tale quiddam Catonis illud apud Agellium libro xv. cap. xxii. *Vitio vertunt, quia multa ego; at ego illis, quia nequeunt egere.*

Nam me quidem ex animi sententia.) v. c. habet; *ex animi mei sententia.* Quæ videtur optima lectio. est enim antiqua formula loquendi; qua videntur frequenter veteres Iurisconsulti, ut libr. i. i. Paragrapho eiusdem, Digestis de testamentis: *Ex sententia animi tui te estimare oportet.* & Petronius Arbiter in Satyra, fœderis tabulas in hæc verba factas esse commemorat: *Ex tui animi sententia Tryphena, ut nec iniuriam tibi factam a Gytone quereris, neque si quid ante hunc diem factum est, obiscies, vindicabisque, aut ullo alio genere persequendum curabis.* & infra: *Licha ex tui animi sententia, ut tu Eumolpum nec verbo contumelioso insequeris nec vultu.*

Exercitum supplicio cogere.) Infra dixit: *Pudore magis, quam malo exercitum cogere, &c.* Ergo *supplicio*, posuit, pro *malo*.

Neque dono datur, neque accipitur.) Contra in oratione Cottæ dixit: *Ut sine dedecore cum civibus, fama & fortunæ integer agas, id dono datur atque accipitur.*

Consultor idem & socius periculi vobiscum adero.) Hoc quoque Tacitus a Sallustio accepit, cum ait libr. i v. *Qui consultor aderat omnibus.* & ipse Sallustius infra: *Uti fautor, consultorque adsit.*

Omnia matura sunt, victoria, prada, laus: qua si dubia; aut procul essent:)

essent.) Simili quadam sententia vsus est Cato libr. de re rustica, a quo fortasse Sallustius accepit: *Nullus sumtuus est, & si sumtuus esset, tamen valetudinis causa experiret.*

CAP. LXXXVI. § *Cum his A. Manlium legatum proficisci iubet.* Hic (vt opiner, in aureo numismate L. Sullæ Quæstor describitur, cum hac inscriptione A. M A N L I. A. F. Q. & fortasse L. Manli frater est, qui in argenteis denariis, L. item Sullæ; P R O Q. dicitur hoc titulo: L. M A N L I. P R O. Q.

Ceterum alia lenia aliis locis facere.) Quid si legamus? *ceterum lenia, alia aliis locis facere.*

CAP. LXXXVII. § *Id simulauerit ne, quo improuisus grauior accederet.*) Ita v. c. & ita infra, vbi est: *Ac statim profecti, quia de improuiso accesserant dubio atque hesitante Iugurtha.* Alii tamen libri habent, *accederet*, quomodo Cæsar lib. III. de Bell. Gall. cum ait: *Et tela emissa a Gallis grauius acciderent.*

CAP. LXXXIX. § *Inopia cibi acrior.*) Videndum an vox, *cibi*, abundet.

CAP. XC. § *Sic incepto suo occultato.*) Inceptum possit pro, *consilio*, vt infra, cum dicit: *Praua incepta consultoribus noxa sunt.*

CAP. XC. § *Æqualiter distribuerat.*) Videtur legendum, *distribuebat*; nam sequitur: *vt fierent curabat.* Et paulo post scribendum: *a latere castelli, quod anersum præliantibus erat.*

CAP. XCV. § *L. Sisenna.*) Designat L. Cornelium Sisennam, qui historiæ libros XXI. conscripsit, quiq; Sisenna in ænea apud me tabella Prætor inter ciues & peregrinos describitur M. Lepido, Q. Catulo Cos. Cuius filius Cn. Cornelius Sisenna habetur in argenteis denariis cum inscriptione, C N: C O R N E L I. L. F. S I S E N N A, VNICO N antique.

Familia prope iam extincta.) Illud, *prope*, non habet Seruius, qui Sallustii locum citat lib. VII. Æneid. nec Tacitus, qui lib. IV. ait: *Vt que familia ipse iam extincta sint, reperies qui ob similitudinem morum aliena facta sibi obiectari putent.*

Pudeat magis, an pigeat differere.) Nonius citat hunc locum & legit: *Pudeat ne, an pigeat magis differere.*

CAP. XCVI. § *Multis rogantibus, aliis per se ipse beneficia dare, inuitis accipere.*) Ita v. c. & ita infra: *Et me hercule Sulla ante te cognitum, multis orantibus, aliis vltro egomet opem tuli.* Quæ vero sequuntur, ita videntur ordinanda: *Inuitus accipere, sed ea propere inuitius reddere. Æs mutuum ipse ab nullo repetere.*

CAP. XCVII. § *Pars equos escendere.*) Ita v. c. & ita Cornelius Fronto Antiquum etiam Glossarium habet: *Escendit, ἐμβαίνει, & licet tibi corrupte sit, συμβαίνει.*

Veteres nouique, & ob ea scientes belli.) Noui, & scientes belli, contraria sunt. quare videndum an illud, *nouique*, adiectum sit. *Scientes autem belli* dictum est Græca forma, εἰδότες πολέμου.

CAP. XCVIII. § *Vtriq; tolle multitudine circumdato.*) Videt le-

gendum, *circumdatus*. Nam lib. i. histor. dixit. *Occupatusque collis editissimus apud Ilerdam, & cum multa opera circumdata.*

C A P. C. ¶ *Non tam dissidentia futuri, qua imperauisset.*) v. c. *futurorum*. Sed futurum omnino videtur legendum, & fortasse torus locus ita scribendus: *Non tam dissidens futurū, qua imperauisset, &c.* Est autem formula loquendi antiqua, cuius meminit Agellius libro i. cap. vii. qua vsus dicit Q. Claudium Quadrigarium lib. ii. Annalium, in quo erat: *Dum si conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum*. Item Valerium Antiatem libro i v. cuius verba profert ita concepta: *Si hæ res diuina facta, riteque perlata essent, haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum*. Quin & Cicero ipse libro v. in Verrem, huiusmodi formula vsus est, cum dixit: *Hanc sibi rem præsidio sperant futurum*. Item Tacitus libr. x i x. *Vacuum arcem furtim tradi futurum.*

Pudore magis, quam malo.) Huic sententiæ similis est illa Terentiana: *Pudore liberos retinere satius est, non malo coactos.*

Qua cetero miserias vocant.) Huc respexisse videtur Tacitus libro x x. cum dixit: *Virgulta postremo & stirpes, & internatas ramis herbas vellentes, miseriarum patientiaque documenta fuerunt.*

C A P. C i. ¶ *Solus inter tela hostium vitabundus erumpit.*) Huic simile est illud ex libro i i i. histor. *Inter molem atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum peruenit*. Videndus a Gellius lib. x i. cap. x v.

Tunc spectaculum horribile in campis patentibus, sequi, fugere, occidi, capi.) Tacitus in vita Agricola hunc locum iisdem plane verbis imitatur, cum ait: *Tum vero patentibus locis grande & atrox spectaculum, sequi, vulnerare, capere, &c.* & lib. x v i i i. *Si cum exercitu Cæcina patentibus campis tam paucas cohortes circumfudisset.*

C A P. C i i. ¶ *Numidia partem, unde Iugurtham expulerit, iure belli suam factam.*) Videtur legendum, *Vnde Romanos expulerit*; nam supra habetur: *Iugurtha Boccho pollicetur Numidia tertiam partem, si Romani Africa expulsi essent*. De hac ipsa re ita infra: *Numidia partem, quam nunc peteret, tunc ultro aduenturam.*

C A P. C i i i. ¶ *Exercitus in hibernaculis composito.*) Tacitus libro x i v. *Cohortes, atque nouis hibernaculis locatae*. Sed prior Liuius lib. x l. *hibernacula viurpauit, a Sallustio, vt videtur, id nominis mutuatus.*

Licentiam illis ipsis permittit.) Vsus est hæc voce Sallustius in oratione Lepidi, in qua est: *Denique necis ciuium & vite licentia*. Item Tacitus lib. x i v. cum ait: *Data & abscluendi licentia, & a libis*

Ad Sullam profugiunt, quem Consul, in expeditionem proficiscens, Pro Pratore reliquerat.) Sic supra: *Albinus Consul, Aulo fratre in castris Pro Pratore relicto, Romam decessit*. Hi legati Pro Pratore alibi dicuntur a Sallustio, & in veteribus numismatibus; quod extra ordinaria imperia his titulis ornarentur. Sulla itaque, qui Marii

Quæstor

Quæstor erat, & statim Quæstor item dicitur, Quæstor Proprietario hoc loco, ut videtur, nominandus esset.

Nam etiam tū largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur. Videtur legendum, Namq; tum, ex Nonii corrupta scriptura, qui hunc locum citat in *Munes*, ex quo suspicari aliquis possit, non *munificus*, sed *munesque* sic scribendum esse.

CAP. CIV. ¶ Qui Quæstor stipendium in Africam portauerat. Quæstor scilicet eius, qui Africam præuinciam Proptatore, vel Proconsule obtinebat. nam Quæstor Marii Sulla tunc erat, ut ex locis superioribus constat.

CAP. CV. ¶ Neque his secus atque aliis armis aduersus tela hostium, quod ea leuia sunt, muniti. Quid h legatur? Neque hi secus atque alii armis, &c. ut dicat eos qui velitaria portabant arma, non secus atque alios munitos esse aduersus tela hostium, quod ea tela leuia sint.

Igitur se quisque expedire: arma atque tela tentare, intendere. Non displiceret, si ita legeretur: Igitur pro se quisque expedire arma, telaque: tentare, &c. nam *Liuius* lib. *xxviii* dixit, expedire tela, armaque militibus iussis, &c. Item: Qui tela equosque expedissent. & *Tacitus* lib. *xx*. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi.

CAP. CVI. ¶ In castris ignesque quam creberrimos fieri. Placeat magis: Ignisque in castris quam creberrimos fieri.

CAP. CVII. ¶ Quo ire intenderant, peruentum est. Videtur abundare verbum *ire*. nam sine eo verbo infra dixit: Quo initio intenderat. Item: Quo intenderat, *Ciritham* rediit.

CAP. CIX. ¶ Dabat internuntius, sanctus vir, ex sententia ambobus iurat. vv. cc. habent: Dabar internuntius, sancte iurat ex sententia amborum. Quæ lectio confirmatur loco *Cælaris* ex libro: de Bello Gallico.

CAP. CXI. ¶ Ad ea Sulla pro se breuiter & modice, de pace, & de communibus omnibus multis disseruit. Vox, multis, si cum verbo disseruit coniungatur, potest videri adiecta. nam contraria est illis, breuiter & modice. Nec habet eam vocem *Tacitus*, qui *Sallustii* locum sic æmulatus est lib. *xi*: cum ait: *Domitianus* de absentia patris fratrisque ac iuuentute sua pauca & modice disseruit.

CAP. CXIII ¶ Remotis ceteris. Vdendum an vox, ceteris; abundet. nam ait, adhibitis amicis, ac statim remotis; ut scilicet, immutatam voluntatem indicaret.

Occulta oris patefecisse. vv. cc. variant: nam alii habent: Occulta pectoris, specie oris patefecissent. Alii: Occulta pectoris oris immutatione patefecisse. In aliquibus est Occulta pectoris patefecisse uici. r. Sed vnus apud me liber vetustissimus: Occulta pectoris patefecissent. Quæ lectio vera videtur:

Iugurtha Sulla victus traditur. De hac Iugurthæ traditione;

quæ a Fausto Sullæ filio in numismatibus quoq; veterib. signata est, Plin. lib. xxvii. cap. i. sic ait: *Sulla Dictator traditione Iugurthæ semper signauit. & Valerius Maximus lib. vii. cap. xv. L. autem Sulla, & si ad neminem Scriptorum animum direxit, tamen Iugurtha a Boccho rege ad Marium perducto, totam sibi laudem cupide asseruit, ut in anulo quo signatorio utebatur, sculptam illam traditionem haberet.*

CAP. CXIV. ¶ *Cum Gallis pro salute, non pro gloria certare.)* Huc respexisse videtur Tacitus, cum in vita Agricolaë dixit: *Romanis redit animus, &c. securi pro salute, de gloria certabant.*

NOTÆ AD LIBRVM PRIMVM HISTORIARVM.

Res Populi Romani M. Lepido, Q. Catulo Cos. ac deinde militia & domi gestas composui.) Videtur Sallustius amulatus esse exordium, quo Thucydides historiam suam exorsus est, cum dixit Θ. κούδης Ἀθηναίων συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Ἀθηναίων καὶ Περσικῶν, ὃν ἐπέλεμεσαν ἀπὸς ἀχίλειος. Nam verbum *composuit*, eodem modo vsurpauit, quo Græcus scriptor, συνέγραψα, quod positum est, pro, συνέγραψω. Ad Sallustium respexit Tacitus cum dixit lib. i. *Res Imperatoris Domitiani composui.* M. autem Lepidi, & Q. Catuli consilatus, descriptus est in veteri apud me Senatus consulto, quod in aurea tabella incisum est ita: ΕΠΙΥΠΑΤΩΝ ΚΟΙΝΟΤΟΥ ΑΥΤΑΤΙΟΥ ΚΟΙΝΟΤΟΥ ΥΙΟΥ ΚΑΤΑΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΥ ΑΙΜΙΛΙΟΥ. . . . ΜΑΡΚΟΥ ΥΙΩΝΟΥ ΑΕΜΙΛΙΟΥ, &c.

Fannius vere.) Adducit hunc locum Marius Victorinus apud quem legitur: *Fannius vero breuitatem*, pro, quo alii reposuerunt, *Fannius vere.* Sed cum Sallustius breuitatem Cato tribuerit, fortasse pro, *breuitatem*, scribendum erit, *ubertatem.* nam illud, *vere*, non placet, & factum videtur ex eo, quod in vulgatis est, *vero.*

Ad bellum Persi.) *Persi*, pro, *Persis*, vsurpauit etiam Tacitus Sallustium imitatus, cum dixit libro i. *Per bella Persi.*

At Discordia, &c. Dii metus a Tarquinio.) Ita locutus est Liuius lib. xlv. cum dixit: *Cum maior a Romanis metus, timorem a principibus suis vicisset.* Paulo post videtur omnino legendum: *Et ceteris expertibus, soli in imperio agere, &c.* cum in aliis sit, *ceteris ex partibus;* nam Sallustius ipse in bello Catilinæ eodem modo dixit: *Cruelitate foeneratorum plerique patria, sed omnes fama atque fortuna expertes sumus.* Ad id vero quod sequitur in eodem fragmento, *Et Auentanam insedit, &c.* facit quod ait Liuius libro i. *Eunt agmina ad urbem, & Auentanum insidunt.*

Postquam remoto metu Punico, similtates exercere vacuum fuit.) Huc simile est illud Taciti lib. xvi. *Sed ubi subacto orbe, & amulius urbibus, regibusque exactis, opes concupiscere vacuum fuit.*

Maximeq; ferocia regis Mithradatis in tempore bellaturi.) Videndum

dum an legi debeat, *rebellaturi*. Sic enim habet Tacitus lib. xii. *Tamquam aduersus desertores & in tempore rebellaturos*. Pro eo autem quod vulgo habetur, *ferocia*, libentius legerem, *fiducia*.

IN ORATIONE LEPIDI.

Ne aut ipsi, nefanda qua non existimatis, ea parum credendo de aliis, circumueniamini.) Verba sunt ex oratione M. Lepidi C. s. ad populum: quæ ita in v. c. apud me leguntur. *Ne qua ipsi nefanda existimatis, ea parum credendo de aliis, circumueniamini, &c.* quæ lecto vera videtur, si parenthesis tantum addatur a voce præsertim ad verbum, *eximat*. Illud autem, *intestabilior*, vsurpauit etiam Tacitus lib. xx. cum ait: *Quum interim intestabilior & sauior expertus sit.*

Et utrunque per iniuriam malunt, quam optumo iure liberi agere.) Verba sunt ex eadem oratione. Sed v. c. pro eo, quod in recenti editione est *libere*, habet, *liberi*. Putamus autem illud *utrunque*, non vacare mendo, si, *liberi*, legamus. cui vt opponamus alterum contrarium, possit reponi pro, *utrunque* (si placeret) *uincti*, aut aliquid tale. Paulo post ubi habetur: *Nam quid ultra? Quæ humana superant, &c.* Placeret magis, si legeremus: *Nam quid ultra superat? Sic locutus est infra, cum dixit: Est ne iuris reliqui aliquid? & post videtur legendum: Exsutus imperio, gloria, iure iudicandi, &c.* non *iure cogitandi*, siue vt est in recentioribus editionibus, *iure agendi*. Nostram coniecturam a iuuat locus Alconii Pædiani in Diuinationem, ubi est, *His enim x. annis victore Sulla ciuilibus bellis spoliatus est populus Rom. potestate Tribunicia, iudicandi iure, &c.*

Qui præmia turbarum queror.) Hæc quoque ex eadem oratione sunt. Sed v. c. habet: *Quia præmia, &c.* & paulo post pro *qua rabi contracta tolerauimus*, in v. c. est: *qua rabie contracta, &c.* vt fortasse legendum sit, *rabie contracti*. Appuleius libro i. de cane rabido dicit: *Certe venenatis morsibus contracta nonnulla iumenta, efferata simili rabie*. Liuius lib. ii. *Bona Tarquiniorum diripienda plebi data, vt contracta regia præda, spem in perpetuum, cum his pacis amitteret.* & Cicero lib. ii. de Diuinat. dicit: *contactum aliquo morbo cor bouis*. Tacitus vero, *contactu vsurpauit* lib. i. cum ait: *Discedite a contactu.* & lib. v. *Plures infecti quasi valetudine & contactu*. Infra in hæc eadem oratione: *Nec patiamini licentiam scelerum quasi rabiem ad integros contactu procedere.* Vbi fortasse legendum. *Quasi rabie contactu, &c.* vt *rabie* positum sit, quo modo dicit, pro, *dicit*, gignendi casu:

Sed vestra socordia.) Hæc quoque sunt ex eadem oratione, v. autem c. habet *secordia*, & ita Caro scripsit. Videndus Festus Pompeius in *secordia*, quam dicit ex se, & corde cõpositam, quasi *sine corde*. Paulo post, ad illa, *Pessimis seruatorum*, facit locus Taciti ex lib. i. in quo est: *Cõplebantur templa pessimis seruatorum.* & lib. xv. *Deterrimi seruatorum, &c.* Quæ vero statim sequuntur, sic videtur interpungenda: *Nisi forte*

Tribuniciam potestatem euersum profecti sunt, per arma conditam a maioribus suis, &c. Videnda quæ notauimus ad Cæsaris lib. 1. de Bello ciuili Quod item sequitur. *Secunda res mire sunt vitiis obtentui, &c.* id videtur simile illis, quæ habentur in epistola de rep. ord. *Tabella, inquit, obtentui erit.* & ita locutus est Tacitus libro 1. cum dixit: *Pietatem erga parentem, & tempora reipub. obtentui, &c.* & libro xviii *obscurum noctis obtentui fugientibus.* Seneca li. v. *Suaforiarum contenerf. xv.* citat locum Sallustii, prolata etiam simili sententia ex Thucydide. Verba vero cum mutila sint in vulgatis codicibus, ita supplenda sunt ex manuscriptis. Tum deinde resultat quondam Thucydidis sententiam: *Δεναι γδ αι δ πρηνεξίαι ηγι ουουιδου, vel vt est in alio libro. ουρηξυψου ηι ηγι ου η αμπερημυται, &c.* Deinde Sallustianam: *Res secunda mire sunt vitiis obtentui.*

Turbamenta reip.) Ex hac item oratione accepit, vt videtur, Tacitus vocem *turbamenta*, cum ait libro xvii. *Quaque alia turbamenta vulgi.)* Deinde in v. c. legitur *Et tradite exemplum posteris ad remp. summet sanguinis mercede circumuendendam.* Quod autem habetur paulo post. *M. Æmilium Consulem, ducem & auctorem sequimini, &c.* Id ex veteri formula sumtum videtur, cuius exstat: *typus quidam apud Lium lib. xxv. in quo est: Clamitans, vt qui saluam remp. vellent, auctorem & ducem libertatis sequerentur.*

Tunc vero & posci.) Videtur deesse nomen propriū ducis, quod ex his reliquiis licet corruptis concinnandum est, legendum: *que. Tum V. posci, cum ceteri eiusdem causa ducem se natos rati, maximo gaudio irritare.*

Curionem, &c. atati concederet Mamerci.) Supra in Bello Iugurthæ dixit: *Itaque Sulla cuius facundia, non atati, a Manlio concessum, &c.*

IN ORAT. PHILIPPI.

Omniū flagitiosorum postremus.) Verba sunt ex oratione L. Philippi in Senatu, quæ similia illis, quæ habentur in epistola Mithradatis, in qua est: *Postremus seruorum Archelaus.* Paulo post eum in v. c. sit: *Et ignoscendo P. R. magnitudinem auxisse, &c.* Faernus leggebat, *Populum Romanum, non, populi R. cui sententiæ non absimilis illo in Bell. Catilinæ: Et accepta iniuria ignoscere, quam prosequi malebant. Sed vti labore atque iustitia resp. crenit.*

Cum legatis adhuc iure parentibus.) Ex eadē oratione hæc quoque sunt. Sed illud, *adhuc*, licet in v. c. sit, videtur tamen in, *ad hoc*, mutandum, quo alibi Sallustius, pro, *præterea* vsus est. Paulo post ad illa. *Bellum ex bello serunt, facit id,* quod habetur in epistola Mithradatis: *Bella ex bellis serendo magni facti.* Linius quoque eodem modo dixit lib. x. *Ex bellis bella seruntur.* & Tacitus lib. xxi. *Prælia serere.* Quod vero sequitur apud Sallustium: *Quod ego vos oro, atque obsecro P. C. &c.* rectum est. nam ita v. c. habet, & ita infra locutus

cutus

entus est Sallustius, cum ait: *Quod ego vos moneo, quis loque ut animum, &c.* Item pro, *armis sollicitate. v. c. cc. habent, armis sollicita.*

Quod multo propius est ab eo, quo agitatur statu.) Ex eadem item oratione hæc quoque sunt, quibus non ab similia illa Pligii lib. xiv. cap. i v. *Tam prope ab origine rerum sumus.* Cicero tamen lib. i. Tuscul dixit: *Antiquitas, que quo propius aberat ab ortu & diuina progenie.* & in epistola quadam ad Articum lib. i. *Quoniam propius abes.* Paulo post pro, *animos mouent?* in v. c. est: *animos mouere?* Quæ forma loquead. Terentio per familiaris est. Item pro, *qui ademptam negat, v. c. habet quibus ademptam, &c.* & pro *luctus cura sunt, videtur melius, cura sunt.*

Nostri prouidus, istis inuidus.) Hæc quoque ex eadem oratione: Sed v. c. cc. pro *inuidus, habent, infidus.* & fortasse verius; nam illud F. digamma positum pro litera, *u,* opinatus fortasse librarius pro f. positum esse, ex *infidus* fecit, *inuidus.* Sic ex *uides* apud Ciceronem, factum est *fidus.* Paulo post pro, *ut te neque hominum, neq; deorum pudeat, v. c. cc. habent, pudet,* quo modo Terentius loquitur, cū ait: *Vt nihil pudet.* Item pro. *Quos perfidia, aut periurio violasti, in v. c. cc. est: Quos per fidem, &c.* & sic locus est Lulius libro i. cum dixit: *Cuius ad solenne, iudiciumque per fas & fidem decepti venissent.*

Quam maturissime.) Ex eadem oratione hæc quoque sunt. Charisius lib. i. docet Catonem similia quædam protulisse in oratione dierum dictarum de consulari suo, a quo Sallustium illud, *maturissime accepisse* verisimile est. Catonis verba sunt hæc *Item uti a Thermopylis atque ex Asia maximos tumultus quam maturissime diffecci, atq; confedauit, &c.* Inde Tacitus lib. x. v. *Vt templum Dico quam maturissime publica pecunia poneretur.* & rursus Sallustius ipse paulo post in fragmento: *Vti Lepidus & Catulus decretis prouinciis quam maturissime proficiscerentur.*

Remp. in tutam.) Ex eadem item oratione hæc sunt. Alii vero pro, *intutam, legunt, inultam.* Sed nihil mutandum. nam Cæsar lib. i. de Bell. Gall. vsus est ea voce, & Tacitus libr. x. i. x. cum dixit: *Non intuta mœnium firmare.* Paulo post sequitur apud Sallustium: *Ex libidine leges imperantur, &c.* pro quo libentius legerem, *ex libidine leges imperata;* nam verbum, *imposita,* iam præcessit, licet rectū sit, & supra dixerit: *Annuite legibus impositis.* Item in v. c. habetur: *Armat Lepido vos inermes retinet, nō, inermes.* & illa: *Decus atq; omnes ordines interierunt.* Sic in v. c. leguntur *Decus ordinis huius interit.* Quod vero sequitur: *Parate vobis Cethegos, atq; alia proditorum patrocina, &c. v. c. habet, Cethegi.* Item: *Sin libertas & vera magis placeat, &c. non. & bella magis, &c.* & sic infra Sallustius locutus est, cū dixit: *Si vera & honesta flagitiū superauit.* In extremo huius orationis tollenda ex veteris cod. auctoritate copula, & legendumq; ita: *Adest nouus exercitus, ad hoc, colonia veterum militum, &c. non, & ad hoc.* Ad illa vero, *Fortuna meliores sequitur, &c. re per f-*

Postquam tantas asperitates.) vv. cc. habent, *spiras*, nō *asperitates*, quod verbum ab aliis repositum est. Festus exponit *spiras*, hominum multitudinem. Profertq; Eunii versum: *Spiras legimib. nexunt.*

Fugam maturabat.) Sic Virgilius dixit: *Maturate fugam.* & Tacitus lib. v. *Fugam maturavit spe auxilii.*

Medio diei.) Ita locutus est Tacitus. Sallustii locum, vt videtur, imitatus lib. xviij. cum dixit: *Sed medio diei exarserant.*

Militia peritus.) Supra dixit: *Doctus militiam.* In utroque Græcos imitatus, qui dicunt, *ειδὸς μάχης*, siue *πολέμιο*, vt apud Homerum, *οι εἰδὸς μάχης*.

Sertorius Parthis.) Videtur illud, *Parthis*, esse mendosum, & fortasse, *portis*, scribendum, vt integrā lectio sit: *Sertorius portis turba porantibus*, &c. Erant igitur portæ ita turba occupatæ, vt nec Tribunus, nec ipse Imperator peruadere posset. Imperii autem posuit, vt videtur, pro, *Imperatoris*.

NOTÆ AD LIBRVM SECUNDVM HISTOR.

Genus militum factum a puericia latrociniiis.) Videtur Q. Curtius respexisse ad hunc locum, cum dixit lib. v. i. *Mardorum erat gens confinis Hispania, cultu vita aspera, & latrociniiis assæta.*

Flumen Thuriam, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit.) Ita scribendum videtur. Græci quoque Scriptores *Θουρία* notamur edunt, licet de eo flumine, a quo *Thurios* appellatos esse dicunt, q̄ ex ipsis etiam *Thuriorum* numismatibus constat, in quibus Crathis quidem fluuius iaurina forma impressus est, *Thuria* vero fons, Leonis capite aquam fistula ex ore fundente. Hic autem de *Thuria* intelligendū, qui *Vibonem*, siue *Valentiam* præterfluit.

Ne illa tauro parita sint.) Particulam, *ne*, pro, *nedum*, positam docent Grammatici. Sic Appuleius *Apologia* i. *At ego Æmiliano, non huic Afro, sed illi Africano & Numantino, & præterea Censorio vix crediderim, ne huic frutici credam, non modo odinum peccatorum, sed saltem intellectum inesse.*

Dadalu ex Sicilia profectum cum Minonis fugeret iram, atque opes.) Videtur ex historia legendum; *Dadalu* in *Siciliam* profectum, cum *Minonis*, &c. Herodotus lib. v. *Ἰλιάστου γὰρ Μίνου καὶ Ζήτων δαδάλου ἀπικράρον ἐς Σικελίαν, τὴν νῦν Σικελίαν καλοῦμεν, &c.* Vnde in alio fragmēto est: *Aristaus cū Dadalo in Sardiniam transiit. Nisi forte dicimus Dædalū in Siciliam primo profectū, ex Sicilia rursus in Iapygiam Apulæ conterminam venisse. Quam sane a Iapyge eius filio dictam docēt Græci scriptores, & cōfirmat Græcū vetus numisma in Apulia apud Daunos signatū Atpis siue Argyrippæ, in cuius altera præalatū Iapygis, siue Icarī Dadali filii similitudine*

NOTÆ AD LIBRVM TERTIVM HISTORIARVM.

SI totiens labores & pericula suscepissem, quotiens a prima adolescentia.) vv. cc. habet: *Si tot labores, &c. quot a prima, &c.* Verba vero sunt ex epist. Cn. Pompeii ad Senatum. Pro illis autem quæ sequuntur, *Hæc in spe, placeret magis, Hæcine spe,* siue vt est in veterum legum fragmentis, *Hæcine.* Item paulo post tollenda vox, *quidem:* nam in vv. cc. est tantum, *novis militibus.*

Apud flumen Durium, &c. & dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia, &c.) Verba sunt ex eadem epistola. Cum autem in vv. cc. sit, *Duriam,* parua mutatione mendosum nomen corrigemus, si *Thuriam* scribamus, de quo supra libro I. Histor. sic dixit: *Inter lacum moenium, & dextrum flumen Thuriam, quod Valentiam paruo intervallo interfuit.* *Thuria* vero flumen est in agro Brettiorum, quod Vibonem, siue (vt Sallustius vocat) Valentiam præterfluit, eodem nomine cum *Thuria* fonte, de quo scripsimus supra.

Cum urbe Valentia & exercitus deleti.) Ex eadem epistola sunt item hæc. Sed vv. cc. habent *exercitu,* non, *exercitus.* Item paulo post vv. cc. habent: *Pro quibus grati Patres, &c.* non, *proque his grati, &c.* Et post videtur legendum: *At nunc malis fructibus ipsa vix agitatur, non, Et nunc, &c.* *Agitatur* vero videtur positum eo modo, quo Tacitus vsurpauit lib. III. cum dixit: *Non modo apud illos homines, qui tunc agebant, etiam fecit is temporibus vario rumore tractata.* & Terentius: *Quam vos facillime agitis.* & in eius vita: *Tempus qui agitabant.*

Ex inopia graui satias facta.) Ex hoc loco potest confirmari coniectura nostra, vbi supra pro *satietas,* verbo *satias,* apud Sallustium scribi debere diximus.

Immensum aucto mari, & vento gliscente.) Ad hunc locum respexisse videtur Tac. cū dixit lib. I v. *In urbē trepidam ob multitudinem familiarum, quæ gliscebat immensum maiore in dies plebe ingenua.*

Cunctique omnium ordinum extrema munia exsequi.) Videtur illud, *extrema,* abundare; nam in Bello Catil. dixit. *Strenui militis, & boni Imperatoris officia exsequebantur.*

Qua super omni corpore quietus, &c.) Magis placeret: *Omni corpore supinus, vel pronus, &c.* atque inter molemq; & insulam vitabundus, &c.

Nisi quia vosmetipsi.) Verba sunt ex oratione Marci Lepidi ad plebem vv. autem cc. habent: *Vobismetipsis.* quæ lectio placet. nam sequitur, *dominos destinatis.* Paulo post, vbi est, *si vestra receperitis, ad vos redibunt, &c.* illud *redibunt,* nō est in vv. cc. nam ad verbum *concessere,* quod præcedit, refertur oratio. Itē: *Ceteri validiorum, habent vv. cc. non cetera, &c.* *Num officere quid vobis, &c.* non, *ne of-*

tum in epist. 3. de rep. ordinanda, cum dixit: *Fertur accensus in suos modo, modo in cives, &c.*

Quamuis Quirites in vobis sit.) Verba sunt ex eadem oratione, quæ ita in v. c. meo leguntur: *Quamuis omnis Quirites in vobis sit.* Unde apparet perspicue legendum esse: *Quom vis omnis Quirites in vobis sit.* Paulo post pro eo quod vulgo habetur, *absit periculum & labos*, videtur legendum; *Ab iis absit periculum & labos*, quibus nulla pars fructus, &c. Ex iis vero quæ sequuntur: *Repentina ista frumentaria lege, &c.* intelligi potest, latam fuisse legem factione patrum, ut quini modii tritici singulis mensibus vitimum diuiderentur.

Hi profecto non amplius possunt alimentis care.) Aliter hæc verba, & quidem ex eadem Lepidi oratione, habentur in v. c. in quo ita est: *Qui profecto non amplius possunt alimentis carceris, &c.* Ut illud, *non amplius alimentis carceris*, positum videatur pro eo quod est, *non amplius quam alimenta.* Sic enim Tacitus, *amplius vnciario sænore dixit*, & Sallustius ipse supra, *amplius vna die aut nocte. Possunt vero, pro. promittunt, tum Plautus pluribus locis, tum Terentius vsurpauit in Heautontimor.* Alimenta autem carcerum, & seruorum *quini modii* (ita enim habet vetus etiam codex meus) idem est, dabanturque singulis mensibus, & dicebatur *dimensum.* Seneca epist. cccxi, *Seruus est, quinque modios accipit.* & epistol. xviii, *Liberatiora sunt alimenta carceris, sepositos ad capitale supplicium non tam anguste qui occisurus est pascit, &c.* Sallustius in oratione Lepidi: *Populus Romanus paullo ante gentium moderator, &c. neque seruilia quidem alimenta reliqua habet, &c.* quibus verbis quinos hos modios intellexit.

Namque utilis exiguitate mors prohibetur.) Ex eadem oratione hæc quoque sunt. Placet autem lectio veteris codicis mei, in quo est: *Namque uti illis, &c.* Ut dicat, quemadmodum quæ in carcere dantur alimenta, quod exigua sunt, prohibent quidem mortem, sed senium accelerant. Simili quadam sententia vsus est Tacitus libro xv. cum dixit: *Vidua implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, nisi qua mortem arcerent, &c.* & Hieronymus in Commentariis ad cap. v. Ezechielis, *Demothen. m. edit auctorem sententiæ, cum ait: Decem panis vncia diurna, & aqua tertia sextarii pars, anima magis trahitur, quam sustentatur.* Demothenis autem verba ex Olynth. iii. sunt hæc: *ἀ τῆς ἀδελφῆς τῆς τῆς ἐκείνου οἰκίας εἰδόμεναι τοιαύτη, ἥ ἔστι ἐξ αὐτῆς ἐκείνου, ἢ ἀδελφῆς ἐκείνου.* Quod aut paulo post habetur, *Vindices libertatis*, facit ad inscriptionem numismatis argentei Augusti, in quo est, **L I B E R T A T I S. P. R. V I N D E X.**

Sic ut neque absolui.) Verba sunt ex eadem oratione. Sed particula, *ut*, non est in v. c. in quo ita legitur totus hic locus: *Sic neque absolui cura familiari tam parua re, & ignaui cuiusque tenuissima spe frustratur.* Paulo post *Facrus legebat, qua tamen, pro eo quod vulgo*

habetur, quæ tamen. Item, ostentaretur, non, ostenderetur, quæ lectio confirmatur a codice etiam meo manuscripto. Deinde videtur legendum: *Malle Principem volentibus vobis esse, quam illius dominationis socium*: vel, *Malle Principem volentibus vobis, quam illius dominationis esse socium*, siue, *quam inuitis dominationis esse socium*. Nam supra habetur: *Tutus querati volentibus, quam coactis imperitare*. Ad illa vero quæ habentur in extremo huius orationis (*neque ignorantia res claudit*) facit quod ex Sallustio item citat Donatus in Terentium: *Nihil socordia claudere*. Item paulo post abundat, ut videtur, *vox, libertatem*; legendumque: *Abunde rati, quia tergis abstinetur*. Nam sic Tacitus Sallustii, ut diximus, imitator, libro xviii. locutus est, cum dixit: *Ipsæ abunde rati, si presentibus frueretur*.

Ingens ipse virium atque animi.) Imitatus est hoc Tacitus lib. i. cum dixit: *Sed foemina ingens animi*.

Castrisque collatis, pugnat athen ingenio loci prohibebatur.) *Castra castris conferre* dixit etiam Cæsar lib. vii. ut ad eum locum notavimus. Item Ennius Hectoris lyris: *Castrisque, castra ultro iam conferre parat*. Sic enim legendum apud Nonium in *Occupatus*. Hec etiam pertinent illa Taciti ex lib. v. *locorum ingenio se tuebatur*. & illa fortasse ex epistola Mithradatis, *Quia multitudinem arcibus locis pugna prohibere*.

Sed Pompeius, &c. similem fore se credens Alexandro Regi.) Plutarchus tradit. Cui Pompeium ita similem forma fuisse Alexandro Magno, ut sermone fautorum, fuerit Alexander appellatus.

Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat.) Sic locutus est in Bell. Caril. & in Bello Iugurthæ, cum dixit: *Delicti gratiam fecit*.

Atque cum Curio laudatum.) v. c. habet, *Cupio*, ut fortasse, *Scipio* legendum sit, vel, *Capio*. Videndus Livijs lib. xxvii. de Massiua Scipione dimisso,

Fine inguinum.) Cato de re rustica capite xxviii. *Postea operito terra radicum fini.* & cap. cxiii. *Amphoras nolito implere nimium, ansarum infimarum fini.* Hirtius de Bello Africo: *Umbilici fine*. ex quibus locis, & ex hoc Sallustii corrigendus Appuleius lib. ii de Asino, ubi legi debet, *inguinum fine*, non ut vulgo, *inguinum sana lacinia remota*.

Igitur discubere.) Hoc fragmentum, cum olim mendosissimum circumferretur, nos ex vv. cc. & auctoritate vetustorum numismatum, in pristinum nitorem, quantum fieri potuit, restitimus. L. autem hic Fabius Hispaniensis, & item C. Tarquitius, Sertorianarum, ut apparet, partium, habentur in argenteis denariis, quos protulimus in libro de familijs Romanorum.

Quarum unam epistolam.) Ita Gallus quidam apud Cæsarem in castra Q. Ciceronis epistolam Cæsaris alligatam iecit. & fortasse hic, verbum, epistolam, adiectum est.

NOTÆ AD LIBRVM QVARTVM HISTORIARVM.

A*Nxius animi, atque incertus.*) Sic Tacitus lib. v. & xix. *incertus animi*, dixit.

Amissumque assideri.) *Assideri*, pro, *obsideri* vsurpauit etiam Tacitus exemplo Sallustii, qui cum de Ponto Euxino hic agat, videndum an, *Amisumque obsideri*, legendum sit, quæ ciuitas est maris Euxini.

Nisi hostes opportuni.) Verba sunt ex epistola Regis Mithradatis, quæ videtur fere tota translata ex oratione Corcyæorum ad Athenienses apud Thucydidem libro i. Ad hunc autem locum facit quod habetur in Bello Iugurthæ: *Cauere tamen oportet ne cubi hostis oportunitus fieret.* Paulo post in eadem epistola videntur mendosa illa, *decem millibus talentorum*; nam ex Liuiio, & Appiano in lib. Syriaco, legendum est, *Quindecim millibus talentorum.* Liuii verba sunt hæc ex libro xxxvii. *Asiaque omni, quæ cis Taurum est, decedite: pro impensis deinde in bellum factis, quindecim millia talentum Euboicorum dabitis, quingenta presentia, duo millia & quingenta, cum Senatus populusque Roman. comprobauerint, mille deinde talentum per duodecim annos.* Item paulo post pro eo quod in vulgata est: *Initio prodidit Antiocho, pacis mercede posthabita, custodi agrum captiuum, &c.* v. c. habet: *Initio prodidit Antiocho, pacis mercedem; post Attalum custodem agrum captiuum, &c.* quæ lectio considerata. Nam quæ sequuntur verba, *simulatoque impio testamento, &c.* omnino ad Attalum pertinent: De cuius testamento, vt omitamus multos scriptorum veterum locos, proferemus vnum tantum Porphyronis manuscripti, apud quem ita habetur in Horatii vertu ex Ode xvi lib. ii.

— *Neque Attali*

Ignotus heres regiam occupauit.

Attalus Rex Asia, Pergamiregnauit, cuius hereditatem Pop. Rom. accepit. Dicendo autem, *heres occupauit*, suspicionem dat, quæ existimamus, falso testamento Romanos hanc sibi hereditatem vindicasse, &c. De Aristonico autem variant inter se veteres Historici non parum. Nam Liui. epitoma lib. lvi. Eumenis Regis filium dicit, & irrem Iustinus lib. xxxvii. qui non iusto matrimonio, sed ex pellice genitum scribit. At Florus, regii sanguinis ferocem iuuenem appellat. Pomponius vero Lætus auctor recens, Eumenis nepotem tradit. quod placet, si veteris historici auctoritate nititur. Rursus Eumenem alii edunt Attali patrem, alii patrum. vt in tanta Historicorum varietate, fortasse locus sit aliquid suspicandi de mendoso vulgatæ lectionis.

Postremo totam Bithyniam.) Hæc quoque sunt ex eadem episto-

his scriptis conceptū; *Equis paria ornamenta erant, quæ lintea ferreis involuit in modum plumæ adnexuerant, &c.* Ex quo loco satis aperte Seruius docet, Cataphractos equites esse, qui & ipsi ferro muniti sunt, & equos similiber munitos habent. Videndus Tac. lib. xv. r. vbi de Cataphractis ait nobilissimo cuiq; regnē ferreis laminis, &c. & Liv. lib. x. r. v. cuius verba sunt: Equitum mirabilem quæ transi Hellespontum in Europam partim loricos, quos cataphractos vocant; partim sagittis ex equo videntes.

At mensuras solvenda montem ascendunt.) Tacitus libr. xxi. de Asphaltis: Fugit eriuorem, vestemque infectam sanguine, quo formidat menses exsoluunt.

Simul eos, & cunctos iam inclinatos, &c.) Videndum an legi possit: Cunctos iam inclinatos laxitas loci, & plures cohortes, &c. pariter aces inuadunt.

Hi locorum perigrinari, &c.) Forte legendum, Quod inopia scutorum facere, ab ea arte, &c. Quod autem sequitur fragmentum (de pecore coria recens detracta, quasi glutino adolecebant) videtur coniungendum cum eo, quod citat Seruius: Vtrunque ita coniungi simul potest: Lucani de vimine facta scuta coriis tegebant, quæ de pecore recens detracta, quasi glutino adhærescebant; nam vox, coria, hic abundat.

In quis notissimus quisq; &c.) Videtur legendum: Aut mulcato corpore, in prora patibulo eminenti affigebatur, &c. Nam hoc in nauibus factum esse, vel ex eo constat, quod ait aut malo dependens verberabatur. Mulcato vero corpore dixit alibi, & item Tacitus lib. i. cum ait: Magna pars nudo, aut mulcato corpore.

NOTÆ AD LIBRVM QVINTVM HISTORIARVM.

Legiones Valeriana comperto, &c.) Ita locutus est Tacitus libr. x. cum dixit: *Comperto quoque Gracam litteraturam non simul captam, absolutamque.* & lib. i. *Cacina comperto vanam esse formidinem* item Livius lib. x. r. xi. *Satis comperto Ordiam petiuros Romanos.* & Sallustius ipse superiore fragmento dixit: *At Lucullus, audito Q. Marcium Regem Procos.*

Regem auersabatur.) Sic Tacitus libr. xx. *Vulgus aduersari Regem, inuidere Agypto, sibi metuere.*

Ceteri negotia sequebantur.) Videtur legendum: *Ceteri negotia exsequebantur.* Quomodo notauimus supra ad fragmentum libr. iii. r. ibendum est, vbi est: *Cunctique omnium orarum munia exsequi* & in bell. Catilinæ sic dixit: *Cetera multitudo coniurationis suæ, q. isque negotium exsequebatur.*

Et uxori eius frater erat.) Sic supra in bell. Jugurthæ dixit. *Libe-*

vis eius anunculus erat. & Tacitus libro I v. *Asinius Gallus, cuius liberis Agrippina matertera erat.* Sic enim apud Tacitum legendum videtur, non ut in vulgatis editionibus, *liberorum.*

Sape celebritatem nominis intelligo timentem.) Videndum an legi debeat: *Sed te celebritatem, &c.*

NOTÆ AD FRAGMENTA INCERTI LIBRI.

P*ompeius oris improbi.*) At de Pompeio dixit Plinius libr. v. i. cap. xii. *Illud os probum reddentes.* eodemque modo Sallustius supra: *Illius probi oris & venerandi.*

Exercitum argento fecit.) Simili modo dixit Tacitus libr. v. *Admittit qui auxilia mercede faceret.*

Et vobis genius hic deos Penates meos.) Verba sunt ex oratione C. Cottæ. Sed in v. c. qui est apud me, pro, *vobis genitus, est, bis genitus;* quod non displicet; nam infra dixit: *Vos Quirites rursus mihi patriam, Deos penates, cum ingēti dignitate dedistis.* & Cicero lib. i. ii. Ad Atticum, diem quo ab exilio reuocatus est, *natalem suum* appellat, cum ait: *Natalem diem reditus mei, cura ut in adibus tuis amœnissimis agam tecum.*

Cum omnia memorata apud Inferos supplicia.) Ex eadem oratione hæc quoque sunt. Sed v. c. meus habet: *Quin omnia, &c.* & paulo post ex fragmento inferiore videtur legendum: *Caninam facundiam, non, callidam facundiam.* Nam Nonius in *Rabula* sic citat id fragmentum, quod modo indicauimus: *Sallustius, inquit, Canina; ut ait Appius, facundia exercebatur.* Columella in operis præfatione: *Sed ne caninum quidem, sicut dixeret veteres, studium præstantius, locupletissimum quemque ad latrandi; & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum a maioribus, a nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso Foro latrocinium?* Isidorus de summo bono lib. ii. l. cap. l. x. quid sit canina facundia, docet, cum ait: *Antiqui Forenses eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eo quod causidici in certaminibus caussarum, ommissis quæ agunt, veluti canes, alter alterum sese lacerant, iurgiaque caussarum ad iniurias suas commutant.* Prudentius in *Hamartigenia*:

Inde canina Foro latrat facundia toto:

Videnda quæ infra notauimus ad fragmentum: *Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur.*

Qui victus cum illa simul.) Verba sunt ex eadem oratione, pro quibus v. c. habet *queis victus.* & post, pro eo quod vulgo legitur, *Ita classe, qua commēatus vehebatur,* habet, *ita classe, qua commēatum conuehebatur,* ut illud, *ita,* pro, præterea positum videri possit. Unde in v. c. est: *Agite ut monet ira; & supplicium sumite, &c.* non ut

in vulgatis : *Agite vti libet, & ita supplicium sumite.* Item in eodem v. c. sic leguntur, quæ paulo post habentur : *Neque mox ingenio corpori honestius, quam pro vestra salutē sine vita fecerim, & c.* nam vulgo male legitur, *fecerit.* In extremo orationis hæc verba ita ponuntur in eodem v. c. *Nam talem honorem bonus nemo vult; cum fortuna, & maris, & belli ab aliis acti ratio sit reddenda.* nam in vulgatis editionibus est, & *pacis,* pro eo quod est in manūscripto libro, & *maris.*

Et Marius victus duplicauerat bellum.) Sic Tacitus lib. xv. *Audita,* inquit, *interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicauerat bellum.*

Fugam nostris fecere.) Placeret magis, *Fugam nostri fecere.* Similiter pæne modo prolatum est illud in Bello Iugurthæ : *Post Aulifædus; & exercitus nostri fœdam fugam:*

Quo cupidius in ore ducis.) Tacitus lib. xi. *Iulianus ad Vitellium productus, & vulneribus fœdatus in ore eius iugulatur.* Sed in Bello etiam Iugurthæ Sallustius ita locutus est.

Ventis per caua terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere. Huc fortasse pertinet fragmentum, quod supra libr. i. v. habetur ex Nonio : *Atque hianit humus multa vasta & profunda.* Nam Sallustius agebat hic, ut apparet, de ingenti quodam terræ motu, & fortasse de eo, de quo Athenæus facit mentionem lib. iii. ex historiis Nicolai Damasceni, in quibus scriptum erat : *Ἀνεφέθη τὸ εὐρεῖον τῶν ὄρων αὐτῶν λίμνην τε αἰὲς ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται, καὶ ποταμοὶ καὶ ἄλλαι πηγαὶ ἐπὶ τῆς κινήσεως αὐτῶν ὄρων.* Ad Sallustii certe locum respexit Tacitus, cum dixit de terræ motu quodam lib. ii. *Neque solitum in tali te effugium subueniebat in opera prorumpendis, quia deductis terris hauriebantur, sedisse immensos montes, visa in arduo, quæ plana fuerant, effulsisse inter ruinam ignes memorant:*

Saguntium.) Huc pollunt referri, quæ refert Hieronymus in Commentario Abacuc cum ait : *Crispus loquitur in Historia : Saguntini fide atque arumnis incluti, per mortalium studium maiores, quam opibus : quippe qui etiam tum semirutæ mœnia, domus intactæ, parietesque templorum ambusti, manus Punicas ostentabant.*

Immodicus animi.) Tacitus lib. xv. i. huc respexit, cum dixit : *Corpore ingens, animi modicus:*

Insolens vera accipiendi.) Hoc quoque ex Sallustio accepit Tacitus, cum dixit lib. xv. *Audiendi quæ faceret, insolens erat.*

M. Atilius Palicanus humili loco.) Videndum an ad hunc pertineat denarius argenteus, in quo Rostra expressa sunt cum titulo, *PALIKANVS,* quod is Trib. pl. cum esset, Tribuniciam potestatem auctore Pompeio restituerit, ut scribit Aconius Pædianus & alii. A nobis tamen cognomen *Palikanus* Lolliæ familiæ tributum est in libro de familiaribus, & fortasse non ita recte.

Septimium, neque animo, neque lingua satis competentem.) Hu per-

rintentilla, quæ habentur supra: Neque auribus, aut lingua competere. Ad quæ respexit Tacitus, cum dixit lib. 111. *Oppidani neque auribus, neq; oculis satis competeabant.* & lib. xix. *Trepidus miles, dum segnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.*

Vulgus amat fieri.) Simile illud est, quod supra habetur: *Quæ ita fieri amat.* Seneca lib. de consolatione ad Marciam cap. xv. *Nul- lum, inquit, amat frustra cadere tekum; quod in confertum agmen im- missum est.* Sic enim legitur hic locus in v. c.

Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit.) Videnda quæ supra notauimus ad orationem M. Lepidi, in qua ex hoc loco mutauimus *callidam facundiam*, in, *caninam facundiam*. Lactan- tius lib. vi. cap. xv. *ad hoc fragmentum respexit, cum scripsit, sed quia ipse caninam illam facundiam, sicut Sallustius ab Appio di- ctum refert, exercuit, Voluit quoque hominem canino more viuere, ut remorderet laceffitus.* Hieronymus in epist. ad Augustinum: *Sed inci- dit, inquit, tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui ita, ut nostra studia cessarent, & iuxta Appium, canina exerceatur facundia, &c.* & aduersus Luciferianos: *Proxime acci- dit, ut quidam Luciferi sectator cum alio Ecclesia alumno, odiosa lo- quasitate contendens, caninam facundiam exercuerit.*

Magna gloria Tribunus militum in Hispania, T. Didio imperan- te, &c.) Sulpicor scribendum esse T. Didio Imp. ut habetur in ar- genteo Didii huius denario, in quo T D I D I I M P. descriptus est, licet Plutarchus habeat *Ἰδίου στρατηγῶν*, quod esset, *Didio Pra- tore*. Videtur autem librarius illud I M P. quod erat I M P E R A- T O R, vertisse in verbum, *Imperante*. Quæ vero sequuntur, ita le- genda putamus: *Multaq; tum ductu eius curata, primo per nobilitate, deinde per inuidiam scriptorū celata sunt, &c.* *Paratu vero militum & armorū vsu paviit, item Tac. lib. xvii. cū dixit: Igitur nauium, mi- litū, armorū paratu strepere puincia.* & in vita Agric. *Paratu magno, maiore fama, uti mos est de ignotis, oppugnare vltro castella adorti.*

Mare Ponticum dulcius quam cetera.) Sic locutus est Tacitus, cum dixit: *Quanto violentior cetero mari Oceanus.* Ad hunc autem locum videtur respexisse Isidorus, cum ait libro xii. cap. xvi. de sinu Pontico: *Quod mare ex multitudine fluminum, dulcius quam cetera, nebulosumque, & breuius est, &c.* & fortasse eorum fere caput ex Sallustio descriptum est.

Rebus supra votum fluentibus.) Tacitus lib. xi. Sallustium imi- tatus, dixit: *Cunctis supra vota fluentibus.*

Impediabant iussa nauitarum.) Videtur Tacitus huc respexisse lib. 11 cum ait: *Miles pauidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nauas, vel intempestiue iuuat officia prudentium corrumpere.*

Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit.) Huc respexit Tacitus lib. xii. cum scripsit: *Quippe Byzantium fertili solo, secundoque mari, quia vis piscium in Pontum erumpens, & obliquis subter undas*

saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur.

Graviori bello, qui prohibitori venerant, socii frigere.) Videndum an legi possit *afflicere, vel potius, fugere.*

Cui nomen obliuionis condiderant.) Videtur legendum, *indile- rant.* Nam de Lethe flumine Hispaniæ loquitur, quem Strabo libro III. appellat Limium, & de quo Mela dicit, *cui obliuionis nomen est.*

Morbi graues ob inediam insolita vescentibus.) Sic legendum, nam Tacitus habet: *De obsidione cunctantibus, solia insolitaque alimenta deerant.* Videndum autem an ad hæc fragmenta addi possit illud, quod ab Ambrosio citatur epist. ad Marcellin. V. Breui, inquit, *militudo diuersa atq; vaga, concordia ciuitas facta erat, &c.* Nam paulo ante nominatur Sallust. vt ad eū hæc quoq; referri possint.

NOTÆ AD SALLVSTII

EPISTOLAM I. AD C. CÆ-

sarem de rep. ordinanda.

Populus R. *antea obtinebat regna, &c.)* Placet lectio veterum librorum, in quibus est: *Populus R. pro vero antea obtinebat, regna atque imperia Fortunam dono dare, &c.* Sed cum in aliquibus vv. cc. *Fortuna* scriptū sit mendose, pro eo alii fecerūt, *Fortuna dono dari.*

Fabrum esse suamq; fortuna.) vv. cc. *Fabrum sua esse quemq; fortuna.* Huc autem respexisse videtur Lilius, cum de Catone dixit lib. xxxix. *In hoc viro tanta vis animi, ingeniiq; fuit, ut quocumq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur.* Plautus Terentium: *Nam sapiens quidem pol ipse sibi fingit fortunam suam.*

Post alium alium.) Placeret magis, *alium post alium, vel, post alium alium.* vt in bello Iugurthæ: *Deinde ab eo magistratus alium post alium sibi peperit.* Item: *Rursus alius post alios minitari.*

De te ipso primum, quia compositurus es, quod optimum factu est.) vv. cc. habent, *qui ea compositurus es, quid optimum, &c.* Videndum item an, *optimum factum* scribi debeat. pro, *optimum factu.* Sic enim locuti sunt veteres scriptores. Seneca de vita beata, cap. II. in v. c. *Quamuis, quid optimum factum sit, non quid vstitutissimum.* & Sallustius ipse in Bell. Iugurthæ: *Quare optimum factum quidem tibi, &c.* Sic enim est in vv. cc. item Cicero in Catil. vt est in v. c. *Ego si hoc optimum factum iudicarem.* & Plautus Aulularia in v. c. *Hoc mihi factum optimum est, &c.*

Eam vitam bellum aeternum & anceps gerere.) Vox, *vitam*, abuit. dat, vt videtur, legendumq; puto: *Eum, bellum aeternum gerere, &c.* vel retentā etiam voce, *anceps*, si placet.

Plerum Romanam in Villa Publica pecoris modo conscissam.) De

Villa Publica, videnda quæ notauimus ad denarium familiæ *Didia* & *Fonteia*. Modo autem pecoris dixit, quod supra, more pecorum. & libr. 11 histor. *Ceteri*, inquit, vice pecorum obtruncabantur. Tacitus lib. x 11. *Modo pecorum barbari trahabantur.* & *Liuius* libr. x 1. *Modo pecorum fugientes per saltus iniuos consecrati ceciderunt.* Sed apud *Sallust.* hæc loco non est necesse mutare, pecoris, n. pecorum, cum ipse alibi dixerit, *bonus pecori ager.* & *Cæsar* item, *Magna vis pecoris.*

Et finem sumtuuum statueris.) Copula, &, videtur abundare.

Neque quisquam te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inuocat.) Hoc simile est illis, quæ supra habentur: *Ne vos ad virilia illa vocem,* Tacitus lib. x v 11. *Cum neque ad bellum vos, neque ad periculum voco.*

Nec immerito ciues patria expellerentur.) v. c. meus habet: *Ne merito, &c. vt sit; Ne ciues ea committant, ob qua merito patria expellatur.* Sic enim magis placet quam, *expellerentur;* & fortasse illud, *consuluisse,* abundat.

Pecunia usum atque decus ademeris.) Ita est in v. c. & ira *Sallust.* dixit infra: *Verum si pecunia decus ademeris.* Item: *Ergo in primis auctoritatem pecunia demito,* &c. paulo post v. c. habet, *clari viri, non clarissimi viri.*

Qua res populos, nationesque magnis auctoribus auxissent. v. c. habet, *Quaque res, &c.* Sed pro *auctoribus*, videtur omnino scribendum, *auctibus*, vt ex locis, quos hic adducam, intelligi poterit. *Liuius* libr. xx 1 x. *Enaque vos omnia bene in vobis, bonis auctibus auxitis.* & libr. 1 v. *Cuius rei premium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere.* Tacitus lib. x v 11. *Tiberis immenso auctu, prorupto ponte sublicio, &c.* & libr. x x. *At Ciuilem immensis auctibus, licentiam legendum ibi, non, actibus) vniuersa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata.*

Eamque signis, aulais aliisque operibus exornare.) v. c. non habet copulam, *que.*

Nequaquam eo postea hebeti & claudo pro exercitio.) v. c. habet: *Nequidquam eo postea hebeti & claudo pro exercitio, &c.* Vt fortasse legendum sit, *pra exercito vti volunt, &c.*

Vti, qua tibi placuerint, ea Dii immortales approbent, beneque euenire sinant.) Sic in *Epistola* sequenti: *Ceterum Deos immortales obtestor, vt quocumque modo ages, ea res tibi, reique publica prospere eueniat.* *Liuius* lib. v 1. *Harum omnium rerum causa, vobis antiquandis sensco istas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.*

NOTE

NOTÆ AD EPISTO- LAM II. DE REP. ORD.

Sed per ceteros mortales.) v. c. habet: *super ceteros mortales, &c.* Videtur autem legendum: *Sed prater ceteros mortales, &c.* nam supra eadem vsus sententia, dixit: *Atque in te maxime, qui tantum alios pratergressus es, &c.* Vnde videtur paulo supra alio item loco scribendum *Quibus prater ceteras gentes maximi & clari estis, &c.* non, *per ceteras gentes.* Hæc autem epistola, quantum coniectere possumus, ad Cæsarem scripta est antequam in Hispaniam contra Perreium & Afranium profectus est.

Nihil tam ex alto reperiri posse.) Quid si legamus? *ex alto repeti posse.* Virgilius *Æneid.* *Quid causas petis ex alto?*

Qua dicam de summa re ip.) v. c. habet, *de summa rep.* & ita veteres scriptores locuti sunt. Virgilius *Æneid.* 11 *Quo res summa loco Panthi? Eunius & alii.*

Ceteros beneficio, quam metu retinere maluit.) Huic sententiæ similis est Terentiana illa in *Heautontimor Act.* 1. *Pudore ac liberalitate liberos retinere satius esse credo, quam metu.*

Et bonis, & malis rebus ea creatur.) Videtur sine dubio, pro rebus, scribendum, *rationibus;* nam peccatum librarii agnoscimus ex *rationibus,* in, *rebus.* Sic Cato dixit *agrum bonis & malis rationibus colendum.* Et Metellus apud Agellium lib. 1. cap. v 1. *Quid ergo nos a diæ immortalibus diuinitatibus expectemus, nisi malis rationibus finem facimus.* Cicero pro *rabio Postumo* dixit, *Augere rem bonis & honestis rationibus.* Idem error irrepsit in librum 1 Cæsar's de bel. ciuil. in quo est: *Tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat.* cum, pro, *rebus,* debet legi, *rationibus,* ut ad eum locum notauimus.

HELIÆ PVTSHCII NOTÆ IN CATI-

L I N A M.

C A P V T I.

Sed omnis nostra vis.) *Vis diuina.* Virgilius 11. *Æneid.*
Ille ut depositi proferret fata parentis.

Scire potestates herbarum, vsunque medendi.

Ibi Seruius: *Potestates, vim, possibilitatem: Nam in verborum natura vis est qua diuina dicitur, cuius nulla ratio est*

vnde etiam ait *mutas artes Musica comparatione*. Locus iste Seruii vulgo corruptissime circumfertur.

Quo mihi rectius,) Abest ab excuso esse, a m. vno *rectius*, vtrumque delendum monuit Palmerius.

C A P. V. ¶ *L. Catilina nobili.*) Ex Sergiorum familia. vide aliorum notas, & adde Virgil. lib. v.

Domus a quo Sergia nomen.

vbi Seruius familia, vt *Da propriam Tymbrae domum, & inde est Sergius Catilina.*

Ex pulcherrima pessima ac flagitios.) Adde ex scriptis, *ex pulcherrima atq; optima, pessima ac flagitiosissima facta sit. vt pulcherrima flagitiosissima, optima pessima respondeat.* Paulo post iisdem fere verbis. *Imperium ex instissimo atque optimo, crudele intolerandumq; factum.*

C A P. VI. ¶ *Cumque his Aborigines.*) Aborigines fuerunt Priscilli Latini, quorum reges aliquot recensentur a Livio & Hallucarn. Illeo. Communis veterum opinio, Troianos aduenas cum hoc antiquo Latii populo mixtos simul coaluisse: licet alii aliter dicant. quod vt optime intelligebat Crispus, ita vt in re dubia, prudenter addit. *Sicuti, ego accepi.* facit idem in re simili diuicius Maro, notante Honorato. *accepi* autem, puta a Catone, cuius vt nimius verborum imitator notissimo versu incessitur. *Et verba multum furate. Catonis. Crispe Iugurthina conditor Historie.* ita nunc quoq; sententiam eius sequitur, qui in originib. suis scriptum reliquit. *Primo Italiam tenuisse quosdam, qui Aborigines appellabantur, sed postea adueniente Aeneas, Phrygibus iunctos Latinos vno nomine nuncupatos. Calcos vocat Ennius ob vetustatem.*

Quamprimum Casci populi tenuero Latini.

Sanctius apud Seruium Virgilii interpretem, *Latium dictum ait q; ibi latuerint incolae, qui quoniam in cauis vel occultis montium, cautes sibi a feris beluis, vel a valentiorib. vel a tempestatib. habitauerint; Casci vocari sunt, quos postea Aborigines nominauerunt, quoniam a Diis ortos recognoscebat.* Maro a iaboribus memorat. *Hac nemora indigent Fauni, vatesq; tenebat, Gesq; virum truci, & auro robore nata. iuu. Sa. 11.*

Quippe aliter tunc orbe nouo, caeloque recenti

Vivebant homines, qui rupto robore nati,

Compositiue luto, nulles habuere parentes.

Sed Seruius fabulam hanc explicat *Hoc figmentum ortum est ex antiqua hominum habitatione. qui ante factas domos aut in cauis arborib. aut in speluncis manebant; qui cum exinde egrederetur, aut suam educeret soboles, dicti sunt inde procreati.* Versum Ennii innuit Cic. Tusc. prima Itaque vnum illud erat insitum priscis illis, quos Casci appellat En. Maro li. Aen. vi.

— *Vultuque & veste nitebant*

Romani populi patres sine semine facti. Atque haec de Aboriginibus alius omissa vel potius neglecta.

Reipubl. consultabant.) Erat vir doctus qui hic legit consulebant, vulga-

vulgatam tuetur Sallust. ipse. *Omnis homines P. C. qui de reb. dubiis consultanti ab odio, amicitia, ira, atq; misericordia vacuos esse decet.*

Patres appellabantur.) Oppido quam venusti sunt Natonis versus ex v. Faltorum, quos non pigebit adferre bere.

Magna fuit capitis quondam reuerentia canis

Inque suo precio ruga senilis erat,

Martis opus iuuenes animosaque bella gerebant,

Et pro Diis aderant in statione suis.

Viribus illa minor, nec habendis utilis armis,

Consilio patria saepe ferebat opem.

Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,

Nomen & atatis mite Senatus habet.

Iura dabat populo senior, finitaque certis

Legibus est atas unde petatur honor. Et paulo post:

Romulus hoc vidit, selectaque corpora patrum,

Dixit ad hos urbis summa relata noua est.

Florus. *Consilium Reipubl. penes senes esset, qui ex auctoritate Patres, ob atatem Senatus vocabatur. et dicti Senatores (verba Isidori) quia sicut Patres filios, ita remp. isti alebant. Qui ex illis nascebatur, Patricii. Liuius l. b. i. Patres certe ab honore, patricii progenies eorum. Lidem & ingenui: Festus. Cintiis ait in libro de comitiis patricios eos appellari solitos, qui nunc vocentur ingenui. Seruius hæc Sall. adducens legit, appellati sunt, & mox addit de suo. Senatores autem alii a senectate atate, alii a sinendo dictos accipiunt.*

C A P. V I I. ¶ *Cæpere se quisq;.*) Ex codice nostro reposuimus, *cæpere se quisq; magis magisq; extollere.* Si cui vulgata magis placet, haud equidem repugnauerim. ea talis est. *cæpere se quisq; magis extollere, magisq; ingenui.* Rittershausii cod. prius illud *magis* omittit.

Sic se quisq;.) Duæ priores dictiones absunt a cod. Cræconii & abesse debent, quamuis nec sic huic loco bene diuinent alii. m. præfert facere pro faceret, eliciat aliquis. *Sic se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspiciendum tale facinus facere properabat.*

C A P. X I V. ¶ *Adulter, ganeo.*) Addendum *aleo*, quod mouerunt alii, vt respondeat illi manu, & sic repeti in tribus scriptis. Næuius apud Festum, *Pessimorum pessimus, audax, ganeo, lurco, aleo.*

C A P. X V. ¶ *Mentē excitam vexabat.*) Alii libii, *vastabat.* infra in orat. i. ad Cæsarem de rep. ord. hoc latius explicat. *Profecto si id accidat, neq; tibi nox, neq; dies, curā animi sedauerit, quin in somnis excitus, furibundus atq; amens, alienata mente feraris.* Eleganter super hoc verbo differit Agel. lib. ii. c. vi. Et Macr. in Saturn. lib. vi. ca. vii. sub doctissimi Doct. Seru. persona. q̄ et in nouissima P. Danielis editione leguntur, vt & multa q̄ alibi sub Seru. nom. ne apud eisdē & Priscianum leguntur. Errant igitur, & quidem vehementer, meo iudicio, qui nimis sane hisce commentariis detrahunt, sed vt veros ac genuinos omnino præstare non ausim, sic multis in locis ex marginalibus interpolatos assenti, non repugno.

CAP XVIII. ¶ *L. Tullo & M. Lepido.*) Prior hæc cōiuratio, vltimam quã accurate persequitur Sallustius, triennio præcessit. Sed Suetonius in Iulio, tribus illis, Catilinæ, Autronio, Pisoni, quos hic ponit Crispus, socios addit C. Cæsarem, M. Crassum, P. Sullam, consentiente cum Tranquillo Dione. *Meminerunt* (inquit Tranquillus, *huius coniurationis Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis. C. Curio pater in orationibus. De hac significare videtur & Cicero in quadam ad Atticum epistola, referens id Cæsarem in Senatu confirmasse regnum, de quo adilis cogitauerat.* Legenda & cetera, quæ nimis longum foret adscribere. Epitoma Luuii libr. c. i. *Coniuratio eorum qui in petitione cōsulatus ambitus damnati erant, facta, de interficiendis Coss. oppressa est.*

CAP. XX. ¶ *Satis spectata mihi forent.*) Abest a libris i v. illud *satis.*

In paucorum potentium.) Variant hic libri, aliis *potentiam*, aliis *conditionem* præferentibus. Ceterum in vulgata nihil mutò, nec *potentiam* hic probo, quod facit Colerus. Seneca Epistola x x i x. *Ponet se extra ius ditionemque fortuna.*

Quo usque tandem patiemini.) Tandem abest a duobus libris. *Vetera negligunt.*) Absunt hæc a duobus libris.

CAP. XXII. ¶ *Humani corporis sanguinem.*) Mos hic a Scythis, Mela lib. ii. cap. i. *Ne fœdera quidem incruenta sunt, sauciant se qui paciscuntur, exemptumque sanguinem ubi permiscuere degustant. Id putant mansura fidei pignus certissimum.* Solinus cap. x x. *Hastu mutui sanguinis fœdus sancunt, non suo tantum more, sed & Medorum quoque usurpata disciplina.* Herodotus lib. i. ὄρκια δὲ ποιέουσι τῶν τε καὶ ἑθνεῶν τὰ περὶ ἐκλήσεως καὶ πρὸς τῆς τοιοῦ, ἐπιπῶν ἑὺς βροχίονος ἐπιβίμοιται, ἐς τὴν ὁμοχρῶσιν, & αἷμα ἀναλείχουσι ἀπὸ ἡλῶν. Veteres sanguine permixtam potionem Assiratum dixerunt teste. Festo quod iis *Assir* sanguinem notet. Glossæ *Assir*, αἷμα. Eo vititur Cato de re rustica. cap. x x i i i. *Daps Ioni Assir a pecu in urna vini caste profanato sine contagione.* Recte autem ait Sallustius Catilinam *humani corporis sanguinem circumtulisse.* Cæsarem enim puerum memorat Dio, superque eius viscera iuramentum conceptum. Verba hæc sunt. Καὶ ἐς ἀμερίστον ὁ κρημοσίαν ἀναγκῶν ἐσσηγήσα. Παιδὶ γὰρ ἵνα καταθύσει, ἐπὶ τῶν ἀπλάγχων αὐτῆς τὰ ὄρκια ποιήσας ἐπειτα ἰσπλάγχθουσιν αὐτῆ τῶν ἀπῶν. Ut autem fœdera Romani iungebant cæsa porca, non sine extectatione, ita Græci tauro, capro, aut arietē. de tauro habes apud Æschylum ἐπὶ τῆ ἐπὶ θήβαις.

Ἄνδρες γὰρ ἐπὶ τῆ θύραι λογίζεσθε
 τῶν θεοφάγωντες ἐς μελανδῶν σκίους,
 καὶ διζαῶντες χρῆσι τῶν ῥα φόνων,
 σελῶ. Βιύω, καὶ Φιλαιμάθι Φοβόν
 ἰοκώμῳ τῶν. ἢ πολὺ κατασπασθῆ

867

θίντες, λαπαίξαν ἄστυ καὶ μύλων βία,
ἢ γὰρ ἴσως ἴσως τῶν δὲ φουρτίζων φόβω.

De apud Pausanias lib. I. ἐπὶ κρασίου κατὰ μνηστῶν τομῶν, μηδὲν οἷς ἢ
ὀδυρπῶν ἀγῶνα ἴσθδω παρ' αὐτῶν κρατῆρῶν. Rite autem sanguinem degustabant, quo plus, posset execratio, sic apud Maronem Dido cum Æneæ imprecata esset:

*At bello audacis populi vexatus & armis
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilia imploret, videatque indigna suorum
Funera, nec cum se sub leges pacis iniqua
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.*

Adiungit tandem. Hæc precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo. Ad sanguinem istum alludit Tertullianus Apolog. Nescio quid & sub Catilina tale degustatum est. Et Minutius Felix Octavio: Hodieque ab ipsis Latiaris Iupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominis sanguine saginatur. Ipsum credo de cuius sanguine foedere coniurare Catilinam. Vide Statium V. Thebaid. ubi in sanguine vino coniurant matres. & foedus interfecti infantis sanguine sanciant.

Pateris circumtulisse.) Pateris in factis Romanos vsos ubique obuium. & scimus ex Varron. de ll. lib. iv. cuius verba adscribam: Præterea in poculis erant patera eo quod pateant, Latino ita dista. Hisce etiam nunc in publico conuiuio, antiquitatis retinenda causa, cum magistri sunt, potio circumfertur, & in sacrificando Deis, hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Miror quid Coletio in mentem venerit, existimanti caluariam idem esse cum patera, cum sit ἡ κελύνη. Cn. Gellii historici vetustissimi verba, quæ pro se adducit, omnino aliud significant commemoratione horrendi facinoris crudelissimi tyranni, cui similia in historia Gothica legimus, sed pergit idem, & Cæli nomen pro C. Gellii substituere conatur, ignorans scilicet, eundem hunc Gellium, ab Agellio in noctibus Atticis, Macrobio, Charisio, Prisciano, aliisque passim citari. Verba Capri quæ producit coruptissima, cum magis conuincant, si sic emendata ex scripto legeris: Calua vocatur κελύνη, licet Calius & Varro caluariam dicant, nam caluaria plurale est, calua ossa, quæ sunt & singulariter calua.

CAP. XXV. § Sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuerit.) Sic legendum est ex pluribus libris.

Verum ingenium eius haud absurdum, posse versus facere.) Nescio quid turbe. & posse, quo sublato concinnior sane erit oratio, absurdum versus facere, pro ad versus faciendos, confirmat coniecturam Tacitus, qui eo vocabulo simili modo vtitur Sermo comis, nec absurdum ingenium modestiam præferre, & lasciuia vti. Et III. histor. Ne absurdus ingenio famam urbanitatis per lasciuiam peteres.

Prorsus multa facetia multusque lepos inerat.) Charisius libr. i. *facetias* inter nomina pluralia tantum refert. *Facetia*, ἄσπασια, ἄσπασια. Glossæ. *facetia* χίετες ἐν ἀσπασίᾳ. Nolim igitur hic quicquam mutare refragantibus libris. quamquam Apuleius Apologia sic loquatur: *Atque ego scio nonnullos & cum primis Æmilianum istum facetia sibi habere, res diuinas deridere.*

CAP. XXVIII. ¶ *Et de improviso domi sua imparatum confodere.*) Absit ab uno domi sua, ab duobus imparatum. quæ saluo sensu absesse posse nemo negauerit. Et hic est locus quem a breuitate tantopere commendant.

CAP. XLII. ¶ *Ex sociis causa cognita.*) In plerisque libris ex SC. causa cognita, in uno ex sociis Catilina. Manifesto notarum errore.

CAP. XLIV. *Cum his P. Volturtium.*) Lege ex ms. cum his Titum Volturtium, &c. Ita vocatur alibi. *Dum hæc in Senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & Tito Volturtio, &c.*

CAP. XLV. ¶ *Galli cito cognito consilio sane mora.*) Lege. Galli cognito consilio, &c. Nam superabat vox illa cito.

CAP. XLVIII. ¶ *Erant eo tempore.*) Libri Augustani. *Fuere eo tempore.* Magis Sallustiani. *Supra: Fuere item, ea tempestate, qui, &c.*

CAP. XLIX. ¶ *Extrema aetate.*) In fragmentis; *Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre sua veneno interfecta,*

Impellere quiuerunt.) Ita reposuimus adnitente Prisciano, cum ante vitiose legeretur, potuerunt. *Infra: neque inde maxima vi depelli quiuerunt. & mox: Neque diutius Numida resistere quiuisent.* Verba illa, *neque precibus*, absunt a tribus libris.

Pontificatus.) Suetonius Iulio cap. XIII. Ouidius libr. II. i. factorum:

Cæsaris innumeris quos maluit ille mereri

Accessit numeris Pontificalis honor

Ignibus aternis, aterni nomina præsumt

Cæsaris, imperii pignora iuncta vides.

Quo strenue defunctus Pontificales libros scripsit, qui citantur alibi a Festo, Varronemque bibliothecæ præfecit, qui ei libros suos rerum Diuinarum inscripsit. Lactantius libr. i. cap. v. *Marcus Varro quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos, in libris rerum diuinarum, quos ad C. Cæsarem Pontificem Max. scripsit.*

CAP. LI. ¶ *Animus nihil valet.*) Hæc omnino inducenda esse me monuit amplissimus Iacobus Bongarsius, quod a Sallustiana breuitate, aliena sit hæc infaceta repetitio, quam suspitionem augeat ms. in quo sic legitur. *animus nihil valet, in faciendo rectum.*

Cum præfenti consilio.) Ita emendauimus ex v. c. cum vix aliter

liter constet sensus. Ita dictum ut Ciceroni: *Hercules tantus ac tam præsens Deus.* præsens est propitius. Varro rerum diuinarum apud Seruium: *Iuturna inter proprios Deos, nymphaeque ponitur, legendum, inter propitios Deos.* Propitios idem quod præsentis, nam proprios apud Varronem nullum sensum habet, quod superiora Serui declarant. Dicta Iuturna a iuuando, ut idem Varro. *Iuturna nympha, inquit, qua iuuaret, itaque multi agroti, propter id nomen, hinc aquam petere solent.*

De poena equidem possum dicere, id quod res habet.) Eiice verbum dicere, quod nimis turbat elegantiam Sallustianam. præcessit enim, *de timore superuacaneum est differere.*

Lacedæmonii deuictis Atheniensibus.) Vide Iustinum libro quinto, capit. octauo, nono, & sequent. Seneca de Tranquillitate, *triginta tyrannos vocat.* Poteratno (inquit ibidem) *illa ciuitas conuiescere, in qua tot Tyrannis tot Satellites erant, nec spes quidem ulla recipienda libertatis animis poterat offerri, & in sequent. eisdem dominos indigerat,* Agellius libro decimosextimo, capit. vigesimo primo. *Ad annum condita urbis trecentissimum quadragesimum septimum, triginta illi tyranni præpositi sunt a Lacedæmoniis Atheniensibus.*

CAP. LII. *Alius alii varie assentiebantur.*) Viri docti mendosum locum putant. Ego in tanta codicum conuenientia, insuper accedente Diomedis accuratissimi scriptoris, auctoritate, nihil quicquam mutandum duxerim. Plures dixisse sententiam quam hic a Crispo commemorantur, docet Tullius libro duodecimo epistola ad Atticum XXI. & Flavius Vopiscus Aureliano. ita vult propter varias sententias, varium variorum fuisse assensum.

Aris atque sociis suis bellum f.) Quatuor libri aris atque sociis suis representant, quod non improbo formula ubique obuia. Cicero de natura Deorum tertio: *Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen.* Agellius libro decimonono, capit. nono *Tum ille pro lingua patria tanquam pro aris & focis, animo irritato indignabundus. Iustia: Meminerint se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris atque focis suis certare.*

Vos cunctamini etiam nunc & dubitatis quid intra mœnia.) Tres libri melius, *Vos cunctamini etiam nunc quid intra m.* Iustia: *De crudelissimis parricidis, quid statuatis, cunctamini.*

CAP. LIII. *Sicut effeta parentum.*) Optima locutio, quæque in scriptis fere omnibus habetur, nam illud *effeta parente*, quod tantopere dilaudat Riuus cum Glareano, huius glossæ est. Græcismus *merus, qui efferunt ἀράνη ἀνδρῶν, τα κελὰ τῆν*

rinent illa, quæ habentur supra: *Neque auribus, aut lingua competere.* Ad quæ respexit Tacitus, cum dixit lib. 111. *Oppidani neque auribus, neq; oculis satis competeabant.* & lib. xix. *Trepidus miles, dux segnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.*

Vulgus amat fieri.) Simile illud est, quod supra habetur: *Quæ ita fieri amat.* Seneca lib. de consolatione ad Marciam cap. xvi. *Nul- lum, inquit, amat frustra cadere telum; quod in confertum agmen im- missum est.* Sic enim legitur hic locus in v. c.

Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit.) Videnda quæ supra notauimus ad orationem M. Lepidi, in qua ex hoc loco mutauimus *callidam facundiam*, in, *caninam facundiam*. Lactan- rius lib. vi. cap. xv. ad hoc fragmentum respexit, cum scripsit, *sed quia ipse caninam illam facundiam, sicut Sallustius ab Appio di- ctum refert, exercuit, voluit quoque hominem canino more viuere, ut remorderet laceffitus.* Hieronymus in epist. ad Augustinum: *Sed inci- dit, inquit, tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui ita, ut nostra studia cessarent, & iuxta Appium, canina exerceretur facundia, &c.* & aduersus Luciferianos: *Proxime acci- dit, ut quidam Luciferi sectator cum alio Ecclesie alumno, odiosa lo- quacitate contendens, caninam facundiam exercuerit.*

Magna gloria Tribunus militum in Hispania. T. Didio imperan- te, &c.) Sulpicor scribendum esse T. Didio Imp. ut habetur in ar- genteo Didii hutus denario, in quo T D I D I I M P. descriptus est, licet Plutarchus habeat *Του Διδίου στρατηγῶν*. quod esset, *Didio Pra- tore.* Videtur autem librarius illud I M P. quod erat I M P E R A- T O R, vertisse in verbum, *Imperante.* Quæ vero sequuntur, ita le- genda putamus: *Multaq; tum ductu eius curata, primo per nobilitate, deinde per inuidiam scriptorū celata sunt, &c.* Paratu vero militum & armorū vsa pauit, item Tac lib. xvii cū dixit: *Igitur nauium, mi- litū, armorū paratu strepere puincia.* & in vita Agric. *Paratu magno, maiore fama, uti mos est de ignotis, oppugnare vltro castella adorti.*

Mare Ponticum dulcius quam cetera.) Sic locutus est Tacitus, cum dixit: *Quanto violentior cetero mari Oceanus.* Ad hunc autem locum videtur respexisse Isidorus, cum ait libro xii. cap. xvi de sinu Pontico: *Quod mare ex multitudine fluminum, dulcius quam cetera, nebulosumque, & breuius est, &c.* & fortasse totum fere cap- put ex Sallustio descriptum est.

Rebus supra votum fluentibus.) Tacitus lib. xix. Sallustium imi- tatus, dixit: *Cunctis supra vota fluentibus.*

Impediabant iussa nauitarum.) Videtur Tacitus huc respexisse lib. 11 cum ait: *Miles pauidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestiue iuuat officia prudentium corrumpere.*

Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit.) Huc respexit Tacit- us lib. xii. cum scripsit: *Quippe Byzantium fertili solo, secundoque mari, quia vis piscium in Pontum erumpens, & obliquis subter undas*

faxit

saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur.

Graviori bello, qui prohibentur venerant, socii frigere.) Videndum an legi possit *affluxere*, vel potius, *fugere*.

Cui nomen obliuionis condiderant.) Videtur legendum, *indiderant*. Nam de Lethe flumine Hispaniæ loquitur, quem Strabo libro III. appellat *Limium*, & de quo Mela dicit, *cui obliuionis nomen est*.

Morbi graues ob incediam insolita vescentibus.) Sic legendum, nam Tacitus habet: *De obsidione cunctantibus, solia insolitaque alimenta deerant*. Videndum autem an ad hæc fragmenta addi possit illud, quod ab Ambrosio citatur epist. ad Marcellin. V. *Breui*, inquit, *multitudo diuersa atq; vaga, concordia ciuitas facta erat, &c.* Nam paulo ante nominatur Sallust. vt ad eum hæc quoq; referri possint.

NOTÆ AD SALLVSTII

EPISTOLAM I. AD C. CÆ-

sarem de rep. ordinanda.

Populus R. *antea obtinebat regna, &c.*) Placet lectio veterum librorum, in quibus est: *Populus R. pro vero antea obtinebat, regna atque imperia Fortunam dono dare, &c.* Sed cum in aliquibus vv. cc. *Fortuna scriptum sit mendose, pro eo alii fecerunt, Fortuna dono dari.*

Fabrum esse sua quemq; Fortuna.) vv. cc. *Fabrum sua esse quemq; Fortuna.* Huc autem respexisse videtur Liuius, cum de Catone dixit lib. x. xxi. *In hoc viro tanta vis animi, ingeniiq; fuit, vt quocumq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur.* Plautus Terentium: *Nam sapiens quidem pot ipse sibi fingit fortunam suam.*

Post alius alium.) Placeret magis, *alius post alium*, vel, *post alium alius*, vt in bello lugurthæ: *Deinde ab eo magistratus alium post alium sibi peperit.* Item: *Rursus alius post alios munitari.*

De te ipso primum, quia composurus es, quod optimum factum est.) vv. cc. habent, *qui ea composurus es, quid optimum, &c.* Videndum item an, *optimum factum* scribi debeat, pro, *optimum factum*: Sic enim locuti sunt veteres scriptores. Seneca de vita beata, cap. 11. in t. c. *Quamuis, quid optimum factum sit, non quid vstitutissimum.* & Sallustius ipse in Bell. lugurthæ: *Quare optimum factum quidem tibi, &c.* Sic enim est in vv. cc. item Cicero in Catil. vt est in v. c. *Ego hoc optimum factum iudicarem.* & Plautus Aulularia in v. c. *Hoc mihi factum optimum est, &c.*

Eam vitam bellum æternum & anceps gerere.) Vox, *vitam*, abnu. a, vt videtur, legendumq; puto: *Eum, bellum æternum gerere, &c.* et retenta etiam voce, *anceps*, si placet.

Plebem Romanam in Villa Publica pecoris modo conuictissam.) De

Villa Publica, videnda quæ notauimus ad denarium familiæ *Didia & Fonteia*. Modo autem pecoris dixit, quod supra, more pecorum. & libr. 11 histor. *Ceteri*, inquit, vice pecorum obruncabantur. *Tacitus* lib. x 11. Modo pecorum barbari trahebantur. & *Liuius* libr. x 1. Modo pecorum fugientes per *salius inuios* consecrati ceciderunt. Sed apud *Sallust.* hoc loco non est necesse mutare, pecoris, in pecorum, cum ipse alibi dixerit, *bonus pecori ager.* & *Cæsar* item, *Magna vis pecoris.*

Et finem sumptuum statueris.) Copula, &, videtur abundare.

Neque quisquam te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inuocat.) Hoc simile est illis, quæ supra habentur: *Ne vos ad virilia illa vocem,* *Tacitus* lib. xv 11. *Cum neque ad bellum vos, neque ad periculum uoco.*

Nec immerito ciues patria expellerentur.) v. c. meus habet: *Ne merito,* &c. vt sit; *Ne ciues ea committant, ob qua merito patria expellantur.* Sic enim magis placet quam, *expellerentur;* & fortasse illud, consuluisse, abundat.

Pecunia usum atque decus ademseris.) Ita est in v. c. & ira *Sallust.* dixit infra: *Verum si pecunia decus ademseris.* Item: *Ergo in primis auctoritatem pecunia demito,* &c. paulo post v. c. habet, *clari viri, non clarissimi viri.*

Qua res populos, nationesque magnis auctoribus auxissent. v. c. habet, *Quæque res,* &c. Sed pro auctoribus, videtur omnino scribendum, *auctibus,* vt ex locis, quos hic adducam, intelligi poterit. *Liuius* libr. xx 1 x. *Eaque vos omnia bene in vobis, bonis auctibus auxiliis.* & libr. 1 v. *Cuius rei primum sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere.* *Tacitus* lib. x v 11. *Tiberis immenso auctu, prorupto ponte sublitio,* &c. & libr. x x. *At Ciuilem immensis auctibus!* v. c. enim legendum ibi, non, *auctibus*) *vniversa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata.*

Eamque signis, aulais aliisque operibus exornare.) v. c. non habet copulam, que.

Nequaquam eo postea hebeti & claudio pro exercitio.) v. c. habet: *Nequidquam eo postea hebeti & claudio pro exercitio,* &c. Vt fortasse legendum sit, *præ exercitio uti volunt,* &c.

Vti, qua tibi placuerint, ea Diis immortales approbent, beneque euenire sinant.) Sic in Epistola sequenti: *Ceterum Deos immortales obtestor, ut quocumque modo ages, ea res tibi, rei que publica prospere eueniat.* *Liuius* lib. v 1. *Harum omnium rerum causa, vobis antiquandas sensu istas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.*

NOTE

NOTÆ ADEPISTO-
LAM II. DEREP. ORD.

Sed per ceteros mortales.) v. c. habet: *super ceteros mortales, &c.* Videtur autem legendum: *Sed prater ceteros mortales, &c.* nam supra eadem vsus sententia, dixit: *Atque in te maxime, qui tantum alios pratergressus es, &c.* Vnde videtur paulo supra alio item loco scribendum *Quibus prater ceteras gentes maximi & clari estis, &c. non, per ceteras gentes.* Hæc autem epistola, quantum coniecere possumus, ad Cæsarem scripta est antequam in Hispaniam contra Perreium & Afranium profectus est.

Nihil tam ex alto reperiri posse.) Quid si legamus? *ex alto repeti posse.* Virgilius Æneid. *Quid causas petis ex alto?*

Qua dicam de summa re ip.) v. c. habet, *de summa rep.* & ita veteres scriptores locuti sunt. Virgilius Æneid. 11 *Quo res summa loco Panthu?* Eunius & alii.

Ceteros beneficio, quam metu retinere maluit.) Huic sententiæ similis est Terentiana illa in Heautontimor Act. 1. *Pudore ac liberalitate liberos retinere satius esse credo, quam metu.*

Et bonis, & malis rebus ea creatur.) Videtur sine dubio, pro rebus, scribendum, *rationibus;* nam peccatum libratii agnoscimus ex *rationibus, in, rebus.* Sic Cato dixit *agrum bonis & malis rationibus colendum.* Et Metellus apud Agellium lib. 1. cap. v1. *Quid ergo nos a diis immortalibus diuinitate expectemus, nisi malis rationibus finem facimus.* Cicero pro Rabirio Postumo dixit, *Augere rem bonis & honestis rationibus.* Idem error irrepsit in librum 1 Catari de bel ciuil. in quo est: *Tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat. cum, pro, rebus, debeat legi, rationibus, ut ad eum locum notauimus.*

HELIAE PVTSHCII
NOTÆ IN CATI-

LINAM.

CAPVT I.

Sed omnis nostra vis.) Vis diuina. Virgilius 11. Æneid. 2.
Ille ut depositi proferret fata parentis.
Scire potestates herbarum, vsuque medendi.
Ibi Seruius: Potestates, vim, possibilitatem: Nam in verborum natura vis est qua diuina dicitur, cuius nulla ratio est

unde etiam ait *mutas artes Musica comparatione.* Locus iste Seruii vulgo corruptissime circumfertur.

Quo mihi rectius,) Abest ab excuso esse, a m. vno *rectius*, utrumque delendum monuit Palmerius.

C A P. V. ¶ *L. Catilina nobili.*) Ex Sergiorum familia. vide aliorum notas, & adde Virgil. lib. v.

Domus a quo Sergia nomen.

vbi Seruius. *familia, ut Da propriam Tymbræ domum, & inde est Sergius Catilina.*

Ex pulcherrima pessima ac flagitios.) Adde ex scriptis, *ex pulcherrima atq; optima, pessima ac flagitiosissima facta sit. ut pulcherrima flagitiosissima, optima pessima respondeat.* Paulo post iisdem fere verbis. *Inperium ex instissimo atque optimo, crudele intolerandumq; factum.*

C A P. VI. ¶ *Cumque his Aborigines.)* Aborigines fuerunt Priscilli Latini, quorum reges aliquot recensentur a Livio & Halicarn: stato. Communis veterum opinio, Troianos advenas cum hoc antiquo Latii populo mixtos simul coaluisse: licet alii aliter dicant. quod ut optime intelligebat Crispus, ita ut in re dubia, prudenter addit. *Sicuti, ego accepi.* facit idem in re simili diuicius Maro, notante Honorato. *accepi* autem, puta a Catone, cuius ut nimius verborum imitator notissimo versu incessitur. *Et verba multum furate. Catonis. Crispe Iugurthina conditor Historie.* ita nunc quoq; sententiam eius sequitur, qui in originibus suis scriptum reliquit. *Primo Italiam tenuisse quosdam, qui Aborigines appellabantur, sed postea adveniente Æneâ, Phrygibus iunctos Latinos uno nomine nuncupatos. Calcos vocat Æn. ius ob vetustatem,*

Quamprimum Casti populi tenuero Latini.

Sanfeius apud Seruium Virg. li. interpretem, *Latium dictum ait quod ibi latuerint incole, qui quoniam in cauis vel occultis montium, cauætes sibi a feris beluis, vel a valentioribus vel a tempestatibus habitauerint; Casti vocati sunt, quos postea Aborigines nominauerunt, quoniam a Diis ortos recognoscebat.* Maro arboribus natos memorat. *Hæc nemora indigena Fauni, vatesq; tenebãt, Gæsq; virum tructis. & auro robore nate. iuu. Sa. vi.*

Quippe aliter tunc orbe nouo, cæloque recenti

Vixebant homines, qui rupto robore nati,

Compositiue luto, nulles habuere parentes.

Sed Seruius fabulam hæc explicat *Hoc figmentum ortum est ex antiqua hominum habitatione. qui ante factas domos aut in cauis arboribus aut in speluncis manebant; qui cum exinde egrederetur, aut suam educeret sobolem, dicti sunt inde procreati.* Versum Ennii innuit Cic. Tusc. prima. *Itaque unum illud erat insitum præscis illis, quos Casti appellat En. Maro li. Æn. vi.*

— Vultuque & veste nitabant

Romani populi patres sine semine facti. Atque hæc de Aboriginibus alius quædam vel potius neglecta.

Reipubl. consultabant.) Errat vir doctus qui hic legit *consultabant,* vulga-

vulgatam tueretur Sallust. ipse. *Omnis homines P. C. qui de reb. dubiis consultanti ab odio, amicitia, ira, atq; misericordia vacuos esse decet.*

Patres appellabantur.) Oppido quam venusti sunt Nationis veteris ex v. Factorum, quos non pigebit adferre.

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani

Inque suo precio ruga senilis erat,

Martis opus iuuenes animosaque bella gerebant,

Et pro Diis aderant in statione suis.

Viribus illa minor, nec habendis utilis armis,

Consilio patria saepe ferebat opem.

Nes nisi post annos patuit tunc curia seros,

Nomen est atatis mite Senatus habet.

Iura dabat populo senior, finitæque certis

Legibus est atas unde petatur honor. Et paulo post:

Romulus hoc vidit, selectæque corpora patrum,

Dixit ad hos urbis summa relata noua est.

Florus. *Consilium Reipubl. penes senes esset, qui ex auctoritate Patres, ob atatem Senatus vocabantur.* et dicti *Senatores* (verba Isidori) *quid sicut Patres filios, ita remp. isti alebant.* Qui ex illis nascebantur, *Patricii.* Liuius l. 1. *Patres certe ab honore, patricii progenies eorum.* Idem & ingenui: Festus. *Cintius ait in libro de comitiis patricos eos appellari solitos, qui nunc vocentur ingenui.* Seruius hæc Sall. adducens legit, *apellati sunt,* & mox addit de suo. *Senatores autem alii a senectate, alii a sinendo dictos accipiunt.*

CAP. VII. ¶ *Cæpere se quisq;*) Ex codice nostro reposuimus, *cæpere se quisq; magis magisq; extollere.* Si cui vulgata magis placet, haud equidem repugnauerim. ea talis est. *cæpere se quisq; magis extollere, magisq; ingeniu.* Rirterus huius cod. prius illud *magis* omittit.

Sic se quisq;) Duæ priores dictioes absunt a cod. Ciacconii & abesse debent, quamuis nec sic huic loco bene diuinent alii. *ms. præfert facere pro faceret, eliciat aliquis. Sic se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspiciendum tale facinus facere properabat.*

CAP. XIV. ¶ *Adulter, ganeo.*) Addendum *aleo*, quod monuerunt alii, vt respondeat illi manu, & sic reperi in tribus scriptis. *Næuius apud Festum, Pessimorum pessimis, audax, ganeo, lurco, aleo.*

CAP. XV. ¶ *Mentē excitam vexabat.*) Alii libri, *vastabat.* infra in orat. II. ad Cæsarem de rep. ord. hoc latius explicat. *Profecto si id accidat, neq; tibi nox, neq; dies, curā animi sedauerit, quin in somnis excitus, furibundus atq; amens, alienata mente feraris.* Eleganter super hoc verbo dissentit Agel. lib. II. c. VI. Et Macr. in Saturn. lib. VI. ca. VII. sub doctissimi Doct. Seru. persona. q̄ est in nouissima P. Dan. elis editione leguntur, vt & multa q̄ alibi sub Seru. nom. ne apud eisdē & Priscianum leguntur. Errant igitur, & quidem vehementer, meo iudicio, qui nimis sane hisce commentariis detrahunt, sed vt veros ac genuinos omnino præstare non ausim, sic multis in locis ex marginalibus interpolatos asserenti, non repugnabo.

C A P X V I I I . ¶ *L. Tullo & M. Lepido.*) Prior hæc cōiuratio, vltimam quã accurate persequitur dallustius, triennio præcessit. Sed Suetonius in Iulio . tribus illis, Catilinæ, Autronio, Pisoni, quos hic ponit Crispus, socios addit C. Cæsarem, M. Crassum, P. Sullam, consentiente cum Tranquillo Dione. *Meminerunt* (inquit Tranquillus, *huius coniurationis Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis. C. Curio pater in orationibus. De hac significare videtur & Cicero in quadam ad Atticum epistola, referens id Cæsarem in Senatu confirmasse regnum, de quo adilis cogitauerat. Legenda & cetera, quæ nimis longum foret adscribere. Epitoma Lii lib. c. i. Coniuratio eorum qui in petitione cōsulatus ambitus damnati erant, facta, de interficiendis Coss. oppressa est.*

C A P . X X . ¶ *Satis spectata mihi forent.*) Abest a libris i v. illud *satis.*

In paucorum potentium.) Variant hic libri, aliis *potentiam*, aliis *conditionem* præferentibus. Ceterum in vulgata nihil mutò, nec *potentiam* h. c. probò, quod facit Colerus. Seneca Epistola x x i x . *Ponet se extra ius ditionemque fortuna.*

Quo usque tandem patiemini.) Tandem abest a duobus libris. *Vetera negligunt.*) Absunt hæc a duobus libris.

C A P . X X I I . ¶ *Humani corporis sanguinem.*) Mos hic a Scythis, Mela lib. i i . cap i . *Ne fœdera quidem incruenta sunt, sauciant se qui paciscuntur, exemptumque sanguinem ubi permiscuere degustant. Id putant mansura fidei pignus certissimum.* Solinus cap x x . *Hastu mutui sanguinis fœdus sanciant, non suo tantum more, sed & Medorum quoque usurpata disciplina.* Herodotus lib. i ὄρκια δὲ πλείους τῶν τῶν τῶν ἰθρία τὰ πρὸς ἐκείνους καὶ πρὸς τοῖσιν, ἐπιπέτρως βροχίονας ἐπιπέτρως, ἰς τὴν ὁμορφίαν, ἔαίμα ἀβαλεῖχουσι ἀπὸ ἡλῶν. Veteres sanguine permixtam potionem Assiratum dixerunt teste. Festo quod *us Assir* sanguinem notet. Glossæ Assir, αἷμα. Eo vititur Cato de re rustica. cap. x x x i i i . *Daps Ioui Assir a pecu in urna vini caste profanato sine contagione.* Recte autem ait dallustius Catilinao *humani corporis sanguinem circumtulisse.* Cæsum enim puerum memorat Dio, superque eius viscera iuramentum conceptum. Verba hæc sunt. Καὶ ἐς ἀμερίων ἐρημοσίων ἀναγκῶν ἐσσηγήσα. Παιδαγῶνα κατὰ θυσις, ἐπὶ τῶν ἀπλάγχων αὐτῶν τὰ ὄρκια ποιήσας ἐπειτα ἰσπλάγχθουσιν αὐτὰ τῶν ἀπλῶν. Vt autem fœdera Romani iungebant cæsa porcã, non sine execratione, ita Græci tauro, capro, aut arietē. de tauro habes apud Æschylum ἐπὶ τὰ ἐπὶ θήβαις.

Ἄνδρες γὰρ ἐπὶ τὰ θύρασι λοχαγίται
 τωροσφασμῶτες ἰς μελανδύτον σπίνος,
 καὶ διγλανοίτες χρῶσι τωροῖα φόβος,
 σελῶ. Ενὶ ὧ καὶ Φίλαι μαθὸ φόβος
 ἰσοκωμῶτες αὐτῶν ἢ πολεῖ κατὰ σπινάφας

βίαις, λαπίαν ἄστυ καὶ μαίων βία,
 ἢ γὰρ ἡμῶν τῆς τλῆς δὲ φουράζειν φόνου.

De apud Paulinias lib. I. ἐπὶ κρατοῦ κατ' ἐμυθῶν τομίω, μηδὲν εἰς τὸ
 ὀλυμπίαν ἀγῶνα ἐπέδωκε παρ' αὐτῶν κακὸν ἔργον. Rite autem sanguinem degultabant, quo plus, posset execratio, sic apud Maronem
 D. do cum Æneæ imprecata esset:

*At bello audacis populi vexatus & armis
 Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
 Auxilia imploret, videatque indigna suorum
 Funera, nec cum se sub leges pacis iniqua
 Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
 Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.*

Adiungit tandem. *Hæc precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.* Ad sanguinem istum alludit Terrullianus Apolog. Nescio quid & sub Catilina tale degustatum est. Et Minutius Felix Octavio: *Hodieque ab ipsis Latiaris Iupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominis sanguine saginatur. Ipsum ei edo docuisse sanguinis fœdere coniurare Catilinam.* Vide Statium V. Thebaid. ubi in sanguine vino coniurant matres. & fœdus interfecti infantis sanguine sancunt.

Pateris circumtulisse.) Pateris in sacris Romanos vsos ubique obuium, & scimus ex Varron. de ll. lib. iv. cuius verba adscribam: *Præterea in poculis erant patera eo quod pateant, Latino ita dicta. Hisce etiam nunc in publico conuiuio, antiquitatis retinenda causa, cum magistri sunt, potio circumfertur, & in sacrificando Deis, hoc poculo magistratus dat Deo vinum.* Miror quid Colero in mentem venerit, exultantem caluariam idem esse cum patera, cum sit ἡ καλῶν. Cn. Gellii historici vetustissimi verba, quæ pro se adducit, omnino aliud significant commemoratione horreni facinoris crudelissimi tyranni, cui similia in historia Gothica legimus, sed pergit idem, & Cæli nomen pro C. Gellii substituere conatur, ignorans scilicet, eundem hunc Gellium, ab Agellio in noctibus Articis, Macrobio, Charisio, Prisciano, aliisque passim citari. Verba Capri quæ producit corruptissima, cum magis conuincant, si sic emendata ex scripto legeris: *Calua vocatur καλῶν, licet Calius & Varro caluariam dicant, nam caluaria plurale est, calua ossa, quæ sunt & singulariter calua.*

CAP. XXV. § *Sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuerit.*) Sic legendam est ex pluribus libris.

Verum ingenium eius haud absurdum, posse versus facere.) Nescio quid turbe, & posse, quo sublato concinnior sane erit oratio, absurdum versus facere, pro ad versus faciendos, confirmat coniecturam Tacitus, qui eo vocabulo simili modo vitur *Sermo comis, nec absurdum ingenium modestiam præferre, & lasciuia uti.* Et III. Aristot. *Ne absurdus ingenio famam urbanitatis per lasciuiam peteret.*

liter constet sensus. Ita dictum ut Ciceroni: *Hercules tantus ac tam præsens Deus.* præsens est propitius. Varro rerum diuinatum apud Scruuium: *Iuturna inter proprios Deos, nymphasque ponitur, legendum, inter propitios Deos.* Propitios idem quod præsentis, nam proprios apud Varronem nullum sensum habet, quod superiora Scruuii declarant. Dicta Iuturna a iuuando, ut idem Varro. *Iuturna nympa, inquit, qua iuuaret, itaque multi agroti, propter id nomen, hinc aquam petere solent.*

De poena equidem possum dicere, id quod res habet.) Eiice verbum dicere, quod nimis turbat elegantiam Sallustianam. præcessit enim, *de timore superuacaneum est differere.*

Lacedæmonii deuictis Atheniensibus.) Vide Iustinum libro quinto, capit. octauo, nono, & sequent. Seneca de Tranquillitate, *triginta tyrannos vocat.* Poteratno (inquit ibidem) *illa ciuitas conquiscescere, in qua tot Tyrannis tot Satellites erant, nec spes quidem vlla recipienda libertatis animis poterat offerri, & in sequent. eosdem dominos indigetat, Agellius libro decimo septimo, capit. vigesimo primo. Ad annum conditæ urbis trecentesimo quadragesimo septimo, triginta illi tyranni præpositi sunt a Lacedæmoniiis Atheniensibus.*

CAP. LI. *Alius alii varie assentiebantur.*) Viri docti mendosum locum putant. Ego in tanta codicum conuenientia, insuper accedente Diomedis accuratissimi scriptoris, auctoritate, nihil quicquam mutandum duxerim. Plures dixisse sententiam quam hic a Crispo commemorantur, docet Tullius libro duodecimo epistola ad Atticum XXI. & Flavius Vopiscus Aureliano. Ita vult propter varias sententias, varium variorum fuisse assensum.

Aris atque sociis suis bellum f.) Quatuor libri *aris atque focis suis* repræsentant, quod non improbo formula vbiq; obuia. Cicero de natura Deorum tertio: *Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen.* Agellius libro decimonono, capit. nono *Tum ille pro lingua patria tanquam pro aris & focis, animo irritato indignabundus.* Infra: *Meminerint se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris atque focis suis certare.*

Vos cunctamini etiam nunc & dubitatis quid intra mœnia.) Tres libri melius, *Vos cunctamini etiam nunc quid intra m.* Infra: *De crudelissimis parricidis, quid statuatis, cunctamini.*

CAP. LIH. *Sicut effeta parentum.*) Optima locutio, quæque in scriptis fere omnibus habetur, nam illud *effeta parente*, quod tantopere dilaudat Riuus cum Glareano, huius glossæ est. *Græcismus merus, qui effertur ἀρὰν ἀνδρῶν, τὰ κρὰν τῆς*

ξάρα. Ut Plinius canum degeneres. Tacitus, subiecta vallium, auia sal-
tuum, ardua castellorum. Antiquus autem (inquit) Philargyrius fe-
tum pro gravidis solent ponere, ut Varro Atacinus. Feta feris Lybie. Et
Virgilius ipse. Scandit fatalis machina muros, Feta armis. Hinc effe-
tum deriuatum, de quo vide Columellam, & Seruium. Excidit
hæc vox Petronio, quam repono, in carmine Eumolpi,

Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia tellus

Armis feta meis, olimque onerata triumphis.

vbi perperam vulgatur, *Armis lata meis.* Lectio nostra perspicue
vera est.

C A P. L V. ¶ *Ita ille patricius.*) Iuuenalis Satyr. x. Igitur for-
tuna ipsius & urbis seruatum victo caput abstulit, hoc cruciatu Len-
tulus hæc pœna caruit, ceciditque Cethegus integer. Solent historici
clarorum virorum exitus breui aliqua clausula, tanquam funebri
nænia prosequi, id parcius a Sallustio, fufius a Liiuo factitatum
innuit Seneca Suasoria vi. Quoties magni alicuius mors ab histori-
cis narrata est, toties fere totius consummatio vita, & quasi funebri
laudatio redditur. hoc semel atque iterum a Thucydide factum, idem
in paucissimis personis vsurparum a Sallustio, Liiuus benignius omni-
bus magnis viris præstitit. Sequentes historici multo id effusus fece-
runt. Sallustius supra: Ita ille egregius iuuenis, immoderata fortitudi-
nis pœnas dedit. Curtius lib. vii. de Parmenion. Hic exitus Par-
menionis fuit, militiæ domique clari viri. & lib. x. Hic fuit exitus cla-
rissimi Persarum, nec insonis modo, sed eximia benignitatis in regem.

C A P. L V I. ¶ *Vt quisque voluntarius aut ex sociis.*) In scripto
nostro legitur. *Vt quisque voluntarius ex agris in castra venerat.*

Alienum rationibus suis existimans videri.) Existimans non est
in scripto nostro, & saluo sensu abesse potest.

C A P. L I X. ¶ *Ipsæ cum libertis & colonibus.*) Perspicue vera est
hæc lectio, quam reposuimus ex codice consultissimi Cuiacii, pro
vulgata & recens immilla, cum libertis & colonis. Glossæ, Calo, δὲ
λῶ δὲ μῆσι, καὶ δὲ φῶσι. Item: ἡγεῖται, ἡγεῖται ἡγεῖται Calo.
Acro ad Satyr. i. lib. i. Bongarsii liber colonibus, Seneca ad Lucill.
Epistola cx Quoties occurrit domus splendida cohors culta seruorum,
lectica formosis imposta colonibus. Vide Ciceronem de natur. Deor.
iii. Pers. Satyr. v. Horat. i. epist. xiv. & eorum interpretes. Festum
Pompeium & alios.

C A P. L X I. ¶ *Amicum alii, pars hospitem.*) Tristis belli ciuilis
exitus. Lucanus lib. i v.

— Postquam spatio languentia nullo
Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus,
Et fratres natoque suos videre, patresque
Deprensus est ciuile nefas.

Valerius Tacitus lib. iii.

— Cognoscit in alta.

*Strage virum sua texta parens, sua munera coniux. Valerius Maximus libr. II. cap. III quia ut necessaria ista (ciuiles) ita lugubres semper existimata victoria sunt, utpote non externo, sed domestico par-
ta cruore.*

HELIAE PVTSHII AD IVGVRTHAM

NOTÆ

CAPVT I.

D*Effluxere.) Seneca de breuitate vitæ: Sed ubi per luxuriam & negligentiam defluit, nulla rei bona impenditur, vltima demum necessitate cogente, quam ire non intelliximus, transisse sentimus. Ita est, non accepimus breuem vitam, sed fecimus.*

CAP. II. ¶ *Omniaque orta occidunt.) Nihil hic opus lectione codicis Rittershusiani, omniaque orta, cum clara sint omnia, & lectio vulgata magis cohaereat. Minucius Octauio. Quis enim sapientum dubitat, quis ignorat, omnia qua orta sunt occidere, qua facta sunt interire. Græcorum παρρησια: παρρησια ἢ ἡρόδοτον καὶ ἰωνίον ἰφείλιτον*

CAP. IV. ¶ *Vehementissime sibi animum ad virtutem.) M. virtutes melius. Et norant Grammatici Sallustio hæc talia pluraliter vutpata, ut paces, lices, famas, absunt in mox sequentibus ab eodem codice illa, in sese, quæ salua sententia induci possunt.*

CAP. V. ¶ *Obuiatum est.) Obuiam iterum est, quid Sallustio quam familiare ex scriptis hinc legendum est. Infra: Obuiam ire & commotioni hæsibus. Obuiam eundo periculis. Ite obuiam iniuria. Et locis pluribus, neque vero obuiare apud melioris æui scriptores, legere meminimus etiam si eo utatur Macrobius.*

CAP. VI. ¶ *Quæ etiam mediocres viros.) Rittershusii liber: quæ res etiam mediocres sic supra in Catilina reposuimus ex scriptis Sallustiana res esset. Et sic amat loqui Crispus: Sed ea res longe aliter ac ratus erat euenit. Patello positi: Quibus rebus sibi multos ex Romanis familiarium amicitia coniunxerat. Et mox: Neque ea res falsum me habuit. Occurrunt hæc singulis fere paginis.*

CAP. VII. ¶ *Magis magisque eum indies amplecti.) Sinceriot erit lectio si eum expueris.*

CAP. IX. ¶ *Quam rem tibi certe scio.) Vaticanus, certo scio, melius. Supra: Falso queritur de natura sua genus humanum.*

CAP. XII. ¶ *Ea modo in animo suo habere.) Tres libri, ea modo cum animo suo habere. Melius, cum animo suo trahere, agitare, voluere, Sallustio familiaria.*

CAP. XII. ¶ *Strepitu & tumultu omnia miscere.*) Rittershusii lib. *misceri. Infra. Puberes omnes interfici, & gaudet infinitiuis Crisp.*

CAP. XIII. ¶ *Victus ex praelio profugit in provinciam.*) Liber Bongarsii, ex praelio, omittit, quæ ab ille possunt, Sed retinet Non: in, *contedere*, ubi vitiose legitur: *sperabat armis contend. pro parabat.*

CAP. XIV. ¶ *Quam maximo usui esse.*) Rittershusii: *quam maxime usui esse. magis ad gustum et eum.*

Vos in locum affinium.) Vaticanus: *vos loco affinium. quomodo & Rittershusii, nisi quod addat que, vosque.*

Quorum progeniem vos P. C. nolite pati me nepotem Masinissa.) Multi ad hunc locum multa, sed assentior Amplissimo Iacobo Bongarsio, existimanti hæc verba, *me nepotem Masinissa* glossam esse, & ex superioribus illis huius paginæ, *Masinissa me nepotem, etiam ab stirpe socium atque amicum P. R. huc irreplisse.* Refer autem quorum ad Masinissam & Micipsam, quorum progenies erat Atherbal.

Ne viuere contemptus viderer.) Locus corruptus. Badius legit *contentus*, & explicat suo more. Palmerius *vixit* pro *vixisse*, nimis comice. Ego, *nec viuere contemptus viderer.* vnica addita literula, qua toti sententiæ medeor. Utinam, inquit, mors mea cum honestate coniuncta esset; tot iniuriis affectus mihi vitæ finem facerem. nec etiam in posterum hominibus contemptus viuerem, si ego stirpe regia fatus, tot malis defatigatus, iniuriæ cedam. Nunc quoniam neque viuere mihi liber, cum nequeam fratris mortem & iniurias meas persequi, neque mori licet sine dedecore: Rogo vos P. C. subuenite misero mihi. Atque hæc mihi loci huius sententia videtur, quam tamen modeste propono examinandam.

CAP. XVI. ¶ *Qua portuosior, & adificiis magnis exornata erat.*) Ex scriptis tribus legend. *magis exornata*, quod vel antecedens *portuosior* ostendit.

CAP. XVIII. ¶ *Quas nos coegerat.*) Lege ex scriptis *qua nox coegerat.* mendosum & hoc apud Sulpitium Seuerum Dialog de virt. monach. orient. *Viuent herbarum radicibus; nullo vnquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur, quas nox coegerit sedes habent.* ibidem: *qua nox, &c.* Ex iisdem infra *Ea vero consueti Numidarum equi, pro vulgato, eo vero.* Post multa: *Nam cum ea paululum processerant. vulgati cum ea:* qui superiora legit, facile colligit sententiam. Infra: *eadem regreditur, non temere vixi essenderat, vulgo, eodem.* Male. Vide veterem Scholiasten Horatii Festum Pompeium, Isidorum in Originibus. Paulo post: *Urbis in ora maritima condidere, eaque breui multum aucta. leg. eaque.* quod & alii monuerunt.

Neque materia in agris.) Lege ex libro Bongarsii: *neque materies.* Supra Catilina: *Ea materies omnium malorum fuere.*

Mare

Mare magnum & ignara lingua.) Mare magnum hic non pro Oceano, vt in illo. *Ecce maris magni claudis nos obice Pontus,* accipitur, sed pro sæuo & importuoso, vt Crispus loquitur ipse. *Nam vbi mare magnum esse, & sauire ventis capit.* Lucretius libro secundo rerum naturalium.

Suaue mari magno turbantibus aequora ventis:

Virgilius Æneid. III.

Continuo venti voluunt mare magnaue surgunt.

Equora. apud quem brot. eiusdem diuini operis in quibusdam codicibus vitiose cuditur: *Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.* Cum omnino ex re ipsa, & doctissimo Seru o, vltimam literam abiiciendo legendum sit *tollere vento*, quod mirum quam ad Sallustium facit, quod enim hic *Mare Magnum & sauire ventis* vocat, ille *tollere vento* dicit.

Incuruis lateribus, tecta quasi nauium carina sunt.) Distinguedum omnino: *incuruis lateribus, tecta quasi nauium carina sunt.* Præter Seuerus Sulpitius Dialogo primo, de virtutibus monachorum orientalium: *paruum tugurium inter arenas conspicio, cuius tectum, sicut Sallustius ait, quasi carina nauis erat.* quem locum debeo Gothofredo Iungermano ob multas animi dotes animo meo charissimo.

CAP XIX. ¶ *Pars imperii cupidine sollicitata plebe.*) In scripto sic legitur: *pars imperii cupidine sollicitata, & alii nouarum rerum auidi. Quid si sollicita, & alii, &c.*

CAP XXI. ¶ *Ita seque illisque dignum esse.*) Tres libri dignum fore, quod probo. Sic infra, vbi vulgaratur. *Itaque delicta occultiora fore.* Bingarsii codex præfert *occultiora fore.*

Ab adolescentia sua ita se enisum.) Augustanus delet *to sua.* Supra: *ita ab adolescentia vitam instituisse.* In literis Adherbales sic variat Vaticanus. *sape vos oratum mitto, pro vulgato, ad vos.* deinde: *Micipsa patris beneficia, omisso vulgati mei an fame acrius urgear incertum est. vbi vulgati incertus sum, forte delectandum to est.*

CAP. XXIV. ¶ *Nam ego quidem.* ¶ Seruius Fuldano. ad I. Æneidos melius sic citat: *Nam ego quidem vellem, & hac qua scribo, & illa qua antea in Senatu questus sum, vana ferrent potius, quam miseriam meam verbis fidem.* Videtur posse legi, *vana fore potius, quam miseriam meam verbis fidem facere.*

CAP. XXIX. ¶ *illi infectis rebus ita domum reuersi sunt*) Concinnius duo libri: *Ita illi infectis rebus domum reuersi sunt.* Sic supra Catilina: *Ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susceperant.* Sic infra ex scripto legend. *Ita Iugurtham spes frustrata, cui copias in quatuor partes distribuerat.*

CAP. XXX. *Patres solliciti erant, probarentne) to erant non* sit in scripto.

Ac potissimum eam dicam:) Concinnius legas ac potissimum eam qua in concione.

C A P. XXXI. ¶ *Atque ego tametsi viro flagitiosissimum existimo iniuriam impune accepisse.) Scripti viros flagitiosissimos. alii variant. Virum, vero, verum. Sed legendum uti reposuimus: viro flagitiosissimum. Miror tamen cur illud Riuus eiecerit, cum alias nullus sensus commode elici queat. Atque illud quidem cum emphasi hic poni capiendum est. ut supra: Verba viris virtutem non adde-re. Et: At ego vobis si viri esse vultis: Et Memineris te virum esse. Valerius Flaccus:*

— *Sed turpe viro timuisse futura.*

Coniecturam hanc non modo probare, sed & confirmare Ianum Doulam notis ad fragmenta, postea comperi. Deinde in nostro scripto legitur: *Nisi demum faciendi licentia eripitur, & vobis alterna sollicitudo remanebit.*

C A P. XXXIII. ¶ *Contra vis & iniurias omnis munitus foret.) In editione Coleri, pessimo exemplo mutatum; ius & iniurias: credo vsu vocis huius non assequeretur, quem exponit Priscianus lib. vi. Lucetius lib. ii.*

*Sed quam multarum rerum vis possidet in se
Atque potestates.*

M. Messala Augur apud Macrobi. *Qua vis coeli maxima; duas vis disparis colligabat.*

C A P. XXXV. ¶ *Alium mala fama & timor animi impedi-bat.) Ex scripto reposuimus, timor animi impediabat. quod vere Sallustianum Supra: timor animi auribus officit. Et, virtus animi. Infra: Sed nec illes qui procul manserant timor animi satis munue-rat. Post de Metello: Vir egregius in aliis artibus nimis molliter agri-tudinem animi pati. Sic ibi lego ex scriptis.*

C A P. XXXVII. ¶ *Hiemantibus aquis.) Scriptus hiemalibus aquis: Varias coniecturas adferunt Critici, sed vulgatam defendit. Seneca epistola cxiv. Dixit Gallustius hiemantibus. Arruntius in libro primo belli Punici ait. Repente hiemauit tempestas. Et quæ sequuntur. Dicat quis nescire nos locum hunc innuat Seneca, an vero alium ex deperditis historiarum libris. malim tamen asserere locum hunc in animo habuisse Senecam, quam temere quid mutare, aut frustra inuestigando in historiarum libris fatigari.*

C A P. XLI. ¶ *Nam ante Carthaginem deletam.) Velleius Pat-terculus lib. ii. Potentia Romanorum prior Scipio viam aperuerat, lux-uria posterior aperuit. quippe remoto Carthaginis metu, sublataque imperii amula. non gradu sed precipiti cursu a virtute descitum; ad vir-tutem transcursum, vetus disciplina deserta, noua inuenta: in somnum & vigilis, ab armis, ad voluptates, a negotiis in otium conuersa citantur. Lactius hæc apud Augustinum libris de ciuitate Dei, qui & id eam*

rem luculentissimas Sallustiani naufragii tabulas conseruauit, quas habes infra, primo historiarum libro.

Cœpere nobilitas dignitatem, populus libertatem.) Libri scripti præferunt: *cœpere nobilitas dignitatem in superbiam, populus libertatem.* alii codices: *nobilitas dignitatem in dominationem.* Mulcus est Sallustius in commemoranda superbia nobilitatis. Pauli post: *nobilitas factione pollebat* legendum. inducto magis, quod abest a scriptis.

C A P. XLIII. ¶ *Et reges ultro auxilia mittendo.*) Magis Sallustiane scriptus. *auxilia mittere.*

C A P. XLVII. *Inuaturum exercitum.*) Tanquam minus latinum inducit Palmerius, quam bene ipse viderit, ego scio quod. cunque in bonis auctoribus a Grammaticorum legibus abhorret, non statim inducendum aut censoria virgula damnandam esse hoc eodem itidem vitur elegantissimus Petronius in Satyrico. *Nam neque sacra quenquam volgaturum, & si quod præterea aliud remedium ad tertianam Deus illi monstrasset, adiuuaturus nos diuinam providentiam vel periculo nostris.*

C A P. LII. ¶ *Neque remittit; quid ubique hostis ageret explorare.*) Ex scripto legend. *neque interim remittit quid, &c.*

C A P. LIII. ¶ *Fessi lassique erant;*) Colerus: *lentique erant;* nos ex ms. nostro, qui nunc est bibliothecæ Lugdunensis, repoluimus *fessi lassique erant.* neque vero *lassus* tanquam barbarum, aut minus latinum reiciendum. eo vtuntur Petronius, Iustinus, alii. Ouidius Amor III. *Sape tulit lassus succus amarus opem.*

C A P. LIV. ¶ *Interfici iubet.*) Ex scripto nostro, & Seruio veram lectionem repoluimus: *puberes interfici iubet; alia omnia militum prada esse.* antea vitiose legebatur: *puberes interficit. iubet alia omnia militum pradam esse.*

Ad cœlum fert.) Ex scripto *ad cœlum ferrè.*

C A P. LV. ¶ *Vt seque & exercitum more maiorum gereret.*) Quid quæso est *exercitum gerere.* in soleas Latinis auribus ista locutio. Seruius ad ista lib. v. Æneidos.

Huc illuc vincolorum immensa volumina versat. Sic scribit: *V E R S A T.* *considerat: Sallustius. Exercitum more maiorum verteret,* hoc est, *consideraret.* ita diserte extat in editione Petri Danielis, sed in vulgatis tantum erat: *exercitum. vertere.* quod tanquam nouum fragmentum inter incerta retulerat Carrio. scilicet quia in toto Sallustio, nec vola, nec vestigium istius locutionis extabat. nobis vero illud, *exercitum more maiorum verteret,* ansam dubitandi dedit, & huc referendi. Legamus hic itaque, *vt seque & exercitum more maiorum verteret.* & in *exercitum vertere* quod inter incerta malo inchoate exemplo collocatum est, enotamus: quod nos facere omnibus, ne faciam sibi factum lector cur osius quere-
retur.

Diuersi agebant.) *M. agitabant.* quod probum. *Supra* itidem est scripto reponendum, *pecoris & mancipiorum pradae certatim agitare.* ubi vulgant, *agere.* *Infra:* *pro muro dies noctesque agitare.* *mox:* *pro castris agitare iubet.*

CAP. LVI. ¶ *Milites Iugurthini paulisper ab rege sustentati.*) Illa verba *ab rege* absunt a codice Bongarsii.

CAP. LIV. ¶ *qui in proximo locati fuerant.*) *Lege* ex *ms* qui in primo. ita dictum, vt saepe apud historicos: *In primis.* supra in *Catilina:* *in primis pugnantes cadunt,* illic est *in primis* quod hic *in primo:* Nam quod quidam commentatur *in primo* aduerbialiter hic poni, praeter rem est.

CAP. LX. ¶ *Ceteri quoque modo potuere.*) *Ex* scripto reponendum *quo quisque modo potuere.* Sic amat loqui Sallustius. *Sibi quisque regnum petentibus.*

CAP. LXIII. ¶ *Praeter vetustatem familiae.*) Aelianus πικ. 157. lib. XII. cap. VI. ὅτι μελῶν ἐξείν ἐπὶ τοῖς μεγαλοῖς φεγεῖται Ἀλφ. τῆς πατρῆος, εἶτε ἐν Ρωμαίοις ἢ Μακεδόνων πατρῶς σὺν Ἰσχυρῶ, αὐτὸν δὲ γαυροζομεν Ἀλφ. πὶ ἔργα. Κατὰ τὸν δὲ τῶν προβούτων καὶ αὐτὸν τὸν πατρῶος ἀναζητῶν γέν. quod repetit lib. XIV. cap. XXXV. Val. Maximus lib. VI. cap. IX in memorabilibus: *Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Roma, tamque fastidiendo candidato, ille Marius euasit, qui Africam subegit, Iugurtham regem ante currum egit, qui Teuthonum Cimbrorumque exercitus deleuit. & quae sequuntur.*

Altes.) *Ex* hoc loco coniectare licet iam Prisciiani, aetate mendolos codices Sallustii existisse, cum notet in quibusdam *altus,* in quibusdam *altus* legi. Sed idem saepe facit in Virgilio Seruius.

Neq, tam egregius factis erat.) *Scriptus* Augustanus, *egregius factis erat.* vnde fortassis legend. *neque tam egregius factis erat.*

CAP. LXV. ¶ *Et ob eam caussam mente paululum imminuta.*) *Forte,* *Et ob ea mente paululum imminuta.* *Supra.* *Et ob ea fideliter acta diis immortalibus supplicia decernere.* Vbi etiam *fideliter acta* auribus meis fortet.

CAP. LXXII. ¶ *Et omni strepitu pauescere.*) Citauerat haec Arrianus Mellus de Elocutionum generibus, ex secunda Sallustii historia, tanuens bellum Iugurthinum. Male igitur inter fragmenta hactenus collocatum induxi. nam & alibi primam Sallustii historiam citari memini pro *Catilina.*

CAP. LXXIV. ¶ *Parati instructique sunt.*) τὸ sunt abest a scriptis, quod proba.

CAP. LXXVIII. ¶ *Syrtes ab tractu nominatae.*) Non sunt haec in veteri editione, & amicissimi meus Iungermanus glossam omnino purat, quam aliquis vt solet, margini alleuerit, iam enim dixerat quibus nomen ex re inditum. Et clare. *Limum arenamque, & saxa ingruvia fluctus trahunt.* trahunt id ipsum est σὺρσαι, vnde Σύρτις. vide Apollon. lib. IV. Arg. & ipsius Scholiast. Gloss. Graecolat. Σύρτις τρα-

*Aut, tractio. lege Sægens. Starius primo Thebaid. Syrces desistunt. ubi Lactant. $\delta\mu\tau\sigma\upsilon\gamma\epsilon\upsilon$. Græce $\sigma\upsilon\pi\epsilon\upsilon$ i. * . . . sine dubio addendū trahere. Alludit & Rufus Auienus. *Latis trahit equora Syris.* Sic supra r. sp. de Catabathmo rationem nominis etiam de inter inuuisse satis habet: *declinem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant. Quid enim $\kappa\alpha\tau\alpha\beta\alpha\lambda\upsilon\sigma$ aliud quam descensus.**

CAP. LXXX. ¶ *Etiā ante Iugurtha filia.*) Nonius Marcellus citat hæc valde corrupte in hunc modum. *Etiā iam ante Iugurtha filia Boccho nupserat, verum ea necessitudo, quæ etiam timidus foris facit.* Coaluerunt turpiter duo fragmenta, quæ sic diuide & supple: *Et iam ante Iugurtha filia Boccho nupserat, verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque lenis ducitur: dem Catilina Præterea necessitudo, quæ etiam timidus foris facit.*

CAP. LXXXIII. ¶ *Bellum sumi facile, ceterum acerrime desinere.*) Script. *agerrime desinere*, quod magis probo.

CAP. LXXXIV. ¶ *De villo negotio negare audebat.*) Scripti, *abnuere audebat.*

CAP. LXXXV. ¶ *At si res postulet.*) Emenda Nonium Marcellum, apud quem in voce Phateræ vitiose legitur: *Ac sibi restitui & hastas.* pro, *At si res postulet hastas.*

Non sunt composita verba mea.) Optime ex sententia Marii Semprouii Afello lib. xiii. rerum gestarum facta sua spectari oportere, dicta non si minus facundiosa essent. Varro: *Maiores nostri quam allia & cape verba illorum olerent, tamen optime animati erant.*

CAP. XCIII. ¶ *Quod aduersum praeliantibus erat.*) Lege quod *auorsum praeliantibus erat.* ita postulat sensus.

More humani ingenii cupidus.) Locum corruptum testatur Non. Marcell. qui sic citat in *ignarum. Amore humana cupiditas ignara visundi.* Et Agell. lib. ix. cap. xiii. *More humana cupidinis ignara visundi.* & explicat *ignara $\tau\alpha\upsilon\alpha\gamma\omega\sigma\tau\alpha$.* Sed Nonius corruptus est apud quem lege ex ms. *more cupidinis humana.* Et lectionem veram apud Sallustium repono: *Vbi postquam solitudinē intellexit, more humana cupidinis ignara visundi, animū vorrit.* Optima locutio & Sallustiana. Sulpitius tamē Seuerus Crispi, quantum tempora & ætas illa ferebat, emulus: *His more humani ingenii consiliū fuit.* Et Apul. in Florid. *Propius accessit, ut et cognosceret more humani ingenii quisquæ esset.* Petron. *Vitio gētis humana cōcupiit scire quis aut quidzā faceret.*

CAP. XCV. ¶ *Ac sapius eadē ascendens & descendens.*) Legendum monuerūt alii: *ac sapius eadē ascendens & descendens.* q. veram puto. Notarat & ascendere in Sallustio Fronto, sed Manutius locū corruptū putabat. Verbū hoc incuria descriptorū male acceptum in veterum libris, ac plerūmque in descendere mutatum, Varro de L. Latīna lib. i. v. *Tertius gradus quo Philosophia ascendens peruenit, ubi veteres libri descendens peruenit.* sed legendum, *ascendens.*

Sicut aliis diebus aduersum hostes aderant.) Parabam olim: *ad*

uorsum hostes ierant. quia infra: *Cum Sulla profligatis iis, quos aduersum ierat rediens ab latere Mauros incurrit.* Nunc nihil muto. Apuleius Mileſia ſecunda: *Prima facie cubiculum tuum adero.* ita codices notæ melioris, & editio Florentina.

CAP. XCV. ¶ *Igitur Sulla patricia gentis nobilis fuit.*) re nobilis ciuicium monet tenor orationis & Sernius, qui sic citat: *Igitur Sulla patricia gentis fuit, familia iam extincta maiorum ignauia.* Infra libr. III. historiarum. At Cn. Lentulus patricia gentis, collega eius, &c.

Amicitia facilis.) Ms. verbo auget, *aditu & amicitia facilis.* id postulat copula.

CAP. XCVI. ¶ *Quibus rebus & artibus.*) Et artibus non est in scriptis duobus & abesse potest.

CAP. XCVIII. ¶ *Ipsi duces feroces quod non fugere.*) Si mei iudicii res esset, legerem inductis superuocancis: *Ipsi duces feroces, ac pro victoribus agere.*

CAP. XCIX. ¶ *Tumultu terrore formidine quasi vecordia ceperat.*) Ms. noster: *tumultu formidine, terror quasi vecordia ceperat.* Quod non temere reiciendum.

CAP. C. ¶ *Diffidentis, futuri qua imperauisset.*) Bongarsii liber, *qua imperauisset,* inducit, cui in hoc omnino assentior.

CAP. CI ¶ *Oblitum ostendere.*) Priscianus *oblitum ostentans,* refert, quod magis Sallustianum, cui oppido quam familiare verbis iteratiuis uti.

Fugatis equitibus accurrat auxilio.) Scripti *fatigatis equitibus.* optime, quod reponendum, non enim iam fugabantur Romani, sed paululum a fuga aberant.

CAP. CII. ¶ *Neque cuiquam hominum.*) In Ms. Sallustii exemplati optima notæ, *hominium* scriptum esse testis est Iosephus Scalliger, cum glossa ad oram, *hominium,* id est, *hominum.* Et ita notant in Crispo, *ciuitatum & locupletium,* Grammatici, sed vereor ne vox illa nata sit ex alia huc quam simillima, *omnium,* & descriptentium vitio mutata in *hominium,* facili lapsu, & librariis solemnibus. Accidit hoc Corippo Africano lib. I. de laudibus Iustini Iunioris.

Vna in naturis extans persona duabus,

Consimilis Deitate patris, hominique profecto.

Consimilis. Vulgo vitiose legitur *omnique,* At vitiosus illud quod ibidem in ora, *pneumaque,* quod Editor vult.

Cui scilicet placuit & vim.) Scriptus vnus: *cui scilicet prius vim quam gratiam nostram experiri placuit,* quo facit coniectura domini Bongarsii supra legentis, *quam mala perpeſsus es.* In cuius codice paulo post: *Multa oportuna habes,* omisso atque legitur.

CAP. CIV. ¶ *Semper in aduersa mutant.*) ita fecimus, cum prius vitiose legeretur *mutantur.* Ita supra: *Qua quia mortis metus*

mutabant, sicuti regi lubuit pax convenit, Varro de L. L. In priore verbo graues prosodia, quæ fuerunt manenti reliquæ mutant. Idem l. b. vi. rerum diuinarum: Inter duas filias regum quid mutet, inter Antigonom & Tulliam est aduertere. Sic in Catilina, conuertit, absolute ponitur, pro quo male Giaccenius substituerat, in superbam dominationem se conuertit, nam conuertit illicita ponitur, vt hic mutant. Supra: hoc refacere ex consuetudine in naturam vertit.

Senatus & P. R. beneficii.) Scriptus: Senatum & populum R. beneficii & iniuria memorem (esse) ceterum Roccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit: fœdus & amicitiam dabuntur (forte dabit) cum meruerit,

CAP. CVI. ¶ *Se a patre Boccho.) Antea vitiose legebatur. dicitque se a patre Boccho. & infra: dicitque a speculatoribus cognitum. nos eiecimus. quam saepe hæc talia deliramenta ex scriptorum vitio in textum irteperint, nemo paulo humanior ignorat, in scriptis hæc talia ubique fere inculcantur. Catilina: omnia viri gesta aperit, se paucis diebus. scripti male: dicitque se. Deinde: præterea ab incendio Capitolio, scripti: præterea docebat, male. Et locis præterea infinitis. Vitiose hæc leguntur apud Seruium v. Æneidos, quem ex hoc emendes licet.*

CAP. CVII. ¶ *Quare optimum factum videri.) Apuleius Milesia prima: Optimum itaque factum visum est ante luculo furim euadere, & viam licet trepido vestigio capessere. & erat qui in verisimilibus horrendum spectatum pro spectatum reponit. Supra Catilina: Optimum factum credens exercitum augere. Deinde: Optimum factum ratus noctem, & sic reponendum ex libr. Rittershusii. Arnobius aduersus gentes lib. i. Incredible dictum est & æcis obscuritatibus inuolutum. ubi male Criticus, dictu. Symmachus lib. i. Epistola l. ii. Difficile factum est ut honor angustis rebus addatur, quæ male mutant viri docti.*

CAP. CXIII. ¶ *Vultu corporis pariter atque animo varius.) Hæc vera lectio est, nec satis mirari queo emendatorum supinitatem, qui glossis librariorum, quam Sallustianis verbis ad hæc maluerunt. quid enim hæc quam mera glossemata, colore ac motu.*

AD PRIMVM LIBRVM HISTORIARVM.

S*emper in certamine,) Paulo aliter Seruius ad v. Æneidos. Inter certamina dominationis aut libertatis agit.*

Postquam remoto.) Tria hæc apud tres diuersos auctores varie dispersa fragmenta ita vt vides mi lector, coniunximus volente & monente Nobilissimo Doufa.

In gratia concesserant.) ἀρχαίως, quemadmodum contra Cice-

ro: In potestatem esse. Claudius, in medium relinquere. Terentius in rem esse dixerunt, quod eo libentius moneo, ne quis locutionis insolentia ductus, pro lubricine sua in quibus aliud mutet.

Quin lenones.) Corrige locum Charisi ad fecillimum libro primo, ubi hæc Sallustii adducit: *Lanius dicitur, ut Terentius, Lanii & coci.* & Sallustius, *Quin vinarii lanique.* Vbi illud quoque notamus, *vinarium* dici. *lanio* autem quasi diminutio *lanii*. Et ita habet V. C. Nobiliss. Doufa.

Satellites quidem eius.) In ms. Nobiliss. Puteanorum: *Satellites quidem eius homines maximi nominis, optimis maiorum exemplis, quod probō, nam illud non minus, ex superioris vocabuli repetitione constatum videtur.*

Quis secunda res.) Sententiam hanc Seneca pater Thucydide tribuit, locū tamen Demosth. laudat qui Olynth. secunda legitur: *αἰ γδ δὲ παρὰ τῆς ἐπιπέδου τοῦ κρηνηίου καὶ συσπαστικῆς τοῦ ἰσχυροῦ ὄντι δὴ* In hac, inquit Seneca controuersia x xv. *Sententia Græca tam brevis, habes quæ saluo sensu detrahatur: deme vel συκρηνηίου, vel συσπαστικῆς, constabit sensus, etsi non aque comtus, aque tamē integer. At in Sall. sententia nihil idem sine detrimento potest.* Sic Criticus ille. Verū Fabii & Patriculi auctoritate facile adductus sum ad credendū, a Thucyd. primum id pronuntiatū; cuius maxime æmulus fuit, cum Demosth. Sollust. locum itaque dum studiosè inuestigo tandem aliquando in Thucyd. lib. i i i. in orat. Cleonis reperi. Quare propius factū est nihil, quam ut cum Archimede Geometra apud Viuuiū lib. i x. Architecturæ exclamaret, *ἀρχιμηδῆς, ἀρχιμηδῆς.* Thucyd. dæ verba adscribam, ut ex cōparatione precium operæ sit. *Εἰς δὲ δὲ τῶν πάλαιων αἰσῶν μέγιστα ἐστὶν ἐλαχίστη ἀπερσοδύκητος ἀπὸ παλαιῶν ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπει.* Quod idem est cum eo qui apud Clementem Alexandrinū lib. i i. Soma. habetur: *Εἰώθεισαν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, φηδὲν οἰσῶν μέγιστα καὶ δὲ ἐλαχίστη ἀπερσοδύκητος ἀπὸ παλαιῶν ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπει.* Quem & Philistus historicus, sic est imitatus: *ταὶ δὲ πολλὰ καὶ λόγιαι ἀνθρώποις ἀντιγινώσκονται, αἰσφαλίστεροι πύθῃ δόξασιν καὶ κακώτεροι αἰσφαλίστεροι γὰρ μέγιστα οἱ παρὰ δὲ ἀπὸ ἀπερσοδύκητος ἀπὸ παλαιῶν ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπει.* Solon quoque Atheniensium legislator, idem & Poeta & ab illo mutuatus (ut pleraq; in gnomas suas ex illo transfulit) Theognis Megarensis eandē sententiam per *παροδῖαν* extulit: *πύθῃ βίη καὶ ὕβριν, ὅτ' αὐτὸν πύθῃ ὄλβος ἐπιταί.*

Nascitur ex magnis oribus petulantia maior.

Sed cum Græcis Latius quoq; historicus symbolam conferat Trebellius cōm Pollio, *Claudii*, inquit, *Pleriq; milites, secūdis rebus elati, quæ sapientū quoq; animos fatigant.* Hæc est Cl. Andrea Schotti super hoc loco sententia, quæ hic ita ut in suis ad me literis emendatū voluit, cādide representatū, ne manū in alienam segetem misisse videret. Neq; interim satis mirari queo Lud. Carrion. in suis suis lectionibus, & Nicol. Fabrum i C. notis ad Senecæ Rhetor.

De controuersias, negare Sallustii illud dictum supra commemoratum in Thucyd. exstare, cum tamen id Seneca discrete affirmet. & Clariss. Schottus locum iam indicauerit. Sed idem illic Faber versum illum *Semibouemq; virum, semiuirumq; bouem*, in Ouid. repetiri nō putat, cū tamē ab omnib. lib. 2. de arte amandi legi possit.

*Dadalus ut clausit conceptum crimine matris
Semibouemque virum, semiuirumque bouem.*

Neque aliter.) V. C. *neque aliter pacem & belli finem ait. non in-
epte.* sequitur enim. *Qua si vobis pax & concordia intelliguntur.*

Ciuitatem confirmari qui ademtam negat.) In codice Putea est: *quibus ademtam negat.* hunc legendum propono: *ciuitatem confir-
mari qui ciuibus ademtam negat.*

Nostri proditor, istis infidus.) Optime idem codex, *istis infidus.* opponit proditorem infido.

Illo profectus.) Lectionem quam Nobiliss. Doufa, ex vitiosis illis, *neque lata aut securissimus* exculperat, expressimus, omnibus mo-
dis Sallustio consulere cupientes.

Et ponere validam.) Suspicabar leniter legendum esse, *Hipponem*, docēte Stephano, *ἡ πόλις ἰππων πόλις λέγεται*, eamq; a l'he-
nicibus conditam sciebam. Sallust. iugurtha: *Pestea Phinices, alii
multitudinis domi minuenda, pars imperii cupidine sollicitata plebe, &
aliis nouarum rerum audis, Hipponem, Adumetum, Leptim, assisq;
vrbes in ora maritima condidere.* Sed cum viderem viros doctos in
mss. Nonii codicibus reperisse *Digonem*, nō dubitavi scribendam
esse, *Vizonem*, Stephanus, *ἡ πόλις ἰππων πόλις*. Probus qui mihi
dux ad hanc cōiecturam: *Zo.* Etac quoq; syllaba nullum nomen reperi
terminatū, nisi unū barbarā ciuitatis lectū in Sallustio, Vizō Vizonis.

Transgressos.) Agell. lib. 10. cap. 26. & Nonius Marcell. vit de im-
propriis, q Agellii verba more suo describit, hæc citat. apud quem
duo fragmenta turpiter coaluerūt in unū, sic separanda & emēdan-
da: *Transgressus a pedū gradu proprie dicitur, sed auctoritas vetustatis
liberorem usum loquendi dedit, ut Sallustius hist. lib. 1. & de iis qui na-
uigassent, & de ipsis nauibus eo verbo uti voluit, in quib. gradus nō sit.
de Sertorio: Nactus obscuram noctem astu secundo, iustinaq; celeritate
vitare pralium in transgressu conatus est, ac inde: Transgressus recipit
omnes mors præceptus a Lusitanis.* Hanc veram esse huius loci scri-
pturam suffragabitur quilibet, qui Nonii mentem diligentius
excusserit, eodem porro modo loquitur Sisenna lib. 111. *Trans-
gressus fluitium que secundum Herculeanum ad mare pertinebat. Et
naucs ambulare dixit Ennius:*

Inde Paron per carula nauibus ambulabat.

Et claudas vocat Lucretius lib. 1 v.

At maris ignavis in portu clauda videntur

Nauigia aplustris fractis obnitier undis.

Et currere dicit Virgilius libr. 1. *Auei* *Defessi* *Æneada* qua *proxi-
ma litora cursu cōtendunt petere.* Quo loco & *Seru. saltationes* *et na-*

utem dicebant, quod est animalibus terrestribus proprium. Eas optime sentiunt qui vi ventorum & procellarum aliquando iactati sunt.

Recipit mons Ballera.) In Sertio Petri Danielis extat, *Ballera*. in membranis Fuldensibus, *Belloia*. hinc vera lectio, *Belona*, cuius meminit Stephanus. neque erat cur Sertii lectionem reiticeret Cæterus.

Cum Sertorius.) Hæc ita legenda & combinanda monuit clarissimas amicissimulque Petrus Scriuerius nam altera pars nunc de- mum editur a nobis ex codice Fuldano, vbi vitiose legitur: *Conser- torios neque rumper * & an leui copiam audius*. vera lectio est quam nos expressimus.

Apud Lete oppidum.) Hæc ita coniunximus ex sententia clarissi- mi D. Iani Douise, cuius opinionem firmat Silius Italicus, Sallu- sti in locis describendis imitator, de bello Punico lib. 2.

*Quique super Grauios lucentes vcluit arenas,
Inferna populis referens obliuia Lethe.*

Idem fecere.) Quæ sequuntur ad finem vsque libri primi addi- dimus ex nupera Sertii editione, quam debemus diligentia & so- lertia Cl. viri Petri Danielis. nam absque illo esset, multa Sallustii loca non haberemus, multa deteriora essent, quæ nunc ad Sallu- sti. præ uauis tabulas coæquantas multo optima habemus.

Ea paucis quibus.) Sertius ad illud x i i. *Æncidos*.

— me verius unum

Pro vobis luere.

Alii veteri more dictum accipiunt. Verum enim quod bonum & re- ctum esset appellabant. Terentius: Idne est verum modò, id est pessu- mum genus. Item, Quod si astu rem tractauit, dii vostram fidem, quantam & quam veram laudem capiat Parmeno. Sallustius in pri- mo. Ea paucis quibus peritia, & verum ingenium est abruentib. Idem, Perpenna tam paucis pro pectus vera est aestimanda. Locum inte- grium ascripsi, vt eliciant aliquid meliora ingenia ego mugina- bar: Perpenna tam paucis profectus vera est aestimanda. sensu non pleno quem pendere a sequentibus reor.

AD SECUNDVM LI- BRVM HISTORIARVM.

F*acie vestigiū humani.)* Imitatur Phrasin Solinus, cap. x l v i i. *E- quus C. Caesaris nullum præter Casarem dorso recepit, cuius primo- res pedes facie vestigiū humani tradunt fuisse. Apuleius de asino i v. Ha arbores in lauri' faciem proluxe foliata, pariunt in modum floris in- odori porrectos caliculos modice punicantes.*

Inter laua manium) Loquitur de prælio apud flumen Duriam

a Cn. Pompeio commissio. Pompeius ad Senatum: *Castra hostium apud Sucronem capta, & pralium apud flumen Durium, & dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitu deleti, satis clara vobis sunt.*

Multi que commeatus interierant.) Interfecti erant, emendant viri docti ex Nonio Marcello docente veteres interfici & occidi ad inanimata transfulisse, nobis vero nihil mutandum videtur propter Lucilii:

Intereunt, labuntur, agunturque omnia vorsum.

& Ciceronis fragmenta ibidem ab eodem Nonio exempli causa adducta, in quibus tamen verba illa apparent nusquam.

*Ibi Fimbriana seditione qui regi per obsequelam orationis, & maxime odium Sulla, graues carique erant.) Disputant varie super hoc loco viri docti. In manuscripto Nonii qui hæc pro exemplo adducit, extabat, *graues scarique*, in altero *ob odium Sulla cari erant*. sed lectio quam expressit Carrio optima videtur, si *to graues* sumatur & habeatur pro fortibus, ut sæpe Sallustius. *Ea continentia vir grauis, & nulla arte cuiquam inferior.* Et in fragmentis nouis: *Hispania grauem ciuitatem.**

Ruuntque pars magna.) Ita reposuimus ex felicissima Christophori Coleri coniectura, cum antea vitiose legeretur: *Ruinaque pars magna, &c.*

Ad hoc pauca.) In ms. Nonii codice hæc auctius exstant, ad hunc modum: *Ad hoc pauca piratica adiungit actuaria nauigia.*

At illi quibus.) Fragmentum hoc ex incertis ad librum hunc reduximus, ex auctoritate ms. codicis Fuluii Ursini in quo diserte legitur. *Sallustius libr. 11. Historiarum.* nam quod in vulgatis bello Iugurthæ tribuitur ineptum est & vitiosum, quodque non nisi ab imperitis descriptoribus manauit, qui secundum historiarum librum bellum Iugurthinum interpretabantur. Primum, bellum Catilinarium, Sallustium nihil ultra scripsisse rati, eodem modo peccatum est in fragmento a Prisciano bello Iugurthino tributo, quod tamen in toto illo opere non comparet, nos inter incerta retulimus. Sic quod hoc eodem libro deleuimus: *Circumspectare omnia, & omni strepitu pauescere.* In bello Iugurthino, totidem verbis perscriptum exstat. citauerat illud Arulianus ex secunda Sallustii historia, inueniens bellum Iugurthinum. Prima tamen historia a Charisio pro primo historiarum libro adducitur, in *Aliter.* Hæc paulo aliter in codice Seruiano Petri Danielis leguntur: *At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere.* Sallustiane magis.

AD TERTIVM LIBRVM HISTORIARVM.

Contra ille.) Quis credat tam apertis verbis mendam inhaerere, sed docet Eutyches, qui in ms. habet. *quariz extis num so-
annio thesaurus portenderetur.*

Quia a Sertorio.) Multifariam hæc apud Seruium leguntur, sed ex omnibus hæc habet veram lectionem: *Quis a Sertorio triplices insidia per idoneos saltus posita erant, prima qua fonte venientes exciperet.* Huc respexisse Charisius videtur cum scribit lib. 1. Institutionum Grammaticarum: *Inimicitia & insidia pluraliter dici debent, sed Sallustius de insidia prima inquit, & Accius inimicitiam dicit.* Legerim tamen lubens in Charisio: *Sed Sallustius de insidiis, prima inquit.* Porro quod ait de Accio Charisius, vereor ne reponendum sit Ennii nomen ex Agellio libr. 111. cap. VI 11. qui hos versus adducit.

Eo inquit, ingenio natus sum, amicitiam

Atque inimicitiam in fronte promtam gero.

Eodem tempore.) Sensum idoneum elicere nondum potui, videbatur tamen legendum: *paludamenta aptari.*

AD QVARTVM LIBRVM HISTORIARVM.

Dein lenita.) Lubens duas has Sallustianæ navis ex tanto naufragio superstites tabulas cōpegero: siquidem per eos liceat quibus ea res in manu: *Dissidere inter se capere, neque in medium consultare, dein lenita iam ira postero die liberalib. verbis permulsi sunt.*

Param, & Heracleam.) Emenda Seruium ad 3. Æneidos. Alii *Heracleam appellatam volunt, quia Heraclides Lacedæmoniorum reges.*

Ceterum consilium est.) Charisius lib. 2. *ceterum quomodo positum est, pro alioquin consilium est, an reliquum consilium est? ceterum, non erat opus viros doctos concorditer hic ex nescio quibus libris inferere, repugnante sententia.*

Eos qui hoc malum clandestinis consiliis comparauerunt.) Retulit inter huius libri reliquias Ludovicus Carrio, sed cum in Nonii Marcelli codicibus tum recentioribus cussis, tum etiam mss. vetustioribus, vnde hæc desumpsit Carrio, fragmento huic disennæ nō Sallusti nomen præfixum sit, eo vnde sumtū est, me quidē iudice relegatur tātisper, donec huius cōstitutionis ratio reddatur.

Immutato corpore improbi.) Multa multis ad hunc locum dicta, quæ recitare quid attinet: mihi dubium non est veram esse lectionem

tionem in puppi, quam Illustrissimus Scaliger in m. Nonii exstare indicio fuit sic scriptam in puppi.

AD QUINTVM LIBRVM HISTORIARVM.

Q *Vibus de caussis.*) Honoris scilicet Seruius ad x. *Æneidos:* Quatuor erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant, equo desilire, caput aperire, via decedere, assurgere. hoc etiam præcones præcuntes magistratus clamare dicebantur. Arnobius libr. v. 11. Si quispiam viso potentissimi nominis viro, via decedat, assurgat, caput reuelet, vehiculoque desiliat, tum deinde saluet.

AD SEXTVM LIBRVM HISTORIARVM.

C *Vius duas insulas.*) Multæ super hoc loco doctorum opiniones. Aldus Manucius pono, Ludouicus Carrio sexto historiarum libro ascripsit. Colerus inter incerta referendum censuit. nos vero cum videremus in quibusdam Nonii codicibus ix. in aliis xi. in aliis v. 1. historiarum libro tribui, ad quartum relegandum putauimus. In m. fuit iv quod non intelligentes inepti illi librarii in v. 1. in ix. & xi. mutauerunt, quæ omnia ex hac priori scriptura manasse nemo paullo humanior negabit. neq; vero mihi cum doctis. Colero sit verisimile, Crispum ultra v. historiarum libros conscripsisse, persuasis auctoritate Grammaticorum, qui sane non in super habuissent, verborum a communi vsu remotorum delectam, & elegantiam, vti ex superioribus ita & ex his libris, si vnquam fuissent, scriptis suis inferere.

AD INCERTA QVO HI- STORIARVM LIBRO POSITA.

P *Ompeius oris improbi.*) Vide quæ super hoc loco disserit Nobiliss. Douss, in Notis suis.

Neque me diuersa pars in ciuilibus.) Ad librum primum historiarum hæc retuli, vbi se vere scripsisse omnia testabatur. quemadmodum supra in Catilina: *Statui res gestas Populi Romani, strictim ut quæque memoria digna videbantur perscribere, eo magis quod mihi a spe, metu, partibus Reipublicæ animus liber erat.*

Togam paludamento mutauit.) Hoc est a pace ad bellum migravit. Togis enim in pace utebatur Romani, vbi bellum aduenerat paludamentis, & Paludati in libris Auguralibus armati. Festus: *Paludati*

in libris Auguralibus significat, ut ait Veranius, armati, ornati, omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici. Ita quoque accipio notissimum Lucillii versum;

Pone paludatus stabat rorarius velox.

Emendandus quoque Seruius ad illa Maronis:

— *Vestro si munere tellus*

Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

glandem vero mutauit arista, ita ait ut, totam paludamento mutauit. lege ut Togam palud. respicit locum hunc Sallustii.

Neque mox ingenio corporis, honestius quam pro vestra salute finem vita fecerim.) Sic legēdum primo docuit Ludeuicus Carrio, ex ms. & veteri editione, locutio rara quae exstat apud Agellium lib. I. cap. I. ut docet idem Carrio, ceterum ingenium corporis, naturam, ita alibi ingenium loci naturam eius designat. Fiorus lib. II. Callidissimus imperator patentibus in campis, observato loci ingenio, quod & solibi acerrimus, & plurimus puluis, & Eurus ab oriente semper quasi ad constitutum flaret. Tertullianus de habitu mul. Herbarum ingenia adduxerant. Glossæ: Ingenium. & p̄tia. p̄tia.

Tantum antiquitatis.) Legunt viri docti, tantum anxietatis, refragante Seruio ad II. Georg. ANTIQVA QVE DOMOS, aut reuera antiquas aut charas, ut Sallustius, Tantum antiquitatis, &c.

Loquax magis quam facundus.) In hoc homine plus loquentiæ quam eloquentiæ fuisse docet & M. Tullius Cicero in Bruto: Carbonem & Marcum Marium, & ex eodem genere complures, minime dignos elegantis conuentus auribus, aptissimos rogorui turbulenti concionibus, quo in genere (ut & in iis perturbem atatum or dinem) nuper L. Quintus fuit, aptior autem etiam imperitorum auribus Pa-
licanus.

Mithridates corpore ingenti perinde armatus.) Alii legunt, animatus. ego veterem lectionem retineo ducente Floro, qui simili modo loquitur de Senonibus: Galli Senones gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole perinde ab armis ingentibus, ad hoc omni generi terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium stragem videretur.

Tyrannumque & Cinnam.) Citantur hæc ter apud Seruium bis in codice Fuldano, semel ad quartum Æneidos, quo loco sic scriptum est: Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu. Paris Paridi similis & iniuria a persona probroffis enim non lenibus veteres consilia dicebant, ut Sallustius Tyrannumque exciuitam maxima voce appellans. Lege Probroffis enim nominibus. Paridis enim nomen probroffum sicut & Cinne, ut patet ex Sallustio supra: Si tanta torpedo animos oppressit, ut obliuiscerentur Cinna, cuius in urbem reditu decus atque ordines omnes interierunt. Sallustiana quoque verba emenda apud Seruium ad primum & quartum Æneidos.

Serum bellum in angustiis.) Serum hic explicant Grammatici crudele atque ferum. Virg. v.

Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.

Valerius Flaccus Argonauticon lib. v. i.

Cum Iuno Æsonidæ non hæc ad vulnèra cernens

Esse viam, nec sic reditus regina parandos,

Extremam molitur opem, funesta priusquam

Consilia, ac seras aperit rex perfidus iras,

Legere nec sic reditus in regna parandos.

Curetes.) Oblitus sum monere typographos posteriora verba huius fragmenti, inde Regium appellatum, sequenti adiungenda hoc modo: *Italiam coniunctam Sicilia constat fuisse, sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut propter angustiam scissum, inde Rhegium appellatum.*

In ore gentibus agens, populo, ciuitati.) Desumpta est hæc Sallustiana historiae tabula, ex Donato interpretante hæc Terentii, *In ore est omni populo, ubi ut ait, In ore est omni populo. Sallustius: In ore gentibus agens, populo, ciuitati.* Sed qui hæc posteriora pro Sallustianis habuerunt, Sallustum a Donati verbis non distinxerunt, qui illo ciuitati interpretatur Terentii populo, sicut igitur hæc Sallustii: *In ore gentibus agens, cetera Grammatici: quem sic distingue: In ore est omni populo, Sallustius: in ore gentibus agens. P O P U L O, ciuitati.*

Marco Lepido.) Habes & huius tabulae partem a nobis, mi lector, qui hæc Sallustii esse apud Marium Victorinum primi odorati sumus. Nam cum apud eum siue auctoris nomine adducatur in exemplum ex editis verbis mediis (*segniore neque minus gratis, sed multiplex cura*) quæ etiam apud Seruium habentur, de auctore certiores facti, maluimus ea hic pro Sallustianis, quam illic sine nomine legere.

Italia plana ac mollis.) Dubico num legi debeat: *Italia plana ac humilis.* Virg.

— *Humilemque videmus*

Italiam.

Introrsus prima Asia.) Recte doctissimus ac Nobilissimus Doussa fragmentum hoc Sallustii apud Isidorum auctius existare odoratus erat, nam ita ut edidimus legitur apud Seruium quæ habemus liberalitate Cl. Petri Danielis, sed Isidori locum non pigebit ascribere, ut mendum quod ei iam dudum inhæsit eluatur. *Prima Asia minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad solis orientis partem aduersa Thracia iacet, multis antea nominibus appellata: nam prius Bebritia (lege Bebrutia) dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithynio rege, Bithynia appellata, ipsa est & maior Phrygia.* Val. Flaccus lib. i v.

Proxima Bebricit raduntur limina regni,

Pingue solum, & duris regio non inuida tauris.

Ceterum cum Seruius citet hæc Crispi, ut doceat Bithyniam, &

Qui nullo certo exsilio.) Supra in Catilina, *Qui Aenea duce profu-
gi sedibus incertis vagabantur.* Nam quod Palmerius ibi, *sedibus
cunctis* legat, more tuo facit, id est, abutitur ingenio.

Sanctus.) Supra libr. i. histor. verba habes ab his non multum
discrepantia, *Sanctus aliter est ingenio validus.* quæ cum his eadem
putabam, sed refutavit me Charisius, qui hic *aliter pro alias* no-
tat, & Seruius ibi *alias* accusatio ponit, vt, *At cetera Graius.* quæ
diuersitas fecit vt & hic diuerse a me ponerentur.

Maurique.) Citat hæc Priscianus ex Crispi nostri Iugurtha. quæ
cum ibi nõ legantur, huc inter incerta referenda duxi. quod boni
mihi vicio non vertent, cum sæpe in adducendis veterum testi-
moniis a Grammaticis peccatum sit, vt apud Nonium in *lustrare.*
*Lustrare patefacere. Sallustius Catil. libr. i. Si lustrantur, si erumpunt
omnia iura tam istam mentem,* cum omnino legendum sit, *Cicero
Catil. i. in cuius orationibus hæc exstant,* non in Sall. Catil. Falso
quoque ascribit Sall. fragmentum ex libris Ciceronis de Republ.
Antonius Augustinus sub finem notarum P. Ciacconii Antuer-
piæ editarum.

FINIS

